



M. TULLII CICERONIS

OPERA.

VOL. I.



Freeman sculp.

Marcus Tullius Cicero.

De Marmore Pomfret. apud Oxonienses.

M. TULLII CICERONIS

LIBRI RHETORICI

EX EDITIONE JO. AUG. ERNESTI

CUM NOTIS ET INTERPRETATIONE

IN USUM DELPHINI

VARIIS LECTIONIBUS

NOTIS VARIORUM

RECENSU EDITIONUM ET CODICUM

ET

INDICIBUS LOCUPLETISSIMIS

ACCURATE RECENSITI.

VOLUMEN PRIMUM.

LONDINI:

CURANTE ET IMPRIMENTE A. J. VALPY, A. M.

1830.

CONSPECTUS

EORUM QUÆ HAC EDITIONE

CONTINENTUR.

SCRIPTORES LATINI.

SCRIPTORES LATINI

IN USUM DELPHINI

CUM

NOTIS VARIORUM

VARIIS LECTIONIBUS

CONSPECTU CODICUM ET EDITIONUM

ET

INDICIBUS LOCUPLETISSIMIS

ACCURATE RECENSITI

CURA ET IMPENSIS

A. J. VALPY, A.M.

LONDINI:

1819—1830.

CONSPECTUS AUCTORUM,

QUI HAC EDITIONE CONTINENTUR.

AUGUSTISSIMO ET BENEFICENTISSIMO

PRINCIPI

GULIELMO IV.

ANIMI IN POPULUM PATERNI

QUI FRATREM *ΤὸΝ ΜΑΚΑΡΊΤΗΝ*

SUMMA PIETATE ET OBSERVANTIA

EST PROSECUTUS

HOC OPUS

GEORGII IV.

PATROCINIO SUSCEPTUM

LIBERALITATE PERFECTUM

D. D. D.

A. J. V.

PRÆFATIO.

Humanitatis et Literarum studiosorum commodis haud mediocrem in modum consultum iri arbitrabamur, si celeberrimum illud opus, in usum Serenissimi Delphini olim concinnatum, illustratum, et apud nos quasi consecratum, novæ incudi, prelo nostro Britannico redderemus; quippe quod importune requirebat publica vox, et clamose flagitabat; et rarescebat adeo jampridem apud bibliopolas universa singulorum voluminum congeries, ut vix impetranda et exoranda esset. Concedendum est etenim, omnes et singulos auctores in usum Delphini editos, collectim, vix ullius pretii tunc dierum emi potuisse: ideoque collectionem omnium editionum Delphinianarum, commentariis, observationibus, discursibus, et notis criticorum optimorum probatissimis, una cum notitiis literariis, tam librorum impressorum quam manuscriptorum, qui in publicis Britanniæ bibliothecis inveniendi sunt, adjunctis, in uno fasciculo comprehensam, pro nucleo elegantiarum, et florilegio copiosissimo bibliothecis publicis

accommodatissimo, et librorum collectoribus, atque omnibus literarum classicarum studiosis, indice quasi promto, et directorio utilissimo, sumendam atque coagmentandam esse.

Deterrebat attamen nos tanti operis magnitudo, nimia impensa ingravescens onus quam cui privatorum humeri sufficere valerent, nisi labori subvenirent manus rite auxiliatrices, nisi incepto aspirarent refocillatrices auræ. At grata supervenit suffragatorum cohors atque patronorum; in id quod maxime verebamur, lucrum incertum, ingratum, impensis non responsurum, allatæ sunt suppetiæ; ascripta sunt nomina clarorum, nobilium, doctorum, omni laude, summis gratiis cumulandorum virorum, qui collatitiis quasi stipendiis nobis succurrere non sunt dedignati. Non defuit ipsa magnanimi regis majestas, doctorum et doctrinæ adjutrix, qui regiam nominis auctoritatem et interventum benevolentior largitus est. Amoto igitur isto ad quem adhærere potuissemus obice, summa industria et intentiore animo ad laborem nosmet accinximus indies procliviorem, et editiones veterum Latinorum scriptorum, quos Classicos Gellius appellat, incude reficiendas, reformandas, et limatius expoliendas curavimus.

Ast enimvero summa industria et ἀκριβείᾳ indices, qui et optimi et selectissimi, exquisitius elaboratos

concinnavimus, qui et cum ipsis scriptoribus concordissime consentiunt, et illos tractabiles admodum efficiunt. Neque etenim huic solum rationi inserviunt indices; non ad hos usus solos accommodati sunt, ut universa ipsorum scriptorum vocabula contineant, ad quorum fidem et auctoritatem relegentur atque religiosius astringantur lectores, aut, ubi res postulat, ad memoriam revocent; sed ut in promtu habeant literarum bene Latinarum studiosi integerrimum penu, et puræ Latinitatis finium ac veluti pomœriorum circumscriptionem.

Vehementissime nimirum ardemus omnes mutuo sermone et commercio apud Veteres versari. Quodcunque de gigantea virorum illorum doctrina, moribus, historia, atque artibus, ad nos posteros, pumilionum genus, devenit, non potest quin ampliora de illis, quibus jam tot et tanta debemus, anquirendi, indagandi, atque pernoscendi desiderium augeat. Atqui ita hic introgressi, et data coram fandi copia, concionem nunc una habeamus, et familiari colloquio utamur cum philosophis et rhetoribus, cum poëtis et historicis ætatis priscæ, in splendidissimum istum et quasi divinum cœtum simul admissi: 'Panditur interea domus omnipotentis Olympi.'

Quinetiam viam quam maxime præstruximus ac complanavimus, qua facilius obviam iretur istis dif-

ficultatibus quæ et suavitatem lectitantibus et attentionem animi nonnunquam interpellabant, quantulacunque scilicet verborum obscuritas foret, et rerum ignorantia. At omnia istiusmodi offendicula, quibus euntium pedes impingi potuissent, amota; amplissimum atque optimum Commentariorum VARIORUM apparatum uniuscujusque auctoris argumentis annexum idcirco præbuimus.

Hæc tantum erant, atque ea perpauca, quæ diceremus de operosiori nostro incepto, de absoluto tandem labore. Grande munus polliciti, magnum opus ingressi, magnis ausis non excidimus; non id aggressos erubescent chartæ. Quæsita meritis sumatur superbia. Omnes procellas eluctati optato tandem potimur portu. Nihil desideratur; ea re sola excepta, quod non concessit Deus, ut ILLI vivo ad pedes submissius nos bene memores consecraremus opus ad extremam manum feliciter adductum et perfectum, quod, regia benignitate cœptum, honoratum, fovere atque patrocinari dignatus est. Hoc saltem inani munere fungamur.

Nostrum fuit Recensus Bipontinos recensere, et ubi defecerant, supplere; errores, qua fas, corrigere; et Notitias Literarias, ordine digestas, tam Editionum quam Versionum, ex quo tempore Bipontini cessant, offerre lectori. Præterea, codices Clas-

sicorum in usum Delphini editorum, qui in publicis Britanniæ bibliothecis conservantur, explorati, notati, descripti, ad Notitias Bipontinorum accedunt. Hæc additamenta debentur GEORGIO DYER, qui, ut Bipontinorum erat multiplices editiones impressorum librorum inspicere et perpendere, eandem viam in additamentis ingressus est; ubi vero non in promtu adessent ipsæ editiones, sententiæ vel auctoritati criticorum et bibliographorum accedebat, quorum ob doctrinam et ingenium tutum foret. In manuscriptis explorandis et recognoscendis, necesse etiam visum est ipsas bibliothecas revisere. Fuit ubi catalogis bene et in ordine concinnatis confisum; ubi pauca quædam librariis, et ipsis doctis viris, per epistolas summa benevolentia transmissas, debita sunt. Hoc jure dixerimus; manuscriptorum Britannicorum Index, Delphinianorum saltem Classicorum, seriatim digestus, et viris criticis accommodatus, qualis hic est inveniendus, frustra alibi quæreretur.

Nihil hic præfandum censemus de scriptoribus ipsis, quæque singulos tangunt; quippe quod et alii de illis luculentius et abundantius plurima sunt prooemiati: sin etiam in hoc nostro limine singula de singulis scriptoribus præmonenda lectori forent, vix isti labori, adeo sunt multa, sufficeret procemium, sed liber ipse amplus exarandus foret. At enimvero

quorumcunque indigeretur, ea omnia præcavit doctissimi Episcopi Abrincensis provida mens: cura ipsius singulis præeunt Prolegomena, Dedicatio, Vita. Postulatur tantum, ut quod animo propositum haberemus, quod ipsi fecerimus, non quod alii fecerint aut scripserint, nos hic loci diceremus. Quæ regio in terris non horum plena? Ipsi Classici, quos nuncupamus auctores, nomina, argumenta, per orbem terrarum pervulgata, ita nunc dierum innotuerunt, ut vel e cunabulis ea, ut ex uberibus matrum, pueros imbibisse dixerimus; ut vel Mantuanum vatem, numerosum Horatium, Tullianam dicendi copiam balbutiant: necnon etiam sibi vindicant adolescentuli reconditissimas et gravissimas Taciti sententias enodasse, expediisse. Ii omnes nunc splendidis honoribus decorati incedunt; neque tantum ut omni labe, omni errore carerent, quantum in id caveri poterat, curatum est, at profecto ut copiosissimo apparatu instructi prodirent; et, quod præcipuæ laudi, ut *Varias Lectiones* complecterentur, quantis impensis, quam largis, quam effusis paratas, comprobatas, id fide majus, nisi experti, haberemus.

Haud nimirum silentio prætereundum videtur, nos summa cura Imagines Virorum, Ciceronis præcipue, Nasonis, et Cæsaris, quorum nunc temporis genuinæ ac superstites servatæ sunt gemmæ, graphice expres-

sas, exhibendas voluisse. Vix etiam potest fieri quin innumeras alias, et illas ligno incisas, picturas sibi donatas demiretur lector.

Quascunque leges præscribendas rati eramus; quascunque conditiones nobis imponendas, ne quid detrimenti respublica literarum caperet; quæcunque data fides, qua maxime gratia lectoris conciliaretur; iis quam sanctissime stetimus, quam maxima, qua par erat, observantia, liberalitate, quam tenacissima recti conscientia; eas quasi votorum rei servavimus, et, pro humanis viribus vix unguem deflexi, quam felicissime metam attigimus.

Tibi exinde, benevolentissime lector; vobis, benevolentissimi omnes istius nostri operis patroni, omnia bene fortunata precamur: Valete, Salvete, Favete.

A. J. V.

Kal. Dec. 1830.
Londini.

JO. AUG. ERNESTI

PRÆFATIO.

In principio hujus operis, cum ratio reddenda esset instituti mei, et, quid quomodoque efficere studuerim, demonstrandum; ab ea re non alienum fore existimavi, si universe de critica Ciceroniana dicerem, et velut formam perfecti critici Ciceroniani proponerem: non quo me talem esse haberique vellem, sed ut, quam in hac Ciceronianorum librorum recensione normam secutus essem, intelligeretur, faciliusque, munus critici quomodo in Ciceronis libris administravissem, judicari posset. Speravi etiam, studiosis literarum Latinarum, non modo ad illam ipsam facultatem de talibus rebus judicandi, sed etiam ad bene accurateque scribendum, hanc talem disputationem esse profuturam. Erit autem hæc tota hujus præfationis ratio bipertita. Primum ipsum perfectum criticum Ciceronianum informabo, et cum ejus velut exemplari comparabo eos, qui ante me in recensendis Ciceronis libris versati sunt; deinde, ut in singulis operum Ciceronis partibus de editionibus earum dicetur, sic in hoc velut aditu operum universorum de editionibus eorum, accommodate ad criticam rationem, dicam; id quod nunc etiam plenius et accuratius, quam antea, fieri poterit.

SECTIO I.

Critica ratio etsi universe eadem est, iisdemque legibus regitur, tamen in singulis veterum operibus variatur auctorum ætate, ingeniis, genere proprio cuique scribendi, ac rerum denique ipsarum, de quibus dicunt, personarumque diversitate. Nam his rebus omnibus ut afficitur oratio cujusque, et eo ipso fit cujusque, ut

Ciceronis, Cæsaris, Livii ; sic eæ etiam omnes in consilium debent adhiberi, cum, quid in libris cujusque vere ipsius sit, quid a mala manu vel addendo vel corrumpendo illatum sit, quæritur, idque quomodo corrigi debeat sic, ut suum ei restituatur.

Jam primum satis constat, Ciceronis ætate, tum aliorum, tum ipsius inprimis ingenio, studio, arte, ad eam perfectionem adductam fuisse et Latinitatem universam, et orationis cujusque formam, ut major non modo extiterit nulla unquam, sed ne cogitari quidem posse videatur, ejusque adeo perfectionis exemplum unum certissimum et pulcherrimum in Ciceronianis libris prostare. Ex quo intelligitur, primam et maxime necessariam boni ac veri critici hujus, quem informamus, partem esse in accurata Latinitatis, quæ tum ita elaborata fuit, scientia. Ea autem duabus rebus constat : quarum prima est in scientia singulorum verborum, et phrasium tum omnium, tum inprimis exquisitiorum, et aliquid propriæ commendationis habentium, vel a re quam exprimant, vel a proprio quodam usu : altera autem in analogia linguæ Latinæ, in singulis verbis, inprimisque in eorum variandorum struendorumque modo, ut ne quid, quemadmodum ipse Cicero præcipit, in generibus, casibus, numeris, atque etiam temporibus et modis discrepet. Nam in primo genere sæpissime accidit per inscitiam librariorum et vitio creatorum correctorum, ut verba exquisitiora, et non vulgati ad omnes usus, commutarentur in notiora et pervulgata, vel re subjiciente, vel similitudine aliqua scripturæ, vel denique glossis ascriptis ; quæ debet criticus vel librorum aliorum indiciis, vel etiam ingenii solertia indagare, et reddere domino : id quod etiam sæpe a multis factum reperitur. Ei simile est illud, quod in formulis loquendi, quæ vel tractu temporis vitiatæ essent, vel a sermone librariorum et correctorum discreparent, aut haberent aliquid ambiguitatis, si cum hoc compararentur, sæpe vel fluctuarunt, et inconstantes fuerunt. Veluti cum Latini ex imitatione Græcorum 'habeo' pro 'scio' dixerint, 'non habeo' pro 'nescio,' ut et 'deest mihi,' eaque verba ad modum Græcum conjungerentur cum 'quod,' ut *οὐκ ἔχω, ὅ, τι ἂν εἴπω*, librarii ex notiori formula 'nescio quid dicam,' aut sui sermonis more, fecere sæpe, 'non habeo quid dicam,' fallente etiam compendio scribendi *qd.* Hic ergo viri, alias Latine satis docti, decipi se passi sunt, et eandem inconstantiam secuti : itaque reperi eos interdum illud *quid* correxisse *quod*, si a quo libro suo admoniti essent, aliis locis intactum reli-

quisse.[a] Simile quid accidit in structura particulæ *cum*, quæ, ubi rationem causamque exprimit, conjunctivo jungitur; ubi tempus, indicativo; nisi alia causa conjunctivum postulet. Nam hujus analogiæ vel nescii, vel negligentes, sæpe et librarii et viri docti aberrarunt, etiam sic, ut, cum in libris scriptis esset *qm.* vel *qn.* cum indicativo, *quoniam*, *quando*, ex eo facerent *quum:* cujus generis multa exempla in libris Ciceronis notavi, præsertim Victorianis exemplis, aut inde expressis. Sed hoc etiam, atque adeo magis ad alterum genus pertinet, de quo statim dicam. Sed longe sæpius in genere altero peccatum est; de eoque diligentius dicendum videtur.

Primum igitur hoc habet Græca, atque ab hac Latina lingua præ omnibus aliis præcipuum, ut omnem varietatem temporum distincte definiat: ea ἀκρίβεια, in Latina quidem, ætate illa quam auream dicere solent, accurate servata est, ejusque conservatio in scribendo non minus necessaria habita est, quam generum, casuum, ac numerorum, ut, qui ab ea discederet, non minus peccasse putaretur, quam si in numeris et generibus aberrasset. Nam Cicero Or. III. 10. aberrationem a tempore legitimo æquat plane aberrationi in numeris, et generibus, et casibus. Nec id modo ad singulorum verborum tempora pertinet, sed etiam ad temporum nexum et consecutionem; nec, qui dixerit 'erunt qui dicent,' aut 'multos audivi qui putabant,' minus peccat,[b] quam qui 'poëtam magnam,' aut 'mentem bonum.' Similis ratio est modorum, eaque multiplex; quorum usus non diligenter cognitus magnum numerum vitiorum in libros induxit, inprimis ille, qui est in conjunctione membrorum per pronomina, relativa maxime, aut particularum quibus membra copulantur; denique tota forma orationis, vel directe res exprimentis, vel suspensæ alicunde, obliquam dicunt: in quibus etiam proclivior lapsus, sicut in tota hac struendæ orationis per tempora et modos ratione; quod linguæ recentiores, velut vernacula nostra Germanorum, in eo illam subtilitatem nec servant, nec omnino capiunt. In quo dolendum est, in libris grammaticis, in parte quidem ea quæ ad structuram verborum pertinet, esse vel omnino non, vel non accurate præceptum.

[a] [Hic distinctione quadam utendum esse observavit Heusinger. præf. ad Cic. Offic. p. L. s. *Beck.* cujus obss. et additamenta in hanc præf. passim adjecimus.]

[b] [Eam præceptionem non poëtarum exemplis satis congruere docet Heusinger. præf. ad Cic. Offic. p. L. *Beck.*]

Est etiam Latinis tum universis communis quidam, tum Ciceroni proprius componendorum primum membrorum, isque varius, pro generis dicendi varietate, modus; deinde etiam verborum in ipsis membris singulis, ut suum quodque membrum, ex ipsius rei natura, aut a propria quadam vel perspicuitatis, vel gravitatis, vel gratiæ causa, teneat locum. Hanc rationem oportet bene habere cognitam vel usu, et inde nato ejus sensu quodam, vel etiam causis ejus perspectis; de quibus est a nobis etiam dictum in rhetoricis præceptis: ut, si quid perturbatum, loco motum, atque etiam si ex eo ipso corruptelæ singulorum verborum natæ sint, id animadverti et restitui ordo verus et sanari vitia possint. Atque ea res prodest etiam ad parentheses recte notandas, quæ præsertim in Rhetoricis et Philosophicis libris non animadversæ, corruptelis locum fecere; ut nihil dicam de eo quod omnibus libris est commune, magnam esse diligentiam adhibendam in tota orationis serie ejusque copulatione perspicienda, ut, si quæ pars loco mota sit per aliquam causam, ut per similitudinem clausularum, id animadverti et vera series restitui possit, nec minus, ut lacunæ, quæ ex eadem causa interdum ortæ sint, deprehendantur, earumque explendarum cura suscipi inirique ratio possit: cujus generis exempla a nobis plura notata reperient lectores notarum nostrarum.

Illud quoque admodum necessarium est ad criticam in Ciceronis libris recte exercendam, ut sensum venustatis, concinnitatis, numeri, et soni orationis Ciceronianæ, tum ejus de iis virtutibus præceptis cognoscendis, tum auribus, iis notandis et sentiendis usu multo tritis, habeas, per quem animadvertas, si quid a Ciceronis consuetudine et perfectione abhorreat, et correctione indigeat. Primum igitur Cicero est valde diligens in tropi genere per singula verba, quibus sententias exprimit, conservando. Oportet igitur videre, an omnia verba in instituto tropo consentiant necne: ut, si quid discrepet, de consensu restituendo cogitari possit. Quo nos modo plura restituimus in tractando Cicerone, quæ deinde etiam interdum in libris vel scriptis, vel olim editis reperimus. In quo genere insigne est, ut hoc utar, exemplum in l. II. de Oratore, ubi ex vulgato *cantu colorari*, fecimus *tactu colorari*. Tum præter ceteros omnes diligens est Cicero in verborum, quæ sibi respondeant in singulis membris, similitudine, et membrorum æqualitate conservanda; in quo est magna orationis suavitas et concinnitas. Sed in utroque genere interdum librarii peccavere, vel mutanda

verborum singulorum forma, vel omittendo aliquo verbo, quod vitiose redundare putarent. Omnino est quædam quasi justa orationis, etiam in singulis membris, mensura, quam aures veluti tenere debent, ut ad eam exigere membra, præsertim in periodorum clausulis, possint. Nam potest sententia recte esse expressa, nec tamen habere illam justam mensuræ magnitudinem, quam Cicero dicit 'aures suas explere.' Unde necesse est videre, ne, diminutis parte aliqua justæ magnitudinis sententiis, fraus Ciceroni facta sit; et si quid hujusmodi sentiamus, vel sentire videamur, videamus, an ei restituere, quod ademtum videatur, legitime possimus. Est etiam in pluribus proprius quidam Ciceroni collocandorum verborum modus, ipse quoque, vel ad facilitatem et quasi lævitatem orationis, vel ad suavitatem et numeri gravitatem comparatus: cui si assuefactæ aures sunt, facile offenduntur in diligente lectione, et curam afferunt quærendi, si restitui Ciceroni ordo suus possit. In numeris autem orationis satis constat, ipso Cicerone auctore, non omnibus Latinorum, sicut nec Græcorum, auribus idem placuisse; sed ipse in Oratoris libris, quid sibi placuerit, satis demonstravit. Itaque non dubitari potest, quin ad ipsius præcepta exigi oratio ejus debeat, ut, si quid ab illis ab ipso probatis veluti modis discrepet per negligentiam librariorum, orationem ad eorum veluti cantum revocemus.

Hæc omnia igitur bene cognita esse debent critico Ciceroniano, et in textu Ciceronis tractando, recensendoque, et castigando, diligenter adhiberi, ut primum, si quid in eo sit, quod iis repugnet, medicina circumspici, eaque recte adhiberi possit. Sed hujus medicinæ genera duo sunt, quorum alterum a libris est, alterum ab ingenio critici ipsius. Ac de libris quidem universe, tum scriptis, tum iis qui e scriptis per typographorum formulas facti sunt, nulla est dubitatio. Sed in eo diligentia est adhibenda varia. Atque illa quidem, quæ est in scriptis pluribus et bonis adhibendis, ea quidem necessario habet hunc modum, quem res facit: estque in eo facilitas quædam, si cui plures iique boni contigere: nec minus in editis, ex eo, quo diximus, genere. Sed tamen hoc primum expectari ac postulari potest, ut et scriptorum ab aliis traditas, et suorum lectiones diligenter conferat, si quid in iis sit, quod Ciceronis videatur, vel ex earum vestigiis vera lectio reperiri possit; tum, ut editionum seriem, et veluti genealogiam cognoscat, curetque, ut ea universa uti possit. Ad quam facultatem prodest noti-

tia illa critica editionum, qualem recentiores critici tradere instituerunt, nosque in Fabricianæ Bibliothecæ Latinæ castigatione tradere e multa et diuturna observatione elaboravimus: sed oportet etiam, si tales copiæ ex utroque genere contigerunt, videre, ut iis recte ac satis diligenter utatur criticus, ut nec sibi bona eorum elabi sinat negligentia usurpandi, nec iis in fraudem inducatur perverso favore in aliquod exemplum, vel propter raritatem, vel quia suum est, vel alia simili causa. Omnino autem debet usum et scriptorum et editionum veterum, per observationes criticorum, tum suo ipsius usu, cognitum habere; nec minus vulgata criticæ artis præcepta, de delectu lectionum recte faciendo: de quo multa dicere non est nobis necesse. Sed ea nihil proderunt, nisi qui ingenium solers usu et exercitatione multa acuerit ad lectiones veras, per librorum vestigia, et rei ipsius contextusque indicia, odorandas.

Sed non omnia per libros sanari possunt: etiam ingenii quædam in eo et doctrinæ pars est, conjecturam vulgo non bene vocant. Enimvero hic non semper conjectura res agitur; nam ea in dubiis rebus modo locum habet, estque plerumque incerta; sed sæpe etiam judicio certo, quod in emendando sequi criticus debet, ut sæpe et a multis factum est, invitis quanquam sæpe non satis hujus artis peritis. Nam, quæ secundum eas rationes, quas supra explicavimus, manifeste sunt vitiosa, ea quidem etiam sine libris corrigere necessarium est; nec committere, ut vitia relinquantur in Ciceronis oratione, quæ in nostris eloquentiæ Latinæ tironibus nemo satis Latine doctus ferat: cujusmodi plura nos emendavimus, ut in aliis libris antiquis, sic in Cicerone. Atque pro eo etiam res loquitur. Nam quod in aliis scriptoribus Latinis sæpe nobis usu venit, ut, quæ de tali judicio correxissemus, ea deinde in libris vel scriptis, vel olim editis, reperiremus, id sexcenties in Ciceronianis contigit. Quare, quod in aliquo genere tam sæpe firmatum est libris, non idem etiam sine libris recte fiat in eodem? Statui Latinitatem veram postulare 'non habeo quod scribam,' non 'quid scribam:' id triginta v. c. exemplis firmatum a libris habui, in quibus *quod* esset, ubi alii *quid* haberent. Non ergo necessario corrigam ac jure in exemplo primo et trigesimo, etiamsi nullo in alio libro repererim? De qua re egregie, et plane ex mente nostra reperi nuper præcipientem Faërnum, cum ejus editionem Philippicam nactus essem, in epistola ad Victorium, quæ ei est præ-

posita. Sed hanc universam solertiam vix aliquis rectius aut certius consequetur, quam qui multum sit in interpretando exercitatus: nec vero sic modo, ut sibi quæsierit, quid Cicero dixerit ac senserit; in quo quærendo prima est, recte præcipiente Quintiliano, cura, ut, emendata lectio sit necne, videamus: sed inprimis ut aliis: nec tam, aut tantum in cathedra Academica, ubi solus loquitur doctor, et tantum, quod sibi in mentem venit, pronuntiat, sed etiam, ac multo magis, in scholis iis, ubi communiter quodammodo cum discipulis quærit ac disserit. Nam quod Casaubonus in intelligenda scriptorum antiquorum oratione sæpe sibi accidisse dicit, ut, cum solus sibi legeret, sibi videretur plane intelligere; cum perspicuis et planis verbis explicandi necessitas oblata esset, fraudem se sibi fecisse intelligeret; idem profecto doctissimis etiam et in critica ratione bene exercitatis viris accidere potest, ut, dum ipsi sibi legunt verba scriptoris, non animadvertant vitium; cum ea alios legere audiant, ut explicandi periculum faciant, sensum ex vera Latinitate quærant, temporibus, modis, similibusque ad legitimam formam exigendis, ut troporum consensum videant; membrorum æqualitatem, concinnitatem requirant; collocationis elegantiam, et numerorum suavitatem animadvertant; tum ut vitia orationis videant, et de iis sanandis cogitent, atque ita cum discipulis ipsi ad illam solertiam acuantur. Mihi quidem hoc centies usu venit, inprimis in illis exercitationibus interpretandi auctores Latinos, inprimisque Ciceronis, quas solitus antea sum instituere cum juvenibus, supra vulgarem modum proficere in literis Græcis et Latinis cupientibus, ut non modo, dum ipsi hærerent, et a me de observationibus istis grammaticis et rhetoricis admonerentur, veram lectionem reperirent, aut quæ in ipsorum exemplis non erat, aut quam ipse mihi statuissem: denique etiam interdum meliorem ea, quæ mihi in mentem venerat; cujus generis exemplum qui requirant, notam legant ad Orat. II. 14. in verbis 'quasi tactu colorari,' aut præfationem ad Vol. I. quo loco de libris de Oratore diximus.

Quodsi jam quis, qui criticam artem privatim, aut in scholis, eo, quo diximus, modo, in Ciceronis libris usurparit atque exercuerit, sitque adeo multa, assidua, et curiosa lectione in eorum lectione versatus; si ergo idem velit eos jam recensendo textum accurate constituere; in eo requiram hæc duo: primum, ut ante quam ad scribendas notas accedat, totum Ciceronem, saltem libros ejus

omnes ex eodem genere, ut Rhetoricos, ut Orationes, uno tenore perlegat, omnia examinet ad rerum naturam, et dicendi regulas; tum notas breves apponat, quid corrigendum sit, quid dubitandum, quid quærendum restet. Hoc autem facto notas ipsas recensionis eodem modo, hoc est, eadem temporis continuatione scribat, ut recentis memoriæ auxilio uti possit; nec alio loco relinquat quod alio sustulit, aut alio loco dubitet de quo alibi non dubitavit. In his autem generibus, inprimis posteriori, sæpe a multis doctissimis viris peccatum esse reperi: cujus rei memorabile exemplum est, ut hoc utar, in lib. II. de Invent. cap. 22.[c]

Jam siquis ad hæc nostra de critica Ciceroniana præcepta exegerit claros criticos, qui in Cicerone recensendo elaboraverunt, non ille quidem in uno repererit omnia; sicut nec nos reperimus: estque omnino perdifficile, illa unum habere omnia, sed tamen per plures distributas eas virtutes deprehendet. Erant autem inprimis quinque, quæ in critico Ciceroniano perfecto spectando diceremus: in his prima exquisita Latinitatis scientia in singulis verbis formisque dicendi: secunda eadem in analogia linguæ universæ, ut in temporibus, modis, similibusque: tertia erat in sensu venustatis, concinnitatis, numeri atque soni orationis Ciceronianæ: quarta usus rectus et accuratus librorum antiquorum, tum scriptorum et editorum, cum ingenio odorandæ veræ lectionis per vestigia ejus in libris antiquis.

Ac in primo quidem genere laus quibus debeatur, reperiuntur plures in iis criticis qui Ciceronem tractavere, inprimis Victorius, Manutius, [Muretus,] Lambinus, Gronovius, Grævius; sed maxime et sæpissime Victorium reperi in eo genere Ciceroni profuisse et ad intelligendum et ad emendandum: ut qui profecto interdum sola illa scientia indagavit et restituit lectionem veram, ut *cretionibus* in Or. I. 22. nisi vero ille in libro antiquo scripto, ut nos in Erlangensi, reperit, et sine ejus mentione recepit; quod aliis locis in tali genere suspicati sumus, fortasse falso, cum eas lectiones, præsertim eam quam commemoravimus, e Latinitatis interioris scientia, reperire potuerit.

Alterum genus haud paulo rarius reperitur, nullumque omnino reperi, qui in eo se mihi satis diligentem probaret. Ac mihi

[c] [Similia quædam errata notavit passim Schellerus in Obss. in priscos Scriptt. quosdam, Lips. 1785. 8. *Beck.*]

videtur hæc ratio vel non satis cognita, vel neglecta fuisse, quod nullis grammaticorum præceptis tradita esset, et solo usu quodam cognosceretur, ut ea sensu magis ingenii solertis, quam ratione præceptorum, constaret. Mihi certe ipsi res ea primum sensu cognita est: deinde admonitus cœpi rationem universam indagare, ut et alii, sed, quos quidem sciam, pauci fecere, donec per Gesneri nostramque disciplinam ea vulgatior facta est. Et illa superior quidem ejus rei vel ignorantia vel negligentia cum ipsis ex eo genere vitiis in libris scriptis, a linguis vernaculis, ut Germanica, venit, cujus usus ab illa Græcæ et Latinæ linguæ subtilitate longe abhorret. Nam cum libri scripti Ciceronis plerique, atque adeo meliores, ut ipse Victorius fatetur, e Germania fuerint, a Germanisque scripti, plura ex eo genere vitia per librarios irrepserunt. Unum omnium plurimum hoc in genere sensisse ac vidisse reperi Lambinum; qui et sæpe ex hac ratione corrigi textum voluit: sed tamen non constanter, ut nec alii; estque vel nunc, vel erit aliquando, ubi plures per disciplinam bonorum magistrorum huic parti analogiæ Latinæ assueti homines admirabuntur, vitia ejus generis multa ex eo genere tamdiu a doctissimis viris nec animadversa, nec correcta esse. Nam ecce præclarus ille Victorius, ille Ciceronis sospitator, hujus rei inscitia etiam vitia interdum grammatica aspersit, ut ad Div. VIII. 14. cum pro *certetur* in Ms. reperisset *cernetur*, verbi elegantia majori motus id recepit: non male qua verbum *cernendi*, sed vitiose in verbi forma, cum esse saltem deberet *cernatur*. Non multo aliter accidit in genere venustatis et concinnitatis, conjunctarumque virtutum. Nam etsi ejus facilior sensus est, facilius etiam, si quid vitii ea bona macularit, judicium, quod et præceptis Ciceronis ipsius regi potest; tamen neminem fere in eo genere emendandi constanter versatum reperi: unum illum rursus Lambinum, virum solertis ingenii et philosophia bene subacti, magis ceteris. Atque ille etiam Victorio aliquot locis, aliquo etiam, ad Philipp. V. 6. valde aspere, inscitiam elegantiæ Latinæ exprobrat; cum ipsi vicissim, a Grutero inprimis, audacia in corrigendo objiciatur: et cum maxime evidens res est, quidam dicunt, 'reciperem, si libri juvarent.' Nec tamen negaverim, virum illum excellentem interdum illius sensus et judicii sui fiducia plus, quam deberet, sibi sumsisse. Sed non pigeat de eo dicere, quod de Bentleio Sam. Clarkius ad Homerum; meliorem esse hanc elegantem audaciam, quam aliorum timidam vel

modestiam in eo genere, vel inscitiam. Ei adjunxerim P. Manutium, sed ita, ut eum non æquet.

In quarta autem ratione, quæ in librorum scriptorum usu inest, major numerus est eorum qui bene de Cicerone meruerunt. Et fuit hoc genus emendandi, uti debebat, primum, quo critici in Cicerone uterentur; sed tamen plerique non satis neque caute, neque diligenter: cum alii interdum libris iis, quos ipsi haberent, nimis faverent; alii cum bonis eorum etiam sordes, inprimis antiquitatis et insolentiæ, inferrent; quod in Victorio maxime reprehensum est, itemque in Grutero et Gebhardo. Sunt etiam in vitio quidam hoc, ut, in re satis manifesta, propter paucitatem librorum scriptorum, non audeant recipere lectionem meliorem; quod tantum in ambigua re valere debet. Sed in nullo genere magis vidi peccasse viros doctissimos, quam in usu edd. primarum vel negligendo, vel parum diligenter adhibendo. Id vitium ortum est primum ab admiratione edd. Aldinarum: quæ ut in aliis exemplis, sic in Ciceroniano, tanta fuit olim apud plerosque, ut ea basis fieret in textu Ciceronis recensendo; superioresque edd. fere negligerentur. Itaque apud Victorium et alios sæpe reperi, cum lectionem aliquam pro nova, e libro suo scripto, aut etiam ingenio afferrent, quæ dudum in Romano aut alio exemplo prolata erat; quod omnibus ad Grævium usque commune est: ejus generis exempla multa in notis nostris reperient, qui legerint. Inprimis non potui satis mirari, quod illi editores veteres, nominatim Victorius, tam negligens edd. primarum, ut Romanarum, fuerit, quarum exempla ei reperire non difficile esse potuit: eum interdum suspectum habui fraudis, cum ille e suo libro veteri vel codice se recepisse diceret, quod est in ed. Romana, et unum exemplum eum fere ab hac suspicione liberavit. In Epist. ad Divers. IX. 22. in disputatione de verbis obscœnis, Cicero ait, senatorem aliquem aliquando in senatu dixisse, ‘culpam hanc an illam majorem putas?’ quo nihil potuerit dici obscœnius. Hic nemo potuit obscœnitatem reperire; sed et nemo correxit. Gruterus ad extremum dicit, Politianum in exemplo suo notasse *pulpam* pro *culpam:* at enim *pulpam* est in ed. Romana; qua si usus esset Victorius, locus utique ab eo esset inde correctus. Atque etiam illa frequens est in hoc genere negligentia, quod ita exemplis, si qua habuerunt antiquiora, usi sunt plerumque, ut appareat, eos non totum textum eorum contulisse, sed tantum per occasiones inspex-

isse, ut, cum hærerent in aliquo loco; et ne hic quidem semper. Aliquoties reperi, qui nollet recipere lectionem bonam, quod ea in uno tantum libro scripto esset, cum eam in omnibus antiquis editis reperire posset. Grævium quidem sæpe vidi, cum id, quod erat in exemplis antiquis, quæ se dicit in manibus habuisse, non vidit, nec eo ad veram lectionem vel reperiendam, vel firmandam est usus. Nempe difficilis est et permolesta illa patientia laboris et constantiæ in libris pluribus accurate ad *κρίσιν* hanc conferendis, ut nos bene sensimus; sed quod agendum est, constanter agendum est, et paulatim, inprimis etiam fructu laboris sæpe videndo, ad illius molestiæ sensum obdurescit animus. Atque etiam est quædam ratio illius laboris minuendi, eaque maxime tenetur tum, si res, ut supra præcepimus, uno tenore agitur in singulis libris, atque ita, ut ante oculos sit tota librorum consulendorum quasi cohors, quæ etiam minuitur, si, quæ sint exempla novæ recensionis ex iis tantum repetita, cognoverimus.

Sed hæc, quæ de critica Ciceroniana diximus, ejusdemque vario usu inter viros doctos, qui opera Ciceronis edidere e sua castigatione, multis exemplis firmata reperient lectores, tum in notis nostris, tum etiam in præfationibus singularum partium.

Ceterum tota hac de perfecto critico Ciceroniano disputatione non hoc voluimus, ut supra diximus, efficere, ut nos pro tali haberemur: non hoc nobis sumimus; nec tali consilio solent tales disputationes fieri: sed ut intelligatur, quam nos normam in nostra hac recensione Ciceronianorum librorum secuti simus, quam nisi quis certam, ac definitam accurate, sibi in quocunque genere propositam habeat, ad eamque omnia pro facultate, exercitatione, et usu diuturno comparata, dirigat, non ille, quod satis probetur, efficere potest.[d] Sed quoniam de me dicere cœpi, age de hujus nostræ editionis instituto et consilio pauca dicamus.

Cum hoc ageretur ante aliquot annos, ut Ciceronianorum operum nova exempla fierent, rogatus, ut sæpe a multis, sum, ut tandem aliquando textum ipse recenserem, eique notas meas adderem. Mihi quidem hoc olim non venit in mentem: observationum li-

[d] [Cum hac disputatione comparari possunt Obss. Censoris in Bibl. Crit. Amst. Vol. I. P. I. p. 4. ss. Jac. Frid. Heusingeri in præf. ad Off. Cicer. (1783. ed. maj.) p. XXXXI. ss. Jo. Frid. Wolfii præf. ad Cic. Tusc. p. VI. ss. J. Chr. Frid. Wetzel. præf. ad Cic. Cat. Maj. p. XII. ss. ad Brut. p. LXVI. ss. Jo. Jac. Hottingeri præf. ad Lib. de Divin. p. VI. ss. *Beck.*]

brum aliquando scribere in animo habui; sed id consilium, ut fit, exitum non habuit. Nunc quidem mihi passus sum rem persuaderi, cum præsertim usu tam diuturno, et sæpe diligenter tractandis Ciceronis libris, non modo legendo, sed etiam, et vel maxime, interpretando; item conferendis antiquis exemplis didicissem, quam multa nondum essent recte constituta. Summa autem instituti, quod in tali labore sequerer, fuit hæc; primum, ut textum ipsum accurate recenserem, et secundum eas leges, quas supra critico Ciceroniano scripsi, constituerem. Et sperabam, me in hac parte aliquid efficere posse, cum innumeras correctiones, tum ex libris, tum de judicio et conjectura nostra, in exemplo meo scriptas haberem: denique etiam in magna exemplorum olim editorum copia versarer, quam etiam ex aliorum copiis ad hunc usum augeri videbam posse. Basin novæ recensionis feci exemplum Gruterianum. Ei, ad leges illas criticas castigato, subjeci notas duplicis generis: quarum alterum pertineret ad rationem criticam; alterum ad interpretationem. In illo igitur et correctionum earum, quas in exemplo Gruteriano feci, rationem reddidi, ut correctionis veritas intelligeretur, et conjecturas proposui tum aliorum, tum inprimis meas, ubi certa correctio non dabatur: in hoc loca aliquid obscuritatis ac difficultatis habentia, quam brevissime potui, explicavi. In quo hunc tenui modum, ut quæcunque e Clave nostra Ciceroniana disci et intelligi possent, ea non attingerem; cetera, in quibus aliquis, etiam non valde doctus, hærere posset, expedirem: in quo etiam rationem habuimus interdum elegantiæ Ciceronianæ, ut ad sensum adduceremus studiosos eloquentiæ. Quibus in priori illo genere subsidiis librorum tum scriptorum, tum formulis typographicis factorum usus sim in singulis partibus, præfationes iis præpositæ docebunt. Et scripti quidem nobis contigerunt non nimis pauci, atque in his quidam egregii, qui multum nobis profuere: editorum autem copia ea, qua profecto nemo ante me instructus fuit. Nam et ipse in iis comparandis fui a multis annis diligens, et quorundam copiam alii fecere. In iis autem usurpandis eam diligentiam adhibui, quam supra demonstravi adhiberi debere, quamque in omnibus aliis desideravi: speroque me eruditis hominibus, si non omni ex parte, in hac certe satisfecisse. Præter exempla autem hæc, quibus notæ meæ additæ sunt, ad scholarum usum etiam alia facta sunt, quæ solum textum haberent, additis sub textum lectionibus exempli Gruteriani, quibus inspiciendis,

quid in illo textu a nobis correctum sit, videre quisque potest, qui castigationem nostram totam brevi tempore perspicere velit. Atque etiam Clavem multis locis vel auxi, vel emendavi. Nam dum omnes deinceps libros summa diligentia relegebam, ubicunque aliquid occurrebat, quod esset ex eo genere, cujus in illa Clave ratio haberi deberet, id an in ea esset necne, requisivi, atque si in superiori editione prætermissum esset, addidi. Et non pauca jam ascripta erant in exemplo meo tum ex meis, tum ex aliorum virorum doctorum observationibus, in quas ego, legendis eorum scriptis, incideram.

Restat, ut sicut in singulis partibus seriem et rationem exemplorum editorum tradidi, sic hoc loco editiones operum universorum recenseam. Id jam olim fecimus separatim, et nuper in editione nova Bibliothecæ Latinæ Fabricianæ brevius: sed ea hic repetere accommodate ad hujus operis rationem non alienum putavi.

SECTIO II.

Operum universorum Ciceronis per partes edendorum consilium primi cepere Germani duo, Sweinhemius et Panartius Romæ; cum ante in monasterio Sublacensi, in quo initium edendorum formulis typographicis librorum fecere, libros de Oratore et Epistolas ad Diversos edidissent.[e] Nam, ut ex epistola Jo. Andreæ, episcopi Aleriensis, ad Sixtum IV. de libris in eorum officina editis, patet, [unde Excerpta leguntur in Fabricii Bibl. Lat. T. III. p. 562. ss. ed. Ern. *B.*] omnes Ciceronis libros, præter eos qui sunt de Inventione, edidere;[f] etsi non eo consilio, ut unum corpus facerent: nam non eandem formam habent, inprimisque volumen, quod de Officiis libros, et iis adjungi solitos libellos habet, longe minori ceteris forma est, Orationum autem volumen omnibus aliis majus est. Videtur et Nic. Jensonus Venetiis universorum per partes edendorum consilium habuisse; sed id exitum non habuit. Primus igitur proprie omnium corpus fecit, et quatuor voluminibus

e [Libros de Oratore sine anni nota, Epistolarum libros 1467. De utraque ed. vid. Jo. Bapt. Audiffredi Catal. Hist. Crit. Rom. edd. sæculi XV. p. 4. et 7. Deltophili (Com. de Rewiczky) Bibl. Gr. et Lat. pag. 106. s. *Beck.*]

f [Vid. Audiffredi p. 16. s. 29. 56. 76. 80. 436. s. 97. 102. (qui etiam edd. nonnullorum Cic. Opp. vetustissimas per Ulricum de Han de Vienna commemoravit.) *Beck.*]

maximæ formæ Mediol. 1498. 1499. edidit Alexander Minucianus, qui Mediolani literas Latinas docebat, idemque officinam typographicam habebat, unde multi veterum Latinorum scriptorum libri prodiere. De eo, ejusque libris, videndus Saxius in Hist. Typogr. Mediol. p. CCCCXVI. et DCIV. Sed ille sæpe modo repetebat ab aliis edita, ut Tacitum Beroaldinum, de quo in præf. ad editionem nostram Taciti diximus. In Ciceronis operibus quid vel præstiterit, vel præstare voluerit, in capite primi voluminis dixit. Ac primum se libros Ciceronis, ait, non ad ordinem temporis edidisse, sed quem necessitas præscriberet, dum vetustiora exemplaria e diversis et longinquis locis arcesseret. Id videtur tantum ad primum volumen pertinere, in quo liber, qui Orator inscribitur, Bruto præpositus est, addita admonitione hac, quod Bruti exemplum, dum Orator exprimeretur, nondum habuisset: nam ceteri libri omnes eo, quo ab aliis, ordine in singulis voluminibus collocati sunt. Vetustiora exemplaria utrum scripta intelligat, an formulis typographicis descripta, pro consuetudine illorum temporum, quæ et hæc ita, codices item appellabat, videtur intelligi posse ex epistola ejus ad Trivultium, in qua sic de sua opera loquitur, ut magis editis quam scriptis exemplis singularum partium usus esse videatur; nempe quæ priora essent iis, quæ tum vulgo in manibus versarentur; vidique conferendo, eum in singulis libris quandam superiorem editionem secutum esse, de qua in ceteris præfationibus interdum aliquid monebo, patebitque etiam res ex notis meis. Habuit hujus exemplum e bibliotheca Lugdunensi Grævius, sed eo admodum negligenter est usus. Nos et ipsi ejus exemplum habemus, sed quod volumine epistolico caret.

Huic proximum exemplum est Ascensianum Parisiis 1511. (et 1512.) f. totidem voluminibus. In eo esse repetitionem Mediolanensis, quibusdam ante indiciis cognoveram, nisi quod a correctore Ger. Vercellano quædam mutata dicuntur e Budæi exemplo et de ipsius judicio, itemque Guil. Maini, præceptoris liberorum Budæi, et in margine variæ lectiones, undecunque ductæ, nominatim Becichemi Scodrensis conjecturæ in Rhetoricis libris. Sed comparando exemplo ejus posthæc meo diligenter, reperi, eam in paucissimis ab Mediolanensi differre: ut qui eam habeat, Mediolanensem se habere, possit existimare. [De antiquiore ed. Epistolarum Ascensiana a. 1505. vid. Tr. Fr. Benedict Not. Crit. ad Cic. Epp. a. 1789. Torgaviæ editas, et præf. Epp. p. XXI. s. *B.*]

Secuta est Aldina, cœpta a. 1519. absoluta 1523. novem voll. 8.[g] Aldus in præf. ad Epistolas ad Atticum, a. 1513. dixit, omnia Ciceronis opera reliqua (nam et Epp. ad Div. ante a. 1502. ediderat) se tribus voluminibus editurum, eaque sic emendata, ut pauca in iis desiderari possent: ejusque rei initium fecerat a. 1514. editis Rhetoricis Libris, uno volumine, quaternis. Sed mors ejus, anno 1515. insecuta, consilium irritum fecit. Repetiit consilium Andreas Asulanus, isque negotium mandavit Andreæ Naugerio; a quo nova editio Rhetoricorum Librorum et Philosophicorum, itemque Orationum curata est; nam Epistolæ e superioribus exemplis repetitæ sunt, vitiis modo typographicis sublatis. Naugerius autem profitetur ille, se veteres et emendatiores libros contulisse, et omni conatu enixum esse, ut quam castigatissime omnia prodirent. Sed hæc professio est communis omnibus veteribus librorum talium editoribus. Jam non hoc negari potest, quibusdam libris ac locis meliorem textum factum esse; sed non tamen id valde multum est; nec vero illud etiam negandum, multis locis esse inductas lectiones non bonas aut antiquas, ut nihil de vitiis operarum dicam. Ceterum fama officinæ Aldinæ fecit, ut mox huic editioni principatus tribueretur, et omnibus, qui vel universa opera, vel partem aliquam edere castigareque instituerent, pro basi esset: unde maxima, ut opinor, negligentia superiorum exemplarium nata videtur; cum vulgo putarent, quicquid in illis esset boni, id in hæc exempla esse congestum. Quæ et causa fuit, quare in commemorandis Ciceronis locis hujus editionis paginas sequerentur, ut inprimis etiam fecit Nizolius. Ceterum, quæ illa editio in singulis partibus peculiaria habet, suis locis dicetur. Argumentum auctoritatis, quam nacta esse diximus hujus recensionis exempla, vel illud est, quod cum Parisiis Ascensiana officina a. 1522. novam operum universorum editionem institueret, non illa priorem suam repetiit, sed Aldinam, servatis tamen prioris in margine lectionibus, sequendam sibi putavit.

[g] [A. 1519. Libri de Off. Cato Major, Lælius, Somn. Scip.; Orationum voll. tria; Epp. ad Famil.; Epp. ad Atticum. (Ex ædibus Aldi et Andreæ soceri.) A. 1521. Epp. ad Atticum, ad Brutum, ad Q. Fratrem libb. xx. nuper exacta recogniti cura (ab Aldo Manutio). 1523. Ciceronis de Philosophia voll. duo. Hæc igitur Asulani operæ debentur. Vid. Serie dell' Edizioni Aldine seconda ediz. p. 48. 52. 58. Sed de Aldina ed. Epp. ad Div. 1502. Epp. ad Att. 1513. et Operum Rhetor. 1514. vid. idem lib. p. 18. 35. 36. *Beck.*]

Proxima quæ est huic, Basileensis prima Andr. Cratandri, a. 1528. f. tribus voll. curata, et ipsa basin fecit Aldinam, cujus et ordinem in orationibus recepit, cum in Rhetoricis Libris veterem Badii servasset, qui Topica et Partitiones libris de Oratore præposuit. Sed ea multis rebus Aldinam vincit. Nam primum habet multa nova et præcipua præ superioribus bona. Præfuit ei curandæ Mich. Bentinus, vir eximia literarum scientia, in ipsa hac Ciceroniana castigatione mortuus. Posteaquam vero Cratandri institutum pervulgatum per Germaniam est, plura et egregia ei subsidia missa sunt. Conr. ille Peutingerus misit aliquot orationum pro Flacco et in Vatinium, ab Hieronymo Rorario acceptas reliquias, venerandæque vetustatis exemplaria. Hartmannus, JCtus et Principis Palatini ab actis secretis, codicum Heidelbergensium usum impetravit, per quos pluribus locis veram lectionem restitutam ait Bentinus. Alios codices subministravit Jo. Sichardus, alios Cratander ipse, ea de causa peregrinatus, non parvis impendiis compararat. Accessere etiam sex Epistolæ ad Brutum, nondum ante editæ. Nec illi codices levis pretii erant. Nam hi fuerunt fere codices Germanorum, quos Victorius ceteris meliores appellat; usus ille hac editione, ex qua multas lectiones vel textus, vel marginis, recepit, quas vulgo ab eo primo editas putant. Nec vero Bentinus fecit, quod alii fecerant, ut, quod ipsi placeret, in textum reciperet, quæ diversa in libris reperisset, reticeret: sed diversitatem lectionum in margine posuit, ex qua, ut in Græcis inprimis locis Epistolarum, apparet, ab eo editiones primas, ut Romanas, inspectas esse. Præmissa etiam sunt excerpta e priscis et recentioribus scriptoribus, ad interpretationem locorum difficiliorum pertinentia, et additi primum indices copiosi. Itaque hæc editio operum Ciceronianorum inter principes, non modo ætate, sed etiam bonitate numeranda, superioribusque longe præferenda est.

Hujus editionis exemplis brevi tempore divenditis, aliam Basileæ instituit curare ibidem Hervagius, quæ tomis quatuor formæ maximæ a. 1534. absoluta est, chartis et literarum formis pulchrior illa et splendidior. Nec vero ceteris rebus non habet quo commendetur. Non est dubium, quin, qui ei præfuit, textum, qualis est in Cratandrina, basin novæ recensionis fecerit; neque tamen eum simpliciter repetiit, sed judicio suo usus est, comparatis primum, ut in epistola ad notissimum illum Caroli V. Cancellarium,

Heldum, dicit, exemplis antiquissimis (singulorum nimirum librorum) Romanis, Florentinis, et Venetis; quorum, nominatim Romanorum, etiam vestigia quædam animadverti, sicut in Cratandrina, nec modo inter varias lectiones, sed etiam in textu, ut Attic. I. 18. extr. etiam scriptis, in his etiam codice Gabrielis Florentii Talenti, Mediolanensis senatoris, ex quo oratio pro Publio Sextio tertia prope parte auctior facta est, expletis superiorum exemplorum in ea lacunis. Imitatus est etiam Cratandri exemplum in lectionibus diversis notandis, sed ita, ut eas e marginibus amoveret, et peculiari libello comprehensas ad calcem operis universi rejiceret, pulchritudini magis consulens, quam usibus lectorum. Observavi pluribus locis lectiones hujus ed. consentire cum Victorianis, iisque his, quæ primum a Victorio receptæ in textu esse vulgo putentur, sed tamen etiam vitia, ut pro Fonteio c. 4. *hominibus* pro *nominibus*, et alia. [In exemplis thesauri Cic. ex Hervag. Off. 1546. 1551. 1568. cura Cælii Sec. Curionis et aliorum, præmittitur collatio ed. Hervag. cum Aldina. *B.*]

Sed eodem tempore hoc saxum volverat Petrus Victorius, eodemque anno prodire ejus ex recensione Ciceronis opera cœpere Venetiis apud Luc. Ant. Juntam,[h] absoluta a. 1537. quatuor voll. fol. pulcherrimis omni ex parte hujus generis. Ea editio tantum habuit apud viros doctos commendationis, ut ipse ‘ sospitator Ciceronis’ cœperit appellari. Ac profecto ille superiorum de Ciceronis libris merita, quanquam non contemnenda, ut vidimus, multum superavit, præsertim diligentia veteres libros scriptos conferendi, et inde textum vulgatum emendandi; sed tamen, ut nos quidem cognovimus, magis et sæpius multo in Epistolis, quam in ceteris libris, quas ille, ut tum plerique, inprimis curiose tractarat. Itaque et in alios libros, Philosophicos et Rhetoricos, in hos quidem, ut ipse ait, inopia librorum meliorum, paucas notas scripsit; in Orationes vero nullas. Atque etiam in exemplis editis usurpandis eum minus diligentem fuisse, supra et alio loco dixi. Reperi etiam, eum interdum conjecturas suas, etsi parum evidentes, in textum intulisse, ut in Epp. ad Div. IX. 16. ubi verbum *famam*, sola conjectura ductus, pro *offensionem* edidit, cum id verbum in

[h] [Inde ab a. 1534. v. A. R. Bandini de Florent. Juntarum typographia T. I. p. 15. De hac ed. in præf. ed. Neap. T. I. p. XVII. ss. monetur, eam partem, quæ Orationes continet, (vol. II.) ex Naugerii, reliquas ex Victorii emendationibus fluxisse. *Beck.*]

codice Medicæo non reperisset: exciderat culpa librarii; cujus rei deinde eum pœnituit. Atque ille locus etiam confirmavit suspicionem, aliquoties mihi oblatam, cum diceret, aliquid aut in nullo codice scripto esse, aut in omnibus, id ad eos modo pertinere, etsi perpaucos, quos ipse in manibus habuisset. Nam ad illum locum dicit, in prima notarum editione, verbum *offensionem* in nullo libro scripto esse: in nova castigatione, cum opinionem illam suam et correctionem retractat, solum Medicæum commemorat, a quo inductus fuerit, ut novam lectionem conjectura quæreret, quod ab eo id verbum abesset. Camerarius hoc etiam in eo reprehendit, jure, quod in nonnullis justo plus tribuerit libris suis, et plura contra usitatam et vulgatam in editis lectionem exquisierit, affectato antiquitatis studio, et verborum insolentiorem scripturam, ut *apisci, boca, flamma, conlocare, exprobare, Ostes, repueriscere, &c.* receperit.

Ceterum errorem hic meum, in quem ab aliis inductus sum, corrigere convenit. Repereram editionem Victorianam secundam commemorari, quæ Florentiæ a. 1571. facta esset, literis vulgaribus, cursivas vulgo vocant. Id ego temere credidi, cum nullum ejus exemplum mihi occurrerit, nec ejus quovis pretio emendi facultas mihi data fuerit. Firmarat errorem Grævii ad Epistolas ad Atticum præfatio, in qua se textum earum dicit maxime composuisse ad postremam Victorii editionem, quæ Flor. 1571. facta esset, quamque a Malliabecco accepisset: non diserte tradens, id ad solas has epistolas pertinere. Denique in manus meas venit superiori anno exemplum Epistolarum ad Atticum e secunda Victorii recensione, illo anno Florentiæ editarum, eo, quo traditum reperi, genere literarum; ex quo intellexi, non illam Venetam editionem operum universorum Ciceronis repetitam esse, sed hanc tantum partem; de cujus exempli ratione diligentius a nobis in præfatione ad illas epistolas dicetur.

Cum valde probaretur Victoriana recensio, statim reperti sunt qui eam repeterent, quidam quidem sic, ut fere nihil, nisi repeterent; alii cum judicio et delectu. Ex illo genere est major Roberti Stephani editio Parisiensis a. 1538. 1539. f. IV. voll. quæ in ipso titulo se Victorianæ filiam profitetur, ut Lugdunensis Gryphiorum a. 1540. 8. IX. voll. facta, aliquoties deinde illa repetita: (1546. 1548. IX. voll. 12. 1551. 1559.) in quibus repetitionibus tamen, ut in ea quæ 1555. facta est, aliquid e Manutiana recen-

sione accessisse titulus profitetur. Nam Jo. Mich. Brutus, qui apud Gryphios Ciceronis opera curavit, a. 1570. sqq. (repet. 1578. 1585-87.) professus est ille quidem in præfatione, se in ea diligenter versatum esse : sed ea tractanda cognovimus, eum libris scriptis usum non esse, conjecturas tantum exercuisse, in quibus ipsis interdum sunt non novæ, maxime tamen animadversiones superiorum editorum collegisse, et ex iis, quid sibi placeret, indicasse ; principatu dato Lambino : quæ videtur esse causa, quare Gruterus et Gebhardus, Lambino nimis infesti, eum interdum durius tractarint. Sed in iis qui Victorianam tantum repetiere, etiam Sturmianæ numerandæ sunt ; quarum prima eodem, quo superiores illæ repetitiones, anno Argentorati prodiit [1540. ap. Wendelin. Rihel. Numeri pagg. et versuum Aldinis respondent ; repetitiones post Nauger. postremam et Victor. emendatæ, curante Joh. Sturmio, prodierunt 1548. 1557. 1571. 1574. 1578. ap. Jos. Rihel. *B.*]

Ex altero genere Victorianæ repetitionis est Basileensis tertia apud Hervagium facta eodem anno (1540.), cui Joachimus Camerarius præfuit, quo nemo tum erat ab ingenio, doctrina, et curiosa Ciceronis lectione ad eam rem instructior et paratior. Nam Victoriani exempli (Venetum in notis solet appellare) fidem et auctoritatem in plerisque ille quidem secutus est, ceterum priores lectiones, et ipsas e libris scriptis ductas, sæpe prætulit Victorianis, secutus rationem et judicium suum, fugiensque illam, quam diximus, Victorii κακοζηλίαν. In quo universo judicio ille secutus est etiam rationem dignam commemoratione, et iis, qui veteres libros tractare accurate velint, non ignorandam, sed ab eo primo inter criticos, quod ego quidem cognoverim, proposita, cum, quasdam lectiones librorum diversas esse ejusmodi, dicit, ut suspicio esse vel possit vel debeat, non alteram ex altera, commutatione aliqua vel librariorum, vel correctorum, factam, sed utramque esse a Cicerone, per duplicem libri alicujus editionem, et novam ejus castigationem : quam observationem vidimus suam fecisse Car. Stephanum in admonitione, libello Var. Lectionum præmissa T. II. p. 682. Ceterum hujus Camerarianæ recensionis exempla facta sunt a. 1540. quatuor formæ maximæ voluminibus. Accessere Victorianæ notæ, quædam ipsius Camerarii, in Rhetoricos et Philosophicos libros, Epistolas ad Familiares, et Orationes, libellus denique Var. Lectionum. Sed hæc de Victoriana editione, ejusque quasi sobole dicta sunt.

Post eum proximus novæ recensionis auctor fuit Paulus Manutius. Nam, quo tempore Victorius in Ciceronianorum operum castigatione laborabat, idem agere cœperat ipse, adolescens tum duodetriginta annorum, ut ipse tradit; non interpres ille magis, quam imitator Ciceronis felicissimus, egeratque per plures deinceps annos studio curaque singulari. Etenim primum ille, in apparatu librorum, ad eam rem bene agendam congerendo, nullis sumtibus pepercerat, nulli labori. Profectus erat et Romam, regionesque peragrarat Italiæ eas, in quibus essent bibliothecæ libris antiquis celebres, ut libros Ciceronis antiquos indagaret, ut narrat in præf. Epp. Cic. ad Fam. ad Maphæum Leonem, nactusque erat tum illarum libros perantiquos a Bernardino Maffæo, Vinc. Riccio, Ubaldino Bandinello, (vid. Schol. ad I. 10. extr.) a Jo. Scala, Paullo Boto, Petro Bembo, Sigonio, &c. (vid. ad XII. 13.) itemque Epistolarum ad Atticum, tum alios, tum inprimis antiquum, et bonum, ut ipse judicat, Barth. Cavalcantis, librorum philosophicorum antiquissimum et optimum a Bernh. Maffæo, ab aliis alios; Rhetoricorum denique duos Borromæi, totidem Fulvii Ursini et Latinii: nec in Orationibus ei tales libri defuerunt. Comparaverat etiam superiora exempla edita, et inprimis Victorii, cujus eum non raro lectiones secutum esse reperi. Et his copiis instructus cum omnes libros castigasset, edidit a se formatum ex Aldino primo textum, Venetiis 1540. 1541. voll. novem:[1] a quo exemplo deinde cum alia, tum Aldinæ officinæ exempla fluxere, plura etiam quam a Victoriano. Sed hoc Venetum hujus et proxime sequentium annorum exemplum est primigenium; quod, miratus sæpe sum neque ab editoribus Ciceronis recentioribus, neque ab his qui historiam editionum Ciceronis tradidere, commemorari. Sed omnino in edd. Aldinis parum vulgo sunt accurati; et fere solas editiones Aldi Nepotis, quæ sunt plures, commemorant: et cum Manutii in lectionibus commemorandis mentionem faciunt, illam Aldinam majorem in animo habent, quæ extrema illius sæculi parte facta est: de qua infra dicetur, sicut et de minoribus Aldinis. Ut ad illam genuinam Paulli editionem redeamus; ei Scholia addidit modo in Epistolarum ad Diversos volumine, quas scilicet jam ante separatim ediderat. In

[1] [Alii decem voll. alii octo numerant. Est ea Aldina II. editio. De duplici collectione Operum Cicer. Manutiana ab a. 1540-48. cf. Serie dell' Edizione Aldine p. 71-83. *Beck.*]

iis, quia Victorium vellicaret, habuit inde aliquid cum eo controversiæ, cum is castigationes posteriores in illas Epistolas edidisset: qua re motus, ea post loca omisit; quæ qui volent legere, vel exemplum Epistolarum aliquod superius, vel editionem illorum Scholiorum in ed. Rob. Stephani possunt adire, de qua nunc dicemus.

Rex tum Franciæ erat Franciscus, bonarum literarum omnium amantissimus. Is et bibliothecam suam instruxerat omnibus copiis librorum Hebraicorum, Græcorum, et Latinorum, et formas novas elegantesque literarum omnis generis sculpi jusserat, in his earum, quas currentes vulgo vocant, inventas initio illius sæculi a quodam Francisco Bononiensi, ut iis optimus quisque liber Latinus describeretur. Ejus rei initium fieri placuit in Ciceronis libris per Rob. Stephanum, typographum regium. Is igitur annis 1543. et 1544. eos universos octo voluminibus minoris formæ nitidissime edidit Parisiis. Volumina prima tria habent Orationes, proxima duo Epistolas, sextum et septimum libros Philosophicos, ultimum Rhetoricos. De ratione hujus ed. nihil aliud tradit Robertus, nisi universe, multa esse, quæ in superioribus edd. vitiosa essent, emendata, diligenti vetustorum exemplorum collatione: quod genus professionis quam ambiguum sit, constat hodie inter eruditos. Nos quidem reperimus comparando, basin textus hujus esse Manutianum, cujus lectiones multo sæpius sequitur quam Victoriani, omninoque rarissime deserit: quod cum facit, quia, qua auctoritate aut ratione motus aliud ediderit, non constat, nullam dat idoneam causam imitandi. [Est ea Stephaniana II. Parisiensis IV. *B.*]

Illis ipsis annis 1553. seqq. eadem in urbe, similibus, at minoribus literis, minorique forma, sed pariter nitide, undecim voluminibus edita sunt Ciceronis opera ex officina Simonis Colinæi. Ejus exemplum ipse habeo. Professio præfationis est: ‘omnia, collatis vetustis libris Mss. idque adhibito judicio, locis quamplurimis summo labore, summaque diligentia emendata esse.’ Sed collatio plurimorum locorum cum aliis exemplis docuit me, esse meram repetitionem Stephanianæ proxime superioris, quippe etiam interpunctiones vitiosas et perturbationes verborum servat. Reperi traditum, eundem opera Ciceronis, vel universa, vel plura edidisse ante a. 1532. Sed vereor, ne error in numero sit. In fine singularum partium Lectiones Variæ additæ sunt. [Editionem Colin.

Paris. 1543-45. voll. x. 16. memorat Edvard. Harwood ex versione Pinelli p. 181. add. Fabric. Bibl. T. I. p. 219. et Bibl. Maphæi Pinelli T. III. p. 297. *B.*]

Huic proxima est splendidissima, per Carolum Stephanum Parisiis a. 1554. f. quatuor voll. facta editio. Ei quis præfuerit, non magis traditur, quam in superioribus illis duabus. Secutus est, ut conferendo cognovi, in universum quidem, textum Manutianum vel Stephanianum. Nam fere lectiones habet, quas primus invexit Manutius secutusque est R. Stephanus. Professio editoris est in capite lectionum variarum, quæ sunt ad calcem tomi cujusque, e. c. T. I. p. 315. 'maluisse se codd. veterum (scriptorum an editorum?) lectionem annotare, quam per singula loca emendare; relicto lectoribus judicio: sed ubi tria aut plura exemplaria concurrerint, et, re ipsa etiam loquente, locum corrigere necessarium fuisset, id ea se lege fecisse, ut hic quoque veterem lectionem annotaret:' quæ professio satis illa quidem honesta est, sed ambiguitatem in illo concursu plurium librorum habet: quod, ea exemplaria quæ fuerint, aut qualia, non constat, et sæpe plerique codices in vitiosa lectione consentiunt: denique non, quam multi, sed quam boni libri consentiant, quæritur. Sed pessime administratum esse hoc negotium, res ipsa me docuit. Nam permultis locis vel expulsa est, dudum ante, bonorum librorum auctoritate, revocata lectio, vel inducta nova, quam in nulla inde ab Ascensiana prima reperi, eaque plerumque haud dubie deterior vulgata. Ut periti judicare possint ipsi, lectiones aliquot capitum unius orationis apponam. In Divin. igitur in Cæcil. c. 1. pro *descendere* habet *descenderim; præponendum esse mihi*, pro *m. e. præponendum; provincia discessissem*, pro *p. decessissem; supplices isse*, pro *s. esse.* C. 2. *in eum me locum adduci* (quod et Mediol. et Asc. habent, nec improbat Grævius,) pro *i. e. m. l. adductum*, quod postulant verba *falleret* et *traduceret; quod res quæ*, pro *quod hæc quæ; quia mihi unus*, pro *si mihi unus; instituto meo video me*, pro *instituto meo videor.* C. 3. *hoc unum jus tot incommodis remedium esse arbitrarer*, pro *hoc unum his t. i. &c.* Atque tales mutationes in hanc unam orationem quatuor et sexaginta locis invectas reperi. [Invenit tamen hæc editio multos laudatores et sectatores. *B.*]

Vix operæ pretium est commemorare editiones, quas invitatus a librariis Lugdunensibus (Jo. Frellonio, J. Ant. Vincentio) cu-

ravit Jo. Bulierius, primum 1562. 12. item 1568. minutissimis literis, voll. 8. Professio est usitata illa, nunc primum, optimis exemplis collatis, emendatum Ciceronem esse. Textus nullum certum exemplum, sæpissime non bonas lectiones, maxime Aldinæ, sequitur, cujus etiam præfationes habet. Variæ lectiones in marginibus, sed valde raro, sunt: scholia autem in iisdem vel analysin habent Orationum aut Epistolarum ad Diversos, aut explicant breviter verba Ciceronis; quæ fere de Erasmi et Melanthonis notis sumta sunt, inprimis ad libros de Officiis. Rhetorici libri carent talibus scholiis, itemque Philosophici, præter eos qui de Officiis sunt; rarissima denique ad Epistolas ad Att. et Q. Frat. Ergo hæc editio nullius omnino usus est.

Sed haud paulo major lux oborta est Ciceroni a Dionysio Lambino, qui, magni illius Erici Memmii hortatu, ad operam Ciceronis libris nova recognitione navandam se contulit, ejusdem etiam opibus in ea re adjutus. Erat autem Lambinus vir excellentis ingenii, ejusdemque et ad sensum veri, et pulchri, omni genere doctrinæ exculti: eamque rem tanto studio, tanta sedulitate agebat, ut intra biennii ac dimidii spatium, totum opus absolveret. Jam non ille quidem dixit, quod exemplum fecerit basin operis sui; nec est nimis facile id conjectura assequi, in tanta a superioribus exemplis aberrationum frequentia: tamen, nisi vehementer fallimur, Manutianum textum vel ipsum, vel uti a R. Stephano repetitus erat, sibi corrigendum sumserat. Nam et exempla ejus recensionis in Francia versabantur in manibus, et ejus lectiones a superioribus exemplis discrepantes sæpius ejus textus habet, quas etiam interdum vulgatas vocat, ut ad Div. I. 5. nam ibi cum in textu sit 'omnium magno silentio est accusatus,' in notula ad eum locum dicit, alios habere *nimium m. s.* idque firmari libris scriptis, sed se a vulgata recedere noluisse. Enimvero hæc est lectio Manutiana et Stephaniana, cum præcedentes exprimant *nimium.* Codicibus scriptis usus est pluribus, quam superiorum cuiquam contigerant, et Memmio suppeditante, et aliis.[k] Sed accusatur nimiæ in immutanda lectione vulgata licentiæ, ut qui non modo e libris scriptis et editis, quod maxime placuisset, sed etiam e suis sæpe aliorumque conjec-

[k] [Multa fuit de emendatione locorum nonnullorum e codd. Lambino disceptatio cum Adr. Turnebo, qui præcepisse eas in Adversariis videbatur. Vid. Lambin. ad Verr. IV. 53. extr. et 64. *Beck.*]

turis textum mutaverit:[l] qua accusatione inprimis adversus eum usus est Gruterus. Jam illud quidem reprehendendum non esset, si modo semper, e quibus et qualibus sumsisset libris, indicasset, nec lectores codicum veterum commemoratione universa contentos esse voluisset: hoc autem si modo et ratione semper factum esset, nec ipsum nimis reprehendi posset. Sed quid in hanc partem de Lambino judicandum sit, supra dictum est: et, ut concedendum sit, quod non defugiam, eum pluribus locis plus dedisse, quam deberet, suo aliorumque ingenio, atque adeo non semper veram Ciceronis manum expressisse, (quis enim hoc vel religiosissimus editor vel est consecutus, vel se consecuturum speret?) certe hoc videtur perfecisse, ut, quod intelligi posset, ac bene Latinum esset, ubique ederet: ejusque adeo doctam et venustam audaciam multis locis prætuli Victorii, Gruteri, Gebhardi, et J. Gronovii religioni; qui tamen et ipsi conjecturis suis, aut aliorum, etiam durioribus, interdum sunt obsecuti.

Sed in hoc de Lambini lectionibus judicio etiam cavendum est, ne inscitia exemplorum peccetur, quæ Lambini nomen habent, ut Grutero et Grævio accidisse vidi. Igitur tenendum est, ea modo exempla esse, qua textum, vere Lambiniana, quæ sint anni 1566. f. II. voll. eadem illa etiam sequentibus omnibus[m] pulchriora. Nam Lambino a. 1572. mortuo, cum nova exempla Ciceronis fierent, anno post, ejus sub nomine, propter illos de ejus audacia in corrigendo clamores, res ita instituta est, nescio per quem, ut omnes Lambini lectiones e textu in marginem ejicerentur. Ut uno exemplo defungar, quod jam in memoria recenti est: ad Att. XIII. 23. pro vetere lectione *sunt enim jam defecti* reddiderat *detexti:* id in altera est pro conjectura in margine, in textu *defecti:* quod et in ceteris omnibus est servatum, in majoris formæ illis, ut 1578. cujus exemplum cum prima habeo, tum minoris, textusque Lambiniano substitutus est alius superioris exempli; quod tamen non ita constanter factum, ut, cujus ille exempli sit, dici possit: nam nec præfationis aliquid additum est, in qua de instituto universo expositum sit: sicut et illud ipsum de lectionibus Lambinianis non satis

[l] [Adversus eam suspicionem inprimis defendere Lambinum conatus nuper est Jos. Garatonus: vid. eum ad Verr. III. 69. *Beck.*]

[m] [Hæ in notis fere appellatæ sunt 'repetitiones Lambinianæ.' Paris. 1573—80. IX. 8. Lugd. 1577. s. IV. fol. 1580. IX. 8. Argent. 1581. IX. 8. Paris. 1584. II. fol. *Beck.*]

diligenter factum reperimus. Itaque inane et fallax est, quod in quibusdam exemplis reperi additum titulo; 'ad extremam Lambini editionem;' nam una tantum Lambini est, prima illa: ceteræ hunc usum possunt habere, ut ex ejus marginibus plerumque cognosci Lambiniana lectio possit. Hujus igitur rei ignoratione deceptus e. c. Gruterus aliquot locis Lambino inconstantiam exprobrat, ut ad Or. in Sen. p. Red. c. 5. in lectione *gratissimæ civitatis,* pro qua in Victoriana datum erat *gravissimæ*, cum dicit, 'id ipsum Lambinus admissum priore editione, altera ejecit, reducto *gravissimæ*.' Grævius autem ne cognitam quidem habuisse videtur primam, qui interdum e margine ed. Lambinianæ commemorat, quod est in textu primæ. Sed tamen aliquid in secundis his exemplis est Lambiniani boni: nam notæ multæ sunt auctiores, et in marginibus etiam reperiuntur lectiones novæ e libris scriptis. Ut exemplum saltem unum commemoremus, in Epist. ad Att. XII. 46. ad verba 'tantum mediocrius' nota secundi exempli est longior primi, et in margine e V. C. notatum *modestius.*

Ceterum in illa recensionis cura a Lambino nimis sunt neglecta veterum edd. exempla. Itaque sæpe accidit ei, quod et aliis, ut e libro scripto se primum emendare lectionem vitiosam putaret, cum lectio illa, ipsi nova, dudum in antiquis exemplis fuisset prodita. Lambinianum textum exprimere voluere Genevenses, auctore Gothofredo,[n] item Gryphiana[o] et Aldina[p] denique etiam officina, notulis Lambini repetitis, utrum primum illum, qui vere Lambini sit, necne, non libuit de omnibus quærere; in Genevensi quidem textus est ex editione secunda etiam cum notulis in marginibus: quibus et aliæ tum Var. Lect. tum brevia, nec contemnenda, scholia accessere.

Lambinianam editionem excepit Aldina major, Venetiis, ab a. 1578. ad usque 1583. decem[q] voll. facta, 'cum commentariis,' ut

[n] [Genevensis editio cum not. Lambini et Fulvii Ursini 1584. II. f. prodiit. Successit editio Lugd. 1588. 4. tomis II. voll. f. cum not. Dion. Gothofredi; repetita 1594. 8. 1596. IV. tom. 4. 1606. fol. 1616. et sæpius ab a. 1594—1620. Evulgata etiam erat editio cum not. Lambini et aliorum, opera Alex. Scot. Lugd. 1588. *Beck.*]

[o] [Est Gryphiana III. cura Jo. Mich. Bruti, Lugd. ap. Ant. Gryph. 1570. ss. repetit. 1578. et 1585-87. *Beck.*]

[p] [Prodiit Aldina III. Venet. 1569. s. IX. voll. 8. curante Hieron. Turrisano. Cuique volumini additæ sunt Lambini annotationes. *Beck.*]

[q] [Alii V. volumina numerant. Scilicet singuli tomi separatim prodierant. Vid. Serie dell' Ediz. Ald. p. 139. *Beck.*]

habet titulus, 'exquisitissimis et elaboratissimis Paulli et Aldi Manucci.' Ea vero non est ejusmodi, ut novæ recensionis nomen habere possit. Nam textus fere Manutianum Paulli exprimit, sed ita est vitiis operarum inquinatus, ut nihil supra: nec quisquam intelligens ejus auctoritate uti cupiat. Pretium habet omne a Commentariis P. Manutii in Orationes, Epistolas, et Officiorum libros, qui, ita elaborati, hic primum prodiere, repetiti inde a Grævio. Aldi Nepotis notæ fere sunt aliis sublectæ, nec dignæ Manutiano nomine, nec, præterquam ad libros de Officiis, multæ. Itaque miratus sum, cum a Reinesio legi Var. Lect. p. 326. Aldum appellari exactissimum Ciceronis interpretem, qui et maxime in lectionibus judicandis debeat audiri. Sed accidit hoc facile etiam doctissimis viris, ut iis plurimum tribuant, quos sibi consentientes in aliqua re videant. Ceterum, quoniam passim lectiones librorum scriptorum memorat Aldus, in talibus locis consuli poterit. In quos libros nihil est Manutianarum notarum, in iis sunt aliorum ante editæ notæ.

Extat etiam Ciceronianorum operum editio typis Wechelianis,[r] Hanoviæ a. 1606. et Francof. 1609. expressa 8. auctore, non traditum est, quo. Textus dicitur esse ad Manutianam et Brutinam conformatus. Volumini cuique subjectæ sunt notæ ad crisin inprimis pertinentes, satis copiosæ, e variorum libris et notis delectæ, commemoratis ubique auctoribus. In quo auctor est Brutum imitatus, quo tamen est copiosior.

Sed novi exempli editio paulo post curata est a Jano Grutero. Is usus est primum excerptis librorum scriptorum, quæ itineribus, per Franciam, Belgium, et Germaniam factis, collegerat diligenter Jo. Guilielmius (Lubecensis), novam ille editionem Ciceronianorum librorum molitus, sed ante rem perfectam mortuus (1584.); deinde e codicibus Palatinis ipse: adjuverant etiam in eodem genere Janus Gebhardus et David Clericus, in Epistolis inprimis ad Diversos ille, ad Atticum hic. In Guilielmianis excerptis erant et, quæ Carolus Langius et Suffridus Petri collegerant: de quibus legenda hujus epistola in Gabbemæ Collect. Epist. p. 243. Erat

[r] [Prima Wecheliana editio prodierat Francof. 1590. x. voll. 8. ap. Her. Wechel. ad Manutianam et Brutianam expressa. Ad calcem cujusque tomi annotationes et castigationes ex virorum doctorum scriptis collectæ adduntur, auctore, ut nonnullis videtur, Frid. Sylburgio. 1606. et 1609. totidem voll. repetita est. *Beck.*]

Gruterus in re critica eo, quo Victorius, sensu, ita libris scriptis addictus, ut manifesta sæpe menda etiam accuratissimis et evidentissimis virorum doctorum emendationibus præferret, eaque etiam explicare tentaret ac defenderet. Itaque basin suæ editionis esse voluit textum Victorianum: quem tamen ille non modo e libris scriptis sæpe mutavit, sed etiam interdum e conjecturis eorum quidem, quorum apud eum esset peculiaris quædam auctoritas, ut Simeonis Bosii in Epistolis ad Atticum. Editiones antiquiores et ipsas subinde commemorat, sed satis negligenter, non modo hanc in partem, quod primas illas Romanas et alias non requisivit nec consuluit, sed quod etiam pro primis laudat, quæ non sunt, ut subinde in notis monuimus et in singulorum voll. præfationibus. Et quoniam ipse omnino in conferendis libris antiquis aliorum opera usus est, veremur, ne non certa sint omnia, multa etiam prætermissa. Notas ipse suas addidit, nisi in Epistolarum, ut ante dictum, item in Tusculanarum libris, ubi Gebhardi sunt. [In Lambinum temere sæpe invehuntur Gruterus et Gebhardus, multo inferiores critici. *B.*]

Hujus editionis exempla primum facta sunt Hamburgi a. 1618. quatuor tomis majoribus, (2 voll. fol.) sed chartis ita fuscis, atque inelegantibus literis, ut Ciceronem pudere debuerit, se ab superiori cultus lautitia repente ad tam sordidum habitum redactum esse. Ceterum propter auctoritatem Victorianæ lectionis, ipsiusque Gruteriani nominis, hæc editio principatum tenere cœpit, ut ea omnium maxime genuinum Ciceronis textum exhibere putaretur. Itaque, qui post Ciceronis libros edere instituere, hunc sibi textum sequendum putarunt, ut Elzevirii,[s] ut Blavii,[t] et alii, qui et vitia illius editionis servarunt.[u] Londinenses vero et totum opus Gruterianum pulchrius repetiere a. 1681. f. Itemque post, cum novam editionem molirentur Lugdunenses in Batavis, ejusque curam Jac. Gronovio permisissent; hujus repetendæ auctor fuit illis, non nisi paucis locis sua emendatione in textum illata, et suis notulis additis cum

[s] [1642. x. voll. in 12. 1661. II. 4. Vid. Deltophili Bibl. p. 109. *Beck.*]

[t] [1658. ss. x. voll. in 12. *Beck.*]

[u] [Ut Schrevelius Lugd. Bat. 1661. 4. repetit. Genev. 1687. 4. Venet. 1687. IV. voll. in 4. Etiam in Usum Delphini 1684—1689. cœperunt a nonnullis viris doctis edi Ciceronis scripta (VI. voll. in 4.), sed ea editio non absoluta est. Interea inde ab a. 1677. Jo. Georg. Grævius ediderat singula quædam opera Cic., de cujus ratione ad singulos libros dicetur. *Beck.*]

Asconii et alius scholiastæ veteris reliquiis (1692. IV. voll. 4. XI. voll. in 12.), eaque postea pro emendatissima fuit, cujus textum et nos reddidimus, cum universa Ciceronis scripta ad usum Scholarum repetenda formis Lipsiensibus ederentur. (Lips. 1737. s. Hal. Sax. 1758. VI. voll.) Atque etiam ceteræ, quæ hoc sæculo factæ sunt editiones, illum Gruterianum textum e Gronoviana recensione fere sequuntur. [Berolinensis 1745. XI. tom. VIII. voll. 8. Glasguensis 1749. XX. voll. 12. *B.*]

In quibus prima fuit, quæ ab J. Verburgio Amstelodami curata est anno 1724. variis formis, (II. voll. fol. IV. voll. 4. XII. voll. 8. repet. Ven. 1731. XII. 8.) secunda Jos. Oliveti Parisiis facta 1739-43. repetita illa Genevæ 1743. 4. IX. voll. (et Patavii 1753. IX. voll.) de quorum instituto paucis dicendum videtur. Et Verburgius quidem in sua editione dedit notas integras Victorii, Camerarii, et Ursini, selectas ceterorum, qui post Victorium in Ciceronis libris emendandis illustrandisque laborarunt, ut Manutii, Lambini, Guilielmii, Gruteri, Grævii, Gronovii, &c. etiam var. lectionibus quibusdam sub textu notatis, et suis interdum notulis additis. Ceterum nec delectum illum suum, nec suas notas eruditis satis probavit. Olivetus autem hac ratione usus est in textu formando, ut nulli editioni se addiceret, etsi sola edita exempla sequi constituisset, sed editiones Victorii, Manutii, Lambini, et Gruteri compararet, hac lege, ut, in quibus eæ omnes consentirent, in iis semper eas imitaretur; in quibus autem dissentirent, in iis sequeretur, quæ sibi maxime ex earum lectionibus probaretur, ceterarum lectionibus notatis; ut in una sua editione saltem lectiones omnes illarum reperirentur. Sed de variis illis lectionibus consilium irritum factum est casu, per quem libelli illarum lectionum periere ante quam exscriberentur typis, cum tempus novorum conficiendorum non suppeditaret.[x] Notis porro instruxit textum, delectis e commentariis in Ciceronem, adjecto nomine ejus, qui quidque primus dixisset, additis paucis etiam suis. Denique addidit Indices Legum, Historicum, et Latinitatis, e nostra maxime Clave ductos. Sed de hac editione plenius diximus in Actis Erud. Lips. a. 1745. quæ hic repetere non est necesse.[y]

[x] [Itaque, quæ nunc cuique volumini subjiciuntur, Variæ Lectiones, vix ullius sunt fidei et auctoritatis. *Beck.*]

[y] [In præfatione Jos. Olivetus primum agit de quatuor viris, quorum opera Ciceroni emendando inprimis profuerit et e quorum emendationi-

Ante paucos annos etiam nova et perpulchra editio facta est Parisiis a. 1768. 12. Voll. 14. per J. Nicolaum Alemannum (Lallemand). Textum quem basin fecerit sui non dixit, notas non addidit, ne moles ultra modum cresceret. Ad calcem tamen uniuscujusque voluminis additæ sunt breves annotatiunculæ, quarum consilium fuit, lectionum a vulgatis recedentium, quas ipse recepisset, auctoritatem astruere, loca suspecta notare, depravata aut manca indicare, quandoque etiam conjecturas eruditorum virorum afferre, et sensum difficiliorum locorum breviter tradere. In orationibus se dicit codicibus regiis usum esse non paucis, ut nulla sit, cujus non duo saltem exempla habuerit. De ceteris libris nihil tale profitetur, sed tamen in omnibus, præter Rhetoricos, aliis, codices regii commemorantur; ut hujus quoque editionis aliquis usus in critica ratione esse possit. Orationibus addidit Indicem Legum et universo operi Indicem Latinum e nostra Clave excerptum.[z]

bus textum constituerit: Petro Victorio, quem Ciceronem e Florentinis codd. ita expressisse dicit, ut hæc editio esset etiam tum aliis, quas multas a ducentis annis acceperimus, castigatior; Paulo Manutio, Dionysio Lambino, et Jano Grutero; de quibus postremis duumviris decernit, ab utroque multa in Ciceronem et insignia profecta esse merita, potuisse tamen plura existere, si, quod alteri superarat, alter habuisset, plusque veteribus membranis Lambinus tribuisset, Gruterus aliquanto minus. Deinde recenset eos, e quorum Commentariis vel in omnia Ciceronis scripta, vel in singulas partes excerpsit annotationes. Sunt vero præter Asconium Pedianum, antiquum grammaticum, et interpretes atque editores antea nominatos, Nicolaus Abramus, Lotharingus, e Soc. J. qui XIII. Orationes Commentariis illustravit; Simeon Bosius, qui animadversiones in Epp. ad Atticum conscripsit; Johannes Buherius, cujus habentur animadverss. in Catilinarias Oratt., Tusculanas Quæstt. et Libros de Natura Deorum; Joachim. Camerarius, Sebastian. Corradus, Jo. Davisius, Petrus Faber, qui libros Acadd. Quæstt., et Orationem pro Cæcina explicuit; Anton. Goveanus, qui Topica inprimis tractavit; Jo. Georg. Grævius, Franc. Hotomanus, Leonard. Malaspina, cujus sunt emendationes in Epp. ad Atticum, Brutum, et Q. Fratrem; Jacobus Menardus, qui priores sex orationes interpretatus est; Guil. Morelius, qui in Libros v. de Finibus scripsit Observationes; Marc. Ant. Muretus, Jo. Passeratius, Andr. Patricius, Zach. Pearcius, Dionys. Petavius, Jacob. Prusteus, qui libros Rhetoricos in usum Delphini edidit; Car. Sigonius, Jo. Lud. Strebæus, qui Oratorem, Partitiones Oratorias, et Libros III. de Orat. illustravit; Adr. Turnebus, Petr. Valentia, Joann. Voëllus, qui Orationum Analyses reliquit; Fulvius Ursinus; tum et alii, quos tantum nominat, ut Rich. Bentleius, Jac. Facciolatus, M. Anton. Ferratius, Nic. Hortensius, Petrus Lescaloperius, Is. Verburgius. *Beck.*]

[z] [Operam a se maxime in eo positam esse dicit, ut textus exhiberetur quam emendatissimus. *Beck.*]

Hæc habuimus, quæ de editionibus operum universorum Ciceronis diceremus; speramusque ea studiosis rei criticæ neque inutilia, neque injucunda fore.

[Beckius in præf. ad ejus ed. Orationum Ciceronis inseruit Ernestii Præfationem; cui sequens additamentum fecit de editionibus Ciceronis operum, ut etiam tertiam Sectionem, de Codicibus Ciceronis adhuc collatis.]

Hactenus b. Ernestus, qui cum duabus editionibus (Lipsiæ 1737. 1738. VI. 8. et Halis Sax. 1758. totidem voll.) repeti jussisset recensionem J. Gruteri sive Jac. Gronovii, adjecta in margine varietate lectionis nonnullarum editionum, Pearcianæ, Grævianæ, Davisianæ, addidissetque non modo rerum indicem historicum,[a] sed etiam verborum philologicum; tertium ita edidit Ciceronis Opera, (Hal. Sax. 1774. VII. voll. 8. cum notis criticis, et IV. voll. sine not.) ut orationem scriptoris multis in locis, partim ex legibus grammaticis quas constituerat, (non ubique assentientibus viris doctis,[b]) partim ingenii lectionisque assiduæ ope, partim aliorum criticorum præsidiorum auctoritate emendaret. Nam et codices nonnullorum librorum quosdam contulit, et inspexit nonnunquam vetustas aliasque, quarum maxima copia fuit instructus, editiones. Quodsi ubique factum esset, si placuisset iis, quibus gaudebat, copiis semper uti, de multorum locorum lectione aliter decretum esset. Sed dum, quæ aliis indaganda, examinanda, corrigenda, reliquerit, plura reperimus, non obliviscemur iniqui ingrative eorum, quæ multa ab hoc melioris lectionis Ciceronianæ duce et auctore sunt præstita, neque negabimus, facilius in uno quodam hujus scriptoris libello tractando diligentiam eandem semper et constantem et indefessam elaborare, quam in omnium ejus librorum varietate et multitudine. Eodem fere tempore Neapoli instituta est omnium Cic. opp. editio, cui præter commentarios,

[a] De quo severius judicavit cl. Wetzelius præf. ad Cic. Brutum p. LXVI. ss.

[b] Ut J. F. Heusingero, Schellero, aliis. De ipsa autem opera a b. viro in Ciceronem collata vid. Biblioth. Crit. Amstelod. Vol. I. P. I. p. 1. ss. P. II. p. 1. ss. P. III. p. 1. ss. (ubi inprimis legenda quæ p. 31. adduntur). Neue Philol. Bibl. P. III. p. 194. ss. (Gott.)

vel integros vel excerptos, etiam recentiorum editorum, qui singulos quosdam libros illustrarunt, accesserunt; inprimis Gasp. Garatonii JCti Cel. studio, et variæ lectiones codd. et edd. nonnullarum veterum, et animadversiones criticæ et exegeticæ. Neque tamen his viginti annis editio absoluta est, quantum scimus. Prodierunt autem voll. hæc: 1. Cic. de Off. Libri tres, Cato Major, Lælius, et Paradoxa, ex rec. J. G. Grævii, cum Not. Var. Edit. noviss. post Grævianam locupletior. Tom. I. Neap. 1777. typis ac sumt. J. M. Porcelli. Tomus II. ib. eod. 8.—2. M. Tullii Cic. Orationes ex rec. J. G. Grævii, cum Q. Asconio Pediano, Anonymo Scholiasta, et Not. Var. Ed. noviss. post Græv. locupletior. Tom. I. Neap. 1777. (Oratt. pro P. Quintio, Sex. Roscio Am., Q. Roscio Com.) Tom. II. 1777. (Divinatio Act. I. Act. II. Lib. I. et II. in Verr.) Tom. III. 1777. (Lib. III. IV. V. in Verr.) Tom. IV. 1777. (pro M. Fonteio, A. Cæcina, L. Manilia, A. Cluentio) Tomus V. 1777. (de L. Agrar. Oratt. tres, pro Rab. Per., in Catil. oratt. IV.) Tom. VI. 1777. (pro Murena, Flacco, Sulla, Archia poëta.) Tom. VII. 1786. (ad Quirites post Red., p. Red. in Senatu, pro Domo sua ad Pontifices; de Harusp. Responsis; pro Cn. Plancio: cui tomo adjecta est Garatonii admonitio de ordine quo singula se excipiunt volumina.) Tom. VIII. (Orationum; Operum T. X. 1787.) habet Orationes pro P. Sextio, in P. Vatinium, pro M. Cœlio. Tom. IX. (Opp. XI. 1788.) Orationes de Prov. Cons., pro L. Corn. Balbo, in L. Calp. Pisonem. Adjectæ autem, præter antiqua Asconii atque Anonymi Scholia, sunt integræ præstantissimorum atque selectæ aliorum interpretum, etiam recentium, ut Ferratii, Oliveti, Lallemandi, annotationes, atque ineditæ Garatonii.—3. Epistolarum Libri XVI. ad Familiares, (ut vulgo vocantur,) ex recensione et cum notis variorum (scilicet præter eas, quas Grævius collegerat, notæ integræ J. Gronovii, J. G. Cortii, Is. Verburgii, J. Oliveti, J. Facciolati, G. Cuperi, N. Lallemandi, selectæ Funcii, Cellarii, Quarterii, Heumanni, Mazochii, Martorellii, et aliorum). Ed. noviss. post Grævianam locupletior, Tom. I. (Opp. T. XIV. Neap. 1777.) quatuor priores libros, Tom. II. (Opp. XV.) sequentes quatuor libros, Tom. III. (Opp. XVI.) libros XIII.-XVI. et IV. (Opp. XVII.) ultimos quatuor libros complexus.—4. Rhetoricorum ad C. Herennium Libri IV. ex rec. Petri Burmanni Secundi. Cum notis variorum. Ed. noviss. post Burmannianam locupletior, (nam accesserunt Aldi Manutii, Is. Verburgii, Ernestii,

atque Lallemandi annotationes,) Neap. 1777. (sed multo serius editus, Opp. Tomus XXIII.)—5. Rhetoricorum sive de Inventione Rhetorica Libri II. ex rec. P. Burmanni Secundi. Cum notis variorum. Ed. noviss. post Burmannianam locupletior (nam Mureti, Verburgii, J. Proust, Oliveti, Lallemandi, annotatt. et M. Fab. Victorini Expositio in hos libros cum notis Capperonerii et Rangii sunt additæ). Ejusdem de Optimo Genere Oratorum, nunc primum cum Notis Variorum, (Manutii, Achillis Statii, Lambini, Ursini, Gruteri, Gothofredi, Lallemandi, et Jo. Andr. Viperani,) 1777. Opp. T. XXIV. Ea vero sunt volumina, quibus mihi uti licuit; utrum editio per hos annos absoluta fuerit, nescio. Nam etsi librarius in præf. T. XXIII. ostendit, volumina Orationum, interjectis aliis, secutura proxime esse, tamen nec editor, qui recte aliquanto plus temporis insumendum huic operæ esse videret, nec temporum rationes satis ejus voluntati respondisse videntur. Ut vero delectu commentariorum justo, omnisque institutionis recta ratione parum commendatur illa editio, in qua ne Ernestii quidem copiæ conspiciantur omnes; ita a typographicis operis errores sæpe gravissimi sunt commissi. Orationum voluminibus aliquanto majorem curam Gasp. Garatonius, Patricius Ravennas, et Bibliothecæ Barberinæ Rom. præfectus, impendit. Nam quanquam ille (quæ sunt librarii verba in T. I. Oratt. præf.) semper alienissimus fuerat a Ciceronis libris edendis, neque vel otio vel tempore tum abundabat ad opes novas colligendas; tamen nonnullis copiis, quæ in promtu erant, est usus, de quibus, quæ librarius retulit (p. XV. ib. T. I.), afferemus: ‘ Donatus Jannoctius, is, cujus extat de Venetorum Rep. Commentarius, primo harum Orationum vol. minore forma Venetiis a. MDXL. a Paulo Manutio edito veteris cujusdam codicis varietates ascripserat. Iis ex Barberina, cui præest, bibliotheca Garatonius est usus. Diligentiam tamen Jannoctii desideravit: plura etenim potuisse inde bona proficisci non obscura testantur indicia. Quibus igitur locis editio illa dissidebat a ceteris, nihil vero ex codice notabatur, quamvis confirmari a codice, quod ibi erat editum, videretur, pro certo id habitum nunquam fuit. Ubi autem nota codicis Lambini atque Hottomanni emendationibus, quæ perpetuo apponuntur, ita permiscebatur, ut nescires ab iisne, an ab editione steterit codex, tum vero usum ea nota præstitit nullum. Accessit ex eadem bibliotheca Gryphiana anni MDXXXIX. Philippicarum editio, quam cum vetusto pariter

codice Bartholomæus Barbadorius contulit, a quo pæne totus etiam Plutarchi Antonius fuit appositus, et conjecturæ additæ sane quam elegantes et probæ, quarum, ubi res postulabit, gloria non defraudabitur. Limato enim acrique inprimis judicio Barbadorius fuit; talis denique, ut adolescens adhuc a Petro Victorio Var. Lect. XX. 19. laudes tulerit perhonorificas. Profuit etiam nonnihil Veneta Tullianarum Orationum editio a Nicolao Girardengo anno MCCCCLXXX.VI. Idus Martias absoluta; cui celeberrimum Antonii Augustini nomen propria ejus manu fuit ascriptum. Quod vero magno nostro incommodo accidit, oratione pro Q. Roscio Comœdo, pro Fonteio, Philippicis, et Verrinis omnibus caret, ut jam pridem veterum editt. historiæ scriptores monuerunt.

'Neque Naugerianam editionem Garatonius inutilem plane putavit, quanquam sciret esse permultos, qui suspectam Naugerii haberent fidem. Illud enim persuaderi sibi nunquam est passus, Andream Naugerium, Latini sermonis peritissimum virum, si proprio judicio sensuque in corrigendo Cicerone uti voluisset, tantas in eo maculas, orationemque sæpe mancam, inconcinnam, incompositam relicturum fuisse; præterea, quod jam dudum edebatur probe, aliquando sine causa deserturum. Dolendum potius videtur, in tam depravatos illum codices incidisse: et si qua in ipsum cadere accusatio potest, hæc certe cadit, illi, quam diximus, plane contraria, quod malis codicibus ita se commiserit, ut superiorum editionum bona neglexerit. Est tamen aliqua etiam ex Naugerio iis utilitas, qui has res judicio tractant: ex eoque Victorius haud semper pœnitendas lectiones probasse hactenus visus est. . . . Neque . . . putavimus . . . titulum ex tertia, quæ præsto fuit, Naugeriana editione prætermittendum: 'Secundus Tomus M. Tullii Ciceronis orationes habet ab Andrea Naugerio, patritio Veneto, summo labore ac industria in Hispaniensi Gallicaque legatione; excussis permultis bibliothecis, et emendatiores multo factas; et in suam integritatem ad exemplar codicum antiquorum longe copiosius restitutas. Venetiis, in officina Lucæ Antonii Juntæ: post Germanam Gallicamque editionem. 1634.' Postrema hæc Naugerianorum operum collector Vulpius omisit (p. 426.); putavit itaque post Aldum seniorem, cui Tullium edenti Naugerius affuerat, Juntam in his Naugerianis unice præclareque versatum. Idem sensisse jam pridem Marius Nizolius videri potest, qui in

præfatione suarum ad Tullium observationum Juntam narrat, quod ad Orationes Ciceronis attinet, usum fuisse exemplari correctissimo Andreæ Naugerii, quod olim vir ille eruditissimus, et scriptorum Ciceronis studiosissimus, manu propria ex variis et antiquis codicibus innumeris pæne in locis castigaverat, ac multis partibus auxerat, repertis aliquot Orationum membris, quæ in bibliothecis antiquis jamdiu a nemine visa, nec lecta delituerant. Jam satis constat, Naugerio mortuo, hoc ad Juntam exemplum pervenisse. Quid vero is de Gallica Germanicaque editione mentionem facit? Aldina certe neque Gallica est, neque Germanica. Cratander et Hervagius cum Basileenses ambo fuere typographi, tum nihil ad Naugerium, licet hunc per eosdem codices profecisse fingamus. Sed hoc ii viderint, quibus hujus rei judicandæ est facultas. Illud etiam monendum putamus . . . ex quatuor partibus, quibus Juntina Tullianorum Operum editio constat, hanc unam, qua Orationes continentur, ex Naugerii, reliquas ex Victorii emendatione fluxisse. Quo factum est, ut Naugerio clarissimum Victorii nomen offecerit, atque in his quoque orationibus recensendis operam collocasse suam Victorius putaretur. Addidit profecto huic errori causam Robertus Stephanus, qui anno 1539. Victorianum se Tullium dare professus est, nulla ad Orationes Naugerii mentione facta, tituloque secundi Juntini tomi sublato, ex quo maxime Naugerianus patebat labor. Epistolas vero Naugerii, quæ ex tribus Aldi tomis in secundum Juntæ migraverant, cum Victorianis editioni universæ præposuit: unde aliud nihil conficeres, quam Naugerium antea editionem Aldi curasse. Sed ipse Victorius se ad eas orationes emendandas non accessisse fatetur, dum ad eas nihil præfatur, dum in tomo I. qui anno 1538. prodiit omnium postremus, Ardhingello scribit, tertiam partem se ad eum mittere, quæ tamen, si ordo servatus fuisset, prima esse debuerat; quartam sine ulla dubitatione appellaturus, si orationes ab Junta jam dudum editas ad se pertinere putasset. Deinde suas ad Tullium observationes edens orationes ejus plane non attigit: quod mirum permultis accidit, qui hæc ignorarunt. Quod vero cœptum a Naugerio peregit opus, ejusque industriæ vicarium quodammodo supponi se passus est, Naugeriana eum probasse credat, ut in re incerta, qui volet. Compertum hoc est, quotiescumque in his Orationibus superiores interpretes editionem Victorii commemorant, eos esse de Naugeriana intelligendos. Neque in novis ob-

servationibus nomen admodum curæ fuit, cum jam res teneatur. Illud potius provisum est, ut non ex Naugerio lectiones, verum ex ipsis Naugerius æstimaretur. Ita enim speratum est fore, ut qui male de Naugerio sentiunt, si redire cum illo in gratiam nolint, fidem Mss. codicibus sincerisque editionibus, cuilibet denique potius, quam Naugerio, hic adhibitam fateantur.'

In Verrinis orationibus inprimis frequenter a Garatonio laudatur editio vetus Veneta, ad cujus calcem leguntur hæc verba: 'Expliciunt Orationes Marci Tullii Ciceronis cum Verrinis et Philippicis: fœliciter: Impressæ Venetiis per Joannem Forliviensem et Jacobum Brixiensem socios. Anno Dni MCCCCLXXXIII. Die vero VIII. Novembris Xisto IIII. pōt maxīo. Et Joanne Mocenigo Venetorum Duce.'

Cum editionem morata essent varia impedimenta, Garatonius interea et rectius se ad hanc operam composuit, et alias sibi comparavit copias; de quibus in præf. T. VII. ita disputavit (p. VI. s.): 'Ut pluribus, quam initio copiis instructus essem, insignia . . . beneficia fecerunt Francisci Gualterii. . . . Is misit ad me Neapoli editionem illam principem atque rarissimam, in qua Romæ anno 1471. omnes M. Tullii Orationes ex Maximorum ædibus prodierunt: . . . idemque in altero fecit Manutiano volumine, cui par ex Barberina bibliotheca præsto mihi fuerat primum; habet enim utrumque varietates et emendationes quasdam ex codice Francisci Puccii a Donato Jannoctio descriptas. Is etiam ex auctione Jordaniana Tullianas Orationes fere duodecim in membranis sæculo XIV. conscriptas mihi comparavit, quarum e numero est . . . oratio pro Plancio. Is denique ex Neapolitano Arusiani Messi codice, quem ædes possidet Apostolorum, elocutionum exempla Tulliana decerpsit. Cum enim grammaticos a Putschio collectos, Quintilianum, aliosque rhetores, Gellium, Nonium, Isidorum, Donatum, Servium, Horatii, Lucani, Statii scholiastas, et quicquid antiquorum potui, diligenter adhibuerim ad eos locos, quos ab iis productos a me tractari oportebat, neque me, post aliorum operam in ea re, meam perdidisse arbitrarer; moleste ferebam, unum mihi Arusianum deesse, quem tamen editum in Stubeliano Fabri Thesauro inaudiveram: [c] idque incommodum Gualterius a me depulit.

[c] Quadrigam ejus, s. Exempla elocutionum ex Virgilio, Sallustio, Terentio, Cicerone, per literas digesta edere cœpit D. Bondam. Vid. Saxius Onom. T. I. p. 511.

Ego vero, quem unum optimum ac vetustissimum potui, codicem contuli Vaticanæ basilicæ, in quo pro Fonteio, pro Flacco, Pisonianæ fragmenta sunt, et pars maxima Philippicarum : quas quidem a Mureto ad eum codicem emendatas et Parisiis editas nactus postea sum, Bononiæ cum essem, ejusque codicis, quamvis eo Faërnus quoque Ursinusque sunt usi, auxilium fuit et necessarium et magnum. In iisdem Philippicis duos præterea codices habui Barberinos sæculi XV. non magni faciendos : sed accessit nuper subsidium haud mediocre Bavarici codicis a Th. Chr. Harlesio. Maxima hic diligentia, quicquid in eo codice, quem sæculo ineunte XII. scriptum comperit, ab Ernesti editione discrepat, annotavit : munusque ad me gratissimum misit . . . quin etiam ad orationes in Catilinam aliasque nonnullas ejusdem varietates libri pollicitus est. . . . Verum de meis copiis omnibus accurate tum disseram, cum volumen illud dabo accessionum emendationumque mearum. . . . Neque vero in iis editionibus, quibus uti paulatim didici, tantum mihi otium fecit Ernestus, ut adjicere aliquid de meo non possim.'

II. Successerunt editiones tres, textum Ciceronis operum exhibentes : nam Patavina, quæ a. 1777. prodiisse dicitur, videtur esse repetitio Olivetianæ a. 1753. IX. voll. 8. 1. Wirceburgensis, apud Stahel. 1776. ss. VIII. 8. quæ negligentiæ et incuriæ operarum accusatur. Expressit autem Parisiensem et Patavinam editionem. 2. Bipontina, cura Exteri, 1780-87. XIII. voll. 8. quæ emendatiora dedit verba Ciceronis. Contulit enim Exterus editionem Ernestinam cum nitidiore illa Alemanni (Lallemand), Aldinis, præsertim 1569. Gryphiana 1560. Lambiniana 1577. ss. Gruterianis, ceterisque et superioribus et nostræ ætatis editionibus. ' Ita ' (quæ sunt verba præf.) ' quamplurima vitia operarum emendata, rectior eaque constans scribendi ratio inducta, interpunctio in melius directa, multi loci ex melioribus edd., in quibus sæpe inveniuntur, quæ se Ernestius suspicari ait, sanati. Nihil conjecturæ, quam dicunt, novæ datum est, sed textus optimorum librorum bona conjuncta habet.' Præmissa est T. I. Vita Ciceronis, auctore Plutarcho e Græco translata ; Heidmanni Breviarium vitæ in annos digestum, atque auctum ; Recensus Editionum, et Fabricii Notitia Lit. de Cicerone, continuata deinceps per sequentia volumina. Ultimum autem volumen habet Ernestii Indicem Latinitatis Philol. Criticum (aliquibus locis) auctiorem et

emendatiorem, et Græca quoque Ciceronis explicata. 3. Manhemensis, 1783—87. ap. Schwan. XIX. voll. 8.

III. Novissima fuit Ciceronis operum editio Oxoniensis, ita inscripta: 'M. Tullii Ciceronis Opera. Cum indicibus et variis lectionibus. Oxonii e typogr. Clarendoniano. MDCCLXXXIII.' X. voll. 4. Brevis est, qua, quid præstitum fuerit, declaratur, hæc præfatio: 'In hac editione Olivetum in omnibus fere, interpunctione excepta, fideliter secuti sumus. Cum autem ejus Indices breves nimis atque arcti nobis visi fuerint, Ernesti copiosiores illis prætulimus; quos etiam plurimis in locis inter prelum corrigendum emendavimus. Varias quoque lectiones ex multis Mss. industria Thomæ Hearnii, antiquarum rerum olim peritissimi, collatas ad finem cujusque tomi asserimus una cum aliis nonnullis quas bibliothecæ publicæ aut privatæ Oxonienses suppeditabant. Ex his multæ fortasse inutiles ac vix ullius pretii possunt judicari. Inter varias autem hominum de hac re sententias abundare quam deficere maluimus. Juvat enim perspicere, quid sit ex fide codicum in quolibet auctore et quid e conjectura tantum editorum processerit, quæ quidem sæpenumero felix atque fausta; nonnunquam tamen locum pejorem potius quam emendatiorem reddit.' Communia igitur cum Olivet. edd. etiam huic omnia sunt vitia, nec splendori externo atque pretio magno interna respondent ornamenta. Et quanquam lectiones variæ ex 29. codicibus ab Hearnio olim collatis, 24. codd. variarum bibliothecarum Oxonn., et duobus Eboracensibus collectæ sunt (de quibus codd. infra monebitur), tamen etiam in his sæpe diligentiam vel conferendi vel enotandi desideravi. Ceterum hanc editionem nonnisi duæ in Anglia præcesserant; altera, quæ Lambini labores expressit (Ciceronis Opera omnia quæ extant, a Dionysio Lambino Monstroliensi, ex codd. mss. emendata et aucta: — ejusdem Lambini annotatt. seu emendationum rationes singulis tomis distinctæ, &c. Fragmenta Omnia quæ extant, &c. Londini, per Joh. J. et Edm. C. (Joh. Jackson et Edm. Carpenter) 1585. IX. 8.) Altera, quæ Gruterianam repetiit (Ciceronis Opera quæ extant omnia ex sola fere Codd. Mss. fide emendata, studio atque industria Jani Gulielmi et Jani Gruteri, quorum annotata omnia prius in calce operis congesta, suæ nunc cuique paginæ subjiciuntur. Adjungitur item Frobenii penu Tullianum decem indicibus summa cum cura huic editioni adaptatis comprehensum. Juxta exemplar Hamburgense,

Lond. impensis J. Dunmore, &c. 1681. IV. tomi fol.) De utraque vid. L. W. Brüggemann, View of the English Editions of the Greek and Latin Authors, p. 481. s.

SECTIO III.

De Codicibus Ciceronis adhuc collatis.

Quoniam ultimo loco de Oxoniensi editione disputatum est, quæ de codicibus illis, quorum lectiones notatæ sunt, et quorum notæ atque signa a nobis quoque servata sunt, primum omnium ipsorum verbis afferentur:

Explicatio Notarum Compendiaria.

A. Codex Ms. Rhetoricorum ad Herenn. inter codd. Laudianos in Bibl. Bodl. E. 5. recens et chartaceus, hic illic autem folium membranaceum inseritur.

B. Codex Ms. vetustus in membranis, Topica ad Trebatium et de Inventione Rhetoricæ libros duos continens, inter Mss. Laud. F. 106.

C. Codex Ms. chartaceus, anno 1450. pulchra manu scriptus, inter codd. Laudinos H. 58. Orationes aliquot continens, videl. 1. Or. pro P. Quintio. 2. pro Sex. Roscio Am. 3. In Vatinium. 4. Pro P. Sextio. 5. Pro L. Murena. 6. Pro L. Flacco. 7. Pro A. Cæcina. 8. Pro M. Cœlio. 9. Pro Domo sua. 10. In L. Pisonem. 11. De Harusp. Resp. 12. De Prov. Cons. 13. De Lege Agr. contra Rullum oratio I. 14. De l. Agr. c. R. Or. II. 15. De l. A. c. R. Oratio III. 16. Pro C. Rabirio perduellionis reo. 17. Pro Roscio Com. 18. Pro lege Manilia, seu de Imperatore Pompeio deligendo. 19. Pro se antequam iret in exilium. 20. Oratio post reditum suum. 21. Post reditum in Senatu Oratio. 22. Pro M. Marcello. 23. Pro Q. Ligario. 24. Pro Rege Deiotaro. 25. Pro A. Cluentio. 26. Pro T. Annio Milone. 27. Pro P. Sulla. 28. Pro Archia poëta. 29. Pro Cn. Plancio. 30. Sallustii, ut vulgo fertur, in Ciceronem. 31. Ciceronis Invectiva in Sallustium. 32. In L. Catilinam Orat. I. 33. II. 34. III. 35. IV.

D. Tusc. Quæstt. Ms. pulcherrime scriptus, Ms. Bodl. 576.

E. Cod. Ms. super Art. A. 2. in Bibl. Bodl. continens de Off. lib. III. de Senectute, de Amicitia, de Paradoxis, de Somnio Scipionis, Tusc. Quæst. de Finibus libros V. de Acad. Quæst. lib. I. de Nat. Deor. libros III. de Divinatione lib. II. de Fato lib. de Legibus libros III. Timæum aut de Mundo. Codex in membranis in fol. pulcherrime scriptus. Ad initium ab eadem manu: 'Istud volumen scriptum et compositum fuit opera Vespasiani librarii Florentini. In civitate Florentiæ de anno 1459.'

F. Cod. Ms. membranaceus Laud. B. 61. Epist. quasdam ad Familiares complectens. Ad calcem, 'finito libro M°. CCCC°. LV. die vigesimo nono mensis Aprilis hora tertia et media noctis Deo gratias Amen.'

G. Cod. Ms. Laud. (F. 3.) membr. continens Rhet. ad Herennium, bene scriptus.

H. Cod. Ms. K. Digbæi, in membranis pulcherrime scriptus. Num. 231. Continet autem Orationes plurimas: videl. 1. pro S. Roscio Amer. 2. pro P. Quintio. 3. pro A. Cæcina. 4. pro C. Rabirio Postumo. 5. pro Archia poëta. 6. pro C. Cornelio Balbo. 7. pro L. Manilia. 8—11. In Catilinam oratt. IV. 12. et 13. de L. Agr. contra Rullum Or. I. II. 14. pro Murena. 15. ad populum et equites, antequam exiret in exilium. 16. ad Quir. post red. 17. in Sen. post red. 18. pro Domo sua. 19. in L. Pisonem. 20. de Arusp. Resp. 21. de Prov. Cons. 22. pro T. Milone. 23. pro L. Flacco. 24. Sallustii in Tullium. 25. Tullii Responsio. 26. pro P. Sulla. 27. pro A. Cœlio. 28. in Vatinium. 29. pro M. Marcello. 30. pro Q. Ligario. 31. pro Deiotaro. 32. pro M. Fonteio.

I. Cod. Ms. inter Mss. Digbæi, (n. 80.) continet de Senectute et de Amicitia libros, ut et Paradoxa, liber nitidus.

K. Cod. vetustus, membr. ante annos, ut opinor, D. in quo Fragm. de Somnio Scipionis. Ms. Bodl. 232.

L. Cod. membr. Ms. Bodl. 505. libb. de Inventione Rhetorica et Rhetorica ad Herennium continens.

M. Codex vetustus membr. de Rhetorica Inventione libros duos comprehendens, inter codd. Bathovii in Bibl. Bodl. n. 40. liber nitidus.

N. Codex vetustus in membranis Collegii Mertonensis. (Q. 6. 2. Art.) Complectitur libros III. de Officiis, de Paupertate, de Senectute, et de Paradoxis.

O. Codex alter vetustus membr. in Bibl. Collegii Merton. continens, de Off. libros tres; Epitaphia Ciceronis; de Nat. D. libros III. maximam partem l. I. de Divinatione; Philipp. Oratt. primas tres cum parte quartæ (vel, ut hic numerantur, Philippicorum libri IV. cum parte quinti.) Q. 3. 13. Art.

P. Codex membr. non adeo antiquus in collegio Lincolniensi, continens Epistt. ad Fam. nitidissime scriptus, in 4.

Q. Cod. membr. ejusdem sæculi in Bibl. Coll. Linc. Epistt. ad Att. complectens, nitidissime scriptus, in 4to. Ad init. continet Epp. ad Brutum, ad Q. Fratr. et Epist. ad Octavium, quæ est incerti auctoris.

R. Codex recens, chartac. in Bibl. Coll. Linc. Rhetoricam ad Herennium et orat. II. pro Sex. Roscio Amerino continens, fol.

S. Volumen in fol. plures orationes continens, in Bibl. Lincoln. Coll. in membranis nitide scriptus (n. 13. in Coll.)

T. Volumen chartaceum eleganter scriptum, plurimas orationes continens in Bibl. Coll. Lincoln. (n. 14. in Coll.)

U. Volumen in membranis et majoris formæ, complectens Quæst. Tusc. &c. Extat autem in Bibl. Coll. Lincoln. et scriptum fuit anno 1420.

W. Codex membran., qui annos CCC. superat, libros duo de Inventione Rhetorica continens; mecum autem communicavit Thomas Rawlinson e medio Templo, Londini, Armiger.

X. Codex membran. ante annos CCCC. scriptus, fragm. Somnii Scipionis continens. In Bibl. Bodl. inter codd. Seldeni supra rud. 26.

Y. Codex membr. ante annos CCCCL. ni fallor (vel forsan ante annos D.) scriptus, in quo Somnium Scipionis, in 4to. In Coll. Lincoln. E. 47. 1.

Z. Codex Ms. in Bibl. Johannis Bapt. Oxon. de Oratore libros continens.

α. Cod. Ms. libros de Oratore continens in Bibl. Bodl. Qu. E. N. 81.

β. Cod. Ms. Coll. Balliol. libros de Oratore continens.

γ. Cod. Ms. Coll. Magdalenensis Oxon. libros de Oratore continens.

δ. Cod. Ms. Coll. Novi libros de Oratore continens.

ε. Cod. Ms. Tho. Wagstaffe, libros de Oratore continens.

Codd. Mss. Ciceronis.—Rawlinson.

2. R. 3. Somnium Scipionis, sine titulo. Codex membr. 8vo. nitide scriptus, annorum autem vix CCC. Ad finem versus leguntur hi, non inelegantes :

Tullius Hesperios cupiens componere mores
Edidit hos libros appellans officiorum [d]
Quo solo ferus est furor extinctus Catiline
Consilio superum custos directus ad urbem.
Lux orbis patrieque salus mens tota senatus
Hic plus sole micat cruciatus propter honestum.
¶ Hic iacet arpinas manibus tumulatus amici
Qui fuit orator summus et eximius
Quem nece crudeli mactavit civis et hostis
Nil agis antoni scripta deserta iacent
Vulnere nempe tuo Ciceronem interficis at te
Tullius eternis vulneribus lacerat
¶ Corpus in hoc tumulo magni Ciceronis humatum
Contegitur, claro qui fuit ingenio
Quique malis gravis hostis erat tutorque bonorum
Quo pene indigna consule roma fuit
Sed vigili cura dejectis hostibus urbe
Supplicioque datis prestitit incolumem
¶ Unicus orator lumenque decusque senatus
Servator patrie conditor eloquii
Ejus ab ingenio tandem illustrata perenni
Lumine preclaro lingua Latina viget
Accidit [Occidit] indigne manibus laceratus iniquis
Tullius hoc tumulo subditus exiguo.
¶ Quicunque in libris nomen Ciceronis adoras
Aspice quo iaceat conditus ille loco
Ille vel orator vel civis maximus idem
Clarus erat facie clarior eloquio
Ac ne quid fortuna viro nocuisse putetur
Vivus in eternum docta per ora volat
¶ Marcus eram Cicero toto notissimus orbe,
Cuius reliquias occulit urna brevis
Dextera me patrie nuper civilis ademit
Eripui patriam qui prius exitio
Si quis in hoc saxo Marci legis advena nomen
Non dedigneris dicere Marce vale
¶ Tullius arpinas ex ordine natus equestri

[d] Hinc apparere videtur, hos versus esse descriptos ex codice quo plures libri Cic., singulatim libri de Officiis continebantur.

Sed virtute sua consul in urbe fuit
Quem Catilina malus conjuratique nocentes
Senserunt vigilem civibus esse suis
Hunc tamen o pietas tres occidere tiranni
At lamia ille pio supposuit tumulo
¶ Qui tenet eloquii fastigia summa latini
Qui consul patriam cedibus eripuit
Quique trium ceno vitam dedit esse virorum
Tullius in hac est ipse sepultus humo
Si brevitas vite pensatur laude perenni
Quem mors eripuit gloria restituit
¶ Tullius hic situs est venerabile nomen in evum,
Clarus honore simul clarus et ingenio
Quem cesum neci crudeliter arma dederunt
Qui patrie vindex ille fidelis erat.
Sed nihil infandum (l. infandus) perfecit cede tirannus,
Ingenium vivit corpus inane perit
¶ Romani princeps populi decus ordinis ampli
Maximus orator civis et egregius.
Conjuratorum vindex hostisque malorum
Proscriptus periit a tribus ille viris
Qui cesus graviter qui detruncatus acerbe
Hoc lamie [Lamiæ] debet qui (f. quod) iacet in tumulo.
¶ Doctrine antistes rerum mirabilis auctor
Tullius existens nobilis ex humili.
Cui dedit excellens ars oratoria nomen
Virtute ingenii venit in astra sui
Sed fortuna nocens miserando funere raptum
Carpsit et hoc voluit membra iacere solo.
¶ Eloquii princeps magnis memorabilis actis
Tullius indigne cede peremptus obit
Sed terre omnipotens implevit nomine claro
Indignum ceso corpore morte caret
Vivit et ingenti pollet cum laude per orbem
Cuius in hoc tumulo membra sepulta iacent
¶ Inclitus hic Cicero est lamie pietate sepultus
Quem fortuna neci tradidit immerite
Maximus eloquio civis bonus urbis amator
Perniciesque malis profugiumque bonis
Qui sexaginta completis ac tribus annis
Servitio pressam destituit patriam.

¶ Finis * Finis Deo gratias.*
(* Viridi colore, ut et ¶)

η R. 4. Codex membran. eleganter scriptus, continens libros de Amicitia, de Senectute, et Paradoxa. Paradoxa autem non

distinguuntur numeris, et desunt ubique theses Græcæ, id quod notatur etiam inter lectiones variantes. Sit forsan annorum CCC. Folia habet 73. 4to. quorum postrema tria tenet tractatus quidam de libris Tullii Philosophicis sine titulo.

θ R. 5. Codex membran. 8vo. De Invent. Rhet. nitidus, accuratus, atque antiquus. Annorum quippe videtur saltem DC. Olim autem fuerant alia quædam eodem hocce in volumine; primum enim fol. notatur 57. postremum 106. Desunt jam pauca quædam libri II. Ultima verba, 'laus honesta.'

ι R. 6. Codex accuratus, ante annos D. fortasse scriptus, 4to. continens libros V. Tusc. Disp. Græce, ut videtur, nescivit librarius; namque istius linguæ, quæ occurrunt, verba Romanis characteribus et plerumque mendose scribuntur; sæpe etiam desunt. Notandum insuper, disputantium nomina per libros IV. priores esse 'Brutus' et 'Tullius,' illud ubi in libro impresso 'Auditor,' hoc ubi 'Marcus' legitur; nisi aliter notetur inter lectiones variantes. Libro quinto apparent tantum literæ *A.* et *T.* Folia continet 120. quorum octo, hic illic sparsa, membranacea sunt, reliqua chartacea.

κ R. 7. Codex membran. 4to. nitide, sed parum accurate scriptus, plurimisque annotatiunculis fere nusquam non deformatus. Continet libros de Invent. Rhet., de Amicitia, et, quos non contuli, Rhetor. ad Herenn. libros IV. Secunda pag. primi folii scribuntur hæc, eadem forsan manu, qua et ipse codex: 'In hoc vólumine continentur *hec opera Tullii.*' (Tria ultima verba ab alia manu.) 'Rethorica vetus *libri duo*' eadem ista manu.—'De Amicitia *liber unus,*' eadem manu.—'Rethorica nova.' Hæc etiam, quæ rasit aliquis, præcipue voces primam et quartam, ut oculorum aciem pæne fugiant: '*Noveritis,* quod volumen *istud* Florentia Anno Domini 1440. die XX. Maii a Francisco librario *ducis*' deinde vox una et altera, quas ne conjectura quidem assequor. Denique hæc: GASPARIS. ZACCHII. VOLATERRANI. EPISCOPI. AUXIMI.

λ R. 28. Ciceronis de Off. lib. I. et secundi pars. Desinit his verbis (p. 230. l. 18. Lib. II. c. 4.) 'Quibus rebus exculta hominum vita.' Codex membran. 4to. scriptus forsan ante annos DL.

μ R. 73. Ciceronis de Off. libri tres. Desunt quædam lib. III. Desinit (p. 280. l. 4. Lib. III. c. 23.) 'sitne boni viri.' Codex membran. 12mo. accurate scriptus, atque annorum fortasse DC.

Recentior manus verba nonnulla Anglice reddidit, v. g. *admirantur* praysse, *efferunt* anawns, *maledicos* yll of tongys, *fraudulentos* sowtyll, *quasi virgula divina,* as by grass of gode.

ϑ R. 144. Codex chartac. fol. non nimis diligenter scriptus ante annos paulo plus CCC. Continet orationes V. scil. pro Marcello, pro Deiotaro, pro Lege Manilia, pro Milone, pro Cn. Plancio; hujus autem postremæ pauca desunt.

ς R. 145. Cod. membr. fol. nitide atque accurate scriptus ante annos circiter CCCL. Continet orationes 12. scilicet pro Lege Manilia, pro M. Marcello, p. Deiotaro, p. Ligario, *de Exilio,* (non in hac editione impressa, ideo non contuli) de Congratulatione, pro Archia, pro Sulla, pro Milone, pro Plancio, pro Flacco, et pro Quintio.

ν Un. Codex membran. Collegii Universitatis, de Amicitia, nitide scriptus. Folia habet 18. 4to. annos, opinor, DC. Ad oram et inter lineas multæ sunt notulæ, eadem, ut videtur, manu exaratæ. In Catal. Bodl. 138.

1524. In Catal. Bodl. Codex membran. fol. Coll. C. C. unius orationis partem exiguam continet. Non contuli.

ξ C. Codices duo membr. 4to. Coll. Corp. Christi, alter, Libros V. de Finibus continens, parum accuratus et parum antiquus, scriptus scil. anno 1472. In Catal. Bodl. 1559.

C. Alter, continens Libros V. Tusc. Quæst. scriptus fuit eadem, ni fallar, manu, qua prior ille de Finibus. In Catal. Bodl. 1560.

1686. In Catal. Bodl. Codex chartac. 4to. ejusdem Coll. continens Rhet. ad Herenn. scriptus pessima manu anno 1476. Non contuli.

ο Æn. Codex membr. 4to. Collegii Ænei Nasi, continens libros de Officiis, de Amicitia, et de Senectute. Eleganti manu atque accurate scribitur; annorum, opinor, supra D. Dividitur in capita, quorum nonnullis præmittuntur tituli, literis rubris ab eadem manu scripti. Ad oram subinde et inter lineas sunt glossæ quædam ipso codice non ita multo recentiores. Desunt in principio duo folia; prima verba (p. 179. l. 22. lib. I. c. 3. fin.) 'de comparatione eorum disserendum.' Deest etiam primum fol. de Amicitia; incipit (p. 324. l. 23. cap. 1. extr.) 'senectute, sic hoc libro.' Unum quoque ad finem abest folium, in quo postrema De Amicitia, et prima De Senectute scripta fuerant, quorum jam

iste desinit (p. 354. l. 3. c. 27. med.) 'Sed quoniam;' alter incipit (p. 294. l. 10. c. 1. in.) 'humanitatem et prudentiam.' Ad finem Officiorum sunt versus 27. quorum primi octo in Ciceronem ejusque opera sunt, reliqui autem sententiæ morales. In Catal. Bodl. 1458.

π Mert. Codex Coll. Mertonensis, membran. 12mo. in Catal. Bodl. 507. Excerptio est libri de Amicitia, ipsa Ciceronis verba exhibens, omissis exemplis, aliisque, quæ minus ad argumenti vim pertinere visa sunt. Annos habet circiter CCCCL.

ρ Mert. Codex alter membran. folio, ejusdem Collegii, in Catal. Bodl. 776. Continet Topica Ciceronis, cum commentario Boëthii, scripta, ut videtur, ante annos DC. Desinunt verba Ciceronis (p. 500. l. 7. c. 19. med.) hoc modo: 'auctoritas quæritur. Usque genus, quod refutare interdum veritas vix potest. Hujus etiam est generis fama vulgi, quoddam multitudinis testimonium.' (501. l. v. c. 20. med.) Omnia scil. quæ intersunt, describi debuissent, id quod patet etiam ex commentario. Quæ desunt, supplet Fragmentum Topicorum in eodem volumine, cujus prima verba, 'Persona autem,' &c. (p. 500. l. v. c. 19.)

σ Mag. Codex membran. 4to. Collegii b. Mariæ Magdal. in Catal. Bodl. 2161. Continet libros de Amicitia, de Senectute, Paradoxa, et Tusc. Quæstt. libros V. In primo Tusc. Quæst. libro, qui disputant, distinguuntur literis *M* et *D*. In reliquis nullæ sunt ejusmodi literæ. Scribitur autem nitide satisque diligenter; sed Paradoxa ex mendoso exemplari descripta videntur, nec a se invicem distinguuntur. Annorum denique est circiter D. eademque, opinor, manu scriptus ac codex 2259. libros de Officiis continens, quem alii antea contulerunt.

τ 2203. in Catal. Bodl. Codex alter est ejusdem Collegii chartaceus, de Divinatione, et pars libri de Fato. Verba ultima (p. 111. l. v. c. 16. init.) 'quid sit sene [sic] quo aliquid.' Recens est, annorum scil. vix CCC. et mendosus admodum; ideo non contuli. Sciat tamen lector, quod in libro de Fato (p. 100. l. 24. c. 2. fin. et c. 3. in.) sic legitur: 'ut ea longe [sic] ut dixisti, proinde ordiri confidamus. Quorum in aliis, ut in ann. [sic, vel *ann.*] patre poëta.'

υ Mag. Codex alter membran. fol. ejusdem Coll. Magd. in Catal. Bodl. 2224. Continet Epist. ad Fam. expeditæ sunt anno 1428. satis eleganter, neque ut plurimum inaccurate. Sciendum

vero, aliorum Epistolas Ciceroni datas ubique fere plura continere menda, quam ipsius Ciceronis ad amicos. Nonnullæ Epistolæ plus semel occurrunt, atque illæ quidem adeo inter se discrepantes, ut eodem se habuisse modo in exemplari, unde descriptæ sunt, statim pateat. Videsis lib. XII. ep. 29. ubi variantes sunt utriusque loci aliquam multæ, nec tamen vel semel inter se prorsus consentiunt. Denique hoc in libro ubique, 'tum hoc, tum illud,' nusquam vero, saltem rarissime, 'cum hoc, tum illud' legitur, id quod inter variantes haud notavi, semel hic monuisse contentus.

φ N. Codex membran. folio minoris formæ Coll. Nov. in Cat. Bodl. 1216. Orationes XIV. Philippicas continet, diligenter scriptas, et ante annos, uti videtur, saltem DC.

χ 1. 3 N. Codex membran. fol. Coll. Nov. in Catal. Bodl. 1213. Continet orationes XXXVII. quarum duæ (scil. pro Deiotaro et in Catil. 2.) bis leguntur. Prior locus designatur χ 1. alter χ 3. et cum eandem uterque lectionem exhibet, χ 1 3. Nitide scribitur, atque, ut plurimum, satis diligenter; sed in Orat. pro Cl. *Avito* semper legitur *Cl. Habito ;* et in secunda de Lege Agr. pro *Quirites* ubique fere legitur *Quare*. Tres istæ, quarum tituli sequuntur, cum in hac editione non impressæ, ideo nec collatæ sunt: 'C. Crispi Sallustii oratio in M. T. Ciceronem incipit feliciter.' 'M. Tullii Ciceronis oratio in C. Crispum Sallustium incipit feliciter.' 'M. T. Ciceronis oratio pridie quam iret in exilium incipit.' Annorum circiter CCC.

χ 2 N. Codex alter chartaceus fol. ejusdem Coll. in Cat. Bodl. 1217. continens libros V. de Finibus et lib. V. Tusc. Disp. scribitur accurate; annorum fortasse CCCL. In l. II. Tusc. Dispp. deest unum folium, (p. 277. l. 3. c. 1. med.) *illa facul*tas, usque ad p. 229. l. 35. c. 4. med. non*nullos.*

1266. In Cat. Bodl. Codex alter est ejusdem Coll. chart. fol. Continet orationes 23. quæ tamen, cum mendosus admodum codex deprehensus fuerit, nec annos CCC. habere videretur, non sunt collatæ. In eodem vol. sequitur 'Antonii Lusci Vincentini, Secretarii Illustrissimi ducis Mediolani, ad suum fratrem atque carissimum, Ascolfinum (nescio, an recte sive scribitur sive legitur) de Marmonibus Secretarium. Magnifici francisci. De Barbanariis Inquisitio artis in orationibus Ciceronis.' Necnon 'Sinonoma Marci Tullii Ciceronis.' Et 'Differentiæ Sinonomorum.'

ψ 1 B. Codex Ms. in Bibl. Coll. Balliolensis Oxoniæ ex quinque constat voluminibus in folio, et continet multo majorem partem Ciceronis operum cum quibusdam, quæ supposita habentur. Hicce codex est membranaceus, pulcherrime descriptus, et plurium scriptorum manus exhibet, quarum omnes lectu sunt facillimæ. Non autem omnino injuria vacat. Nam in paucis locis paginæ totæ desiderantur, et complures turpiter mutilatæ sunt, literis initialibus operum aliquorum inauratis, cum marginibus earum splendidis, excisis. Volumen primum continet Orationes: pro Milone, cujus principium deest; pro lege Manilia; pro M. Marcello; pro rege Deiotaro; pro Archia; post reditum ad Quirites; pro Q. Ligario; pro Cn. Plancio; post reditum in Senatu; pro se ad equites Romanos, ne eat in exilium; pro Sexto Roscio Am.; pro A. Cluentio; pro Publ. Sulla; pro L. Murena; in Vatinium; pro M. Cœlio; pro L. Cornelio Balbo; pro Publio Sextio; pro Domo sua; orationem post reditum ad Quirites denuo exaratam; de Harusp. Resp.; de Prov. Cons.; Sallustii in Ciceronem; Ciceronis in Sallustium; in Catilinam oratt. IV.; pro C. Rabirio Postumo; pro C. Rabirio perduellionis reo; pro Q. Roscio Com.; pro Aulo Cæcina; de Lege Agr. oratt. II. Tertia deest. Hoc volumen voces quamplurimas, sententias, et nonnunquam etiam paginarum majores partes, quæ in textu omissæ fuerunt, in marginibus supplet, quin et lectiones varias exhibet, ubi alia in textu, alia in margine reperitur. Denique ubi textus pars aliqua deest, Codex Balliolensis, spatium vacuum linquendo, quanta sit, definire videtur, et simul codicis cujusdam auctoritatem allegat (si modo unus sit codex, non plures) quem nunc 'antiquum,' nunc 'antiquissimum' aut 'vetustissimum' appellat; nusquam vero titulum ejus indicat. E. g. in Orat. pro Sex. Roscio Am. p. 90. post voces 'accusare se dixit Erucius,' quædam deficiunt. In Cod. Ms. spatium vacuum invenitur sex fere lineis æquale: et in margine ascriptum est, 'deficit, tantumdem et longe plus etiam in codice antiquissimo deficiebat.' Iterum in principio Orat. primæ de lege Agr. quædam desunt. In margine Cod. Ms. legitur: 'Hic deficiunt duæ cartæ, quæ faciunt principium hujus Orationis, quod non reperitur in exemplari vetustissimo.' Item ad principium orationis pro Roscio Com. ad marginem scriptum invenitur, 'In exemplari desunt duo folia.' Vol. II. continet orationes Philippicas XIV.; orationes in C. Verrem VII., quarum prima est ea

quæ vocatur Divinatio in Q. Cæcilium. Hujus etiam voluminis principium deest. Vol. III. continet Epistolas ad Familiares, ad Atticum, ad Q. Fratrem, ad Brutum. In hoc volumine reperitur epistola ad Octavianum, quæ alias vocatur oratio, et in orationibus suppositis numeratur. Hujus prima sunt verba, 'si per tuas legiones mihi licitum fuisset,' &c. Vol. IV. continet tres libros de Officiis, de Amicitia lib. de Senectute, Paradoxa, Tusc. Dispp. libros V. de Nat. D. libros III. de Divinatione duos, de Fato fragm. de Legibus libros III. Acad. lib. I. qui incipit, 'In Cumano nuper,' &c. Lucullum; Timæum; Somnium Scipionis; de Finibus libros V. Deest hujus voluminis principium. Vol. V. continet libros duos de Invent. Rhet.; Rhet. ad Herenn. libros VI. qui in libris impressis quatuor tantum faciunt; de Oratore tres libros; de Claris Oratt. lib.; Orator qui dicitur librum; Oratt. Partitt.; Topica, cujus operis pars postrema interiit; Synonyma, sive opus constans ex vocibus synonymis, altera infra alteram, scriptis. Quatuor volumina posteriora pauca tantum in margine scripta continent, et ea sunt quæ in textu fuerant omissa. Volumen II. et V. exhibent nomen scriptoris, et annum quo scripta sunt. Volumen II. anno Domini 1447. transcriptum est a Gherardo Gerasio, cive et notario Florentino. Vol. V. anno Domini 1445. Florentiæ transcriptum est ab Antonio Marii filio, cive et notario. Desunt huic Ms. opera, quæ sequuntur: de Opt. Gen. Orat. liber; Topicorum pars; Fragmentorum Philosophicorum pars; Oratio pro P. Quintio; pro M. Fonteio; Oratio III. de Lege Agraria; pro L. Flacco; in L. Calpurnium Pisonem; Orationum Fragmenta; Epistolæ ad Brutum a Germanis repertæ et editæ; Epistolarum et Poëmatum fragmenta; de Petitione Consulatus liber.

B. Codex alter ejusdem Collegii chart. fol. in Catal. Bodl. 391. Oratio pro Archia poëta, annorum paulo plus CCC.

β Codex alter ejusdem Coll. membran. folio. Libros continet de Senectute, de Amicitia, et Paradoxa. Nitide scriptus, anno 1450. per T. Werkent, et vel librarius iste, vel illuminator libri Anglus fuisse videtur; nam inter illuminationes primæ paginæ sæpius legitur, 'Abide and Have.' In Catal. Bodl. est 406.

ψ 2. B. Codex alter ejusdem Coll. chart. fol. in Catal. Bodl. 420. Continet libros V. Tusc. Dispp. nisi quod ad fin. libri V. pauca desunt; ultima verba, 'Metrodorus et Plato.' (p. 392. l. 22.) Annorum videtur paulo plus CCC. Absunt ubique disputantium nomina.

2032. In Catal. Bodl. Codex Coll. Jesu non est Ciceronis liber de Amicitia, ipse licet codex titulum istum præ se ferat, sed excerpta in eam rem ex diversis auctoribus, ex Cicerone, ex S. scripturis, &c. Unum circiter fol.

ω 1. 2. Duo Codices membranacei 4to, qui in Bibl. Ecclesiæ Cathedralis et Metropoliticæ S. Petri apud Eboracum designantur Ms. Sub. XV. B. 21. (ω 1.) Ms. Sub. XVII. c. 8. (ω 2.) In utroque extant libri de Inventione et ad Herennium. Posterior eorum, qui et plures melioris notæ lectiones habet, nitidissimo charactere scribitur; literis alter crassioribus et magis quadratis. Nihil in ipsis codd. reperitur, quod vel ætatem eorum, vel scriptorem aperte prodat.

His codicibus, de quibus Editor Oxoniensis exposuit, eos adjunxi, qui sunt a singulorum librorum Cic. editoribus Anglis collati, breviterque, ut fit, indicati. In libris enim de Oratore tribus Th. Cockman (Ox. 1696. 8.) et Zach. Pearcius (Cantabr. 1716. et 1732.) his usi sunt codd. (etiam ab Harlesio p. XVI. ed. librorum eorundem nominatis):

Cod. in Bibl. Acad. Cantab. (indicatus hac nota, Cant.)

Cod. in Bibl. Coll. Gonvillo-Caiensis Cantabr. (Gonv.)

Cod. in Bibl. Regiæ Societatis, quem dono dedit dux Norfolciæ. (Norf.) Hos tres codd. Pearcius primus contulit.

Cod. in Bibl. Divi Joannis Baptistæ, Oxonii (Joan.)

Cod. in Bibl. Coll. Balliolensis, Oxon. (Bal.)

Cod. in Bibl. Bodl. (Bod.)

Cod. in Bibl. Coll. Magdalenensis Oxon. (Mag.)

Cod. Domini Wagstaffe. (Wag.)

Cod. in Bibl. Coll. Novi Oxon. (Nov.)

Cod. Richardi Mead, Med. D. (Mead.)

Codd. duo, quos Pearcio conferendos dedit Comes Oxoniæ. (Harl.)

In libris de Officiis Zach. Pearce adhibuit codices ita ab eo indicatos:

Cant. Ms. in Bibl. Publ. Cantabr. qui notatur in Catal. 70.

Mill. Ms. Edvardi Mills nitidum et ex cod. bonæ notæ descriptum a. 1410.

Lambeth. Ms. in Bibl. Lamethana s. Lambethana archiepiscoporum Cantuar.

Norf. 1. Ms. in Bibl. Norfolcensi Regiæ Societatis Londin. ubi est et alius ejudem operis Ms. sed eorum neuter ob vetustatem magni faciendus.

Mead. 1. Ms. Rich. Mead, in fol. omnium, quos vidi, optimum (ut quibusdam visum est) 700. annos habentem.

Mead. 2. Ms. ejusdem viri, pulchre et accurate plerumque, sed non antiqua manu descriptum.

Reg. 1. Ms. de quo Rich. Bentleius sic in margine Græv. ed. quæ penes me est, 'collatum cum codice regio 600. annorum Londini.' Deficit vero ab initio cap. 3. lib. II. usque ad fin. lib. III. Hunc Ms. in Bibl. Regia (Lond.) non potui invenire.

Reg. 2. Ms. in eadem bibl. servatum, bonæ notæ, et annorum (ut putant) 600. Multa in hoc vol. una colligantur; primo vero occurrit Cic. dialogus de Amicitia.

Reg. 3. Ms. in eadem bibl. inveniendum, annorum 500. In initio dicitur, eum fuisse 'de librario Sti August. Cantuar.'

Reg. 4. Ms. in eadem bibl. asservatum ejusdem ætatis : in prima pagina occurrit, 'Liber Sanctæ Mariæ de Bellalanda.'

Hi tres postremi in Catal. Reg. sic numerantur: 15. A. VIII. VI. XX.

Joannes Davisius in libris Cic. variis recensendis codices adhibuit hos :

Collegii Balliolensis Ms. quod Joannes Baronius, collegii illius magister apud Oxonienses, conferendum dederat amico cuidam Davisii. Sunt inde lectiones variæ ad libros de Div., Acad. I. et II. libb. de Legibus, et de Fin. Bon. et Mal. annotatæ. Ceterum non admodum esse antiquum eum codicem judicat Davis. (in Syll. Mss. præmisso libris de Legibus.)

Bibliothecæ Regiæ Londinensis (Jacobeæ) membranac. codicem, quem Rich. Bentleius ei suppeditaverat, cui ætatem CCCC. annorum Davisius tribuit. Habuit libros de Div., de Legibus, (sed non ultra mediam partem lib. II.) Academica, de Natura Deorum libros.

Ms. Biblioth. Cantabrigiensis, in libris de Divin., et Acadd. adhibitum. In animadverss. ad libb. de Fin. Bon. et Mal. memoratur codex Coll. Corp. Christi, quod Oxonii est.

Cod. Richardi Mead, annorum fere CCC. collatum cum libb. de Legg., de Fin., de Nat. Deor.

Duos codd. libb. de Legibus contulit, quibus uti ei licuit benignitate Edvardi Harleii, comitis Oxoniensis. (Harl. 1. 2.) Eum,

quem secundum nominat, nonnihil vetustiorem esse censet altero, qui circa typographiæ initia descriptus videtur.

Editionem Rob. Stephani (1538.) cum duobus codd. optimis collatam, (in libb. Tusc., Dispp., de Leg., de Fin., Acadd., de Nat. Deor.) quam Jo. Morus, Eliensis episcopus, a. 1714. mortuus, editori dederat, qui uni ex his codd. non magnam tribuit vetustatem. (vid. Præf. libb. de Legg.) Nominat eos Eliensem 1. et 2.

Iis accessit (in Tusc. Dispp.) Eliensis tertius membranaceus.

Præter hos Elienses codd. dicit (Præf. lib. Tusc. Dispp.) se usum esse quatuor codd. quos Th. Bakerus, Th. Stukesius, et Jos. Wassius cum ipso communicaverant; et in præf. lib. de Nat. Deor. ostendit, Wassio se collationem Cantabrigiensis libri, ut et Lincolniensis apud Oxonienses, debere.

Balliolensis cod. lectiones in Epp. ad Atticum a Gronovio collectas habuit Grævius. Vid. Præf. T. I. Epp. ad Att.

Progredimur ad codices, quos e Galliæ bibliothecis et veteres nonnulli et recentiores editores comparatos laudaverunt. Et Dionysium quidem Lambinum plures contulisse libros scriptos, aut varias lectiones inde enotatas habuisse, hæc verba præfationis ejus ad Opp. Cic. (ed. 1566. T. I. Paris.) docent: ‘ partim mea sponte, partim auctoritate Errici Memmii (supplicum libellorum magistri, cui etiam Ciceronem suum dicavit) adductus, cum præsertim Memmius magna mihi librorum Mstorum, non modo suorum, verum etiam alienorum, et commodato rogatorum copia suppeditata maximam mihi ad hoc negotium conficiendum facultatem daret: nonnullos etiam meo Marte nactus essem; alios a Jo. Huralto, supplicum libellorum in regia magistro, affine meo, qui nuper apud Venetos legatione functus est; alios ab Jo. Tilio, episcopo Meldensi; alios a N. Clerici, consiliarii regii, hæredibus; alios ab Jac. Cujacio jurisconsulto; alios ab aliis: ad rem suscipiendam ... aggressus sum. Biennium cum anno dimidio et paulo amplius, partim in consulendis antiquis exemplaribus, (cujus tamen rei onere et molestia magnam partem me levavit Memmius, duobus juvenibus eruditis et oculatis, qui omnes veteris scripturæ dissimilitudines fidelissime ex libris antiquis expressas atque effictas ad oras duorum librorum vulgatorum ascriberent, impenso conductis,) partim in uno exemplo Ciceronis, quod sequeretur typographus, meo arbitratu concinnando, partim in conscribendis emendationum rationibus, partim in toto Cicerone typis excudendo consumtum est.’

Neque vero in hac præfatione, neque in indice eorum, qui Lambinum aut conjecturis, aut libris veteribus, præter Memmium, qui unus plures quam ceteri omnes suppeditavisse dicitur, adjuverunt, præfationi subjecto, accuratius sunt illi codices indicati et expositi. In annotationibus autem nunc simpliciter unus vetus codex pluresve laudantur, nunc Memmiani libri, aut unus codex Memmianus et Cujacianus nominantur. Ne illud quidem satis apparet, qui libri Cic. in singulis codd. legantur. Iis scriptis libris quomodo ad emendanda Cic. texta sit usus, hæc editoris verba breviter declarant: ‘ Neque ita mihi omnia ad vivum esse resecanda existimavi, ut, quicquid in libris veteribus reperissem, id statim, ejecta vulgata scriptura, in ejus locum substituerem : neque rursus ita religiosus, aut timidus fui, ut, quo in loco perspicue sinceri essent libri antiqui, contaminati vulgati, ei loco manus medicas, atque adeo scalpellum non adhiberem, eum locum continuo non sanarem. Præterea ubi lectionem vulgatam immutavi, mei facti rationem in meis scholiis exposui : ubi nihil mutavi, cum tamen aliter esset scriptum in libris antiquis, de eo quoque lectorem admonui, scripturamque veterem bona fide repræsentavi, idque varie, interdum nihil ipse statuens, judiciumque lectori suum relinquens, interdum sententiam meam aperiens, et alteram probans, alteram improbans, modoque vulgatam antiquæ, modo antiquam vulgatæ anteponens.’ Omnis ea ratio et laudandi codices et lectionem emendandi quantopere fuerit Grutero et Jac. Gronovio aliisque improbata, non ignotum est ; neque erit facile, qui vel ad historiam textus Cic. certam, vel ad diligentem crisin, facere eam existimet. Illud tamen probabiliter statuisse arbitror Garatonum, (ad Verr. III. 96. T. V. p. 207.) nihil adversus codices Lambinum in ordinem recepisse. Utrum Cujacianus, quem sæpe laudat, codex idem sit, quem Regium Grævius nominavit, ut hic suspicatus est, (ad Verr. IV. 66. assentiente Harlesio ad Verr. Oratt. præf. T. II. p. 3.) nolui decernere, cum reperta essent loca in quibus utriusque codicis lectiones discreparent, unde Garatonus censuit diversos eos esse libros. (ad Verr. IV. 40. et 66.) Janus quoque Guilielmus laudavit codicem Cujacianum, quem in Bruto Cic. diversum esse Gruterus (Not. T. I. p. 251.) statuit ab illo, quem Lambinus hoc nomine insigniverat, in Verrinis (vid. T. II. p. 517.) eundem esse suspicatus est. A quatuor autem Parisinis codd. quibus usus est, Cujacianum distinguit sæpius Lallemandus. In

animadversionibus ad Orat. pro L. Manil. præter Memmianum codicem Lambinus etiam Clericanum nominat, in Epp. ad Atticum Turnæsianum.

A Franc. Hotomanno quoque sæpius laudatur vetus codex, cujus præsidio tuetur emendationes nonnullas, (vid. ad Verr. IV. 40. 67.) atque membranæ, quas Hotom. excussit, a Grutero dicuntur, (T. II. p. 517.) sed quales illæ fuerint, parum constat. Neque certius dici de Adriani Turnebi antiquis codd. potest, cujus fidem ita suspectam reddidit Lambinus, ut eum diceret sibi surripuisse emendationes, quas ex singulis foliis, a bibliopola missis, cognovisset, et in Adversaria sua retulisse.

Tribus optimis codd. Simeon Bosius (Du Bois) in emendandis Cic. Epistolis ad Atticum usus esse traditur, Lemovicum in Gallia prætor eruditissimus sæculo XVI. florens, (vid. Saxii Onom. Lit. T. III. p. 335.) sed idem etiam conjecturas non paucas, quas ex corruptis et exoletis membranarum lectionibus fecerat, recepit in ordinem, de quo queritur Grævius. (præf. T. I. Epp. ad Att.) Is autem a Stephano Baluzio acceperat etiam nonnullas ineditas Bosii annotationes, neque tamen omnes, quas ille iteratis curis conscripserat.

In apparatu Jani Guilielmii, qui in manus Gruteri venerat, fuerunt etiam variæ lectiones e pluribus codd. Gallicis excerptæ. Commemorantur enim in pluribus libris codex Gemblacensis (T. II. p. 558. s. Grut.); Cujacii codex, de quo jam admonitum est; exemplar S. Victoris, (T. II. p. 540. s.) quo ipso etiam Cujacius esse usus dicitur; liber Ms. qui in bibliotheca regia ad fontem Bellaquensem est, et cujus lectiones a Fornerio enotatas ad Suffridum miserat Hugo Blotius (T. I. p. 254. s.); liber Bruilerensis, membranæ Francisci Fabritii, a quibus non diversum esse, Gruterus censet (T. II. p. 521.), codicem Joannis Matalii Metelli, quo in Verrinis Guil. usus fuerat; Franc. Pithœi liber (T. I. p. 244.), atque alii, non satis accurate indicati. A Grævio autem laudantur codices Gallici duo (præf. ad Oratt. T. I. P. I.) his verbis: ‘Excerpta codicis optimi, in quo Verrinæ fuerunt, a viro erudito in Gallia satis diligenter excussi, mihi præstitit bibliotheca Marquardi Gudii . . . necnon alius codicis vetustissimi lectiones, qui servatur in bibliotheca regis Christianissimi, in quo legebantur eædem Verrinæ. Illas Lutetia mihi, cum illic ageret, misit Joannes de Witt, quibus multum sum adjutus in illis expoliendis.’

Pergit idem Grævius de Excerptis Pithœi ita disserere: 'Edvardus Bernardus Ciceronis opera Lambinianæ editionis (Argentoratensis) mihi dono dedit, quæ fuerant magni Petri Pithœi. Is multas orationes et alios quoque Ciceronis libros cum priscis membranis commisit.' Eadem Excerpta in præf. T. I. Epp. ad Att., et in præf. Offic. commemorantur. Mentelianum cod. membranaceum, quem Dan. Elsevirius ex bibliotheca Menteliana Parisiis adportaverat, idem Grævius in Epp. ad Famil. adhibuit, atque in Præf. laudat, in qua etiam monet, copiam sibi ed. Lambinianæ cum antiquis libris a Jano Guilielmio, et cum Palatinis a Grutero compositæ, factam esse per Joannem Sixium, Scabinum Amstelodamensem. Ab his tamen editoribus non sunt repetitæ animadversiones Jo. Mich. Bruti, qui in ed. Lugdunensi apud Ant. Gryphium a. 1570. quæ in emendando textu ad tres vetustos codd. Gryphianos aliosque codd. et antiquas editt. occupantur. Vid. Burmann. præf. ad Rhet. ad Herenn. In Officiis autem Cic. et libris, qui fere adjunguntur, emendandis, Carolus Langius usum se esse ait variis iisque vetustissimis, quæ sumsisset (ut ipsius verbis utar) cum ex Gallia atque aliunde, tum præcipue de Abbatiis Benedictinorum hujus fere provinciæ (Belgii). Vidd. ejus Annotatt. adjectæ Andr. Schotti Observatt. Humanis.

Johannes Davisius plurium codd. Gallicorum lectiones attulit in Librorum Philosophicorum Ciceronis edd. Nam in lib. I. Acadd. laudat lectiones Msti in Bibliotheca Luparensi, sed liber II. non modo cum hoc (qui Paris. 5. dicitur) codice, verum etiam cum quatuor aliis collatus est, ita indicatis: Paris. I. Ms. in Bibl. Luparensi, n. 2064.—Paris. 2. Ms. in eadem Bibliotheca (Luparensi), n. 1444.—Paris. 3. Ms. Domini de la Mare n. 18. (qui codex mutilus Davisio videbatur, quod lectiones ex eo non ultra cap. 22. sunt enotatæ.)—Paris. 4. variæ lectiones codicis ascriptæ marginibus ed. Stephani a. 1543. in 8. Hæc omnia adjumenta lectionis emendandæ debuit Jo. Walkero. Is edere ipse constituerat libros de Nat. Deorum, unde emendationes ipsius, partim codd. auctoritate nixæ, sunt a Davisio illorum librorum editioni adjectæ. Contulerat idem cum libris de Legibus codicem Paris. qui tum in Jesuitarum Paris. bibliotheca servabatur, et cui ætatem DC. annorum tribuit. Varias ejus lectiones Davisius in his libris, et trium Pariss. codd. lectiones in libris de Finibus adhibuit. Ms. Regii Luparensis, cui ætas DCCC. annorum tribuitur, lectiones a

Jo. Clerico acceptas etiam Verburgius laudat in Tusc. Dispp. vid. Verburg. Præf.

Denique nec J. N. Lallemando defuerunt codicum Pariss. præsidia, quibus utinam diligentius esset usus! Sed de hac ejus negligentia graviter conquestus est Garatonus. (ad Verr. v. p. 423.) Ipse in præf. T. I. Opp. de his codd. non nisi hæc tradit. Nam postquam de Pearcii opera in libris de Orat. emendandis ope Britannicorum codd. monuit, ita pergit: ‘In ceteris de rhetorica libris recensendis contulimus cum editis tres pretii non vulgaris codices, quorum copiam nobis fecit Capperonerius.... Ab eodem alia plura, quæ maximo usui fuerunt, adjumenta habuimus. Quin et ejus socius Bejotius, codicis longe optimi excerpta nobis utenda præbuit, ex quibus nonnulla in libro de Cl. Oratoribus emendavimus.’ Notis autem vol. III. subjectis præfixit hæc: ‘In orationibus recensendis codices excussimus eos præsertim, qui e Colbertina bibl. in regiam olim transierunt, in quibus orationes ita descriptæ sunt, ut in singulas duo tresve codices, aliquando etiam plures, consulere liceat.’

De codicibus Italicis, qui a nonnullis editoribus sunt adhibiti, multo minus constat. Mediolanenses editores, qui ordine alio, quam quem temporum ratio docebat, opera Ciceronis disposuerunt, memorant vetustiora exemplaria ex diversis et longinquis locis arcessita. Neque Aldinæ editionis auctoribus defuerunt libri scripti. Petrus autem Victorius codices Ciceronis cum editos tum ineditos adhibuit, in quibus eminuerunt Mediceus codex, et Epistt. ad Atticum exemplar vetustissimum, quod Barthol. Cavalcantes e manibus ignobilis cujusdam grammatici eripuerat, et Angelus Politianus valde laudaverat. In præfatione ad Libros Rhetoricos ostendit, se non magnopere adjutum esse codicum ab amicis inspectorum adjumento. Joannes Gaddius miserat ei bina exemplaria librorum de Oratore trium, quæ vulgatis non meliora invenit. Itaque illorum librorum, suspicatus est, codices omnes fluxisse ex uno, eoque pervetusto, qui, Laude Pompeii a Gerardo Landriano, ejus urbis episcopo, repertus, pleraque Cic. scripta Rhetorica continuit. In præf. ad Explicationes suarum Castigationum in Cic. (p. 5. ed. Lugd. 1552.) laudat illud Cavalcantis epistolarum exemplar. In epilogo autem earumdem Castigg. (p. 550.) docet, non se occultis auxiliis esse usum, sed exemplaria, quæ ipsi adjumento fuerint, semper omnibus fuisse in promtu:

'Quædam enim,' ait, 'eorum sunt in nobili illa Mediceæ familiæ bibliotheca, quam Cosmus et Laurentius Medices plurimis e Græciæ ruinis Italiæque latebris confecerunt, quæ etsi nondum explicata est, studiosorum tamen commodis privatim servit. Reliqua vero in D. Marci altera non minus priscis voluminibus referta, quæ omnibus omni tempore patet: uno tantum ex privata domo usi sumus, quod tamen et ipsum eruditissimi quidam viri tractaverunt.'

In conferendis autem scriptis libris Victorius ostendit se usum esse opera Ludovici Bonaccursii, qui Florentiæ tum artem grammaticam profitebatur.

Alii aliis Italis editoribus nonnullorum Cic. opusculorum ad manus fuerunt codices. Et Leonardus quidam Malæspina, qui in Epistolas M. Tullii Cic. ad Atticum, Brutum, et Q. Fratrem emendationes ac suspiciones edidit, (Venet. ap. Jo. Bapt. Somascum, 1563. 8.) ita in præf. (lit. c. 2. s.), postquam eos vituperavit qui vetera exemplaria omnino, parum diligenter, laudant, ita de suis librorum præsidiis monet: 'Undecim vero habuimus; ex quibus quinque cum vulgata Manutii atque etiam Victorii editione diligentissime conferentes, a carceribus, ut dici solet, ad calcem usque percurrimus: nempe Faërni duos, quorum unum, Romanum exemplar appellare soleo, quod sub id tempus Romæ impressum fuerit, quo hæc typis excudendi ars divinitus est inventa: alterum Faërni ipsius nomine, valde probum et antiquum: quos ambos apud eos esse arbitror, qui librorum ipsius fuerunt hæredes. Guidonis Lolgii item duos: unum manu Poggii Florentini (ita enim in fine libri legitur) descriptum, ab editione Victorii, sive Græca sive Latina spectes, non magnopere diversum: alterum recentiorem, quem librum Lolgii ubique, ut illum Poggii, voco. Quintum e bibliotheca Dominici Grimani Cardinalis accepi, quam ille in nostris ædibus Antonianis Venetiis exædificavit, omniumque librorum copia et varietate instruxit atque ornavit. Hos ergo quinque in potestate habui, totosque cum totis syllabatim fastidioseque contuli: reliquos sex, quos nihilo meliores comperiebam, prout res tulit, consului potius aliquando, quam legi: in quibus tres fuerunt Bernardini Maffei Cardinalis, quos penes hæredes reperire licet: unus Cardinalis mei (Nicolai Rudolfi,) qui post obitum illius cum reliqua optimorum librorum bibliotheca in manum venit clarissimi imperatoris et fortissimi hominis, Petri Strozzæ; quam omnem bibliothecam audio Philippum filium, cum

reliqua cum pecuniarum tum virtutum paternarum hæreditate crevisse. Reliqui duo libri, alter apud Octavium Pantagathum erat, cujus ille mihi copiam, quotiescumque volui, ultro fecit, quem tamen aiebat fuisse Antonii Augustini : alter in nostris ædibus D. Servatoris Bononiæ in locuplete et ornatissima bibliotheca, quem ego præteriens aliquot in locis, nullo ordine, attigi.'

His scriptis libris ita usus est Malæspina, ut non dubitaret lectionibus eorum interdum etiam præferre conjecturas probabiles, qua de re, ut de omni critica arte, multa prudenter in præfatione disputavit.

Laudavit idem Gabriel. Faërnum, amicum suum tum defunctum, cujus libri et in alios et in Ciceronem scripti servarentur apud Cardin. Car. Buorromeum. Et in animadversionibus quidem ad nonnulla Cic. scripta (Or. p. Font., p. Flacco, Philipp.) sæpe antiquum codicem (Vaticanum) secutus Faërnus emendavit orationem vulgatam Ciceronis. Jano Guilielmio etiam Vaticani codicis lectiones suppeditaverat Andreas Schottus.

Sæpius ad libros Mss. lectionem multorum locorum constituit Fulvius Ursinus. (Vid. ed. Opp. Cic. cum annotatt. Lambini, adjectis nunc primum Fulvii Ursini Romani notis, Genev. 1584. IV. tomis, fol.) In his inprimis ille fuit, quem nunc simpliciter veterem librum, nunc pervetustum eumque optimum (vid. T. II. ed. mem. Not. p. 91.) nominat, alii Ursini librum dixerunt. Ursini codices aliquot locis laudantur a Paullo Manutio non ex editis Ursini notis, sed (quæ sunt verba Verburgii in præf.) e quibusdam descriptis lectionum varietatibus, quæ non reperiuntur in Ursini notis editis. Aldus autem Manutius in Comment. ad Cic. lib. de Officiis multo plures suos laudavit codices, (vid. ad I. 10. II. 1. III. 24.) de quorum indole et auctoritate vellem plura innotuisse. Sed de Paulli Manutii virtutibus satis disseruisse b. Richterum (in præf. editt. Lipss. Commentt. Manutii in Epistolas et Orationes) constat.

Marcus quoque Antonius Muretus Vaticanum codicem Philippicarum Cic. Orationum usurpaverat, de quo hæc tradidit in præf. Scholl. ad Philippicas : (T. II. 975. ss. Opp. ed. b. Ruhnken.) ' Sæpe ego audiveram commendari ab hominibus eruditis volumen perantiquum Philippicarum M. Tullii, quod asservaretur in bibliotheca Vaticana, non in majore quidem illa et augustiore, quæ pontificum beneficio quotidie fere statis horis patere ad commu-

nem studiosorum omnium utilitatem consuevit; sed in abdita quadam et non ita omnibus pervia, quæ a sacerdotibus d. Petri superioribus annis concinnata, postea, sive negligentia hominum, sive fraude, exhausta prope jam et exinanita esset. . . . Non modo mihi eximium illum librum inspicere licuit, sed etiam permissum est, ut eum mecum auferrem, domique haberem. Librum ipsum credo ante hos septingentos annos exaratum esse, quod et ipsa literarum conformatio ostendit, plerisque locis gemina ei, quæ in Pandectis Florentinis et in Terentio Petri Bembi visitur: et scribendi ratio, quam ὀρθογραφίαν vocant, eadem plane, quæ in iis quos modo nominavi libris, et præterea in antiquissimo illo epistolarum Ciceronis, cujus exemplum abhinc triennium divulgavit P. Victorius; quam quidem cum ex aliqua parte exprimendam curaverim, non tamen sum ausus perpetuo id facere, ne nimia novitas lectoribus et moram injiceret et molestiam pareret; ut taceam, quod quædam in eis libris inesse judico, errore potius et vitio illorum temporum, quam ratione et auctoritate superiorum recepta, cujus generis sunt *emptus*, *sumptus*, et similia per literam *p*: in quo ita immoderata fuit ætas illa, ut *sollempnia*, et *sompnum*, et *temptare*, plerique omnes tum scriberent. Sed et illud ex eodem fonte fluxisse puto, quod literas multas inter se commutabant: cum *apsum* et *optineo*, contraque *scribtura* et *obtare*, sæpe in eorum libris legatur; in eumdem numerum incluserim, *avieris* pro *abieris*, et *Bolumniam* pro *Volumniam*, ejusdemque generis innumera. Nam illud quale esse dicam, nescio, quod *lathrones* et *lathrocinia* prope semper scribebat is, cujus manu ille Philippicarum liber scriptus est. Ne illa quidem exprimenda duxi, *adficere*, *adponere*, *conligere*, *conlega*, *inlustris*, et talia, aut *æcum*, *relicuum*, *locuntur*, *cottidie*; quæ tamen non ejusdem generis, cujus illa, esse duco: aut illa, *immemoriam*, pro in memoriam, *summast*, pro summa est, et similia; etsi hæc non plane aspernanda censeo. At hæc leviora sunt; illud gravioris momenti: quod locos amplius trecentos in omnibus aliis libris depravatos, a nobis emendatos videbit, quisquis hanc editionem cum aliis conferre voluerit.'

In Epistolis iterum recensendis ad manus Grævio fuerunt variæ lectiones e duobus codd. Italicis excerptæ, de quibus ita in præf. ad ed. minorem Epp. (Amst. 1689. 8.) uti de editione quæ a. 1477. a Sixmundo bibliopola Bononiensi curata est, disserit: ' Hanc vir doctus composuit cum duobus codicibus manu exara-

tis, variasque lectiones, quas ex iis excerpsit, aut marginibus ascripsit, aut ipsis versibus et verbis Tullii apposuit. Fuit is Augustinus Matucius, Florentinus, qui in fronte et calce libri manu sua testatur, se pervetustum codicem, et alium Politiani, doctissimi præceptoris sui, Academiæ Florentinæ principis (sic loquitur) evolvisse, ejus quoque judicio usum in his epistolis emendandis. Cum vero nullum signum addiderit, unde possit dignosci, ex utro libro, vetustone illo, an Politiani, hauserit istas lectiones, cum iis utor, soleo Italici libri scripturam appellare.'

Nuper (a. 1791.) Bernardus Frid. Hummel edidit Q. Ciceronis Commentariolum de Petitione Consulatus, cum animadversionibus Chr. Gottl. Schwarzii, adscriptis marginibus editionis 1720. in quibus sunt etiam lectiones Bernensis cod. Sed in bibliotheca cel. A. G. Ernestii (vid. Catal. Bibl. ejus 1796. n. 874.) fuit aliud, notis uberioribus a Schwarzio ascriptis, instructum exemplar ejus edit. 1720. in cujus fronte hæc legebantur: 'Exemplar diligentissime collatum cum cod. Ms. ex bibliotheca Divi Marci Venetorum et cum prima Aldina editione a Viro humanissimo, Vincentio Patarol.' Alia manus rubro colore ascripsit: 'Accessit nova collatio, hoc rubro colore indicata, cum codice Msto Petri Danielis, posteaque Bongarsii, quique in Bernensium bibliotheca asservatur; quæ loca collata mecum humanissime contulit vir clariss. Jo. Georgius Altmannus, Art. et Phil. Magister, Bernensis, literis A. 1721. Kal. April. ad me datis. Hanc collationem designo literis C. B. quasi Codex Bernensis.'

Non pauca aliter, et plenius, ascripta vidi, quam in animadverss. editioni Hummelii adjectis (in quibus etiam cod. D. Marci fit mentio) leguntur; itaque suo loco hæc afferentur. Ceterum codicis Bernensis lectiones etiam habentur in G. A. Willii Commercio Epistolico Part. III. p. 89—91. a Joh. Nic. Weissio suppeditatæ. De varietate et emendationibus e codice Francisci Puccii a Donato Jannoctio descriptis, codice membran. sæculi XIV. duodecim oratt. Cic. complectente, et Barberinis duobus codd. orationum Philipp. quibus Garatonus est usus, videnda ejus præfatio ad Tom. IX. Opp. Cic. p. VI. s. quo loco ostendit etiam, se consuluisse illum vetustissimum et optimum basilicæ Vaticanæ (nuper) codicem, quem Faërnus, Ursinus, et Muretus laudarunt, quoque orationes pro Fonteio, pro Flacco, Pisonianæ fragmenta, et pars maxima Philippicarum continentur.

In Ciceronis Academicis Jo. Franc. Conrad. de Allio gloriatur, se usum esse duobus Codd. Mss. membran. Card. Bessarionis et Recanati Patricii, qui Venetiis in Bibl. D. Marci custodiuntur.

De reliquis variarum bibliothecarum libris ita dicam, ut editionum, a quorum auctoribus inspecti sunt, sequar ordinem, eosque, de quibus plura innotuerunt, accuratius indicem. Etenim ut in prima ed. Basileensi, quæ apud Cratandrum a. 1528. III. voll. prodiit, Mich. Bentinus usus esse traditur scriptis libris ad orationem vulgatam emendandam, ita qui præfuit secundæ Basil. editioni (ap. Hervagium, 1534.) non modo alium quendam adhibuit codicem, sed inprimis ex Gabrielis Florentii Talenti codice orationem pro Sextio auxit. Sed multo plures libros scriptos in Germania, Gallia, atque Belgio asservatos contulerat Janus Guilielmius, cujus eruditissimi juvenis, anno 1584. Avarici Biturigum anno ætatis trigesimo mortui,[e] apographum in Germaniam reportavit Augustinus Kockertus, Guilielmii civis et amicus. Et cum Suffridus Petri, Kirchmannus, et Wouwerius deinceps spem fecissent edendorum Guilielmii laborum, neque stare promissis potuissent, tandem exemplar, cui Guil. ascripserat varias lectiones vel a se vel ab aliis erutas, ad Janum Gruterum pervenit, qui, opera duorum juvenum, Jani Gebhardi et Davidis Clerici, usus, his copiis adornavit ed. Hamburgensem, ita tamen, ut non omnem lectionis varietatem, quam vel in apographo illo vel in codd. ipse reperisset, afferret. (Cf. Gruter. ad lib. II. de Orat. c. 47.) Neque vero de ipsis illis codicibus, non paucis numero, uno quodam loco, omnino et accurate dictum est, sed breviter, in exordio animadversionum cuique libro subjectarum, admonitum est. Commemorantur enim membranæ Franc. Fabricii, codex Gemblacensis, Erfurtensis, Bruilerensis, chartaceus Suffridi Petreii, in libb. ad Herennium (T. I. p. 233.); Grevenbuchianus, in libb. de Invent. (T. I. p. 241.); Fr. Pithœi liber et alius codex in libb. de Oratore (T. I. p. 244.); Cujacii liber, in Bruto, diversus ab eo quem Lambinus nominaverat (T. I. p. 251.); Hittorpianus, Peccianus, et bibl. regiæ ad fontem Bellaquensem liber Ms. in Topicis (ib. p. 254. s.); in Orationibus præter alios jam nominatos, Ms. Falkenburgii, codex S. Victoris (T. II. p. 510. 540. s. quo etiam Lambinus fuerat usus), codex Joannis Matalii Metelli (quem a Fabricianis mem-

[e] Vid. Saxii Onom. Litt. T. III. p. 498. s. Verburg. Præf. Opp. Cic.

branis non diversum esse suspicatur Gruterus T. II. p. 521.), Werdensis, Basilicanus Coloniensis, (T. II. p. 539.), Gemblacensis (ib. p. 558.), Busbekianus (p. 557. s.), liber Alalæ (p. 561.), Wouwerii duo (T. IV. p. 404.), &c. A Davide Hoeschelio acceperat varias lectiones in libb. de Invent. libros IV. ad Her., in Top. in Catil. in Tusc. e codice membr. cœnobii Ulrichiani Augustæ Vindel., qui olim fuerat Caroli Rechlingeri; Andreas Schottus suppeditaverat lectiones cod. Vaticani ad Tusc. Quæst. ad Epp. Fam. Joannes Isaacus Pontanus ex Angeli Politiani antiquo volumine obtulerat symbolam ad Epp. ad Fam. Ipse autem Gruterus adhibuit plures codices Palatinæ bibl., quæ tum Heidelbergæ erat, nunc septem (T. II. p. 510.), nunc octo (p. 543.), nunc novem (557. s.), non accuratius indicatos. Laudatur etiam Ms. Gruteri (T. II. p. 510.). Erfurtensem illum codicem, complectentem plerasque orationes Cic. Grævius, cui ejus usum præstiterant (ut ipsius verbis utar) Frider. Bened. Carpzovius et Jo. Tenzelius, inprimis laudavit (Præf. Oratt. T. I. P. I. init.), ostenditque ejus ope se non pauca corrupta loca emendasse. Turingicus codex appellatur a Justo Zinzerlingio Promuls. Crit. c. 1. (in Schminck. Synt. Crit. p. 197.) et alibi. Eundem laudat Herel. in Animm. in Verr. Idem Grævius etiam evolvit pervetustum codicem Coloniensem, in quo orationes Catill. Philipp. pro Marcello, et pro Ligario invenit. 'Is liber,' inquit, 'antiquissimus minimum est septingentorum annorum, sed a manu recentiore in plurimis locis flagitiose interpolatus, erasa antiqua scriptura, cujus vestigia tamen acrius eum intuenti plerumque poterant deprehendi, suppositis lectionibus depravatis, quod fatum fuisse multarum aliarum pervetustarum membranarum dudum viri docti sunt conquesti.'

Qui post Gruterum e codd. Mss. se emendasse Ciceronem gloriatus est, Jac. Gronovius non modo codice vet. bibl. Mediceæ (in libb. ad Her.), et duobus aliis minus vestustis (in iisdem libb. et libb. de Inv.), atque Laudiano aliisque Oxonn. codd. est usus, sed laudavit etiam in libb. de Fin. varias lectiones codicis ab J. F. Gronovio collati, atque codicis recentioris, quem ipse adhibuerat, in libb. de N. D. et de Div. codicem Vossianum ab J. F. Gronovio collatum, in Tusc. Quæst. notatas a viro docto varias lectiones. Idem etiam scholiasten anonymum ad Oratt. primus e chirographo J. F. Gronovii edidit.

Jo. Geo. Grævius præter eos, de quibus dictum est, codices laudavit hos: 1. tres, quos Petrus Francius cum ipso communicaverat, et de quibus ita (præf. Oratt. T. I. P. I.) disputavit: ‘ unus nitide descriptus in membranis, in quo Ciceronis omnes orationes leguntur, non quidem veterrimus, sed tamen magni faciendus. Is sane mihi multum etiam profuit. Mihi persuasum est, illum olim versasse Turnebum. Nam omnem scripturæ varietatem, quam ille vir magnus inseruit suis animadversionibus in orationes in Rullum, in eo deprehendi. Alter fuit chartaceus codex recentior, sed non spernendus, in quo habentur orationes pro lege Manilia, pro Milone, et nonnullæ aliæ, quem secundum Francianum appello: tertius membranaceus, sed longe prioribus inferior.’ 2. In Philippicis idem ostendit usui sibi fuisse codicem suum admodum vetustum, in quo solæ Philippicæ descriptæ sunt; sicut et in codice membranaceo bibliothecæ Amstelodamensis, quem Petrus Schaackius, bibliothecæ illi præfectus, utendum ei dederat. In præf. T. I. Epp. (in quibus omnino quatuor codices adhibuit, Mentelianum nempe et tres qui sequuntur) duo laudat suos codices; primum eumque præstantissimum, uni Mediceo codici cedentem, cujus verissimam scripturam ubique firmat, depravatam nonnunquam emendat, octo tantum priores libros complexum, quem Coloniæ Ubiorum in taberna libraria sibi comparaverat; alterum recentissimum chartaceum, Amstelodami emtum; tum Amstelodamensem, longis intervallis primo Græviano proximum, quem Dan. Elsevirius e bibl. publica utendum miserat. 3. In præf. ed. Offic. item duo Græviani commemorantur, ab illis diversi, scilicet membranæ pervetustæ, quanquam laceræ et mancæ, quas ære suo comparatas ipsi miserat frater, Godefr. Grævius, Lipsiensis, et membranaceus codex, ut recentior, ita deterioris notæ. 4. Usus etiam est ed. epistolarum Italicæ perantiquæ (1477.) exemplo, quod Nic. Heinsius cum veteribus membranis (nescio quibus) contulerat. 5. In Epistolis ad Atticum accesserunt ad alia Pithœi Excerptorum et Balliolensis codicis subsidia, etiam Excerpta codicis Helmstadiensis, quem Lucas Langermannus cum editis contulerat. 6. Denique Dresdensis codicis, nonnullas oratt. Cic. complexi, quanquam non admodum vetusti, varietatem ad ipsum perferri frater jussit. De aliis Dresdensibus codicibus, qui ad Epistolas spectant, paulo inferius monebitur.

Idem Grævius Opuscula Rhetorica Ciceronis (teste Burmanno

præf. ad Rhet.) ‘ recensuit ad sex codices antiquos, quorum Erfurtensis omnium optimus et veterrimus est, cujus ope plurimas labes, quæ præcedentes fœdaverant editiones, etiam aliis Ciceronis operibus feliciter abstersit : illius codicis usum habuit a Fred. Bened. Carpzovio, Senatore Lips. doctissimo, et Joh. Tenzelio, ducum Sax. domus Goth. Historico. Vid. Neocori et Sikii Bibl. Nov. Libror. T. v. p. 688. s. Alter est Duisburgensis, quem olim Fr. Fabricii fuisse, toties Grutero laudatum, putat ad lib. II. c. 16. p. 87. Deinde Puteaneum, Cauchianum, suum quoque codicem, et præcipue Pithœanum adhibuit, quorum primus a Claudio Puteano, secundus a Joh. Cauchio, Ultrajectinæ olim civitatis ornamento insigni, quartus ab egregio illo Petro Pithœo nomen habet. Ab Edvardo nempe Bernardo Oxoniensi habuit exemplar editionis Argentoratensis Lambinianæ, in qua Pithœus orationes et alios Cic. libros cum membranis manu exaratis contulerat, et minoris Gryphianæ an. 1550. cujus margini idem annotaverat varias lectiones ex duobus Mss. excerptas, inter quos codices optimus erat, cum quo Gryphianam composuerat, ut discimus ex Grævii præfatt. ante Cic. Oratt. et libros de Officiis. Pithœum vero et alias Cic. editiones præter duas istas, Lambinianam et Gryphianam, ad vetustos codices exegisse oportet, quoniam possideo et ipse exemplar editionis Wechelianæ Francof. 1590. cujus Tom. v. complectitur Opera Philosoph., Acadd. Quæstt., de Fin., Tusc. Dispp., de Nat. Deor., de Div., de Fato, de Legg., de Off., Catonem, Lælium, Paradoxa, et Somnium Scipionis, ejusdem P. Pithœi manu cum Mss. collata ; et ad Tomum VI. ascriptas variantis scripturæ differentias ad tres priores libros Epistolarum ad Familiares.’ Hæc Burmannus.

Isaacus autem Verburgius, præterquam quod cum ineditos tum editos virorum doctorum commentarios, quos superiores editores aut omnino neglexerant, aut non satis diligenter comparaverant, consuluit, et inde nonnulla excerpsit, in quibus etiam criticæ sunt observationes, et in Tusculanis laudavit varias lectiones codicis Regii Luparensis (MS. R.) annorum circiter DCCC. cujus meminit Salmasius in præf. ad Solinum, et de quo supra dictum est, acceptas a Johanne Clerico ; in Officiorum libris lectionem codicis Groningani, a viris quibusdam eruditis, quos dicit, submissam attulit, et ad Aratea laudavit codicem Lugduno-Batavum, quem ipsius causa contulerat Sigebert. Havercampus.

Et bibliothecæ quidem Lugduno-Batavæ plures codices in opusculis rhetoricis iis, quæ Burm. edidit, consuluit Franc. Oudendorpius. Nam Rhetorica ad Herennium contulit cum septem codicibus, quos ita indicavit:

N. 1.	Leidensis	membran.	in 4. Cat. N.	195. p. 333.
— 2.	——	——	——	45. p. 531.
— 3.	——	——	——	44. — —
— 4.	——	chart.	in f. A. 1459.	50. p. 327.
— 1.	Vossianus	membran.	in 4.	103. p. 384.
— 2.	——	——	——	64. p. 388.
— 3.	——	——	——	66. p. 388.

In libris de Invent. laudantur fere duo Vossiani et tres Leidenses.

Sæpius a Burmanno in Animadverss. ad Dorvillii Sicula (p. 544. 546. 571. 606. ss.) commemorantur lectiones cod. Ms. Balthasaris Huydecoperi. B. Ernestus, qui ejus lectiones in Philippicis Oratt. adhibuit, etiam excerpta ad Verrinas et duas alias oratt., sed justo serius, acceperat; itaque eas non minus, quam quas e codice scripto bibliothecæ Lugdunensis in Batavis, quem olim Burmannus major cum textu Græv. contulerat, marginibus suæ editionis ascripsit, quod exemplar cum cel. Jo. Chr. Theoph. Ernestii benevolentia singulari accepissem, descripta Verrinarum parte, in Addenda contuli eam varietatem.

Guelferbytanæ Bibliothecæ codices tres b. Ernestus in Oratt. recensendis adhibuit; primum, qui Verrinas oratt. priores habet, non valde antiquum et sæpe consentientem cum illo qui olim Cujacianus, postea Regius appellatus est; alterum aliquot orationum codicem membranaceum, illo juniorem; tertium Philipp. Orationum, utroque antiquiorem, sæculi XI. aut sequentis. In libris Rhetoricorum ad Herennium atque de Inventione membranaceus bibl. Guelferb. codex ei profuit. In Epistolis ad Diversos recensendis usus est duobus Guelferbytanis codicibus membranaceis, quorum primus, qui olim Gudii fuit, omnes habet libros atque epistolas; secundus illo antiquior, caret lib. I. II. et VIII. atque ep. 23. et 24. libri VII. neuter habet Græca, sed in secundo lacunæ, in primo nullæ sunt, verum litera *g* defectum Græcorum indicat. In Philosophicis quoque operibus Guelferbytana exempla commemorat Ernestius. Sed multo diligentius quinque Guelferbytanis codicibus in Officiis recensendis usus est Jacobus

Fridericus Heusingerus, et Gudiani quidem codicis (primi ab Heusingero dicti) lectionibus variis usi sunt F. A. Wolfius in Tusculanis, quarum editio major, commentario viri cel. instructa, expectatur, J. Henr. Bremius in libello de Fato recensendo (Lips. 1795.) et in libris de Finibus Bonorum et Malorum, quorum prima pars 1798. prodiit, J. G. Schneiderus in Bruto. (Vid. viri doct. epistola ad Langerum præfixa ed. Bruti, quem Wetzelius curavit Hal. 1793. 8.) Et de codicibus quidem illis Guelpherbytt. hæc sunt Conradi Heusingeri ad ed. Officiorum majorem, patrui (Jo. Mich. Heusingeri) et patris (Jac. Fr. H.) copiis ditatam, observata (p. XVI. ss.):

'Guelpherbytanus primus est Ms. membranaceus, foliis primæ formæ CCLVI. ætate quingentorum prope annorum, quippe qui circa annum 1300. videtur exscriptus esse. Servatur inter Gudianos, notam numeri II. præfixam gerens. [nunc numerus XXXVIII. inscriptus est: vid. Schneider. Ep. ad Lang. p. VII.] Continet plura Ciceronis opera, quorum indicem recens manus fronti præposuit. Primum locum obtinuerunt libri de Officiis; sequuntur Cato, Lælius; Catilinariæ IV., Tusc. Quæstt., de Oratore, Orator, Rhetoricorum (de Inventione) libri II. (incipit, 'sepe multum,' erasa copula, cujus vestigia apparent.) Rhetoricorum ad Herennium libri primi fragmentum ad cap. 12., Paradoxa, de Legibus, de Natura Deorum, de Divinatione, de Fato; Orationes pro Marcello, Ligario, Deiotaro; Sallustii ac Tullii Invectivæ; Synonyma Tulliana; (præmittitur, ut in Parisina, de qua vid. Ernest. B. L. p. 214. epistola, sed ita corrupta: 'Legi ea quæ pluribus modis, quo uberior promtiorque esset oratio,' &c.) Partitiones Oratoriæ, In Timæum Platonis, De Fin. Bon. et M. libri V. Academicarum Quæstt. libri IV. Quinque Philippicæ, Boëthius in Topica Ciceronis libris VI., Macrobii cap. 17. libri II. in Somn. Scip. ... A pluribus librariis opus totum exscriptum esse, nisi varius atramenti color et characteris aliqua differentia hoc indicaret, vel sola librorum e multitudine augurari liceret. Is, qui libros de Officiis dedit, literarum quidem ductus manu firma ac satis quidem munda deformavit; sed hominis stupor crebris aberrationibus ac lacunis locum fecit: eadem tamen imperitia causæ fuit, quo minus ipse infaustis correctionum tentaminibus in Ciceronem grassaretur, sed ista potius, quæ in transcribendo exemplari, quod imitabatur, assequi poterat, religiosa fide redderet. Haud igitur immerito

melioribus eum pater annumerat. Nec ulli profecto codicum de Officiis nostrorum cedit, nisi quem nunc lectoribus propositum imus. Nam et antiquitate et bonitate principem inter hos locum meretur.

2. Is, quem pater Guelpherbytanum secundum appellavit, invertere veritus ordinem, credo, quo libri, in forulis quisque suis, dispositi stabant. Habitat enim codex, de quo agitur, cum priore inter Gudianos, ibique locum CL. nactus est, et ipse in membrana scriptus. Folia LIX. habet: mensuræ secundæ (quartanam vocant) longitudinem æquat, latitudine superatur. Vetustate, quantam ex literarum ductibus colligere licet, quingentos annos nisi excedit, complet tamen. Seculo XIII. natum esse conjicio. Orditur ab his versibus minio pictis:

'Excellunt libri cunctorum phylosophorum
Isti quos fecit tres Tulius officiorum.'

Vid. Ernest. B. L. p. 190. Ciceronem de Officiis excipiunt e Valerio Maximo excerpta ab alia manu, quibus interpolantur Glossæ in canticum Mirjam. His adjicitur ineptum de Cerevisia epigramma; Cic. Paradoxa; Sallustii et Tullii Invectivæ; Partium Noctis Nomina; Senecæ aliorumque sententiæ; excerpta ex Suetonii Augusto. [Optimum eum codicem, solum veras lectiones servantem, appellat J. Fr. Heusinger. ad Off. I. 30, 15. 31, 8. 43, 5. II. 22, 1.]

3. Guelpherbytanus tertius cum reliquis duobus sedem in ea bibliothecæ parte habet, quæ scriptos manu libros servat, Ducis Augusti Magni nomine ornatos: Augustanos nominant. Membranaceus est, numeris III. 3. notatus, staturæ fere ejusdem cum antecedente; ætate nostrorum minimus. Ipse enim librarius in fine ascripsit, 'finitus anno 1469. die 26. Augusti.' Inprimis post titulum, M. T. C. de Officiis ad Marcum filium libri tres, pergit procemium, quo filium hortatur ad hos de Officiis libros studiose legendos. Insignem præfert scripturæ munditiam literasque in sectionum principiis auratas, ut solent fere juniores. Ceterum antiqui sane exempli vestigia scriptorem secutum esse, apparet, ni fallor, ex III. 25, 2. add. I. 20, 11. 22, 9. II. 4, 1. (quibus locis Heusingerus hujus codicis lectionem recepit in ordinem.)

4. Guelpherbytanus quartus, Ms. membranaceus, indicem in fronte habet numerorum VIII. 12. Forma a secundo ac tertio non recedit. Idem etiam, qui tertium decorabat, literarum nitor, idem

splendor auratarum. Nec multum falli videbitur, qui sicut annum hujus natalem ad sæculi XV. initium retulerit, ita incunabula tribuerit Italiæ. Supra dixi, hodie librum in apparatu Augustano inveniri: olim Heinsianum fuisse, testatur primæ paginæ subscriptio ista: Cl. V. Nicol. Heins. Carol. Dati. D. D. Integritatis laude quintum licet longe antecellat, prioribus tamen duobus longe inferior est: tertio fere par. (III. 4, 1. 2. ac sæpius.) Cum quinto facit atque impressis veteribus III. 3, 2. 4, 15.

5. Guelpherbytanus quintus, octonariorum nostrorum mensuram sola excedit latitudine, additis fronti numeris XVIII. 43. notabilis; in membranis scriptus minus eleganti manu ac pallidiore atramento. Multa a correctore passus est liber, ipse nec antiquitatis nec integritatis nomine laudandus. Quantum ad annos, quarti ac tertii ætatibus medius interjectus esse videtur. A prisca autem intemeratæ dictionis nota longius eum sæpiusque recedere, vel inde patet, quod inter Guelpherbb. omnes hic semper fere a partibus impressorum vett. stetit.

6. His annectere visum est Scholiasten Guelpherbytanum in membranis scriptum, quarum forma paulum differt ab ea quæ est quaternionum nostrorum. Locatus in eorum Mss. numero, quos extravagantes vocant, ordine inter hos ducentesimus vicesimus quintus est. Ut sæculo XII. scriptum esse credam, literæ minusculæ et scribendi compendia suadent, quæ totas plurium syllabarum voces brevi atque unica sæpe nota comprehendunt. Sed præter ætatem, qua commendabilis codex est, in multis etiam Tulliani instar fuit, quia prætexuit auctor interpretationibus suis, quibus Tullium usque ad verba l. III. c. 20. s. 11. 'Quid est, quod afferre tantum' secutus est, (in his enim desinit,) unicuique igitur ipsius aliquot Ciceronis verba, quasi commentationis ordine pertractandæ custodes, præposuit, quæ a glossematis suppicta lineola miniata distinguuntur. Scholia nostri, ut interpretum, quos media ætas tulit, plerorumque, multa vulgaria ac futilia obtrudunt, quæ tamen variis bonæ frugis observationibus, ut I. 17, 2. pensari gaudeas. Sperabam fore, ut de auctoris horum glossematum ætate a Gasp. Barzizio docerer, quem veteres commentarios in Officia Cic. commemorasse Ernestus B. Lat. p. 194. affirmabat. Sed Barzizius illa epistola, quam laudat Ernestus, nihil nisi Antonium Faxanellum enixe rogat, ut sibi illos veteres commentarios in Officia Cic. mittat. Hac spe destitutus nihil dum reperio, ex quo satis manifeste scriptoris ævum cognosci

queat; lectores, in istiusmodi æstimationibus me versatiores, ut habeant dictionis veluti gustum aliquem, procemii exordium e membrana hic ascribere non gravabor: 'GLOSE IN TULLIUM de officiis. Ut ait Tullius in libro Tusculanorum, Socrates philosophiam primum (*corrector* primus) de celo in terram evocavit. Qualiter hoc fecerit, videamus. Ante tempus Socratis, quotquot philosophi fuerunt, in his tribus scientiis studuerunt, in phisica, i. e. in naturali, in mathesi, quæ dicitur doctrinalis, in theologia, i. e. de dei visione seu speculatione. De divisione mathesis alias dicetur. In phisica autem inter se dissidebant multum. Quidam enim horum asserebant, unum rerum esse principium, quidam vero plura. Eorum vero, qui plura, alii plura finita, alii plura infinita. Qui autem unum, alii aquam tantum; alii terram tantum, alii aquam, ignem et terram vel aërem, alii quatuor elementa, terram, aquam, aërem, ignem. Qui autem plura infinita, athomos rerum principia constituebant. Socrates autem cum plurimum valeret in his tribus sententiis (l. scientiis), considerans celestis ordinis concordiam, eamque in animos hominum constituere volens, ethicam invenit, et ob hoc dicitur philosophiam in terram evocasse. Sed de ea nullum librum scribere voluit. Cum autem ab eo, cur hoc faceret, quæreretur, dicebat, Malo scribere in hominum vivis cordibus, quam in mortuorum animalium pellibus. Plato autem et Aristoteles et Panætius, quem Tullius in hoc opere imitatur, ac alii multi Socratem imitantes, complures de ethica libros composuerunt. Tullius vero utilitatem, quam ex hac facultate haberet, considerans, librum de ea filio suo Athenis vacanti composuit,' &c.

Hæc de illis libris cl. Heusingerus disputavit. Ceterum b. Heusingerus (not. ad Off. I. 6. 5.) lectionem duorum codd. Mss. Guelpherbytt. in Bruti c. 84. attulit (cujus opusculi nullum scriptum librum habuit b. Ernestus), sed alterum codicem (qui præter Gudianum hoc opusculum contineret) diligenter quæsitum nuspiam in bibl. Guelpherb. reperit E. T. Langerus, teste Schneidero in Ep. ad eum p. VII.

Alii ab Ernesto adhibiti laudantur codices hi:

1. Codex Bibliothecæ Erlangensis Academicæ, qui e monasterio Heilbronn. in eam migravit, scriptus sæculo decimo, id quod ex subscriptione Codicis ostendit Ernest. (præf. vol. I. Rhet.) 'Venerando Gerberto Abbate philosophante suus placens Ayrardus scripsit.' 'Nam' (quæ sunt verba Ernestii) 'hic est Gerbertus

Ottonis III. magister intelligendus, et Ayrardus monachus ille, ad quem Gerberti extat epistola, inter Gerbertinas S. Silvestri II. Pontif. M. (T. II. Scriptt. Gall. Quercetani) septima: in qua rogatur a Gerberto, ut Plinium emendandum curet, &c. isque adeo liber scriptus est ab Ayrardo, cum Gerbertus adhuc Abbatis Bobiensis munere fungebatur. Agebat autem hoc Gerbertus diligenter, id quod ex multis ejus epistolis intelligitur, v. c. 44. 105. 130. aliisque, ut libri veteres Latini, eruti undique, sibi accurate describerentur. In his, quorum in ea re opera utebatur, fuit hic Ayrardus, quem monachum Aurilliacensem fuisse, colligi posse videtur ex epistola Silvestri 17. in qua ad ejus monasterii abbatem Geraldum ita scribit de Ayrardo, ut Vestrum dicat Ayrardum.' Is tantæ vetustatis codex continet, 1. libros de Oratore, in quibus multas bonas lectiones novas Ernestio atque Harlesio, qui eos libros postea edidit, suppeditavit, veteres confirmavit. Multis tamen locis sunt lacunæ. Nam desunt hæc: a l. I. c. 27. verbis 'invenieb. duas' ad l. II. c. 5. ad verba 'Tum Catulus: ne Græci quidem,' &c. Secunda est a l. II. c. 57. 'fanum esse oportere' ad c. 71. ubi redit antiqua manus in verbis 'colliguntur a Græcis.' Tertia est l. III. c. 5. ubi manus vetus desinit in verbis 'imusne sessum,' redit in verbis, 'nec genera proponunt' c. 28. extr. Quarta denique incipit c. 37. a verbis 'omnis igitur oratio,' desinit c. 43. in verbis 'rhetoricoteros tu sis.' Apparet autem, inquit Ern., easdem lacunas fuisse in libro, unde suum Ayrardus descripsit. Nam interdum in media pagina incipit notata lacuna: item redditus textus est in pagina aversa. Manus autem, quæ explevit lacunas, est sæculi XV. nec ea supplementa e libro contemnendo ducta sunt, etsi non comparando cum Ayrardino. 2. Remmii Fannii Carmen de Ponderibus et Mensuris, et Prisciani lib. de Figuris Numerorum, in quo Ayrardi manus desinit, eique subscriptum est, quod supra dedimus. 3. Cic. libellum de Partitionibus Oratt. scriptum eadem manu, qua supplementa librorum de Oratore, neque ex malo exemplo. Subjectum est nomen scriptoris, Henricus Hond.

Ill. Harlesius, qui in Introd. in Notit. Lit. T. II. p. 45. censet, hunc codicem dignum esse, qui denuo ad verbum conferatur, ea opportunitate alios quatuor Erlangenses codices Mss. laudat. 'Alter est membranaceus sæculi XII. fere ineuntis in forma quarta: quædam folia habent alius recentioris manus ductus spissiusque

atramentum: continet libros ad Herennium. Tertius cod. chartaceus, isque manus ævique recentioris, comprehendit Epistolas ad Diversos. Quartus codex chartaceus, paulo ante inventam artem typographicam scriptus, complectitur magnam partem Epistolarum ad Diversos et Partitiones Oratorias. Quintus denique in folio chartaceus multas habet orationes.'

2. Vitebergensis bibl. Academicæ codex chartaceus, in quo sunt, Orator, Topica, Partitiones, et præfatio Orationum Demosthenis et Æschinis de Optimo Genere Oratorum. Ad libri calcem scriptum, ' Ego Milo de Carraria, Patavinus, e Magnatum genere, scripsi Romæ anno a nativitate Domini MCCCCXXXII.'

3. Codex membran. libros Rhett. ad Herennium continens, e biblioth. Winkleri, qui eum in Italia emerat.

4. Cod. membran. bibliothecæ Lips. Academicæ, eosdem libros habens. (Tomo I. ed. Jac. Gronovii, exempli Ernestini, quod cum reliqua ejus collectione opp. Cic. servat Senatoria bibliotheca, ascripta est varietas lectionis Ms. Paulini Lips. quod Buttigius a. 1736. contulerat.)

5. Excerpta codicis in exemplo Verburgiano, e bibliotheca Cortiana emto, ignota manu scripta, quæ ad eosdem Rhett. ad Her. libros pertinent.

6. Variæ lectiones codicis Cassellani librorum de Inventione, quas Cortius in margine Verburgino scripserat. Utrum, quas ascriptas suo exemplo editionis Venetæ Oratoris et Partitionum Oratt. habuit correctiones, ex aliis exemplis, an e codice fluxerint, incertum est.

7. Excerpta e codice chartaceo Gorlicensi Epistt. ad Diversos, diligentissime collato cum exemplo Græviano a Jo. Gottfr. Geislero, Bibl. Gothanæ nunc Præf. et Duci Sax. Goth. a Cons. Aul. Recens est et vitiosissimus, sed interdum meliores lectiones servans aut earum vestigia retinens.

8. Membranaceus codex earundem Epistolarum, quem ipse b. Ernestus possedit, quique nunc bibliothecam Senatoriam ornat, sæculo, ut Ernesto videbatur, decimo aut undecimo scriptus. Caret libro octavo: subinde est manu secunda, nec ea una, correctus et interpolatus, sed tamen antiqua, simili scripturæ sæculi XIII. aut XIV. Græca a prima manu non habet, sed interdum tamen addita sunt a manu secunda, ac literarum forma, quæ sæc. XIII. et XIV. fuit, mistis literis minutis et majoribus. Eundem librum diligentius nuper contulit Traugott. Frider. Benedict. Lycei Torgav,

Rector. Vid. ejus Progr. Notæ Criticæ ad Ciceronis Epistolas, Lips. 1789. editum, et præf. ad Ciceronis Epistt. octo priores libros (Lips. 1790.) p. XIII. ss. Is enim ostendit, et non omnem varietatem lectionis, etiam iis in locis, quibus multum discrepare codices reperiuntur, esse enotatam, propterea quod ab ejus consilio fuerit alienum, multas commemorare varias lectiones (vid. Ern. ad V. 20. not. 87. X. 8. not. 20.), et varia in illo codice aliter legi, quam Ern. in notis affirmaverit (ut II. 1. not. 1. scribit, *in* absorptum esse in suo codice; sed diserte legitur *tum in scribenda;* III. 10. not. 55. scribit, *perfecta* habent omnes Mss. nostri; sed ibi in codice ejus est lacuna, quæ a verbis antecedentibus, *pluribus enim* . . . incipit, et ad lib. IV. Ep. 12. continuatur; IV. 14. not. 45. in codice suo legit, *quod sentias efficere posse;* sed ibi a manu prima scribitur, *quod sentias aut reficere possis,* et a manu secunda est, *quod sentias, re efficere posse;* IX. 15. not. 53. dicit, in verbis *tibi perspectum esse,* lacunam conspici, sed nulla ibi adest, et in illo codice verba continuo ordine leguntur; XVI. 21. not. 42. scribit, in suo codice legi *jocus,* sed hæc tota epistola plane abest ab ejus codice). Tum monuit, quæ de interpolatione varia Ern. dixisset, valere inprimis de decem libris prioribus, neque enim eam in libris reliquis tam crebro locum habere, Græca eum, spatio plerumque relicto, omittere, sed interdum etiam continuo ordine Latina se excipere, ut nullum vocabuli omissi appareat vestigium; peculiare huic libro esse vitium, ut sub finem versus cujusvis verba dividat, qua parte dividere non liceret, (*q-uin,* pro *quin, n-ulla,* pro *nulla,*) unde falsæ lectiones oriri potuerint; scripturæ compendia plerumque non habere, sed occurrere interdum notas satis obscuras (*l'* pro *vel, t'* pro *aut*). Ad calcem quarundam Epp. additum legi, 'Oliva bella,' quæ verba a lepido librario adjecta videantur ad domicilii locum indicandum (nisi respiciant ad picturam quandam exempli, unde hoc descriptum sit). Quod ad ætatem attinet, Ernestio non assentitur Benedictus, sed multo recentiorem esse statuit, quod lectiones codicum minus antiquorum habeat, cum correctionibus interpretum in antiquis edd. conspiret; literam *i* puncto notatam a prima manu exhibeat.

9. In Philosophicis Libris (vid. præf.) plures codices his verbis brevissime laudavit: 'Scriptorum exempla bibliothecæ variæ, Gothana, Guelpherbytana, Curiensis, excerpta autem e talibus exem plis amici plures suppeditavere. Et Gothano quidem codice quo-

dam usus est in Officiis Jo. Mich. Heusingerus, (vid. Conradi Heusingeri, nepotis ex fratre, præf. ad ed. maj. Offic. p. xi. s.) qui partim ipse eum contulit, partim a Justino Vierschrodt conferri jussit. Est membranaceus codex sæculi quidem xv. sed in multis optimorum æmulus, judice Heusingero. In fine adjicitur: 'Mense Aprili completus fuit liber iste a Johanne Constanciensi. Ab incarnatione x. mcccc. 30. Venetiis :' et folio ultimo ista:

Excellunt cunctos hii libros philosophorum
Libri quos fecit tres Tullius officiorum.
Augustinus.
Tullius Hesperios cupiens componere mores
Edidit hos libros appellans officiorum.
Quo solo serus extinctus furor Katilinæ
Consilio superum custos directus ad urbem,
Lux orbis patrieque salus, mens tota senatus.
Hic plus sole micat cruciatus propter honestum.

Vid. J. A. Ernesti Bibl. Lat. Fabric. p. 190. quem eodem codice in Officiis edendis usum esse, docet Heusingerus.

Idem Jo. Mich. Heusingerus 1. in Officiis usus erat codice chartaceo Vinariensis bibliothecæ ducalis, Officia et Paradoxa continente, recentissimæ ætatis, neque tamen omnino inutili, glossis interlinearibus, quas vocant, et commentariis instructo. Ita orditur: 'M. Tullii Arpinatis consulisque romani ac oratorum maximum (maximi), ad M. Tullium Ciceronem filium suum officiorum liber incipit . . . præfatio generalis in libros omnes.' Codicem Jacobus Frid. Heusingerus patrui causa contulit.

2. Ejusdem J. F. Heusingeri opera habuit lectiones codicis bibl. Jenensis membranacei in Philippica oratione ii. (vid. J. M. Heusingeri præf. ad Oratt. Cic. pro Marcello, &c. Isenaci 749. 8.) quem Græviauum esse quidam dicunt.

Th. Christoph. Harlesius vir illustr. Oratt. Catill. Philippicas, aliasque contulit cum vetustis codd. monasterii Tegernseensis, variasque lectiones margini edd. Ernest. et Cell. ascripsit, (vid. ejus Introd. in Not. Litt. Rom. ii. p. 93.) et Bavarici quidem codicis unius, quem sæculo xii. ineunte scriptum censet, lectiones misit ad Garatonum. (Vid. ejus præf. ad Vol. ix. ed. Neap. p. vii.)

Postquam descriptæ erant Verrinæ Oratt. nactus sum, dudum quæsitas, Prolusionem i. et ii. Jo. Frid. Facii, Prof. Coburgen-

sis celeberrimi, de codice IV. Verrinarum Oratt. Cic. in Bibl. Ducali Meiningensi asservato ejusque lectionibus variantibus (Coburgi 1785. s. editas), quarum prima, postquam de indiciis ætatis codicum omnino exposuit, docet, eum codicem membranaceum esse, et IV. tantum, nec quartam integram, oratt. Verr. complecti, literis minusculis in duabus columnis exscriptas, probabiliter ad sæculum XII. vel XIII. referendum, et ad bonum prototypum, sed a stupido librario descriptum esse. Quæ ad ætatem ejus definiendam faciunt, hæc sunt: 1. literarum minuscularum forma, quæ ad illas pertinet, quas inter Gothorum literas monachicas s. scholasticas dicunt, inde a sæc. XII. usu receptas. Compendia quoque scribendi, quæ in eodem cod. frequenter occurrunt, ad illud sæculum et sequentia sunt referenda. 2. Verba non continua serie, sed divisim scripta, et passim punctis, licet sæpissime alieno loco positis, distincta; qui verba divisim scribendi et interpungendi mos a sæc. X. invaluit. 3. Diphthongus *æ* semper per simplex *e* expressa, et *i* lineola obliqua in acuti modum ducta semper fere est superne insignita. Utrumque a sæc. XII. in usu fuisse probabiliter conjicitur. 4. Lineæ per planum et ad perpendiculum calamo cerussato ductæ, ad æqualem literarum formam et ordinem servandum. Quam scribendi rationem ad sæc. XII. et XIII. pertinere dicunt. 5. Scriptura barbarismorum et vitiorum orthographiæ plena, ut *michi, nichil, permicti* (pro *permitti*), *summictere, renunctio, audatia, fatiamus, hiis, &c.* Contulit Facius codicem cum ed. Harles. atque varias lectt. inde excerptas in Supplem. T. II. dabimus.

Eodem modo nuper etiam variæ lectiones cod. Ms. Duisburgensis per Grimmium, Theologum ejus Academiæ celebrem, innotuerunt, quod jam Drakenborchius (ad Liv. XXXVI. 35, 13.) aliique laudarunt. (Vid. Joh. Hildebr. Withof's kritische Anmerkungen über Horaz und andere römische Schriftsteller, nebst einer Beschreibung der lat. Handschriften in der Duisb. Universitätsbibl. Vid. H. A. Grimm D. u. Prof. d. Theol. III. St. p. 155. ss. Von der Handschrift welche verschiedene Schriften des Cicero enthält.) Codex membranaceus, foliis 257. fol. min. sæc. XIII., certe initio sæc. XIV. scriptus, literis initialibus capitum et sectionum pictis cœruleo rubrove colore, librorum deauratis. Continet ab una eademque manu scriptos libros hos: 1. Librum Trismegisti ad Asclepium. 2. Ciceronis Paradoxa. 3. Ejusdem orationem pro Milone. 4. Ejusd. lib. de Amicitia. 5. Libell. Magistri Petri

Blesensis de Amicitia Christiana. 6. Libell. de Regno Cordis Magistri Hugonis de sancto Victore. 7. Ciceronis Invectivarum in Catilinam I. II. III. IV. 8. C. Sallustii Orat. invectivam in Tullium. 9. Ciceronis invectivam in Sallustium, usque ad verba, 'sumus diligentes in tuenda pudicitia uxorum nostrarum, sed ita experrecti non.' Reliqua pars cum lib. de Fato, qui secundum indicem præmissum sequebatur, interiit. 10. Cic. de Officiis. Desunt aliquot folia, quibus finis primi libri, et initium sequentis continebantur. Desinit lib. III. c. 30. in verbis, 'ita incolumis in patria Regulus restitisset.' 11. Cic. de Senectute, cujus initium usque ad verba c. 13. § 7. 'tantum licentiæ dabat gloria' desideratur. 12. Excerpta ex Hieronymi Comm. in Ep. ad Galat. et Augustini Lib. de Origine Animæ. 13. Ciceronis Dispp. Tusc. lib. I.—V. 14. Lactantium de Vero Cultu; quem tamen librum Augustino tribuit codex. Inscribitur enim, 'Incipit Augustinus de vero cultu, in quo, quid deo, quid homini, debeatur, plenissime, perfectissimeque ostenditur.' Inde a cap. 10. novus incipit liber inscriptus, 'Incipit liber secundus de mundano cultu, quid sit benefacere.' Multa etiam hic interciderunt. Desinit codex in verbis cap. 20. 'Sed contrario deus idcirco virtutem dedit, ut expugnaret ac vinceret voluptatem eamque suos egredientem.' Librario, qui multum studii et diligentiæ huic labori impendit, defuit Græcæ linguæ scientia. Nam etsi Græcæ paradoxorum inscriptiones non desiderantur, tamen ita imperite sunt literæ pictæ, ut eas ignotas scribæ fuisse appareat. Et in Lactantii libro ad marginem aliquo loco notatur, 'hic debent esse verba Græca.' Ceterum annotationes margini, eadem pleræque manu, inscriptæ varii sunt generis. Aliæ lectionem diversam indicant; aliæ locos et auctores laudant, qui eadem dixerint; aliæ argumentum aut homines notant, de quibus a scriptore agitur; aliæ continent explicationem verborum difficiliorum. Varias lectiones in Paradoxis Grimmius l. l. Part. III. p. 159. ss. in lib. I. Tusc. Dispp. ib. p. 172. et Part. IV. p. 174. ss. exhibuit. Idem Part. IV. p. 157. varietatem lectionis in Sallustii Decl. in Ciceronem, et Cic. Decl. in Sall. non modo ex hoc codice, sed etiam ex juniore quodam exemplo, adjecto codici, qui Virgilii Georgica et Probæ Falconiæ Centonem Virgil. continet, enotavit.

Cl. Car. Franc. Alterus, qui Vindobonæ 1786. aliquot Cic. opuscula Philosoph. edidit, varias lectiones in Quæstt. Acadd. e

cod. Vindob. N. CCIX. (inter Codd. Philologg. Latt.) et CCVIII., in Tusc. Quæstt. e cod. CCV. et alio num. IIC., in libb. de Fin. Bon. et Mal. e cod. CCIX., in lib. de Fato e cod. CCVIII. exhibuit, de quibus tamen codd. non uberius disputavit.

In Epistolis autem Ciceronis ad Diversos recensendis cl. Benedictus non modo Ernestinum illum codicem diligentius consuluit, de quo paulo ante dictum est, sed comparavit etiam codd. hos: 1. Codicem in Bibl. Scholæ Torgaviensis, de quo et singulari libello a. 1788. edito, et in præf. ad Epp. octo priores libb. ita exposuit: 'Scriptura ejus,' inquit, 'est nitida et tersa, singulis paginis bina columna et initiis Epistolarum litera unciali nunc rubri nunc cœrulei coloris apte distinctis, sed ea tamen a librario satis imperito profecta esse videtur, qui interdum, sententia verborum nondum finita, novum orationis membrum incipit, ultimas vocabuli literas non raro cum vocis sequentis initio conjungit et varia negligenter omittit. Præterea etiam multæ lacunæ in illo libro, partim temporis injuria, partim hominum incuria ortæ, deprehenduntur. Peculiaris autem ejus consuetudo est, ut sæpe lectiones duplices, quarum altera certe a scriptore non est profecta, in uno eodemque loco afferat. Si ejusmodi lectionum, quales cod. Torgav. majori numero affert, originem inquirere velimus, non uno modo natæ esse videntur. Nam librario, qui talia in codicem suum referebat, sæpe plurium librorum lectiones ante oculos versatas esse, quas forte ex varia illius operis recensione ortas male reciperet, certissimum esse videtur. Sed etiam fieri potuit, ut verbi interpretationem super vocabulo scriptam librarius cum vocabulo simul inter verba scriptoris reciperet. Tum in legendis vocabulis sæpe hæsitarunt librarii, si inprimis antiqua esset codicis describendi scriptura. Ne igitur errarent in scribendo, duplicem potius lectionem vocabuli excogitarunt, quarum una certe vera esset. Denique supina etiam negligentia in errorem inducti, cum vocabulum corruptum jam exscripsissent, non raro alterum idque verum simul addiderunt, priori tamen nulla litura notato, ne scriptura male correcta legentium oculi offenderentur. Sæpissime autem illi scribæ cum lectionis duplicis licentia uterentur, particulam *vel*, sive *aliter* vocabulo utrique interjecerunt, qua ratione animi sui dubitationem lectori indicarent.'

2. Conferre ipsi licuit quinque codices in biblioth. Electorali Dresdensi asservatos, de quibus ita in præf. p. XVII. ss. exponit: 'Quem primum habeo, illi adjuncti sunt libri quidam Rhetorici

Ciceronis, ab alia manu et alio tempore scripti. Quia plurimis ejus plagulis scripturæ antiquioris, quæ alius argumenti librum referebat, sedulo detersæ vestigia adhærent, ille rescriptis, ut vocant, codicibus annumerari debet. Lectionum autem, quas habet, tanta est præstantia, ut plerumque cum antiquioribus atque inprimis cum illis Victorii libris, quibuscum reliquorum præstantia merito comparatur, conspirare soleat. Quo magis dolendum est, lib. xv. et xvi. Epistolarum in illo Codice non legi. Sed adhuc alia re commendatur, qua reliqui carent, quos comparavi. Indicem enim antiquum Epistolarum singulis libris præmittit, qui simillimus est illi quem Victorius Mediceo optimo adjectum scribit. Similitudo utriusque indicis præter alia, quibus uti possem, exempla, jam eo declaratur, quod ille Dresd. i. cum indice Medicei post Epist. 13. lib. xi. deperditæ epistolæ initium et titulum affert: 'D. Brutus Cons. des. M. Ciceroni s. d.'— Parmenses — cujus quidem epistolæ mentionem in nullo alio horum librorum indice factum esse inveni. — Plane ejusdem præstantiæ est ille quem Dresdensem secundum dico, et quem olim Bibliothecam Corvini, Hungariæ regis, ornasse, jam viri docti annotarunt. Est sane liber ille cum propter accuratam verborum scripturam et plagularum nitorem, tum quoque propter lectionum præstantiam, quæ tantum non omnes cum lectionibus Dresd. i. conspirant, magis tamen Palatini i. textum referunt, splendidis principum bibliothecis dignissimus. In illo quoque interdum in fine versuum signum (o) ascribitur, ne spatium quoddam vacuum oculos lectoris offendat, et Græca singulis locis recte afferuntur, quæ tamen reliqui Dresdenses sive omittunt, sive admodum corrupte scribunt. — Dresdensi tertio plurimæ Ciceronis ad Brutum Epistolæ ab alia manu et alio tempore scriptæ annectuntur, et, quamvis non ejusdem sit antiquitatis, quam primo et secundo tribuimus, lectionum tamen elegantia valde commendatur. Omnium maxime admiror in illo codice lectiones, quæ quidem in antiquioribus Victorii libris non adsunt, sed suo tamen ornatu ita arrident, ut sæpe locis, quibus insunt, aptissimæ esse videantur. Quare mihi hunc codicem perlegenti interdum in mentem venit illa Camerarii aliorumque conjectura, Ciceronem forte diversa exempla horum quoque librorum edidisse, quorum varietas sive ipsi Ciceroni sive scribis ejus sit tribuenda. Hittorpianus codex varie consentit cum illo Dresdensi iii. Ita epist. 13. libri xi. novam Hittorpiani lectionem, quæ Grævio aptissima esse videtur, 'Hirtium perisse

nesciebam, Cæsari non credebam,'—ille Dresd. III. totidem verbis repetit. Quod Dresdensem quartum attinet, qui solus est chartaceus, cum reliqui omnes, quos contuli, membranis sint inscripti, eum ex veteri bonæ notæ libro descriptum esse conjicio propter illam lectionum ejus multitudinem, quæ etiam in libris antiquioribus reperiuntur. Ceterum librarius negligenter functus est describendi officio, et multa sæpe omisit, sive corrupte scripsit; quod potissimum in libris Epistolarum postremis apparet. Præterea vetus liber, ex quo ille fluxit, varie correctus et interpretamentis male locupletatus fuerit, necesse est, quia omnia fere reliquorum codicum interpretamenta hic Dresd. IV. etiam nimis fideliter exhibet. Pro verbis Græcis plerumque interpretationem Latinam affert, quæ interdum, ut sub fin. ep. 18. lib. VI. iisdem Latinis versibus Græci carminis versus exprimit. Liber VIII. Epistolarum plane deest, sicut de Lipsiensi quoque Ernesti jam annotavit. Licet vero negligentia librarii valde appareat, tamen in fine versuum singulorum idem signum (*t*), quod etiam in Dresd. III. et V. et Torgaviensi occurrit, sæpe conspicitur. Ultimus denique Dresdensium codicum, quem quintum nominavi, si ornatum ejus externum respicis, præ reliquis libris et in fronte et in librorum singulorum initiis multo auro et variis coloribus splendet, sed sub calcem operis librarius diserte adjecit, anno 1474. demum scribendo huic libro finem esse impositum. Quanquam igitur majorem curam, quam in aliis libris factum est, huic libro accurate describendo librarius impendit, ejus tamen consensus cum antiquissimis editionibus in plurimis, quas profert, lectionibus negari nequit. Ex quibus sequitur, iis locis, quæ illæ editiones ex antiquis codd. accurate referunt, hujus quoque codicis lectioni fidem esse habendam, sed minus in aliis, quæ interpretum ac librariorum arbitrio correcta non parvo numero in illis edd. antiquis deprehenduntur.'

De codice, qui primum Petri Danielis, dein Bongarsii fuit, hinc in bibl. Bernensem est translatus, continente Q. Ciceronis commentariolum de Petitione Consulatus, cujus varias lectt. habuit C. G. Schwarzius, ab Altmanno acceptas, supra p. 59. est dictum.[f]

[f] Plures Sinnerus Catal. Codd. Bernn. p. 336. 341. laudat Ciceronis codd., in quibus tamen hoc Q. Cic. opusculum non memoratur.

Hi sunt libri scripti, ab editoribus vel omnium vel singulorum Ciceronis operum collati, quorum ut maxima pars non ita est ab iis, quibus eorum copia fuerat, enarrata atque exposita, ut de origine, natura, et pretio cujusque statui recte posset, ita lectiones nec diligenter satis nec omnes omnino aut enotatæ sunt aut allatæ. Et farragini quidem variarum lectionum nonnullis editionibus adjectæ parum fidei haberi potest.

M. TULLII CICERONIS
HISTORIA,
PER CONSULES DESCRIPTA,
ET IN ANNOS LXIV. DISTINCTA,
PER FRANC. FABRICIUM MARCODURANUM.

[Ex Ernestiana Halensi Editione, an. 1820.]

M. TULLIUS M. F. M. N. COR. CICERO.

Hoc modo orator noster, cujus historiam descripturi sumus, Romanorum more nominatur, atque hæc singula primum explicabimus. *M.* id est Marcus, prænomen ejus est; quod a patre, maximus natu filius, de more habuit. *Tullius* proprium et gentile ejusdem nomen est; fuit enim e Tullia[a] gente antiquissima; de Leg. II. 1. Patrem Ciceronis ex regio Volscorum genere fuisse, in Eusebii Chronicis legimus. Et Plutarchus scribit nonnullos ejus genus referre ad Tullum Attium, nobilem Volscorum regem. Hinc Sil. Ital. lib. VIII. 405.

Tullius æratas raptabat in agmina turmas,
Regia progenies, et Tullo sanguis ab alto:
Indole proh quanta juvenis, quantumque daturus
Ausoniæ populis ventura in sæcula civem!
Ille super Gangem, super exauditus et Indos,
Implebit terras voce; et furialia bella
Fulmine compescet linguæ; nec deinde relinquet
Par decus eloquii cuiquam sperare nepotum.

[a] Cujus hæc familia Ciceronum fuit plebeia; quod ipse subindicat in Bruto c. 16. loquens de humilioribus hominibus in alienum ejusdem nominis infusis genus; 'ut si ego me a M. Tullio esse dicerem, qui patricius cum Servio Sulpicio consule anno x. post exactos reges fuit.'

M. F. Marci filius; habuit enim Cicero noster patrem M. Tullium, qui cum esset infirma valetudine, in Arpinati villa fere ætatem egit in literis; de Leg. II. 1. Eum fulloniam fecisse, ac vites oleasque semper coluisse, Q. Calenus in maledica oratione apud Dion. lib. XLVI. ait. Patrem hunc Cicero in petitione consulatus, annos jam natus XLIII. amisit, ut Asconius scribit: vide Att. Ep. I. 5.

M. N. Marci nepos; nam et avus ejus M. Tullius Cicero[b] nominatus fuit, eoque vivo se natum ait; de Leg. II. 1. De eodem lib. III. c. 16. ita scribit, 'Et avus quidem noster singulari virtute in hoc municipio, quoad vixit, restitit M. Gratidio, cujus in matrimonio sororem, aviam nostram, habebat, ferenti legem tabellariam.' Is quoque est, de quo Cæsar de Orat. II. 66. 'M. Cicero,' inquit, 'senex, hujus viri optimi, nostri familiaris, pater, nostros homines similes esse Syrorum venalium dicebat; ut quisque optime Græce sciret, ita esse nequissimum.'

Cor. Cornelia. Nomen est tribus, ablativi casus, ut sit, ex Cornelia: ex tribubus autem 35. aliquam necesse erat, cujuscumque ordinis esset, civis Romanus obtineret; atque a tribu, in qua censebantur, cives etiam significabantur; Ascon. in Verr. II. 8. Cicero autem cum reliquis Arpinatibus in tribu Cornelia censebatur; Liv. XXXVIII. 36.

Cicero. Cicerones a cicere appellatos fuisse satis constat: itaque dictum esse illum, qui primus hoc nomen invenit, a nasi figura, auctor est Plutarchus. Apud Priscianum quoque Grammaticum l. II. legitur, eum qui primus hoc nomen habuit, ab habitu faciei nominatum esse. Plinius vero l. XVIII. c. 3. ait, Fabiorum, Lentulorum, Ciceronum cognomina prima inde esse, ut quisque aliquod optime genus sereret.

A. U. C. 647. ante Chr. 103. Coss. fuerunt
Q. Servilius Cæpio, C. Atilius Serranus.

His coss. ante diem III. Nonas Januarii M. Cicero natus est; Gellius XV. 28. His quoque coss. quibus L. Crassus legem Serviliam suaserit, se natum esse, ipse Cicero in Bruto c. 43. scribit. Idem III. Non. Januar. natalem suum vocat; ad Att. VII. 5. et XIII. 42. Verba Plutarchi sine causa in dubium vocantur; qui

[b] Qui præter Marcum filium habuit et alium, unde natus Lucius, quem fratrem suum scil. patruelem vocat noster, ad Att. I. 5.

de Ciceronis natali ita scribit: *τεχθῆναι δὲ Κικέρωνα λέγουσιν ἡμέρᾳ τρίτῃ τῶν νεῶν καλανδῶν· editum in lucem Ciceronem ferunt tertio die kalendarum novarum,* sive, post diem tertium kalendarum Januarii: quo genere loquendi non quartus, sed tertius dies Januarii, significatur, ut sit tertio die post kalendas, connumeratis ipsis kalendis. Sic Livius XXX. 28. ait Hannibalem post sextum-decimum annum ex Italia decessisse; qui venit in Italiam anno, ut Livius numerat, A. U. C. 532. decessit anno 547. Recte igitur Paullus Juriscons. in L. Anniculus, D. de Verb. Signif. 'Ante diem decimum kalendarum, post diem decimum kalendarum, neutro,' inquit, 'sermone undecim dies significantur.' Sic enim legendum ex Pandectis Florentinis, non *utroque sermone;* ut perperam Alciatus, Budæus, Valla, et Corradus legerunt. Apud Plutarch. omnem dubitationem tollit id quod sequitur: *ἐν ᾗ νῦν οἱ ἄρχοντες εὔχονται, καὶ θύουσιν ὑπὲρ τοῦ ἡγεμόνος,* i. e. *quo die nunc magistratus pro principe faciunt, et vota nuncupant:* de quo die Caius in L. Si Calvitur, D. de Verb. Signif. 'Post kalendas Januarias die tertio pro salute principis vota suscipiuntur:' ubi tertium diem Januarii intelligendum esse hæc verba Capitolini in Pertinace ostendunt, c. 6. 'Denique ante tertium Nonarum diem, votis ipsis, milites Maternum Lascivium, senatorem nobilem, ducere in castra voluerunt.' 'Votis ipsis,' id est, ipso votorum die, quomodo 'ludis,' 'gladiatoribus,' et similia a Latinis dicuntur. De iisdem votis Spartian. in Hadriano, c. 23. 'Ingravescente valetudine per somnium periit ipsis kalendis Januariis. Quare ab Hadriano votorum causa est lugeri vetitus.' Et Vopiscus in Tacito c. 9. 'Divorum templum fieri jussit, in quo essent statuæ principum bonorum, ita ut iisdem natalibus suis, parilibus, kalendis Januariis, et votis libamina ponerentur.'

Mater Ciceronis, quæ ipsum, ut Plutarchus scribit, sine ullo dolore peperit, fuit Helvia, ut ab Eusebio et Paullo Diacono in supplementis Eutropianis recte nominatur: nam apud Plutarchum Ὀλβίαν mendose est pro Ἑλβίαν, quod nomen in ejusdem Quæstionibus Romanis emendate legitur; quo de in annott. in Oros. v. 15. Habuit mater Ciceronis sororem, quæ C. Aculeoni equiti R. nupsit; quem L. Crassus dilexit ex omnibus plurimum, ut est libro II. c. 1. de Orat. ubi Aculeonem Crassus apud M. Perpernam judicem contra Gratidianum defendisse dicitur. De eodem ipse Crassus lib. I. c. 43. 'Nonne,' inquit, 'videtis equitem R.

hominem acutissimo omnium ingenio, sed minime ceteris artibus eruditum, C. Aculeonem, qui mecum vivit, semperque vixit, ita tenere jus civile, uti, cum ab hoc discesseris, nemo de iis, qui peritissimi sunt, anteponatur?' Hujus igitur Aculeonis filii Ciceronis consobrini fuerunt, quibuscum se in pueritia bonis disciplinis operam dedisse, ipse testatur init. lib. II. de Orat. Ex his fuit C. Visellius Varro, vir doctus in primis, qui juris civilis a patre Aculeone traditam tenuit disciplinam; in Bruto c. 76. De eodem in Orat. de Prov. Cons. c. 17. Antequam ad seq. annum transeo, admonebo adolescentes studiosos, his coss. natum esse Cn. Pompeium pridie kal. Octobris, quod Vell. II. 53. et Plin. XXXVII. 2. diserte scribunt: cujus rei observatione facillime dijudicari potest, quot annos natus Pompeius res singulas gesserit, honoresve consecutus sit. Id quod tam varie ab auctoribus scriptum est, ut major discrepantia vix inveniatur.

Anno Urbis 648. Ciceronis 2. Coss. fuerunt
P. Rutilius Rufus, Cn. Mallius.

Hic est P. Rutilius Stoicus, homo doctissimus, et Panætii auditor, de quo Cic. in Bruto c. 30. de Off. III. 2. et nos inferius. Alterum consulem Cn. Mallium voco, quoniam sic quoque appellatur in antiquo marmore Neapoli: unde G. Fabricius legem ædificantium descripsit; de quo Cic. pro Plancio, c. 5. 'Populus Rom. Q. Catulo in summa familia nato, sapientissimo et sanctissimo viro, præposuit Cn. Mallium, non solum ignobilem, verum sine virtute, sine ingenio, vita etiam contemta.' Idem scribit pro Murena c. 17. Sed apud historicos, qui hunc consulem victum a Cimbris scribunt, magna varietas in nomine et prænomine invenitur; de qua Sigonius in Fastis. Hoc anno Q. Servilio Cæpioni proconsuli imperium rogatione C. Norbani tribuni pl. abrogatum est, qua de causa seditio in urbe excitata fuit; de qua Cic. de Orat. II. 47. unde L. Cottam et T. Didium Norbani collegas fuisse cognoscimus. Sed Cæpio damnatus est, ejusque bona publicata sunt. Livius lib. LXVII. et Ascon. in Cornel. ubi mendose impressum est, 'Tulerat autem eam maxime, propter simultates cum Q. Cæcilio;' est enim legendum *cum Q. Servilio*, vel *cum Q. Cæpione*.

Anno Urbis 649. Ciceronis 3. Coss. fuerunt
C. Marius II. C. Flavius Fimbria.

C. Marius iterum consul kalendis Januarii de Jugurtha trium-

phavit; Plut. in Mario, Sallust. in Jugurth. C. Fimbriam Cicero pro Plancio c. 21. inter eos numerat, qui cum tribuni pleb. esse non potuissent, coss. facti sunt. De ejus eloquentia idem in Bruto c. 66. His coss. C. Cassius L. F. Longinus tribunus pleb. plures leges ad minuendam nobilitatis potentiam tulit, in quibus hanc etiam, ut quem populus damnasset, cuive imperium abrogasset, in senatu ne esset; Ascon. in Cornel. Hoc anno C. Lusius tribunus milit. Marii sorore natus, pudicitiam cum eriperet Trebonio, sive C. Plotio militi, interfectus ab eo est, cui vim afferebat; quem cum Marius scelere solutum periculo liberasset ac coronasset, non parum adjumenti ea res illi ad tertium consulatum attulit; auctor Plutarch. in Mario, et Apophthegm. Cic. pro Milone c. 4. Valerius VI. 1. Quintil. l. III. cap. ult.

Anno Urbis 650. Ciceronis 4. Coss. fuerunt
C. Marius III. L. Aurelius Orestes.

Marius hunc consulatum in apparatu belli Cimbrici (quod Cicero de Provinciis Coss. c. 8. Gallicum vocat, et Mario extra ordinem decretum fuisse ait) consumsit, ut scribit Velleius II. 12. ubi addit his coss. Cn. Domitium tribunum pleb. legem tulisse, ut sacerdotes, quos antea collegæ sufficiebant, populus crearet: cujus meminit Sueton. in Nerone c. 2. et Cic. Agr. II. 7. his verbis: ‘De sacerdotiis Cn. Domitius tribunus pl. vir clarissimus tulit, quod populus per religionem sacerdotia mandare non poterat, ut minor pars populi vocaretur: ab ea parte qui esset factus, is a collegio cooptaretur.’ De eadem lege Domitia idem in Corneliana apud Ascon. ubi illud quoque legimus, Domitium tribunum M. Silanum consularem hominem vexavisse. Orestes in magistratu mortuus fuit. Itaque Marius e Gallia Romam profectus comitia consularia habuit, quibus ipse consul quartum creatus est. Plutarch. in Mario.

Anno Urbis 651. Ciceronis 5. Coss. fuerunt
C. Marius IV. Q. Lutatius Catulus.

Hoc anno Marius Teutonos et Ambronas ad Aquas Sextias prope Massiliam delevit; Strabo lib. IV. Oros. V. 16. ut alios mittam, de quibus in Orosium scripsi. Q. Catulus pater est; de cujus dicendi genere multa Cicero in Bruto c. 35. Interfectus est a Marianis anno 666. Eodem anno M. Antonius orator, qui

triennio post, suo nimirum anno, consul fuit, prætor maritimos prædones in Ciliciam persecutus fuit, ut est in Epitoma Liviana lib. LXVIII. Atque hanc rem ipse Antonius intelligens, de Orat. I. 18. inquit: 'Cum proconsul in Ciliciam proficiscens Athenas venissem, complures tum ibi dies sum propter navigandi difficultatem commoratus.' Corradus non animadvertens 'proconsul' dici etiam, qui ante consulatum cum imperio consulari in provinciam mittitur, scripsit M. Antonium post consulatum in Ciliciam profectum. Tu lege commentarium nostrum in Ligarianam. Atque hic est Antonius ille triumphalis vir, cujus filiam a prædonibus captam fuisse, Plutarch. in Pompeio tradit: unde Cicero pro Lege Manilia c. 12. 'An ignoratis ex Miseno ejus ipsius liberos, qui cum prædonibus antea ibi bellum gesserat, a prædonibus esse sublatos?' in cujus loci interpretatione doctissimus Hottomannus perperam hunc Antonium cum ejus filio, qui curator oræ maritimæ fuit, ut infra demonstrabimus, confundit. His coss. Archiam poëtam Romam venisse, Cicero in oratione pro eo habita scribit: et addit, illum sibi a prima pueritia principem ad suscipiendam et ad ingrediendam rationem suorum studiorum extitisse. Usus enim fuit Cicero puer Græcis doctoribus, quod ipse in epist. ad M. Titinnium, referente Suetonio de Clar. Rhet. c. 2. ita scripsit: 'Equidem memoria teneo pueris nobis primum Latine docere cœpisse L. Plotium quendam; ad quem cum fieret concursus, quod studiosissimus quisque apud eum exerceretur, dolebam mihi idem non licere. Continebar autem doctissimorum hominum auctoritate, qui existimabant Græcis exercitationibus ali melius ingenia posse.'

Anno Urbis 652. Ciceronis 6. Coss. fuerunt
C. Marius v. M'. Aquillius.

Marii in quinto consulatu collega fuit Manius Aquillius. Hinc Antonius apud Cic. de Orat. II. 47. ait, se in Aquillii causa Marium crebro appellando collegam ei suum commendasse. Aquillium Marii in quinto consulatu collegam adversus fugitivos in Siciliam missum, bellumque servile, Athenione duce interfecto, confecisse, Diod. Siculus l. XXXVI. scripsit: in cujus excerpta historia ab H. Stephano Latine edita hic consul *C. Acilius* per mendum vocatur. Apud Cic. quoque Agr. II. 30. male scriptum est, 'Siciliæ civitatibus bello fugitivorum M. Atilius etiam mutuum frumentum dedit;' ubi *M'. Aquillius* scribendum: ut initio Verr.

v. ‘Nos post id bellum, quod M’. Aquillius confecit, sic accepimus; nullum in Sicilia bellum fugitivorum fuisse.’ Aquillius deinde causam de pecuniis repetundis dixit: eumque M. Antonius acriter defendit, ut Liv. l. LXX. Cic. de Orat. 47. et Verr. v. 1. testantur. Idem pro Flacco c. 39. ‘M’. Aquillium patres nostri multis avaritiæ criminibus testimoniisque convictum, quia cum fugitivis fortiter bellum gesserat, judicio liberaverunt.’ Eodem pertinet illud pro Fonteio c. 13. ‘Quam multa M’. Aquillius audivit in suo judicio?’ Accusavit Aquillium L. Fufius, ut Cic. in Bruto c. 62. scribit. Itaque recte nunc lib. II. de Off. c. 14. legitur, ‘in accusando etiam M’. Aquillio L. Fufii cognita industria est:’ ubi prius *Manlio* corrupte scriptum erat. C. Marius cos. v. et Q. Lutatius procos. Cimbros in Venetia ad Athesim Veronæ fluvium vicerunt, de qua victoria Oros. noster l. v. c. 16. Sic Marius influentes in Italiam Gallorum maximas copias repressit; ut ait Cicero de Prov. Coss. c. 13. atque Italiam obsidione liberavit. Idem post Red. ad Quir. c. 8. Meminit pro Rabirio c. 10. et in Catil. IV. 10. Q. Catulus de manubiis Cimbricis porticum in Palatio in area M. Fulvii Flacci fecit; Cic. pro Domo c. 38.

Anno Urbis 653. Ciceronis 7. Coss. fuerunt
C. Marius VI. L. Valerius Flaccus.

Horum consulum frequens est mentio apud Cic. pro Rab. c. 7. in Bruto c. 62. in Catil. I. 2. et in Anton. Quibus L. Apuleius Saturninus seditionem movit: is enim cum anno superiore tribunatus competitorem A. Nonium (de quo nomine vide annott. nostras in Oros. v. 17.) adjuvante C. Mario occidisset, eaque ratione tribunus pleb. iterum factus, legem Agrariam per vim tulisset, in quam a singulis senatoribus jurari voluit, Q. Metello Numidico, qui unus in eam jurare noluit, diem dixit. Metellus autem, cui patriæ salus dulcior quam conspectus erat, de civitate maluit, quam de sententia dimoveri: et C. Mario sextum consuli, et ejus invictis legionibus, ne armis confligeret, cedendum esse duxit. Cic. pro Balbo c. 5. pro Sextio c. 16. et in Pison. c. 9. Sed cum idem Saturninus C. Memmium candidatum consulatus interfecisset, operamque daret ut C. Servilius Glaucia prætor consul fieret; S. C. factum est, ut consules viderent, ne quid respublica detrimenti caperet. Itaque Saturninus et Glaucia statim sunt interfecti, Cic. pro Rab. c. 7. in Catil. I. 2. Philipp. VIII. 5. et in Bruto c. 62.

Saturnini caput Rabirium quendam senatorem per convivia circumtulisse, Auctor de Viris Illustribus scribit. Quare postea Cicerone consule C. Rabirius accusatus fuit a T. Labieno, cujus patruus Q. Labienus cum Saturnino occisus fuerat. Cic. pro Rab. Oros. v. 17. A Saturnino latæ sunt leges Apuleiæ; in quibus fuit illa qua Saturninus C. Mario tulit, ut in singulas colonias ternos cives Romanos facere posset; de qua Cic. pro Balbo c. 21.

Anno Urbis 654. Ciceronis 8. Coss. fuerunt
M. Antonius, A. Postumius Albinus.

De his Cicero in Orat. post Red. ad Quir. c. 5. ‘Nunquam de Q. Metello non modo C. Marius, qui erat inimicus, sed ne is quidem, qui secutus est, M. Antonius homo eloquentissimus cum A. Albino collega senatum aut populum est cohortatus.’ Hoc tamen anno Metellus unius tribuni pl. rogatione ab exilio revocatus est; Fam. Ep. I. 9. Tribunus fuit Q. Calidius, auctore Valerio v. 2. Calidii lege Q. Metellum in civitatem restitutum fuisse, Cicero quoque pro Plancio c. 28. ait. Eodem anno tribunus pl. fuit Sex. Titius, homo seditiosus et turbulentus; cui Antonius consul restitit, ut ipse narrat de Orat. II. 11. ubi de testimonio suo in Titium reum agit: fuit enim hic Titius accusatus et condemnatus, quod L. Saturnini imaginem domi suæ habuisset, ut scribit Cicero pro C. Rab. c. 9. et Valerius VIII. 1. qui ait, eum lege Agraria gratiosum fuisse. Est ergo is, de quo Obsequens in Antonii et Albini consulatu hæc scribit: ‘Sex. Titius [*Sextius* in Obsequente mendose legitur] tribunus pleb. de agris dividendis populo, cum repugnantibus collegis, pertinaciter legem ferret, corvi duo numero in alto volantes, ita pugnaverunt supra concionem, ut rostris unguibusque lacerarentur. Haruspices sacra Apollinis litanda, et de lege, quæ ferebatur, supersedendum pronuntiarunt.’ Unde emendandus est locus Cic. de Leg. II. 12. corruptus adhuc in omnibus libris, etiam Manutianis postremis. Sic enim legitur: ‘Quid religiosius, quam cum populo, cum plebe agendi jus aut dare, aut non dare? quid, leges non jure rogatas tollere, ut etiam decreto collegii, ut Livias consilio Philippi consulis et auguris?’ In cod. Ms. pro *ut etiam*, legitur *ut tetiam*: tu *ut, Titiam* repone: nam in eodem lib. *Levias* pro *Livias* scriptum est. His coss. C. Claudium Pulchrum eum, qui septimo anno post consul fuit, ædilem curulem fuisse, ex Plin. VIII. 7. cognoscimus. Eum magnificentissima ædi-

litate functum esse, Cic. de Off. II. 16. ait. De eodem in Verr. IV. 3. 'C. Claudius, cujus ædilitatem magnificentissimam scimus fuisse, usus est hoc Cupidine tam diu, dum forum Diis immortalibus, populoque Romano habuit ornatum.'

Anno Urbis 655. Ciceronis 9. Coss. fuerunt
Q. Cæcilius Metellus Nepos, T. Didius.

Ab his coss. lata est lex Cæcilia Didia, ab utriusque nomine dicta: cujus meminit Cicero pro Domo c. 16. Philipp. V. 3. et 20. ad Att. II. 9. ubi vulgo *Cæliam Didiam,* sicut pro Sextio c. 64. *Aciliam Didiam,* mendose legitur. Hujus legis duo capita fuerunt: unum, ne diversis de rebus lex ferretur; alterum, ut leges trinundino promulgarentur: auctor Cicero locis jam citatis. Manutius in lib. de Legibus, duas leges Cæcilias Didias fuisse affirmat, quem lege. Hoc ex Asconio addendum: Hujus Metelli consulis filium fuisse Metellum Nepotem eum, qui cum Cicerone inimicitias gessit: quem Herbestus nescio quis, errore non ferendo, eundem cum patre facit.

Anno Urbis 656. Ciceronis 10. Coss. fuerunt
C.[c] Cornelius Lentulus, P. Licinius Crassus.

P. Crassus pater est M. Crassi, de cujus censura ad annum 664. de interitu ad an. 666. infra dicemus. Ejus fuit domus Ciceronis, ut est in Sallustii Invectiva, c. 2. Eodem anno censores in Tabulis Capitolinis inveniuntur, L. Valerius Flaccus et M. Antonius; de quibus Val. Max. II. 4. Cicero de Orat. III. 3. scribit, Antonium censorem imperatoriis manubiis rostra ornasse.

Anno Urbis 657. Ciceronis 11. Coss. fuerunt
Cn. Domitius Ahenobarbus, C. Cassius Longinus.

De hoc Domitio Cicero pro Domo, 'Cn. Domitium,' inquit, 'nos pueri consulem, censorem, pontificem max. vidimus.' De ejus tribunatu dixi ad annum 650. Censor fuit anno 661. Post tribunatum pontifex maximus populi suffragio creatus fuit, ut est in epit. Liv. lib. LXVII. De eodem Cicero in Bruto c. 45. 'Hoc,' inquit, 'loco ipsum Domitium non relinquo: nam etsi non fuit in

[c] Miror cur non *CN.* vocet, ut omnes.

oratorum numero, tamen pono satis in eo fuisse orationis atque ingenii, quo et magistratus personam et consularem dignitatem tueretur.' His coss. Ptolemæum regem Cyrenarum, cui cognomen Apioni fuit, mortuum testamento hæredem populum Romanum reliquisse, Obsequens et Cassiodorus scribunt. Cicero contra Rullum II. 19. 'Ascribit idem auctioni Corinthios agros opimos et fertiles, et Cyrenenses, qui Apionis fuerunt.'

Anno Urbis 658. Ciceronis 12. Coss. fuerunt
L. Licinius Crassus, Q. Mucius Scævola.

De his Cic. Verr. II. 49. 'Halesini pro multis et magnis suis, majorumque suorum in rempublicam nostram meritis atque beneficiis, suo jure nuper L. Licinio, Q. Mucio coss. cum haberent inter se controversias de senatu cooptando, leges ab senatu nostro petiverunt.' Idem de Off. III. 11. 'Esse pro cive qui non sit civis, rectum est non licere: quam tulerunt legem sapientissimi consules Crassus et Scævola.' Hanc legem Liciniam et Muciam vocat in Bruto c. 16. qua acerrimam de civitate quæstionem venisse, ait pro Balbo c. 21. De eadem pro Cornelio majestatis reo: 'Legem Liciniam et Muciam de civibus regundis duo consules omnium, quos vidimus, sapientissimi tulerunt:' in quem locum Asconius plura scribit. Crasso Gallia provincia obvenit, in eaque rem gessit; de qua Cic. de Inv. II. 37. et in Pison. c. 26. Q. Mucius in Asia legatum habuit P. Rutilium Rufum, qui consul fuerat anno 648. et quia publicanis nihil agere in Asia permiserat, eorum conspiratione in judicium vocatus, ab equitibus, qui tum judicabant, damnatus est, ut scripsi in Oros. V. 17. Meminit ejus Cicero passim, de Orat. I. 53. in Bruto c. 29. pro Fonteio c. 13. in Pisonem c. 39. de Nat. D. III. 32. et alibi. His coss. prætor fuit suo anno C. Claudius Ap. F. Pulcher, ut est in Verr. II. 49.

Anno Urbis 659. Ciceronis 13. Coss. fuerunt
C. Cælius Caldus, L. Domitius Ahenobarbus.

Cælium hunc inter novos homines numerat Cicero pro Murena c. 8. Eundem non mediocribus inimicitiis ac laboribus contendisse, ut ad summos honores perveniret, ait in Verr. V. 70. De eodem Crassus de Orat. I. 25. 'Quis non videat, C. Cælio æquali meo magno honori fuisse homini novo illam ipsam, quamcumque

habuit in dicendo mediocritatem?' Hac de causa meminit ejus in Bruto c. 45. Eundem clarissimum ac fortissimum adolescentem quæstorem non esse factum, ait pro Plancio c. 21. ubi male Q. *Cælius* legitur. L. Domitius prætor Siciliam obtinuerat, atque severitatis exemplum in pastorem, qui aprum venabulo percusserat, ediderat; quod ex Cic. Verr. v. 3. Valerius in l. vi. c. 3. transtulit.

Anno Urbis 660. Ciceronis 14. Coss. fuerunt
C. Valerius Flaccus, M. Herennius.

M. Herennius is est, qui in consulatus petitione L. Philippum superavit: de quo Cicero in Bruto c. 45. ' Eodem tempore M. Herennius in mediocribus oratoribus Latine et diligenter loquentibus, numeratus est; qui tamen summa nobilitate hominem, cognatione, sodalitate, collegio, summa etiam eloquentia L. Philippum in consulatus petitione superavit.' Et pro Murena c. 17. ' Quis L. Philippum, summo ingenio, opera, gratia, nobilitate, a M. Herennio superari posse arbitratus est?' Totum annum domi forisque tranquillum fuisse, Obsequens scribit.

Anno Urbis 661. Ciceronis 15. Coss. fuerunt
C. Claudius Pulcher, M. Perperna.

Hic C. Claudius Ap. F. dicitur a Cic. Verr. ii. 49. Alii non male C. F. appellare videntur; ut sit P. Clodii patruus, quem consulem fuisse Cic. in Cæl. c. 14. ostendit. Claudii collega in fragmentis Capitol. Fast. M. Perperna vocatur. Περπέρνας idem nominatur a Dione l. xli. ubi de ipsius morte scribit. Hoc anno censor cum Cn. Domitio fuit L. Crassus, cujus censuræ Cicero in libris de Oratore aliquoties mentionem facit. Hoc etiam tempore clarissima illa M'. Curii et M. Coponii causa apud centumviros a duobus consularibus atque æqualibus L. Crasso et Q. Scævola defensa est, paulo ante quam Cicero in forum venit, ut testatur ipse pro Cæcina, c. 18. Meminit ejusdem de Orat. i. 39. et 56. ii. 32. et in Bruto c. 39. et 52. unde causam talem fuisse cognoscimus. Coponius in testamento postumum hæredem scripserat; eique, si antequam in tutelam suam veniret, mortuus esset, Manium Curium substituerat. Cum postumus natus non esset, M. Coponius hæres legitimus ad se hæreditatem pertinere contendit, negavitque Scævola Coponii patronus, nisi postumus, et natus, et antequam in

suam tutelam veniret, esset mortuus, hæredem eum esse posse, qui postumo et nato et mortuo esset substitutus. Crassus, qui Curium defendebat, contendit, testatorem hac mente fuisse, ut si filius non esset qui in tutelam veniret, Curius hæres esset, idque omnibus probavit.

Anno Urbis 662. Ciceronis 16. Coss. fuerunt
L. Marcius Philippus, Sex. Julius Cæsar.

L. Philippus is est, quem a M. Herennio prius superatum fuisse diximus. De eodem Cic. de Off. II. 17. 'L. Philippus Q. F. magno vir ingenio, inprimisque clarus, gloriari solebat, se sine ullo munere adeptum esse omnia quæ haberentur amplissima.' Hic annus decimus sextus terminus est pueritiæ Ciceronis; in qua, ut Plut. scribit, cum eas artes, quibus ætas puerilis ad humanitatem informari solet, disceret, ingenium ejus ita eluxit, tantumque nominis et gloriæ inter pueros habuit, ut eorum parentes, visendi Ciceronis cognoscendæque celebratæ celeritatis in discendo gratia, ad ludum venirent. Pueri quoque honoris gratia Ciceronem medium deducebant: de quo honore Plut. in Præceptis Civilibus, et Ovid. Fast. v. 67.

Et medius juvenum, non indignantibus ipsis
Ibat: et interior, si comes unus erat.

Laudat etiam Plutarchus indolem Ciceronis, ac plane ipsum ejusmodi natura fuisse ait, qualem Plato de Rep. l. v. in philosopho et homine docili requirit; ubi Socrates ita concludit: *οὐκοῦν καὶ τὸν φιλόσοφον σοφίας φήσομεν ἐπιθυμητὴν εἶναι οὐ τῆς μιᾶς, τῆς δ' οὐ, ἀλλὰ πάσης*, i. e. *igitur et philosophum dicemus sapientiæ amatorem esse, non unius alicujus, sed universæ.* Puer Cicero, cum poësi inprimis delectaretur, Pontium Glaucum tetrametris composuit, quem sua etiamnum ætate extitisse Plutarchus ait. Æschylus *ἐν τῷ Ποντίῳ Γλαύκῳ* a Strabone, Athenæo, et aliis citatur.

Hoc anno tribunus pleb. M. Livius Drusus, cum senatui priscum restituere cuperet decus, et judicia ab equitibus, qui tum lege Sempronia judicabant, ad eum transferre ordinem; in iis ipsis, quæ pro senatu moliebatur, senatum habuit adversarium, inquit Velleius II. 13. Cum igitur vehementius inveheretur in causam principum consul Philippus, Drusique tribunatus, pro senatus auctoritate susceptus, infringi jam ac debilitari videretur, ludorum Romanorum diebus, quos a pridie Non. usque ad Idus Septemb. fuisse,

ex veteri Kalendario cognoscitur, Crassus se cum C. Cotta et P. Sulpicio in Tusculanum contulit: quo cum primum Q. Scævola et M. Antonius, deinde Q. Catulus et C. Julius Cæsar venissent, habita fuit disputatio de Oratore, quam Cicero postea tribus libris complexus est, seque tum adhuc puerum fuisse ait ad Att. XIII. 19. Idibus Septembris senatus frequens vocatu Drusi in curiam venit; ibique permulta vehementissima contentione animi, ingenii, virium a L. Crasso dicta sunt: dicenti latus condoluit, sudorque multus consecutus est: ex quo cum cohorruisset, cum febri domum rediit, dieque septimo est lateris dolore consumtus; Cicero de Orat. I. 7. et III. 1. et 2. Drusus quoque, sociis et Italicis populis spe civitatis Romanæ solicitatis, cum e foro cinctus immensa multitudine revertisset, in atrio domus suæ cultello percussus, qui affixus lateri ejus relictus est, intra paucas horas decessit; Velleius II. 14. et Livius lib. LXX. Cic. quoque de Nat. D. III. 32. 33. ait, Drusum domi suæ ferro a Q. Vario interfectum esse: et pro Milone c. 7. 'Tribunus pleb. M. Drusus occisus est: nihil de ejus morte populus consultus, nulla quæstio decreta a senatu est.' Petiit eodem tempore tribunatum pleb. C. Cotta is, qui A. U. C. 678. consul cum L. Octavio fuit: sed paucis diebus post mortem Crassi depulsus per invidiam tribunatu, non multis ab eo tempore mensibus ejectus est e civitate; de Orat. III. 3. Reus enim lege Varia factus, venit in judicium; cumque res suas extulisset, et equites palam insectatus esset, antequam sententiæ de ipso ferrentur, urbe cessit; Appian. lib. I. Crasso mortuo, Cotta pulso, Cicero in forum venit, ut ipse testatur in Bruto c. 88. Unde cognoscitur, M. Tullium anno seq. cum judicia bello Italico intermissa essent, sumta virili toga in forum venisse. Deducebantur enim tum in forum adolescentes a patre, vel a propinquis, ut essent fori auditores, et sectatores judiciorum; qua de re Tacitus in Dial. de Orat. c. 34. meminit Cic. pro Cæl. c. 4. et Fam. Ep. XIII. 10. Filius etiam, qui togam virilem sumebat, a patre et propinquis in forum deducebatur, ut Plut. in Bruto de Cassii filio scribit, et togam virilem ἀνδρεῖον ἱμάτιον appellat. Dio lib. XLV. eandem ἐσθῆτα ἀνδρικὴν vocat. Hanc togam Latini etiam puram, et Græci ἀπόρφυρον nominant. Dabant etiam suis liberis Romani decimosexto fere anno. Sic enim Sueton. in Augusto c. 8. 'Quadrimus patrem amisit: duodecimum annum agens, aviam Juliam defunctam pro concione laudavit: quadriennio post, virili toga sumta,

militaribus donis triumpho Cæsaris Africano donatus est, quanquam expers belli propter ætatem.' Sic M. Tullius suo filio, quo auctus fuit Cæsare et Figulo coss. anno 679. togam puram dedit Lentulo et Marcello coss. anno 704. ad Att. I. 2. et IX. 19. Adolescentes eo ipso die, quo togam virilem sumebant, in Capitolium ascendisse, argumento est, quod Valerius V. 4. de M. Cotta scribit, de quo Dio lib. XXXVI. Hoc anno multis prodigiis bellum Italicum significatum fuit: quæ Sisenna initio belli Marsici exposuit, auctore Cic. de Divin. I. 44. Eadem referuntur ab Obseq. et Oros. V. 18. Tum haruspices Italici belli funesta illa principia non obscure prædixerunt; Cic. de Harusp. Resp. c. 9.

Anno Urbis 663. Ciceronis 17. Coss. fuerunt
L. Julius Cæsar, P. Rutilius Lupus.

Horum consulum Cic. de Divin. I. 2. his verbis meminit: 'Quin etiam memoria nostra templum Junonis Sospitæ L. Julius, qui cum P. Rutilio consul fuit, de senatus sententia refecit ex Cæciliæ Balearici filiæ somnio.' Et c. 44. 'Cæciliæ Q. filiæ somnio modo, Marsico bello, templum est a senatu Junoni Sospitæ restitutum.' Nam his coss. ut Paterculus scribit, ortum est bellum, quod, quia a Marsis primum commotum fuit, Marsicum est dictum, ut Strabo l. V. scribit; atque ita vocatur a Cicerone etiam Philipp. VIII. 10. et Orat. II. contra Rullum c. 33. ubi idem, sicut et Verr. II. 2. pro Cluentio c. 7. pro Archia c. 4. et de Harusp. Resp. c. 9. Italicum nominatur: idem a Cic. pro Fonteio c. 14. Sociale; a Diodoro, Plutarcho, et Appiano, Μαρσικὸς et συμμαχικὸς πόλεμος dicitur. Defecerunt eo bello finitimi ac vicini, ut Cic. pro Sylla ait, c. 20. Tu vide Oros. nostrum l. V. c. 18. Gestum est hoc anno et proximo seq. ab ipsis coss. Hinc Cic. pro Fonteio c. 15. 'Recordamini quos legatos nuper in bello L. Julius, quos P. Rutilius, quos L. Cato, quos Cn. Pompeius habuerit.' Atque de his duobus annis intelligendum, quod Cic. in Bruto c. 89. scribit, 'Erat Hortensius in bello primo anno miles, altero tribunus militum.' Hoc tempore, ut ibidem Cicero ait, judicium exercebatur una lege Varia. Tulerat eam Q. Varius adversus intercessionem collegarum annitentibus equitibus, ut quæreretur de iis quorum opera consiliove socii contra populum R. arma sumsissent; Ascon. in Orat. pro Scauro, Valer. VIII. 6. Appian. l. I. cujus libri mendose Κοίντον Οὐαλέριον pro Q. Vario edunt. Sed cum multi Varia lege inique

damnarentur, crebræque defectiones Italicorum nuntiarentur, tunc ob ejus tristitiæ occasionem senatus decrevit, ne judicia, dum tumultus Italicus esset, exercerentur, inquit Ascon. pro Cornelio. Tum Cicero, ut ipse in Bruto c. 89. ait, quotidie et scribens et legens et commentans, oratoriis tamen exercitationibus contentus non erat. Quare, cum idem auctore Quintil. XVIII. 3. in disputationibus de Oratore judicium suum cum Crassi auctoritate conjunxerit; non dubium est, quin ipse Tullius suas exercitationes lib. I. de Orat. c. 34. sub Crassi persona ita significaverit: 'In quotidianis cogitationibus equidem mihi adolescentulus proponere solebam illam exercitationem maxime, ut aut versibus propositis quam maxime gravibus, aut oratione aliqua lecta ad eum finem, quem memoria possem comprehendere, eam rem ipsam, quam legissem, verbis aliis quammaxime possem lectis pronuntiarem. Postea mihi placuit, eoque sum usus adolescens, ut summorum oratorum Græcas orationes explicarem: quibus lectis hoc assequebar, ut, cum ea quæ legerem Græce, Latine redderem, non solum optimis verbis uterer, et tamen usitatis, sed etiam exprimerem quædam verba imitando, quæ nova nostris essent, dummodo essent idonea.' Tum igitur Cicero admodum adolescentulus, ut est lib. II. de Nat. D. c. 41. Arati carmina de cœlo stellisque convertit, quorum fragmenta extant. 'Marium' quoque illis temporibus cum Scævola viveret, qui de eò dixit, 'canescit sæclis innumerabilibus,' scripsit: cujus a se scripti meminit de Leg. I. 1. de Divin. I. 47. et ad Att. XII. 49. De Mario aliter Corradus: quem lib. I. de Leg. refellit. Extremo hoc anno L. Julius Cæsar cos. legem Juliam de civitate tulit: qua lege civitas est sociis et Latinis data, ut Cic. pro Balbo ait, c. 8.

Anno Urbis 664. Ciceronis 18. Coss. fuerunt
C.[d] Pompeius Strabo, L. Porcius Cato.

Hoc anno primum senatores cum equitibus Rom. lege Plotia judicarunt, cujus Cic. pro Cornelio meminit, et Ascon. eum locum interpretans, scribit his coss. M. Plautium Silvanum tribunum pl. eam legem tulisse. Tulit idem legem Plotiam de vi; de qua Cic. pro Milone c. 13. de Harusp. Respons. et alibi. De eodem hoc anno Cic. in Bruto c. 89. 'Jam consequente anno Q. Varius sua lege damnatus, excesserat: ego autem juris civilis studio multum

[d] Etiam *CN.* debuit vocare, ut in loco Philipp. XII. nunc editum.

operæ dabam Q. Scævolæ P. F. qui quamquam nemini se ad docendum dabat, tamen consulentibus respondendo, studiosos audiendi docebat.' Atque hic est Q. Mucius augur, ad quem sumta virili toga Cicero a patre ita erat deductus, ut quoad posset, et liceret, a senis latere nunquam discederet; quod ipse in Lælio c. 1. scribit. Sed cum Q. Scævola augur, qui cum L. Metello consul fuit A. U. C. 636. in monumentis antiquis Q. F. dicatur, videndum, an patris prænomen in Ciceronis libris sit depravatum: nam Scævolam pontificem, quem Corradus et alii viri docti significari putant, intelligi non posse, inde constat, quod Cicero se ad pontificem, non nisi augure mortuo contulit. Augur autem non solum hoc, verum etiam sequente anno superstes fuit, ac tum Ciceroni sermonem Lælii de Amicitia exposuit, ut e Lælio M. Tullii perspicuum est. De eodem augure Cic. hæc Philippica VIII. 10. 'Ego Q. Scævolam augurem memoria teneo bello Marsico, cum esset summa senectute et perdita valetudine, quotidie simul atque luceret, facere omnibus conveniendi sui potestatem, neque eum quisquam illo bello vidit in lecto: senexque et debilis primus veniebat in curiam.' Plut. scribit, Ciceronem bello Marsico aliquamdiu sub Sylla militasse. Apud Syllam legatum se fuisse, cum ille hoc anno ante oppidum Nolam florentissima Samnitium castra cepit, ipse Cic. de Divin. I. 33. scribit. De hac sua militia etiam Philipp. XII. 11. hæc memoriæ prodidit: 'C. Pompeius Sex. F. consul, me præsente, cum essem tiro in ejus exercitu, cum P. Vettio Catone duce Marsorum inter bina castra collocutus est.' Hoc anno censores fuerunt P. Licinius Crassus et L. Julius Cæsar; quibus censoribus nullam populi partem esse censam, Cic. ait pro Archia c. 5.

Anno Urbis 665. Ciceronis 19. Coss. fuerunt
L. Cornelius Sylla, Q. Pompeius Rufus.

De hoc anno Cic. in Bruto c. 89. 'Atque huic anno proximus Sylla consule, et Pompeio fuit: tum P. Sulpicii in tribunatu quotidie concionantis, totum genus dicendi penitus cognovimus.' 'Sulpicium ab optima causa profectum, Caioque Julio consulatum contra leges petenti resistentem, longius, quam voluit, popularis aura provexit,' ait idem de Resp. Harusp. c. 20. Dissidebat enim capitali odio a Q. Pompeio consule, quicum conjunctissime et amantissime vixerat; in Lælio c. 1. cumque auctore Mario perni-

ciosas leges (quas per vim latas Sylla dicebat, ut est Philipp. VIII. 2.) promulgaret, ac Pompeii consulis filium, Syllæ generum, occidisset, Sylla cum exercitu in urbem venit, ex eaque Sulpicii et Marii factionem expulit; Livius lib. LXXVII. et alii. Tum Sylla P. Sulpicium oppressit, eique ferro erepta vita est; Cic. in Catil. III. 10. et de Orat. III. 3. Marius primo senile corpus paludibus demersus occultavit: deinde ad infimorum ac tenuissimorum hominum Minturnis misericordiam confugit: inde navigio perparvo, cum omnes portus terrasque fugeret, in oras Africæ desertissimas pervenit, ait Cic. pro Sext. c. 22. Historiam pleniorem apud Plutarch. Appian. Velleium II. 19. et in Epit. Livii invenies. De eodem Cic. post Red. ad Quir. c. 8. 'C. Marium egomet dicere audivi, tum se fuisse miserum, cum careret patria, quam obsidione liberavisset; cum sua bona possideri ab inimicis, ac diripi, audiret; cum adolescentem filium videret ejusdem socium calamitatis; cum in paludibus demersus concursu ac misericordia Minturnensium corpus ac vitam suam conservasset; cum parva navicula trajectus in Africam, quibus regna ipse dederat, ad eos inops supplexque venisset.' Et in Pison. c. 19. 'C. Marium, Italia servata ab illo, demersum in Minturnensium paludibus, Africa devicta ab eodem, expulsum et naufragum vidit.' Dum hæc in Italia geruntur, interim Mithridates rex Ponti, Ariobarzane et Nicomede amicis populi Rom. exactis Cappadocia atque Bithynia, Asiam intravit, unaque die tota Asia tot in civitatibus, uno nuntio, atque una literarum significatione cives Rom. necandos trucidandosque denotavit, inquit Cic. in Manil. c. 3. scribit Liv. lib. LXXVIII. Valerius IX. 2. Plut. in Sylla, Appian. in Mithrid. Atque hæc est illa universorum civium Rom. per tot urbes uno puncto temporis misera crudelisque cædes, quam Cicero pro Flacco c. 25. nominat. Hanc vero crudelitatem Mithridatis in togatos P. Rutilius Rufus, cum a rege Mitylenis oppressus esset, vestis mutatione vitavit, ut est in Orat. pro Rab. Post. c. 10. Idem in Manil. c. 5. ait, Mithridatem tum legatum populi Rom. consularem vinculis ac verberibus, atque omni supplicio excruciatum necasse. Intelligit autem M'. Aquillium consulem anni 652. de quo præter Appian. Justin. XXXVIII. 3. et Athen. Dipnosoph. l. v. Cicero etiam hac de causa M'. Aquillii mentionem facit Tusc. v. 5. Urbs Rhodus sola tum in fide mansit, atque oppugnata fuit, ut est in epit. Livii lib. LXXVIII. Unde Cicero in Verr. II. 65. ait, Rhodios prope solos

bellum illud superius cum Mithridate gessisse, omnesque ejus copias, acerrimumque impetum mœnibus, littoribus, classibusque suis excepisse. Eodem tempore, cum princeps Academiæ Philo cum Atheniensium optimatibus Mithridatico bello domo profugisset, Romamque venisset, totum ei se Cicero tradidit, admirabili quodam ad philosophiam studio concitatus, ut ipse in Bruto c. 89. ait. Hinc Plutarchus scribit, Ciceronem, cum e pueris excessisset, Philonem Academicum audivisse: quem inter Clitomachi discipulos Romani inprimis et propter doctrinam admirabantur, et propter morum mansuetudinem diligebant. Philonem igitur Cic. de Nat. Deor. I. 3. inter eos philosophos numerat, a quibus institutus fuit. De eodem in Lucullo c. 6. ‘Jam Clitomacho Philo noster operam multos annos dedit: Philone autem vivo patrocinium Academiæ non defuit.’ Phædrus quoque Ciceroni, cum puer esset, antequam Philonem cognovisset, valde ut philosophus probatus fuit; Fam. Ep. XIII. 1. Merito igitur de Nat. D. I. 3. scripsit, non mediocrem se a primo tempore ætatis in philosophiæ studio operam curamque consumsisse, in quo hoc etiam commorabatur attentius, quod sublata jam esse in perpetuum ratio judiciorum videbatur, ut ait in Bruto c. 89. Hoc etiam anno, ut jam retulimus, Q. Mucius augur Lælii de Amicitia sermonem, habitum ab illo paucis diebus post mortem Africani, Aquillio et Tuditano consulibus, anno 624. Ciceroni exposuit. Augure mortuo Cicero se ad Q. Scævolam pontificem contulit: cui reip. et senatus principi cum operam daret, peritus juris evasit, ut Plut. scribit. Unde Atticus de Leg. I. 4. Tullium his verbis affatur: ‘Nam a primo tempore ætatis juri studere te memini, cum ipse etiam ad Scævolam ventitarem: neque unquam mihi visus es ita te ad dicendum dedisse, ut jus civile contemneres.’ Et Brutus de Claris Orat. c. 40. ‘Tu mihi videris tantum juris civilis scire voluisse, quantum satis esset oratori.’ Q. Scævola pontifex, seu, ut Appian. eum nominat, *Μούκιος Σκαιόλας ὁ τὴν μεγίστην Ῥωμαίοις ἱερωσύνην ἱερώμενος*, is est, quem supra consulem cum L. Crasso fuisse anno ab U. C. 658. scripsimus, de cujus morte ad annum 671.

Anno Urbis 666. Ciceronis 20. Coss. fuerunt
Cn. Octavius, L. Cornelius Cinna.

Hoc anno Cinna consul, cum perniciosas leges per vim ferret, urbe a Cn. Octavio collega pulsus est; Liv. l. LXXIX. unde Cic.

in Catil. III. 10. 'Cn. Octavius consul armis ex urbe collegam suum expulit: omnis hic locus acervis corporum, et civium sanguine redundavit.' Atque ita bellum Octavianum commotum est; cujus meminit Cic. de Divin. I. 2. et de Nat. D. II. 5. 'Tum,' inquit, 'stellis iis, quas Græci cometas, nostri crinitas vocant, quæ nuper bello Octaviano magnarum fuerunt calamitatum prænuntiæ:' vide Plin. II. 25. Dissensionis inter Octavium et Cinnam meminit Cicero etiam de Harusp. Resp. c. 25. Cinna urbe pulsus, corruptum App. Claudii exercitum in potestatem suam redegit, ut Liv. l. LXXIX. scripsit. App. Claudio, P. Clodii patri, imperium hoc tempore abrogatum fuisse, Cic. pro Domo ait, c. 31. Tum Marius cum reliquis exulibus ex Africa accersitus, cum in urbem recepti essent, eam velut captam cædibus et rapinis vastarunt, qua de re Oros. v. 19. et ego in eum locum. Hinc Cicero post Red. in Sen. c. 15. ait, C. Marium reditu suo senatum cunctum pæne delevisse. Tum Q. Catulus, M. Antonius, C. Julius, trium ætatum oratores tres, sunt crudelissime interfecti; Cic. in Bruto, c. 89. Et Marius quidem Cimbricæ victoriæ gloriam cum collega Catulo communicavit: postea vero civili bello victor iratus, necessariis Q. Catuli deprecantibus non semel respondit, 'Moriatur.' Idem Tusc. v. 19. et Cotta de Nat. D. III. 32. 'Cur tot civitatis principes a Cinna interemti? cur omnium perfidiosissimus C. Marius Q. Catulum præstantissima dignitate virum mori potuit jubere?' M. Antonii in iis ipsis rostris, in quibus ille remp. constantissime consul defenderat, quæque censor imperatoriis manubiis ornarat, positum caput illud fuit, a quo erant multorum civium capita conservata; de Orat. III. 3. et Tusc. v. 19. 'Cinna collegæ sui consulis Cn. Octavii præcidi caput jussit; P. Crassi, L. Cæsaris, nobilissimorum hominum, quorum virtus fuerat domi militiæque cognita; M. Antonii omnium eloquentissimi quos audierim; C. Cæsaris, in quo mihi videtur fuisse specimen humanitatis, salis, suavitatis, leporis.' De his omnibus vide proœmium l. III. de Orat. De P. Crasso Cic. pro Sext. c. 21. 'In qua civitate ipse meminissem patrem hujus M. Crassi, fortissimum virum, ne videret victorem vivus inimicum, eadem sibi manu vitam exhausisse, qua mortem sæpe hostibus obtulisset.' De eodem pro Scauro, et ibi Ascon. Hoc anno M. Tullius Moloni Rhodio Romæ dedit operam, et actori summo causarum, et magistro, ut ait in Bruto c. 89. De quo Molone Plutarch. in Cicerone et Cæsare,

Strabo lib. xiv. Quintil. iii. 1. et Sueton. in Jul. Cæs. c. 4. Molonem rhetorem studia M. Ciceronis acuisse, ait etiam Val. Max. ii. 2. Circa hoc tempus Cicero adolescens commentarios rhetoricos de Inventione inchoatos et rudes edidit; quod ipse initio lib. i. de Orat. et Quintil. l. iii. 1. significant.

Post hunc annum triennium fere urbem sine armis fuisse, Cic. in Bruto c. 90. ait, quo Sylla bellum Mithridaticum gerente, de quo Plut. et Appian. Cinnanæ Marianæque partes Italiam obsederunt, ut scribit Velleius ii. 24.

Anno igitur ab U. C. 667. Ciceronis 21. Coss. fuerunt
C. Marius vii. L. Cornelius Cinna ii.

Marius, quem Cicero pro Plancio c. 21. duabus ædilitatis acceptis repulsis, septies consulem esse factum ait, editis multis sceleribus Idibus Januarii decessit; Liv. l. lxxx. De ejus morte sic Cicero de Nat. D. iii. 32. 'Cur Marius tam feliciter septimum consul domi suæ senex est mortuus?' Mario suffectus est L. Valerius Flaccus, pater illius Flacci, pro quo Ciceronis oratio extat. Huic, cum a Cinna missus, ut Syllæ ad bellum Mithridaticum succederet, in Asiam trajecisset, consuli portas tota Asia clausit; Cic. pro Flacco c. 25. Anno sequente idem a C. Fimbria legato suo consularis interfectus est; Velleius ii. 24. Liv. lxxxii. Strabo l. xiii. Hoc anno censores in tabulis Capitolinis inveniuntur, L. Marcius Philippus, M. Perperna, quorum Verr. i. 55. in lege Verris mentio fit ita: 'Qui de L. Marcio, M. Perperna censoribus redemerit, eum socium ne ei admittito.' De Marcio item Cic. pro Domo c. 32. ait: 'L. Philippus censor avunculum suum præteriit in recitando senatu: nihil enim poterat dicere, quare rata non essent, quæ erant acta in ea rep. in qua se illis ipsis temporibus censorem esse voluisset.' Hi sunt superiores illi censores, quibus Archiam cum L. Lucullo quæstore fuisse in Asia, Cic. pro Arch. c. 5. ait. Lucullus enim hoc tempore quæstor in Asia permultos annos admirabili quadam laude provinciæ præfuit, ut Cic. in Luculli principio scribit. Lucullum vero in Græcia fuisse antequam Sylla eo veniret, ex Plutarchi Sylla cognoscitur. Sylla quoque ex Asia decedente Lucullus ibi mansit, ut infra dicemus.

Proximo biennio, quo comprehenditur annus urbis 668. et 669.

Ciceronis 22. et 23. Coss. a se creati remp. tenuerunt,
L. Cornelius Cinna, Cn. Papirius Carbo.

Qua ratione M. Tullius hoc triennium, quo urbs fere sine armis fuit, traduxerit, ipse in Bruto c. 90. his verbis exponit: ‘Ego,’ inquit, ‘hoc tempore omni noctes et dies in omnium doctrinarum meditatione versabar: eram cum Stoico Diodoto; qui, cum habitavisset apud me, mecumque vixisset, nuper est domi meæ mortuus, a quo cum in aliis rebus, tum studiosissime in dialectica exercebar; quæ quasi contracta et astricta eloquentia putanda est: sine qua etiam tu, Brute, judicavisti, te illam justam eloquentiam, quam dialecticam dilatatam esse putant, consequi non posse.’ Hactenus Cic. qui hunc Diodotum de Nat. D. l. I. c. 3. primo loco numerat inter eos philosophos a quibus institutus fuit. De eodem in Lucullo c. 36. ‘Diodoto quid faciam Stoico? quem a puero audivi, qui mecum vivit tot annos, qui habitat apud me, quem et admiror et diligo.’ Et Fam. Ep. XIII. 16. ‘Domi meæ cum Diodoto Stoico, homine, meo judicio, eruditissimo, multum a puero fuit.’ Ejusdem meminit Fam. Ep. IX. 4. de quo loco etsi Adr. Turnebi et P. Rami, præceptorum meorum, quos, ut ipsorum dignitas poscit, honoris gratia nomino, sententiæ aliquando nonnihil discreparunt; res tamen ipsa ex vera hujus nominis scriptura, quam Victorius, Manutius, et Lambinus, viri doctissimi, e vetustis libris ediderunt, jam extra controversiam est. De eodem Cic. Tuscul. V. 39. ‘Diodotus Stoicus cæcus multos annos nostræ domi vixit: is vero, quod credibile vix esset, cum in philosophia multo etiam magis assidue, quam antea versaretur; et cum fidibus Pythagoreorum more uteretur; cumque ei libri noctes et dies legerentur (quibus in studiis oculis non egebat); tum, quod sine oculis fieri posse vix videtur, geometriæ munus tuebatur, verbis præcipiens discentibus, unde, quo, quamque lineam ducerent.’ Mortuus fuit Cæsare et Bibulo Coss. anno ab U. C. 694. Cornelius Tacitus in Dial. de Orat. c. 30. ait, Ciceronem apud Philonem Academicum, apud Diodotum Stoicum omnes philosophiæ partes penitus hausisse. Addit Cicero in Bruto c. 90. ‘Huic ego doctori, et ejus artibus variis atque multis ita eram tamen deditus, ut ab exercitationibus oratoriis nullus dies vacuus esset. Commentabar

declamitans sæpe cum M. Pisone, et cum Q. Pompeio, aut cum aliquo quotidie, idque faciebam multum etiam Latine, sed Græce sæpius; vel quod Græca oratio plura ornamenta suppeditans consuetudinem similiter Latine dicendi afferebat; vel quod a Græcis summis doctoribus, nisi Græce dicerem, neque corrigi possem, neque doceri.' Ciceronem ad præturam usque Græce declamasse, auctor est Sueton. de Clar. Rhet. c. 1. Circa hoc tempus Cicero, cum Aratum jam Romanum hexametris versibus edidisset, in Xenophontis Œconomico lusit, ut scribit Hieron. in præf. in Euseb. Chron. Ipse Cicero de Off. l. II. extremo ad filium, viginti annos natum, ita scribit: 'Has res commodissime Xenophon Socraticus persecutus est in eo libro, qui Œconomicus inscribitur; quem nos ista fere ætate cum essemus, qua es tu nunc, e Græco in Latinum convertimus.' Divisit autem Cicero unum Xenophontis librum in tres, ut Servius in primum Georgicorum testatur. Quin etiam libros Platonis Cicero hoc genere tralatos edidit, inquit Fabius X. 5. Timæi pars cum maximo bono studiosorum utriusque linguæ extat. Protagoram ab eo conversum fuisse, Hieronymi, Prisciani, et Donati testimoniis tantummodo scimus. Id tamen Ciceronem potius extremo tempore ætatis quam hoc fecisse, putamus. Carbonis in secundo consulatu quæstor fuit C. Verres; Cic. act. I. in Verr. c. 4. et 13. Tum Sylla, pace cum Mithridate facta, Asiam in XLIV. regiones distribuit, auctore Cassiodoro. Cum autem Sylla omnes Asiæ civitates pro portione in provincias descripsisset, vectigal quoque iis, quod æqualiter penderent, descripsit; Cic. pro Flacco c. 14. et ad Q. Fratr. I. 1. Sed Syllam in Italiam revocavit resp. ait pro lege Manilia c. 3.

Anno Urbis 670. Ciceronis 24. Coss. fuerunt
L. Cornelius Scipio Asiaticus, C. Norbanus Flaccus.

Horum consulum meminit Cic. pro Quintio c. 6. ubi etiam (c. 7.) C. Valerium Flaccum imperatorem hoc anno in Gallia ulteriore fuisse ait: cujus Flacci mentionem Cæsar de B. Gall. I. 47. facit. Scipionis quæstorem M. Pisonem, de quo paulo ante, fuisse, ex Verr. I. 14. cognoscitur. Hoc tempore tumultus ille pro recuperanda rep. ortus est, de quo Cic. in Bruto c. 90. Nam Sylla compositis transmarinis rebus in Italiam venit, et C. Norbanum prælio vicit, de quo diximus in Oros. V. 20. Tum Cn. Pompeius

adolescentulus privatus, exercitum difficili reip. tempore confecit, eique præfuit, et rem optime ductu suo gessit; Cic. in Manil. c. 21. Eodem pertinet illud in Phil. v. 16. 'Pompeius ad L. Syllæ maximum imperium, victoremque exercitum accessit.' Vide Plut. et alios. Sylla vero cum Scipione inter Cales et Theanum, cum alter nobilitatis florem, alter belli socios adhibuisset, de auctoritate senatus, de suffragiis populi, et de jure civitatis, legis inter se conditiones contulerunt, inquit Cic. Philipp. XII. 11. Sed cum res convenire non posset, et Sylla Scipionis castra oppugnaturus esset, universus exercitus consulis signa ad Syllam transtulit: Scipio, cum interimi posset, dimissus est. Hæc Liv. l. LXXXV. Itaque Scipio fluctibus reip. expulsus Massiliæ postea in exilio vixit; Cic. pro Sext. c. 3. Hoc anno Capitolium incensum fuit, cujus meminit Cic. in Catil. III. 4. et Dion. Halic. l. IV. Tu lege Plut. in Sylla, et Augustin. de Civ. Dei II. 24.

Anno Urbis 671. Ciceronis 25. Coss. fuerunt
Cn. Papirius Carbo III. C. Marius C. F.

Horum consulum mentio est apud Cic. contra Rullum III. 2. Hoc anno, cum a Marianis urbs etiamnum teneretur, L. Damasippus prætor ex voluntate C. Marii consulis, cum senatum contraxisset, omnem, quæ in urbe erat, nobilitatem trucidavit; Liv. lib. LXXXVI. Tunc interfectus fuit C. Carbo consulis frater, de quo Cic. Fam. Ep. IX. 21. Periit tum quoque P. Antistius Cn. Pompeii socer, de quo Cic. in Bruto c. 90. et Q. Scævola pontifex maximus, quem Livius l. LXXXVI. scribit in vestibulo ædis Vestæ occisum fuisse. Hinc Cic. de Nat. D. III. 32. 'Temperantiæ prudentiæque specimen, ante simulacrum Vestæ pontifex max. est Q. Scævola trucidatus.' Meminit ejusdem de Orat. III. 3. Tandem Sylla, fuso Carbonis exercitu, in urbem venit, eoque tempore ejus immanis crudelitas in cives extitit; de qua Cic. de Off. II. 8. et Oros. V. 21. Tum Cn. Pompeius in Siciliam cum imperio a senatu missus Carbonem consulem captum interfecit; Liv. lib. LXXXIX. Plut. in Pompeio, et alii. De quo Cic. Fam. Ep. IX. 21. 'Hoc vero, qui Lilybæi a Pompeio nostro est interfectus, improbior nemo, meo judicio, fuit:' atque ita Pompeius Siciliam multis undique cinctam periculis, non terrore belli, sed celeritate consilii explicavit; Cic. in Manil. c. 11. Eodem tempore L. Licinius Murena, pater ejus, quem Cicero defendit, a Sylla cum dua-

bus legionibus in Asia relictus, bellum Mithridaticum renovavit: de quo Appian. in Mithrid. Murena vero Mithridatem vehementissime vigilantissimeque vexatum, repressum magna ex parte, non oppressum reliquit, ut ait Cic. pro Murena c. 15. et addit, c. 5. filium viro fortissimo parenti suo magno adjumento in periculis, solatio in laboribus, gratulationi in victoria fuisse. Lucullum autem quæsturæ diuturnum tempus, Murena bellum in Ponto gerente, in Asiæ pace consumsisse, idem in Lucullo scribit c. 1. Extremo hoc anno Sylla effecit, ab interrege ut dictator diceretur, ait Cic. ad Att. IX. 15. quomodo id effecerit, copiose Appian. et Plut. scribunt. Interrex fuit L. Valerius Flaccus, de quo Cic. Orat. III. contra Rullum c. 2. 'Omnium legum iniquissimam, dissimillimamque legis esse arbitror eam, quam L. Flaccus interrex de Sylla tulit, ut omnia, quæcumque ille fecisset, essent rata.' De eadem lege de Leg. I. 15. 'Nihilo credo magis illa justa est, quam interrex noster tulit, ut dictator, quem vellet civium, indicta causa impune posset occidere.' Itaque Sylla dictator, qui tum sine dubio habuit regalem potestatem, ut est in Orat. de Harusp. Resp. c. 25. omnes, quos oderat, morte mulctabat; pro Ligario c. 4. De proscriptione Syllana Oros. noster V. 21. Etsi autem Sylla dictator post C. Marium et Cn. Papirium fuit, ut ait Cic. Orat. III. contra Rullum cap. 2. consules tamen creari permisit.

Anno Urbis 672. Ciceronis 26. Coss. fuerunt
M. Tullius Decula, Cn. Cornelius Dolabella.

De his consulibus Cicero Orat. II. contra Rullum c. 14. 'De quibus vendendis S. C. facta sunt M. Tullio, Cn. Cornelio coss.' Sylla dictator hoc tempore rebus (legibus) novis reip. statum confirmavit, ut est in epit. Liv. LXXXIX. Recuperata rep. et legibus atque judiciis constitutis, Cicero ad causas et privatas et publicas adire cœpit; in Bruto c. 90. Itaque his coss. ut Gellius XV. 28. scribit, 'M. Cicero causam privatam pro Quintio apud Aquillium Gallum judicem dixit.' Præterea in Eusebii Chron. ita legitur: 'XXVI. anno ætatis Cic. Quintium defendit.' Idem cognoscitur ex ipsa causæ expositione, quæ talis est. Sex. Nævius ante biennium, Scipione et Norbano coss. cum P. Quintius pridie kal. Febr. in Galliam profectus esset, a P. Burrieno prætore possessionem bonorum Quintii, a quo sibi pecuniam deberi, et vadimo-

nium desertum dicebat, ex edicto postulavit: missus in possessionem Nævius, cum bona absentis Quintii dies XXX. possedisset, ea proscribi jussit. Tum Sex. Alphenus procurator Quintii auctionem impedire conatur, seque paratum esse judicio absentem defendere profitetur. Nævius postulat, ut Alphenus judicatum solvi satisdet; quod cum ille recusaret, eoque nomine tribunos appellasset, convenit, ut Idibus Septemb. Quintium sisti Alphenus promitteret. Venit Romam Quintius ad vadimonium. Nævius annum et sex menses, hoc est, ab Idibus Septemb. Scipione et Norbano coss. usque ad Idus Martias hujus anni, nihil petit. Tum demum in jus ventum ad P.[f] Dolabellam prætorem: ibi Nævius petiit, ut Quintius judicatum solvi satisdaret; quod cum is recusaret, Dolabella decrevit, ut Quintius aut satisdaret, aut sponsionem faceret, Ni bona sua ex edicto possessa non essent. Sponsione facta, C. Aquillius judex datus est, apud quem Cicero contendit, Quintii bona ex edicto a Nævio possessa non esse. Vides igitur aperte, Quintii causam hoc anno a M. Tullio defensam esse post Idus Martias: nam quod Cicero ait, rem jacuisse in controversiis biennium, oratorum more elate dictum est; et si quis velit calumniis Nævii rem in biennium ductam fuisse, hoc quidem certe omnes fateri necesse est, post Idus Sept. quæ hoc anno, non quæ Sylla et Metello coss. anno insequente fuerunt (ut Corradus res nescio quas agens scripsit) hanc causam actam esse. Quod vero et Corradus opinatur, et nonnemo affirmat, Quintium defensum post dictatorem Syllam, eo quod Cicero dicat, 'Emisti bona Sex. Alpheni, L. Sylla dictatore vendente,' leve admodum est: cur enim in judicio privato hoc eloqui ausus non fuisset? aut quis præstabit, ab oratoribus omnia dicta, vel eo modo acta fuisse, quo postea scripta sunt et edita?

Sylla dictatore Cicero iterum se Moloni, qui legatus ad senatum de Rhodiorum præmiis venerat, operam dedisse, ait in Bruto c. 90. Hoc quoque tempore Cn. Pompeius, bello in Africa maximo confecto, victorem exercitum deportavit, ut ait Cic. pro lege Manil. c. 21. Intelligit autem bellum gestum cum Domitio et Hierta Numidiæ rege, quo de Oros. v. 21. atque ex Africa Pompeiu adhuc eques triumphavit. Miror autem Eutropium l. v. extr. scribere, Pompeium tunc quartum et vigesimum annum egisse,

[f] *CN.* vocant meliores.

cum M. Tullii æqualis fuerit, ut ex Ciceronis Bruto c. 68. et Velleio II. 53. notum est, et nos supra admonuimus. Eodem tempore L. Sylla Murenam ex Asia revocavit, ut ait Cic. in Maniliana c. 3. Murena reversus amplissime atque honestissime ex prætura triumphavit; in Orat. pro Murena c. 7.

Anno Urbis 673. Ciceronis 27. Coss. fuerunt
L. Cornelius Sylla Felix II. Q. Cæcilius Metellus Pius.

Horum consulum meminit Cicero Verr. I. 50. et Gellius XV. 28. ubi scribit Ciceronem his consulibus Sex. Roscium parricidii reum defendisse: et addit, Fenestellæ errorem notatum fuisse a Pediano, quod scripsisset Ciceronem sexto et vigesimo ætatis anno pro Sex. Roscio dixisse. Quem Fenestellæ errorem Corradum aliosque viros doctos potius amplecti, quam Asconii et Gellii auctoritatem sequi, equidem miror: cum præsertim Quintilianus XII. 6. scribat, Ciceronem sex et XX. annos natum pro Sex. Roscio dixisse; eos vero ante III. Nonas Januarii hujus anni natus non fuit. Egit tamen opinor hanc causam in principio anni. Nam, ut ex oratione ipsa intelligitur, c. 44. in lege de proscriptione erat, ut anno superiore ad kal. Junias proscriptiones venditionesque fierent: Roscius autem pater aliquot post menses Romæ occisus est; eaque res quatriduo ad Chrysogonum in castra Syllæ Volaterras (quod oppidum obsessum Sylla in deditionem accepit; Liv. l. LXXXIX.) delata est. Bona Roscii tanquam proscripti, ideoque occisi, ut Plut. tradit, Sylla hastæ subjecit, et Chrysogonus ejus libertus duobus millibus nummum emit, cum jam proscriptionis mentio nulla fieret, cum etiam, qui antea metuerant, redirent, ac jam defunctos sese periculis arbitrarentur. Sed cum filius idemque hæres Roscii bona patris ita vendita esse ægre ferret, eaque sexagies esse demonstraret, Sylla coargui se graviter tulit, et Roscii filii nomen opera Chrysogoni de parricidio deferendum curavit. Cum Roscii patrocinium ob Syllæ metum nemo susciperet, adolescens ab omnibus desertus, ad Cic. confugit: quem amici quoque ad reum defendendum cohortabantur, cum aliud splendidius aut præclarius gloriæ initium habere non posset. Cic. igitur adolescens contra L. Syllæ dominantis opes Sex. Roscium Amerinum defendit; de Off. II. 14. Defensionis capita tria sunt: in primo parricidii crimen falso objectum fuisse Roscio, multis argumentis convincit: secundum est de audacia duorum Rosciorum, Capitonis et Magni, in

quos crimen ita confert, ut eos multis suspicionibus arguat: tertium est de Chrysogoni potentia, quam invidiose insectatur. Victor in causa, magna in admiratione fuit, ut Plut. ait: ipse vero in Bruto c. 90. sic scribit: 'itaque prima causa publica pro Sex. Roscio dicta tantum commendationis habuit, ut non ulla esset, quæ non nostro digna patrocinio videretur.' Roscio contra Chrysogonum defenso Ciceronem Athenas secessisse, atque inde post triennium Romam revertisse, in Eusebii Chronico scriptum est: unde illud Caleni apud Dion. XLVI. manasse videtur, *καίπερ τρία ἐν Ἀθήναις ἔτη κατατρίψας*· quibus verbis significat, M. Tullium eloquentiæ gratia triennium Athenis vixisse: et certe si Roscio defenso statim in Græciam profectus esset, quod Plutarchus quoque putavit, triennium ibi vixisset. Jam vero, cum secus ipse in Bruto c. 91. scribat, nos etiam hæc temporibus aliter dividemus.

Mitylenas hoc tempore in Asia expugnatas fuisse, in Liv. epit. l. LXXXIX. scriptum est: expugnavit eas M. Thermus; in qua expugnatione Julius Cæsar, auctore Suetonio in Cæsare c. 2. corona civica donatus est. Atque ita urbs et natura, et situ, et descriptione ædificiorum et pulchritudine inprimis nobilis, belli lege ac victoriæ jure pop. Rom. facta est; Cic. Or. II. contra Rullum c. 16.

Anno Urbis 674. Ciceronis 28. Coss. fuerunt
P. Servilius Vatia Isauricus, Ap. Claudius Pulcher.

Hos coss. in hunc annum Sylla contra voluntatem populi, qui ipsum creabat, renuntiandos curavit, et dictatura se abdicavit; Appian. l. I. Oros. V. 22. Ap. Claudius P. Clodii inimici Ciceronis pater fuit: unde in Orat. de Harusp. Resp. c. 1. P. Servilius collega patris ejus nominatur. Hoc tempore Cicero, antequam in Græciam profectus fuit, Arretinæ mulieris libertatem contra Cottam, hominem disertissimum, defendit, Sylla adhuc vivo, ut ait pro Cæcina c. 33. Erat eo tempore in Cicerone summa gracilitas et infirmitas corporis, procerum et tenue collum: qui habitus, et quæ figura non procul abesse putatur a vitæ periculo, si accedit labor, et laterum magna contentio: eoque magis, ut ipse in Bruto c. 91. scribit, hoc eos, quibus erat carus, commovebat, quod omnia sine remissione, sine varietate, vi summa vocis, et totius corporis contentione dicebat. Itaque cum eum et amici et medici hortarentur, ut causas agere desisteret, ipse autem quodvis

periculum adire, quam a sperata dicendi gloria discedere, mallet; censeret tamen remissione et moderatione vocis et commutato genere dicendi se et periculum vitare posse, et temperatius dicere, ut consuetudinem dicendi mutaret, eam sibi causam in Græciam proficiscendi fuisse ait in Bruto. Itaque cum esset biennium versatus in causis, Roma est profectus hujus anni æstate; ut ex sequentibus cognoscetur. Cum venisset Athenas, sex menses cum Antiocho Veteris Academiæ nobilissimo et prudentissimo philosopho fuit: studiumque philosophiæ nunquam intermissum, a primaque adolescentia cultum, et semper auctum, hoc rursus summo auctore et doctore renovavit, ut ipse in Bruto testatur. Ideoque de Nat. D. lib. I. c. 3. Antiochum inter eos philosophos numerat, a quibus institutus fuit. De eodem de Leg. lib. I. c. 21. 'Vir iste fuit prudens, et acutus, et in suo genere perfectus, mihique, ut scis, familiaris.' Plutarch. quoque in Cicerone a nobis converso, ita scribit: 'Cum Athenas venisset, Antiocho Ascalonitæ operam dedit; ejusque copia quidem et lepore dicendi delectabatur: sed quæ ab ipso in philosophia novabantur, ea minime probabat. Jam enim Antiochus a Nova Academia defecerat; et relicta Carneadis secta, commutatoque instituto, vel evidentia et sensibus victus, vel, ut nonnulli aiunt, ambitione et contentione cum Philonis et Clitomachi discipulis adductus, Stoicorum decreta fere defendebat.' Antiochus igitur, ut Cicero in Lucullo c. 43. testatur, appellabatur quidem Academicus, sed erat, si perpauca mutavisset, germanissimus Stoicus. Didicerat apud Philonem tamdiu, ut constaret diutius didicisse neminem: et scripserat de academica secta acutissime, eamque non acrius accusavit in senectute, quam antea defensitaverat. Plura in Lucullo Ciceronis et Plutarchi. Athenis Cicero Epicureos quoque, Phædrum et Zenonem frequenter cum Attico audivit, ut ait de Fin. I. 5. Meminit Tusc. III. 17. et Acad. I. extr. Hic annus XX. est post M. Antonii et A. Postumii consulatum: ad quem Lucullorum ædilitas a Plinio VIII. 7. refertur: eam vero magnificentissimam fuisse Cic. de Off. II. 16. scribit. Hac ego conjectura ductus, L. Luculli magistratus, quos Cic. initio Luculli recenset, ita constituo, ut hoc anno ædilis, Bruto et Mamerco coss. prætor fuerit, sequenti Africam obtinuerit, atque inde Octavio et Cotta coss. ad consulatus petitionem redierit.

Anno Urbis 675. Ciceronis 29. Coss. fuerunt
M. Aimilius[g] Lepidus, Q. Lutatius Catulus.

His coss. Sylla in agro Cumano mortuus, ac Romam perlatus cum magna pompa in Campo Martio sepultus est, quod præter ceteros Appian. l. I. copiose narrat. Primus autem e patriciis Corneliis Sylla igni voluit cremari, de Leg. II. 22. Post Syllæ mortem dissensio inter consules orta est, cum Lepidus Syllæ acta rescindere tentaret, et Catulus ei resisteret: vide Oros. nostrum V. 22. Hinc Cic. in Catil. III. 10. 'Dissensit M. Lepidus a clarissimo et fortissimo viro Q. Catulo: attulit non tam ipsius interitus reip. luctum, quam ceterorum.' Ubi vero M. Tullio de Syllæ morte Athenas allatum est, ut Plut. scribit, cum jam corpus ejus exercitationibus confirmatum meliore habitu esse cœpisset, et vox ita conformata esset, ut cum auditu suavis ac plena, tum ad corporis constitutionem moderate accommodata esset, motus et precibus literisque amicorum, quæ Roma frequentes ad ipsum afferebantur, et cohortatione Antiochi, ut rempubl. capesseret, dicendi vim ceu instrumentum rursus excoluit, civilemque facultatem excitavit. Itaque primum, ut ipse in Bruto c. 91. scribit, Athenis apud Demetrium Syrum, veterem et non ignobilem dicendi magistrum, studiose exercebatur. Post totam Asiam peragravit cum summis oratoribus, quibuscum exercebatur ipsis lubentibus; quorum erat princeps Menippus Stratonicensis, quem Plutarchus Menippum Carem nominat. Cic. eum tota Asia illis temporibus disertissimum fuisse judicat: unde Strabo lib. XIV. *κἀνταῦθα δ' ἀνὴρ ἀξιόλογος γεγένηται ῥήτωρ Μένιππος κατὰ τοὺς πατέρας ἡμῶν, Κατόκας ἐπικαλούμενος· ὃν μάλιστα ἐπαινεῖ τῶν κατὰ τὴν 'Ασίαν ῥητόρων, ὧν ἠκροάσατο, Κικέρων, ὥς φησιν ἔν τινι γραφῇ, αὐτοῦ συγκρίνων Ξενοκλεῖ καὶ τοῖς κατ' ἐκεῖνον ἀκμάζουσι.* i. e. *Fuit ibi patrum nostrorum memoria nobilis magister dicendi Menippus cognomento Catocas; quem Cicero ex Asiaticis oratoribus, quos audivit, maxime laudat, ut est in quodam ipsius libro; ubi eum cum Xenocle atque illius ætatis oratoribus comparat.* De Xenocle Adramytteno, cui Cic. quoque operam dedit, idem Strabo lib. XIII. Erat cum Cicerone tum etiam Æschylus Cnidius, assiduissime autem Dionysius Magnes: quibus non contentus, Rhodum venit, seque ad eundem,

[g] Ita miror cur a Fabricio noluerit retinere Gruterus, etiam seq. anno et sæpius infra.

quem Romæ audiverat, Molonem applicavit, cum actorem in veris causis, scriptoremque præstantem, tum in notandis animadvertendisque vitiis, et instituendo docendoque prudentissimum. Is dedit operam, ut nimis redundantem oratorem nostrum, et superfluentem juvenili quadam dicendi impunitate et licentia reprimeret, et quasi extra ripas diffluentem coërceret, auctor ipse in Bruto. De Apollonio Molone, inquit Plutarchus, traditum est memoriæ, eum Latinæ linguæ rudem rogasse Cic. ut Græce declamaret: in quo cum ideo illi obtemperasset, quod putaret, se ita melius corrigi posse; ceteri omnes admiratione obstupefacti, certatim de Cicerone, aliusque alio gloriosius prædicabat; Apollonius neque orante Cicerone lætitiam præ se tulit, et cum perorasset, defixus in cogitatione diu sedit: quod ubi Ciceronem ægre ferre sensit, hæc ejus vox erupit: Te equidem, M. Tulli, collaudo et admiror: sed me Græcorum fortunæ miseret, cum videam doctrinæ et eloquentiæ laudem, quæ sola nobis reliqua erat, per te ad Romanos translatam esse. Rhodi Cicero Posidonium philosophum etiam audivit, ut Plut. scribit. Posidonius enim cum esset Apamiensis e Syria, Rhodi vixit, teste Strab. lib. XIV. Hunc familiarem suum vocat Cic. de Fin. I. 2. Eundem de Nat. D. I. 3. inter eos numerat, a quibus in philosophia institutus fuit. Præterea in lib. de Fato c. 3. ita scribit: ‘Quædam etiam Posidonius (pace magistri dixerim) comminisci videtur.’

Anno Urbis 676. Ciceronis 30. Coss. fuerunt
D. Junius Brutus, Mam. Aimilius Lepidus Livianus.

Hos coss. ex interregno iniisse, argumento est oratio Philippi apud Sallustium, de quibus Cic. in Bruto c. 47. ‘Iisdem fere temporibus D. Brutus, is qui consul cum Mamerco fuit, homo et Græcis doctus literis et Latinis.’ Mamerci Æmilii Lepidi consulis meminit Valerius VII. 7. Hoc anno, cum duo consules clarissimi fortissimique essent, Pompeius adhuc eques contra Sertorium ad bellum maximum formidolosissimumque suasu L. Philippi pro consule missus est: quo quidem tempore, cum esset nonnemo in senatu, qui diceret, non oportere mitti hominem privatum pro consule, Philippus dixisse dicitur, Non se illum sua sententia pro consule, sed pro consulibus mittere; ait Cic. in Manil. c. 21. Idem Philipp. XI. 8. ‘Pompeio Sertorianum bellum a senatu privato datum est: cum L. Philippus pro consulibus se eum mittere dixit, non

pro consule;' scribit idem Plutarch. in Pompeio. Comparato exercitu, hostes in cervicibus jam Italiæ agentes ab Alpibus in Hispaniam summovit, Galliamque recepit; ut ipse apud Sallust. Fragm. Hist. l. III. ad senatum scribit. Unde Cic. in Manil. c. 11. ait, Pompeium per Galliam legionibus Romanis in Hispaniam iter Gallorum internecione patefecisse.

Hoc quoque anno M. Tullius se recepit e Græcia, biennio post quam eo profectus erat, non modo exercitatior, sed prope mutatus: nam et contentio nimia vocis resederat, et quasi deferbuerat oratio, lateribusque vires, et corporis mediocris habitus accesserat, ut ipse in Bruto testatur, c. 91. Cum autem Cicero, auctore Plutarcho, magna spe erectus, ad remp. summo studio raperetur, ardor ejus oraculo quodam repressus est. Nam cum Delphos profectus Apollinem consuluisset, quanam via ad summam gloriam pervenire posset, oraculum editum est, Suam naturam, non multitudinis opinionem ducem vitæ sequeretur. Quapropter Romam reversus primo timide vixit, et dubitanter ad honores accessit, nec ullo in numero habitus, sed Græculus atque otiosus appellatus fuit: quæ nomina infimis et sordidis hominibus in promtu esse, atque in ore consueverunt. Ut vero et innata honorum cupiditate ductus, et patris atque amicorum cohortatione incitatus, se totum patrociniis tradidit, non jam pedetentim principem locum petiit, sed statim eluxit, ceterisque oratoribus longe præstitit. Hactenus Plutarchus, ut a me ante annos octo conversus fuit, ubi quod Græculum atque otiosum dixi, qui Plutarcho est Γραικὸς καὶ σχολαστικὸς, secutus sum auctoritatem nostri oratoris, qui pro Sextio c. 51. inquit, 'Græculum se atque otiosum putari voluit: studio literarum se subito dedit.' Solent autem Romani uti appellatione Græci probri loco, cum ignobilitatem objiciunt, ut Zonaras scribit.

Anno Urbis 677. Ciceronis 31. Coss. fuerunt
Cn. Octavius, C. Scribonius Curio.

De his Cicero in Bruto c. 60. 'Cn. Sicinius, cum tribunus pl. Curionem et Octavium consules produxisset, Curioque multa dixisset, sedente Cn. Octavio collega, qui devinctus erat fasciis, et multis medicamentis propter dolorem artuum delibutus: Nunquam, inquit, Octavi, collegæ tuo gratiam referes; qui nisi se suo more jactavisset, hodie te istic muscæ comedissent.' Videntur autem consules a Sicinio producti fuisse, cum id egit, ut tribunitia potes-

tas populo redderetur; Ascon. in Divin. in Verrem c. 3. Cn. Octavium M. filium optimum atque humanissimum virum, familiarem suum nominat Cic. de Fin. II. 28. His coss. Cicero, ut ipse in eodem Bruto c. 92. ostendit, cum unum annum, reversus ex Asia, causas nobiles egisset, quæsturam petiit, cum C. Cotta, qui anno insequenti consul fuit, consulatum, Hortensius ædilitatem peteret. Quæstoriis comitiis, quæ tributa fuisse Fam. Ep. VII. 30. cognoscitur, Cicero quæstor in primis cunctis suffragiis est factus; in Orat. in Pison. c. 1. Idem Verr. V. 14. ait, se ita quæstorem factum fuisse, ut sibi honorem illum tum non solum datum, sed etiam creditum ac commissum putaret. In causis iis, quas Cicero ex Asia reversus ante quæsturam egit, numero orationem pro Q. Roscio Comœdo, id quod proposita constitutione causæ planum faciam. Res igitur, ut ex orationis fragmento colligitur, ita se habet. C. Fannius Chærea servum suum Panurgum communem cum Roscio ea lege fecit, ut is a Roscio arte histrionica institueretur, quæstusque inter eos communis esset. Institutum artificio comico Panurgum Q. Flavius Tarquiniensis quidam interfecit. In hanc rem Fannius cognitor a Roscio datus fuit, qui Flavium judicio damni injuria dati Roscii nomine persequeretur, non secus atque si res sua esset. Lite contestata, Roscius sine Fannio cum Flavio decidit H-S centum millibus. Deinde C. Pisone teste et arbitro, Roscius Fannio pro opera, pro labore, quod cognitor fuisset, quod vadimonia obiisset, certam pecuniam dedit hac conditione, ut si quid Fannius pro sua parte servi interemti a Flavio exegisset, partem ejus dimidiam Roscio dissolveret. Post triennium Fannius, qui diceret se a Flavio nihil abstulisse, Roscium cum eo de tota re pro societate decidisse, Roscium in jus vocavit, et H-S. quinquaginta millia, dimidiam scilicet partem ejus pecuniæ, quam Roscius a Flavio abstulerat, petiit, et sponsione Roscium lacessivit Ni sibi ille H-S. IↃↃↃ. deberet. Datus igitur judex a prætore fuit C. Piso cum hac formula, Si paret Roscium Fannio H-S. IↃↃↃ. debere: quod Cic. enumeratione causarum debitionis falsum esse docet: neque societatis nomine quicquam a Roscio peti posse probat. Corradus Ciceronem hanc causam egisse Cn. Pompeio et M. Crasso coss. anno post hunc sexto inde putat, quod tum C. Piso prætor fuerit; sed fallitur, qui ex judice privato prætorem facit. Falluntur quoque illi, qui Roscium Comœdum ante Amerinum defensum inde putant, quod post Amerini defensionem

Cicero in Græciam statim fuerit profectus. Hoc tempore Q. Roscium fuisse defensum, ex oratione c. 12. et 13. cognoscitur, in qua Roscium Syllano tempore cum Flavio decidisse, et quadriennio post causam actam esse, aperte significatur. Hoc anno in Hispania adversus Sertorium acerrima illa prælia et maxima Sucronense et Duriense commissa sunt, quorum meminit Cicero pro Balbo c. 2. Tu vide Plut. in Pompeio.

Anno Urbis 678. Ciceronis 32. Coss. fuerunt
L. Octavius, C. Aurelius Cotta.

De his Cic. in Verr. I. 50. ‘Cum L. Octavius, C. Aurelius coss. ædes sacras locavissent, neque potuissent omnia sarta tecta exigere; neque ii prætores, quibus erat negotium datum, C. Sacerdos, M. Cæsius; factum est S. C. quibus de sartis tectis cognitum et judicatum non esset, uti C. Verres, P. Cælius prætores cognoscerent et judicarent.’ Ubi vides, C. Sacerdotem, cui Verres in prætura urbana et Siciliensi successit, hoc anno prætorem urbanum fuisse, qui cum sequenti Siciliam obtinuerit, et Cicero ante eum quæstor in Sicilia fuerit, prætore Sex. Peducæo, suspicionem Corradi, qui Ciceronem hoc anno quæstorem urbanum et insequenti in Sicilia fuisse putavit, falsam esse omnes vident. Hic est igitur Siciliensis annus, qui M. Tullium quæstorem excepit, ut ipse in Bruto scribit, c. 92. Cum autem bini quæstores in Sicilia singulis prætoribus essent, Lilybætanus et Syracusanus; Cicero Lilybætanus quæstor fuit, ut Asconius scribit, et Cicero ipse pro Plancio c. 26. ostendit. Idem Asconius scribit, Ciceronem quæstorem in Sicilia fuisse prætore Sex. Peducæo: ipse vero in Orat. post Red. in Sen. ait, c. 8. se patri M. Curtii quæstorem fuisse. Accidebat autem sæpe, ut unus quæstor duorum prætorum esset, ut Gruch. de Comitiis l. II. docet. De quæstura Ciceronis Plutarch. ita scribit: ‘Quæstor creatus et sortitus provinciam Siciliam, cum in difficultate annonæ atque inopia rei frumentariæ magnus frumenti numerus Romam esset mittendus, Siculos initio offendit: post, ubi diligentiam, justitiam, et comitatem ejus experti fuerunt, majores illi honores, quam ulli unquam prætori tribuerunt.’ De eadem ipse in Orat. pro Plancio c. 26. ‘Non vereor, ne quis audeat dicere, ullius in Sicilia quæsturam aut grati rem aut clariorem fuisse. Frumenti in summa caritate maximum numerum miseram: negotiatoribus comis, mercatoribus

justus, municipibus liberalis, sociis abstinens, omnibus eram visus in omni officio diligentissimus. Excogitati quidam erant a Siculis honores inauditi.' Et in Verr. v. 14. 'Sic obtinui quæsturam in provincia Sicilia, ut omnium oculos in me unum conjectos arbitrarer; ut me, quæsturamque meam, quasi in aliquo orbis terræ theatro, versari existimarem; ut omnia semper, quæ jucunda videntur esse, non modo his extraordinariis cupiditatibus, sed etiam ipsi naturæ ac necessitati denegarem.' Idem act. I. in Verr. c. 12. ait, Siculos in quæstura suæ innocentiæ abstinentiæque periculum fecisse. Eo tempore, ut Plut. scribit, multi Romani adolescentes, claris parentibus atque honesto loco nati, apud Siciliæ prætorem accusati sunt intemperantiæ et neglectæ disciplinæ militaris, quos Cicero magna commendatione defendit et conservavit.

Anno Urbis 679. Ciceronis 33. Coss. fuerunt L. Licinius Lucullus, M. Aurelius Cotta.

His coss. Cicero, annuo munere quæsturæ expleto, e Sicilia provincia decessit. Habuit tum orationem Lilybæi, in qua Siculis multa benigne promisit, ut Ascon. in Argum. Divin. in Q. Cæcil. scribit. Decedebat autem ea spe, ut sibi populum Rom. ultro omnia delaturum putaret: ac cum casu diebus iis itineris faciendi causa, Puteolos forte venisset, concidit pæne, cum ex eo quidam quæsisset, quo die Roma exisset, et numquid in ea esset novi, quod ipse pro Plancio c. 26. narrat, et Plutarchus in vita scribit. Cum e Sicilia se recepisset, jam videbatur facultas illa dicendi esse perfecta, et habere maturitatem quandam suam, ut ait in Bruto c. 92. Fuit hoc anno tribunus pleb. L. Quintius, homo maxime popularis, et ad inflammandos animos multitudinis accommodatus: qui conciones quotidie seditiosas et turbulentas habebat; Cic. pro Cluent. c. 28. 29. 34. et 37. Hunc acta Syllæ rescindere, ac reipublicæ statum movere et perturbare conantem Lucullus consul ab incepto deduxit, auctore Plut. in Lucullo. Hinc Macer apud Sallust. Fragm. Hist. l. III. 'Lucullus quantis animis ierit in L. Quintium, vidistis.' Idem Quintius patronus fuit Oppianici, qui hoc anno, Verre prætore urbano, condemnatus est; Cic. pro Cluentio c. 33. et Ascon. ad act. I. in Verr. c. 1. et 10. Verrem his consulibus prætorem urbanum fuisse, cognoscitur etiam Verrina v. 13. ubi Cicero inquit: 'Nemo tam rusticanus homo L. Lucullo et M. Cotta coss.

Romam ex ullo municipio vadimonii causa venit, quin sciret, jura omnia populi Romani nutu atque arbitrio Chelidonis meretriculæ gubernari.'

Hoc etiam tempore M. Antonius gratia Cottæ consulis et Cethegi factione in senatu, curationem nactus totius oræ maritimæ, Siciliam et provincias omnes depopulatus est, et ad extremum inferens Cretensibus bellum, re male gesta, morbo interiit; Ascon. in Verr. II. c. 3. Liv. l. XCVII. Florus III. 7. Meminit Vell. II. 31. et Cicero Verr. II. 3. ubi M. Antonii infinitum imperium dicit. Hic Antonius pater fuit M. Antonii triumviri, qui in Plutarchi Antonio κριτικὸς mendose pro Κρητικὸς nominatur. Tum quoque Metellus et Pompeius in Hispania ab obsidione Calagurii oppidi depulsi, coacti fuerunt diversas regiones petere; Metellus ulteriorem Hispaniam, Pompeius Galliam, auctore Livio l. XCIII. Itaque tum exercitus Pompeii hyemavit in Gallia, cum M. Fonteius prætor eam provinciam obtineret, ut Cic. pro Fonteio ostendit, c. 3.

Anno Urbis 680. Ciceronis 34. Coss. fuerunt
M. Terentius Varro Lucullus, C. Cassius Varus.

De his Cicero pro Cluent. c. 49. 'Sed quæro a vobis, num istam legem ex isto S. C. L. Lucullus consul, homo sapientissimus, tulerit? num anno post M. Lucullus et C. Cassius?' Eosdem Verr. I. 23. M. Terentium et C. Cassium nominat, a quibus lex frumentaria Terentia et Cassia lata fuit, de qua Cicero Verr. III. 70. et V. 21. fuit enim M. Lucullus, frater L. Luculli, in Terentiorum familiam adoptatus. Eidem Macedoniam evenisse, Eutrop. VI. 6. scribit. Hinc Cic. in Verr. II. 8. 'Dixit hoc idem M. Lucullus, se de his Dionis incommodis pro hospitio, quod sibi cum eo esset, jam ante cognosse. Quid? Lucullus, qui tum in Macedonia fuit, melius hæc cognovit, quam tu, Hortensi, qui Romæ fuisti?' Hoc anno bellum in Italia a gladiatoribus duce Spartaco excitatum est, quod Cicero in Maniliana c. 10. Servile vocat: de quo scripsi in Oros. l. V. cap. ult. Eodem tempore L. Lucullus, qui consul anno superiore contra Mithridatem profectus erat, ad Cyzicum urbem exercitum ejus fame ferroque delevit, auctore Livio l. XCV. Nam cum totius impetus belli ad Cyzicenorum mœnia constitisset, eamque urbem sibi Mithridates Asiæ januam fore putavisset, qua effracta et revulsa, tota pateret provincia; perfecta ab Lucullo hæc sunt omnia, ut urbs fidelissimorum sociorum defende-

retur, ut omnes copiæ regis diuturnitate obsidionis consumerentur, ait Cicero pro Murena c. 15. eandem rem pro lege Manilia c. 8. et pro Archia c. 9. commemorat.

Anno Urbis 681. Ciceronis 35. Coss. fuerunt
L. Gellius Poplicola, Cn. Cornelius Lentulus Clodianus.

De his Cicero in Verr. II. 39. 'Itaque in senatu continuo Cn. Lentulus et L. Gellius' [*Lucullus* impressi libri Ciceronis mendose habent, cum *L. Gellius* in vetustis recte legatur] 'consules faciunt mentionem, placere statui, si Patribus conscriptis videretur, ne absentes homines in provinciis rei fierent rerum capitalium.' Iidem in Orat. pro Balbo aliquoties nominantur. In secunda vero in Verrem, c. 41. M. Lollium Palicanum tribunum pleb. hoc anno fuisse, cognoscimus: quem laborasse, ut tribunitia potestas populo restitueretur, Ascon. ad Div. in Q. Cæcil. I. 3. scribit. De eodem Cicero in Bruto c. 62. 'Aptior,' inquit, 'etiam Palicanus auribus imperitorum.' Hoc anno Lucullus Mithridatem in Pontum persecutus, eum legionibus Romanis patefecit, qui ante populo Rom. ex omni aditu clausus fuerat, ut ait Cicero pro lege Manilia c. 8. et pro Archia c. 9.

Anno Urbis 682. Ciceronis 36. Coss. fuerunt
C. Aufidius Orestes, P. Cornelius Lentulus Sura.

Orestes gentis Aureliæ cognomen est: sed hic Orestes a Cn. Aufidio adoptatus, ut Cic. pro Domo ait, c. 13. Cn. Aufidius Orestes dictus fuit. Cn. Orestem, cum tribunus pleb. esse non potuisset, consulem factum, ait Cic. pro Plancio c. 21. Idem prætor urbanus fuit A. U. C. 676. ut ex Valerio VII. 7. apparet. P. Lentulus cum Catilina conjuravit, atque a Cicerone consule in carcere strangulatus fuit, ut inferius dicemus. Unde Suræ cognomen invenerit, Plut. in Cic. hoc modo exponit: 'Cum Syllanis temporibus quæstor magnam vim pecuniæ publicæ consumsisset atque perdidisset, Sylla id ægre ferens, rationem ab eo in senatu exegit. Tum ille negligenter et cum contemtu progressus, rationem se redditurum negavit, suram autem præbiturum, ita ut pueri consuessent, cum in pilæ lusione deliquissent. Hinc Sura cognominatus fuit: sura enim Romanis est ea, quæ Græcis κνήμη dicitur.' Hactenus Plut. Bellum servile jam tertium annum cum Spartaco gerebatur, cum M. Crasso prætori id mandatum, et sex mensibus

confectum fuit, ut Appian. lib. I. extr. scribit: itaque Crasso tum permissum Plutarchus ait, ut ovans urbem iniret. Hinc Cic. in Pison. c. 24. 'Crasse, pudet me tui: quid est, quod confecto formidolosissimo bello, coronam illam lauream tibi tantopere decerni volueris a senatu?' Exercitum eodem tempore ex Hispania in Italiam Pompeius reduxit, et quinque millia fugitivorum, qui e prælio aufugerant, interfecit, atque ad senatum, auctore Plutarcho, scripsit, Crassum acie gladiatores fudisse, se bellum radicitus sustulisse. Hinc Cic. in Manil. c. 11. 'Testis est iterum, et sæpius Italia, quæ cum servili bello tetro periculosoque premeretur, ab hoc auxilium absente expetivit: quod bellum expectatione Pompeii attenuatum atque imminutum est, adventu sublatum ac sepultum.' Hujus belli confecti gloriam Cicero pro Sextio c. 31. quoque ad Pompeium his verbis transfert: 'Qui etiam servitia virtute victoriaque domuisset.' Ultimo hujus anni die, pridie quam consulatum iniret, Pompeius etiamnum eques Romanus ex Hispania procos. triumphavit, ut Vell. II. 30. scribit; de quo triumpho Cicero pro lege Manilia c. 21. 'Quid tam incredibile, quam ut iterum eques Romanus ex senatusconsulto triumpharet?'

Anno Urbis 683. Ciceronis 37. Coss. fuerunt
M. Licinius Crassus, Cn. Pompeius Magnus.

Pompeium ex S. C. legibus solutum consulem ante factum, quam ullum alium magistratum per leges capere licuisset, Cicero in Manil. c. 21. testatur. Numerus de ætate Pompeii apud Appianum, mendo caret: respicit enim tempus anni superioris, quo Pompeius ante natalem suum consulatum petivit. M. Tullius jam post quæsturam in plurimis causis, et in principibus patronis quinquennium fere versatus erat, ut ipse in Bruto c. 92. scribit; fuitque in admiratione, quod ab iis, quorum causas agebat, nulla dona aut munera, auctore Plutarcho, accipiebat. In iis causis fortasse fuerunt M. Tullii et L. Vareni, quas Cic. scriptas edidisse testimonio Quintiliani et Prisciani cognoscitur. Inprimis autem, ut Plut. ait, Cic. enituit, cum C. Verrem hoc anno in judicium vocavit: nam in patrocinio Siciliensi maxime in certamen venit designatus ædilis, cum designato consule Hortensio, quod ipse in Bruto scribit. Tenuerat Verres ex prætura Siciliam provinciam per triennium, atque in ea fuerat libidinose, avare, crudeliterque versatus: quare cum tandem hoc anno L. Metellus ei succederet, repetun-

darum reus a Siculis postulatus est; qui omnes, præter Syracusanos et Mamertinos, M. Tullium, illo tempore florentem defensionibus amicorum, ad accusandum descendere compulerunt, jampridem illis necessitudine copulatum, quod quæstor in Sicilia fuisset, et decedens multa iis benigne promisisset, ut Ascon. ait, in Argum. Verr. I. Natus jam erat Cicero annos 36. quod tempus legitimum erat ædilitatis petendæ. Certe P. Scipio Africanus minor, cum annos natus 36. ædilitatem peteret, consul a populo dictus est; Liv. l. L. Velleius I. 12. Ædilitatem igitur suo anno petens Cicero, prior designatus est cunctis suffragiis populi; in orat. in Pison. c. 1. Suscepto patrocinio Siciliensi, extitit Q. Cæcilius Niger, domo Siculus, ut Ascon. scribit; Plutarch. ait hominem libertinum fuisse, et Judaicæ religioni obnoxium: unde Cicero in eum dixit, 'Quid Judæo cum Verre?' Romani autem porcum non castratum Verrem nominant. In Plutarchi libris, in quibus legitur, *Βέῤῥην οἱ Ῥωμαῖοι τὸν ἐκτετμημένον χοῖρον καλοῦσι*, negatio deest, et restitui debet, *τὸν μὴ ἐκτετμημένον*. Alioqui falsum esset, quod Plutarchus scribit, idque duos interpretes viros doctissimos non animadvertisse miror. Cæcilius igitur contendebat, se potius accusatorem constitui oportere, has afferens causas: unam, quod a Verre læsus, jure illi inimicus esset; alteram, quod cum quæstor ejus fuisset, crimina sciret; tertiam, quod Siculus pro Siculis ageret. Hinc, quia in publicis quæstionibus, ut est lib. I. ad Herenn. c. 12. legibus cavetur, ut ante, si reo commodum sit, judicium de accusatore fiat, utrum illi liceat accusare, necne: divinatio accusatorum Ciceronis et Cæcilii facta est. Tum Cicero primam Verrinam de accusatore constituendo dixit, in qua hac usus est divisione: spectandum, a quo maxime agi velint ii quorum de ultione quæritur, a quo minime velit is, qui accusatur; auctor Quintil. VII. 5. Victo Cæcilio, et accusatione ad se delata, Cicero, cum inquisitionis tempus in Siciliam postulasset dies 110. et cum L. Tullio fratre patruele totam provinciam colligendis literis in Verrem, et denuntiandis testimoniis peragrasset diebus 50. Romam reversus, cum videret id agi, ut a M'. Glabrione prætore, et ab iis judicibus qui tunc erant, ad alium annum aliumque prætorem res tota transiret, eripereturque sibi reus patrocinio Hortensii ac Metelli, qui tunc consules futuri erant, hoc commentus est rationis, ut orationem longam prætermitteret, neque in criminibus declamatione cumulandis tempus absumeret, sed tantummodo citaret testes ad unumquodque

crimen expositum, et eos Hortensio interrogandos daret, inquit Ascon. in Argum. Verr. II. Unde Quintil. VI. 6. 'Cicero summo consilio videtur in Verrem vel contrahere tempora dicendi maluisse, quam in eum annum, quo erat Q. Hortensius consul futurus, incidere.' Consilium suum ipse Cicero Verr. II. copiose exponit; quæ præterea exhortationem continet judicum ad vere judicandum: minæ quoque in adversarios diriguntur, omnia tentantes ad corrumpendum judicium: qua oratione ipse Verrina III. 7. hoc se assecutum fuisse ait, ut una hora, qua cœpit dicere, reo spem judicii corrumpendi præcideret. Primo autem die magno testium numero citato, alter dies amicis Verris et defensoribus non modo spem victoriæ, sed etiam voluntatem defensionis abstulit: nam, ut Ascon. scribit, arte Ciceronis ita est fatigatus Hortensius, ut nihil, contra quod diceret, inveniret. Itaque 'nobis,' ut Cic. in Orat. c. 37. 'pro familiari reo summus orator non respondit Hortensius;' dicendi enim facultatem Cicero Hortensio nullam dedit nihil ipse dicendo, ait Asconius: et Plutarchus, *τοῦτον εἷλεν οὐκ εἰπών, ἀλλ' ἐξ αὐτοῦ τρόπον τινὰ τοῦ μὴ εἰπεῖν·* ubi aliquando *ἐξ αὐτοῦ* corruptum esse, atque pro eo *ἐξευρὼν* commodius legi posse putavi: sed Adr. Turnebus (cujus nomen, ut magistri de me optime meriti, mihi nunquam nisi honoris causa usurpandum est) anno superiore literis significavit, *τρόπον τινὰ ἐξ αὐτοῦ τοῦ μὴ εἰπεῖν*, esse quodam modo abdicata eloquentia. Hæc prima actio, cujus quasi prooemium tantum literis mandatum est, quæ Verrina II. numeratur, novem diebus transacta est, Verrina III. eaque Verres convictus sua sponte in exilium decessit; Asconius. In quo exilio illum consenuisse, donec a triumviris post Cic. mortem proscriptus periit, auctor est Lactantius II. 4. et Seneca in Suasor. lib. I. Proscriptum Verrem ab Antonio traditur, quod Corinthiis se ei cessurum negavisset; Plin. XXXIV. 2. Reliquas Verrinas quinque Cicero non dixit: sed, cum vellet omnem vim et rationem accusandi in uno reo ostendere, quinque hos libros domi scriptos edidit: quos pro qualitate criminum dividens, anteactis unum dedit, crimini repetundarum quatuor, unum de juredicundo, alterum de re frumentaria, tertium de signis, quartum de suppliciis; Asconius. Hi sunt quinque contra Verrem secundæ actionis libri, de quibus Fabius XI. 2. et Tacitus in Dial. de Oratt. c. 20. Cicero etiam in Oratore c. 62. Verrinam sextam quartum Accusationis appellat. Itaque in primo accusationis libro, quæ est Verrina III. Cicero anteacta, id est, ea crimina quæ Ver-

res ante præturam Siciliensem in quæstura, legatione, et prætura urbana commisit, exponit. In secundo Accusationis libro, quæ est Verrina IV. explicantur crimina in Sicilia, in juredicundo commissa. Tertius liber est de frumenti criminibus, eaque oratio Frumentaria a veteribus Grammaticis nominatur. Quartus liber, seu Verrina VI. est de signis. Quintus et ultimus de suppliciis. Verre damnato, ut Plut. tradit, cum Cicero litem ei tricies H-S. æstimasset, male audivit, quasi pecunia accepta, de multa remisisset. Apud Plutarch. ἑβδομήκοντα πέντε μυριάδες est tricies sestertium; siquidem εἴκοσι πέντε μυριάδες est decies H-S. ut idem in Antonio testatur. Verum Budæus in libris de Asse et in Commentariis censet in Plutarchi libris verbum τριακοσίων aut aliud deesse. Sestertium quadringenties a Verre tantum repetitum esse, Ascon. scribit. His coss. tribuniciam potestatem restitutam esse Sallust. in Catil. c. 38. scribit; idem est in Epit. Liv. XCVII. apud Velleium II. 30. et Plutarch. in Pompeio. Hinc Q. Cicero de Leg. III. 9. ait, ‘Pompeium nostrum ceteris rebus omnibus semper amplissimis summisque effero laudibus; de tribunicia potestate taceo; nec enim reprehendere libet, nec laudare possum.’ Post judicia a Sylla constituta, senatus jam ex lege Cornelia per decem annos turpiter judicaverat, ita ut judiciorum levitate ordo quoque alius ad res judicandas postularetur. Hoc igitur anno L. Aurelius Cotta prætor legem ad populum tulit, ut senatores cum equitibus et tribunis ærariis judicarent. Cicero Verr. I. 3. et Ascon. in eand. Liv. lib. XCVII. et Velleius II. 32. Eodem anno censores fuerunt Gellius Poplicola et Cn. Cornelius Lentulus, de quibus Cicero pro Cluentio c. 42. Lentuli censoris meminit etiam Verrina VII. 7. pro Flacco c. 19. et pro Domo c. 47.

Anno Urbis 684. Ciceronis 38. Coss. fuerunt
Q. Hortensius, Q. Cæcilius Metellus Creticus.

De his coss. Cicero pro Cluentio c. 64. ‘Tum interim Hortensio, Metello coss. ut hunc Oppianicum aliud agentem, ac nihil ejusmodi cogitantem ad hanc accusationem detraheret, invito despondit ei filiam suam.’ Hoc anno Cicero ædilis curulis fuit: ædiles autem ἀφ' ἑνὸς ὧν πράττουσιν ἔργων, ἱερῶν τόπων ἐπιμεληταὶ καλοῦνται, id est, ab una parte sui muneris quasi curatores ædium dicti sunt; Dionys. Halicarn. lib. VI. ubi addit eos a Græcis ἀγορανό-

μους dici, quod magnam illis partem similes sunt. De ædilitate sua Cicero Verr. VII. 14. ita scribit: ‘Nunc sum designatus ædilis; habeo rationem, quid a populo Romano acceperim; mihi ludos sanctissimos maxima cum cærimonia Cereri, Libero, Liberæque faciendos; mihi Floram matrem populo plebique Rom. ludorum celebritate placandam; mihi ludos antiquissimos, qui primi Romani sunt nominati, maxima cum dignitate ac religione Jovi, Junoni, Minervæque esse faciundos; mihi sacrarum ædium procurationem, mihi totam urbem tuendam esse commissam; ob earum rerum laborem et solicitudinem fructus illos datos, antiquiorem in senatu sententiæ dicendæ locum, togam prætextam, sellam curulem, jus imaginis ad memoriam posteritatemque prodendæ.’ Hinc etiam pro Murena c. 19. se ædilem trinos ludos fecisse, ait. Idem de Off. II. 17. pro amplitudine honorum, quos cunctis suffragiis adeptus esset suo anno, exiguum sumtum ædilitatis suæ fuisse tradit. Advexerunt tum et attulerunt Siculi multa ex insula ad Ciceronem ædilem, quorum ille nihil in suum quæstum contulit: tantum liberalitate hominum ad annonam levandam usus est, auctore Plutarcho. Collega Ciceronis in ædilitate fuit M. Cæsonius, ut ipse Verr. II. 10. et Asconius in eum locum testantur. Scio Paullum Manutium in Asconium scribere, hunc magistratum cum Tullio non Cæsonium, sed C. Antonium gessisse: verum unde id didicerit, equidem ignoro. Hoc anno Lucullus urbem ex Tigranis regno cepit, cujus meminit in Maniliana Cicero, c. 9. Cum enim pridie Nonas Octobris magnum numerum hostium exigua manu ad Tigranocertam vicisset, deinde urbem cepit; Plut. in Lucullo, Dio l. XXXV. Eodem anno M. Pupius Piso de Hispanis triumphavit; Cic. in Pison. c. 26. et Asconius. His quoque coss.[h] templum Jovis in Capitolio, quod incendio consumtum ac refectum erat, a Q. Catulo dedicatum est; Cassiodorus et Livius l. XCVIII. Tacitus Hist. III. 72. Plin. VII. 43. Cicero etiam Verr. VI. 31. Q. Catulum appellans, Capitolium magnificentius esse restitutum, quam fuerit, ait. Circa idem tempus M. Tullius pro Fonteio dixisse videtur. Tenuerat is provinciam Galliam prætor per triennium, ut supra ad ann. 679. annotavi. Reversus autem Romam repetundarum reus factus est a Gallis, quod Fonteio prætore op-

[h] Addenda quæ de hoc templo et Catulo disputat Valesius ad Ammian. Marcell. XIV. VI. p. 34.

pressa ære alieno provincia fuisset: quæstum ipse ex viarum munitione fecisset, et portorium vini instituisset. Accusavit eum M. Plætorius, subscriptore M. Fabio: defendit M. Cicero circa hoc tempus, cum jam equites senatoribus ex lege Aurelia judicarent, quod orationis verba ostendunt. Vide cap. 12. Sequitur oratio pro A. Cæcina: cujus tempus incertum, argumentum vero tale est. M. Fulcinius Tarquiniensis Cæsenniæ uxori moriens usumfructum omnium bonorum suorum legavit, ut frueretur una cum filio hærede instituto. Filio mortuo, et auctione bonorum constituta, Cæsennia fundum ex iis bonis emere de sententia amicorum constituit: idque negotium Sex. Æbutio dedit; cui fundus, pecunia Cæsenniæ emtus, fuit addictus. Cæsennia cum non multo post A. Cæcinæ nupsisset, eumque hæredem fecisset, decessit. Tum Æbutius fundum illum, quem mandato Cæsenniæ emerat, suum esse dixit. Itaque constitutum fuit, quo die in rem præsentem veniretur, ut cum Cæcina de fundo esset dejectus, interdictum a prætore postularet. Verum Æbutius fundo occupato, Cæcinam in eum ingredi conantem, coactis armatisque hominibus per vim aditu ingressuque prohibuit. Repulsus Cæcina interdictum de armatis hominibus a Dolabella prætore impetravit, ut unde dejectus esset, eo restitueretur. Æbutius restituisse se dixit; in eamque rem sponsio facta est: de qua recuperatores a prætore dati, cognoverunt. Tota quæstio definitionis est, An interdicto de vi teneatur etiam is, qui non dejecit de fundo, sed ab ejus ingressu prohibuit? de qua re Cic. in Orat. c. 29. 'Tota mihi causa pro Cæcina de verbis interdicti fuit: res involutas definiendo explicavimus, jus civile laudavimus, verba ambigua distinximus.'

Anno Urbis 685. Ciceronis 39. Coss. fuerunt
L. Cæcilius Metellus, Q. Marcius Rex.

De his coss. Cicero in Pison. c. 4. 'Aude nunc o furia de tuo dicere, cujus fuit initium ludi Compitalicii, tum primum facti post L. Metellum et Q. Marcium coss. contra auctoritatem hujus ordinis.' Ita enim recte Paulus Manutius nomina mendosa restituit. Idem Manutius hoc anno epist. 5. libri I. ad Atticum scriptam putat; in qua de L. Ciceronis morte agit. Hoc anno P. Clodius Luculli exercitum in Nisibis urbis obsidione solicitavit, auctore Dione lib. XXXV. unde Cicero de Harusp. Resp. c. 20. 'Post exercitu L. Luculli solicitato, fugit illinc.'

Anno Urbis 686. Ciceronis 40. Coss. fuerunt C. Calpurnius Piso, M'. Acilius Glabrio.

Hi consules nominantur a Cic. Att. Ep. XII. 21. et Philipp. II. 5. quibus C. Triarius legatus Luculli a Mithridate victus fuit, ut Dio, Plutarch. et Appian. scribunt, qui addunt, cecidisse tum centuriones CL. tribunos XXIV. et castra Romanorum a Mithridate capta fuisse. Hæc est illa calamitas, quam Cicero in Maniliana c. 9. tantam fuisse ait, ut eam ad aures L. Luculli imperatoris non ex prælio nuntius, sed ex sermone rumor afferret: 'Hic in ipso illo malo, gravissimaque belli offensione, L. Lucullus, qui tamen aliqua ex parte iis incommodis mederi fortasse potuisset, vestro jussu coactus, quod imperii diuturnitati modum statuendum veteri exemplo putavistis, partem militum, qui jam stipendiis confecti erant, dimisit, partem Glabrioni tradidit.' Hactenus Cicero. Confectis stipendiis erant milites Valeriani, *Οὐαλέριοι οἱ τῆς στρατείας ἀφεθέντες*, ut Dio loquitur, qui addit, turbam etiam tum factam, cum milites Acilium consulem, qui ut Lucullo succederet, missus erat, adventare audiverunt: atque Acilius Glabrio est, quem Cicero in Maniliana Lucullo successisse ait. Huc pertinent verba illa Sallustii, quæ ex Hist. l. v. ap. Priscian. l. XVIII. leguntur: 'Legiones Valerianæ, comperto lege Gabinia Bithyniam et Pontum consuli datam, se missos esse.' Fuit enim hoc anno trib. plebis A. Gabinius; qui, cum piratæ non solum maria, verum etiam oras maritimas suis latrociniis infestas redderent, ut præter historicos Cicero in Manil. c. 11. ait, de uno imperatore contra prædones constituendo legem initio sui tribunatus promulgavit; unde idem Post Red. in Sen. c. 5. de Gabinio inquit, 'Qui in magistratu nisi rogationem de piratico bello tulisset, profecto et egestate et improbitate coactus, piraticam ipse fecisset.' Tum Hortensius in senatu contra Gabinium graviter ornateque dixit. Q. Catulus, cum ex populo Rom. quæreret, si in uno Pompeio omnia ponerent, si quid eo factum esset, in quo spem essent habituri, cepit magnum suæ virtutis fructum ac dignitatis, cum omnes una prope voce, in eo ipso se spem habituros esse dixerunt. Hæc Cicero pro lege Manilia c. 20. ubi ait etiam, c. 12. Pompeium hoc bellum piraticum, quod ipse cum Sallustio maritimum nominat, extrema hyeme apparasse, ineunte vere suscepisse, media æstate confecisse. Inter Gabinii collegas fuit L. Roscius Otho, quem

Cicero pro Murena c. 19. ait restituisse equestri ordini non solum dignitatem, sed etiam voluptatem. Tulit enim hoc anno trib. plebis legem, ut equitibus Rom. in theatro XIV. gradus proximi assignarentur; auctor Livius l. XCIX. et Dio l. XXXVI. De eadem lege Asconius in Cornelianam ita scribit: 'Roscia est, qua L. Roscius Otho biennio ante confirmavit, ut in theatro equitib. Romanis XIV. ordines spectandi gratia darentur.' Meminit ejusdem Tacitus XV. 32. Horatius in Epod. IV. et Epist. I. 1. 62. et Juvenal. Sat. III. 159. et XIV. 324. Tu vide Xylandrum in annotationibus in Plutarchi Ciceronem, in quas ea transtulit, quæ ante biennium ad ipsum pro nostra amicitia miseram. Eodem anno, cum magnus ambitus esset, C. Cornelius trib. plebis is, qui biennio post majestatis reus a Cicerone defensus est, legem de ambitu tulit; in qua gravissimis pœnis crimen hoc sanxit: quare senatus consulibus mandavit, ut huic rei moderarentur; qui tum legem tulerunt, auctore Dione, ut eorum, qui ambitus convicti essent, nemini aut magistratum gerere, aut in senatu esse liceret, addita etiam multa pecuniaria. Hæc est lex Calpurnia de ambitu, quam severissime scriptam fuisse, Cicero pro Murena c. 23. ait. Indicta erant tum comitia, ante quæ, ut Dio scribit, nihil sciscere licebat; sed cum interim candidati multa nefaria facerent, cædesque fierent, senatus decrevit, ut antequam lex de ambitu lata esset, comitia ne haberentur, et consulibus præsidium daretur: excitavit etiam turbas Cornelius, ut Dio et Asconius scribunt; ob quas cum dilata comitia essent, Cicero ter prætor primus centuriis cunctis renuntiatus est, ut ipse in Maniliana testatur, c. 1. Licebat autem ei præturam petere hoc tempore biennio post ædilitatem: vide Fam. Epist. X. 25. In præturæ petitione competitores illustres multos cum haberet, prætor primus designatus est, auctore Plutarcho. Ipse præterea in Bruto c. 93. se et prætorem primum et incredibili populi voluntate esse factum ait: idem in Pison. c. 1. confirmat. Cicero igitur prætor primus, id est primo loco factus fuit, ex octo illis qui tum fiebant. Prætores cum Cicerone designati septem hi fuerunt: Q. Voconius Naso, M. Plætorius, C. Flaminius, C. Orchinius, C. Aquillius Gallus, P. Cassius, et C. Antonius; Cic. pro Cluent. c. 34. et 53. et Ascon. De comitiis prætoriis agit Cicero Att. Ep. I. 10. et 11. quæ hoc anno scriptæ fuerunt: in undecima candidatos omnibus iniquitatibus exercitos fuisse testatur. Extremo hujus anni mense, a. d. IV. Id. Decemb. (quem

diem tribunis plebis ineundo magistratui solennem fuisse, ex Livio v. 9. et Dionysio vi. 89. patet) C. Manilius tribunatu inito, post paucυlos dies subnixus libertinorum et servorum manu legem tulit, ut libertinis in omnibus tribubus suffragium esset; auctor Asconius in Cornelianam et Milonianam. Atque hoc Dio lib. xxxvi. ita scribit: *Τῷ ἔθνει τῷ τῶν ἀπελευθέρων ἔν τε τῇ ἐσχάτῃ τοῦ ἔτους ἡμέρᾳ, καὶ πρὸς ἑσπέραν, παρασκευάσας τινὰς ἐκ τοῦ ὁμίλου, ψηφίσασθαι μετὰ τῶν ἐξελευθερωσάντων σφᾶς ἔδωκεν·* quorum verborum sententia, a docto interprete non satis bene expressa, hæc est: *Manilius libertinis extremo anni die sub vesperam comparatis nonnullis e multitudine, lege lata dedit, ut cum patronis suis suffragia ferrent.*

Anno Urbis 687. Ciceronis 41. Coss. fuerunt
M. Aimilius Lepidus, L. Volcatius Tullus.

Hos consules nominat Cicero in Catil. i. 6. et pro Sylla c. 4. quibus ipse Kal. Januarii præturam iniit, quam hoc anno gessit. Indicat Ascon. in Cornel. 'Sequenti,' inquiens, 'anno, M. Lepido, L. Volcatio coss. quo anno prætor Cicero fuit, reum Cornelium duo fratres Cominii lege Cornelia de majestate fecerunt.' Indicat idem Cicero pro Cælio c. 4. 'Fuit assiduus mecum prætore me: non noverat Catilinam: Africam tum prætor ille obtinebat: secutus est annus: causam de pecuniis repetundis Catilina dixit.'[1] Quare si Catilina causam de pecuniis repetundis anno sequente Cotta et Torquato coss. dixit, ut ex Asconio et oratione pro Sylla cognoscitur; hoc anno, quo ille Africam obtinuit, Cicero prætor Romæ fuit: quod Dio exponens res gestas hujus anni diserte scribit. Prætor Cicero quæstioni de pecuniis repetundis præfuit, ut ipse pro Rab. Post. c. 4. ita confitetur: 'Accusavi de pecuniis repetundis, judex sedi, prætor quæsivi:' et pro Cornelio, princ. 'Postulatur apud me prætorem primum de pecuniis repetundis.' Idem ostendit pro Cluentio c. 53. ubi quæstionem de pecuniis repetundis suam vocat. Judicia Cicero, ut Plut. scribit, visus fuit caste integreque exercere. De Licinio Macro idem memoriæ proditum ait, eum, qui et ipse multum in civitate poterat, et Crasso patrono

[1] Cur Gruteriana has duas voces omiserit distinctione mutata, et sequantur aliæ, viderint. Præcipue autem ad mentem Fabricii facit locus orat. ii. in Rullum cap. 18. 'Vos mihi prætori biennio ante, Quirites, hoc eodem in loco personam hanc imposuistis.'

utebatur, cum de pecuniis repetundis apud Ciceronem prætorem accusatus esset, et judices adhuc sententias ferrent, fretum sua potentia et studio amicorum domum abiisse, et caput statim totondisse, sumtaque veste pura tanquam victorem in forum revertisse: sed cum Crassus in vestibulo occurrens, eum omnibus sententiis damnatum esse, dixisset, reversum decubuisse, atque ita decessisse, aiunt: quæ res Ciceroni, ut qui judicia magna cum diligentia exerceret, gloriam peperit. Hactenus Plutarchus. Valerius Maximus IX. 12. rem paulo aliter narrat. Cicero autem Att. Ep. I. 4. quam hoc anno prætor scripsit, 'Nos,' inquit, 'hic incredibili ac singulari populi voluntate de C. Macro transegimus: cui cum æqui fuissemus; tamen multo majorem fructum ex populi existimatione illo damnato cepimus, quam ex ipsius, si absolutus esset, gratia cepissemus.' Meminit in eadem epistola comitiorum Q. Fratris, quibus ille ædilitatem petiisse videtur. Kal. Jan. hujus anni C. Manilii lex de libertinis S. C. damnata fuit, auctore Dione. Tum Manilius, ut Pompeii gratiam colligeret, legem promulgavit, ut Pompeio, qui tum in Cilicia belli maritimi reliquias persequebatur, Bithynia, Phrygia, Lycaonia, Galatia, Cappadocia, Cilicia, Colchis, Armenia Minor cum omni apparatu belli piratici, et copiis omnibus, quæ sub Lucullo meruerant, bellumque Mithridaticum, quod Lucullus jam annis septem gesserat, committeretur; Plutarch. in Pompeio, Appian. in Mithridatico, Dio l. XXXVI. Hanc legem promulgatam Q. Catulus et Hortensius viri consulares de more dissuaserunt; Cicero prætor suasit oratione, quæ pro lege Manilia extat, qua bellum Mithridaticum et genere necessarium, et magnitudine periculosum, Cn. Pompeio, in quo summa esset scientia rei militaris, virtus, auctoritas, et felicitas, transmittendum esse persuasit. Eodem anno A. Cluentius Avitus veneficii a T. Atio accusatus, a Cicerone prætore apud Q. Voconium defensus fuit. Veneno sustulisse cum alios nonnullos, tum Oppianicum vitricum suum arguebatur: sed Cicero antequam ad hoc crimen veniat, Cluentium longa defensione primum de falsa infamia purgat. Cum enim Oppianicus ante annos octo Lucullo et Cotta coss. ut supra demonstravimus, a Cluentio accusatus et condemnatus esset, defensor ejus L. Quintius rem in invidiam adduxit, cum diceret, pecuniam in judicio fuisse versatam: et cum incertum esset, ex qua parte esset profecta, populus Rom. non credidit ab Oppianico datam, quia damnatus erat, et errore multorum in falso

crimine Cluentius fuit, ut scribit Ascon. in Verr. II. 10. Hoc tempore Ciceronem etiam pro M. Fundanio et Q. Gallio dixisse, Car. Sigonius in Fragm. Ciceronis annotavit; sed de oratione pro Gallio dissentio. M. Ciceronem etiam, cum prætura fungeretur, scholam M. Antonii Gniphonis frequentasse, Tranquillus de Illustr. Gramm. c. 7. auctor est. Cum P. Vatinius, patronus asper, et magistratuum contemtor, strumis oppletum collum haberet, ac coram a Cicerone prætore aliquid peteret, idque ille non concederet, sed diu deliberaret, dixit; ea de re se, si prætor esset, nihil dubitaturum: cui Cicero: 'At ego tantas cervices non habeo.' Extremo mense hujus anni, cum Ciceroni jam biduum aut triduum præturæ superesset, Manilium quidam furti apud ipsum postulavit. Studebat Manilio populus, quod propter Pompeium, cui amicus erat, accusari videretur. Cum igitur Manilius unum diem petiisset, ac Cicero tantum insequentem dedisset, populus indigne tulit, quod mos esset, ut decem minimum dies prætores reis darent: quare productus in concionem a tribunis pleb. ibique accusatus, cum rogasset, ut audirent, dixit, Se, qui in reos semper, quantum leges permitterent, comis et humanus fuisset, indignum judicasse, non eundem se Manilio præstare; itaque ei diem, quem unum prætor in sua potestate haberet, dedita opera præfinivisse: cum non sit ejus, qui rei causam adjuvare velit, ad alium magistratum judicium rejicere. Hac oratione animi populi ita commutati sunt, ut Ciceronem lætis acclamationibus prosecuti, rogarent, ut Manilii patrocinium susciperet, quod ille præsertim ob Pompeium absentem cupide recepit; magnaque vi orationis in studiosos potentiæ paucorum et Pompeii invidos invectus est. Hactenus Plutarchus. Dio autem de eadem re in hanc sententiam scribit: 'Cum homines nobiles Manilio accusationem comparassent, isque in hoc incumberet, ut dies sibi prorogaretur, Cicero prætor, et quæstionis judex, præter alia quæ contra Manilium fecit, vix in posterum diem judicium distulit, anni et præturæ exitum prætexens: quod cum multitudo indigne ferret, in concionem venit, coactus a tribunis pleb. senatumque insectatus, Manilii causam defensurum se promisit.' Sed quo minus hoc judicium fieret, Dio tumultum in causa fuisse ait: quem brevi expediam. Comitia consularia hoc anno habente L. Volcatio Tullo, consules designati fuerunt P. Autronius Pætus et P. Cornelius Sylla. Designatos jam L. Cotta et L. Torquatus lege Calpurnia de ambitu, de qua diximus, accu-

sarunt et damnarunt, atque ad se magistratum transtulerunt, ut Cic. in orat. in Toga Candida, Asconius in eam, Sallustius Catil. c. 18. et Dio testantur. Cicero quoque de Fin. II. 19. ait, L. Torquatum adolescentulum eripuisse P. Syllæ consulatum, et ad patrem suum retulisse. Eodem tempore Catilina, cum de provincia Africa decessisset petiturus consulatum, pecuniarum repetundarum reus factus, prohibitus fuit petere, auctore Sallustio et Asconio. Tum contra remp. conjuraverunt pauci, in quibus a Sallustio P. Autronius, L. Catilina, et Cn. Piso numerantur. Dio et Suetonius in Cæs. c. 9. illis addunt P. Syllam, nec dissentit Livius l. CI. quo nomine Sylla post annos quatuor a L. Torquato accusatus, ab Hortensio et Cicerone defensus fuit. Hi circiter Nonas Decemb. consilio communicato, parabant in Capitolio Kalend. Jan. Cottam et Torquatum coss. interficere. Ea re cognita, in Nonas Februar. consilium cædis transtulerunt: sed neque tum cædes facta est, quod Catilina signum conjuratis, priusquam parati essent, dederit; Sallust. et Ascon.

Anno Urbis 688. Ciceronis 42. Coss. fuerunt
L. Aurelius Cotta, L. Manlius Torquatus.

Horum consulum meminit Cicero Agrar. II. 17. et in Catil. III. 8. his verbis: 'Memoria tenetis, Cotta et Torquato coss. complures in Capitolio turres de cœlo esse percussas, cum et simulachra Deorum immortalium depulsa sunt, et statuæ veterum hominum dejectæ, et legum æra liquefacta: tactus est etiam ille, qui hanc urbem condidit, Romulus,' &c. Eadem prodigia Cicero in secundo de Consulatu Uraniam Musam narrantem fecit versibus elegantissimis, qui extant lib. I. de Divin. c. 11. De iisdem Obsequens et Dio lib. XXXVII. M. Tullius ex prætura in provinciam ire noluit, ut ipse pro Murena testatur: sed cum anno sequente consulatum petere cogitaret, hoc tempore prensabat: qua de re ait in Att. Ep. I. 1. quam hoc anno ante comitia consularia Attico scripsit. His coss. Cicero C. Cornelium de majestate apud Q. Gallium prætorem quatriduo defendit, quas actiones in duas orationes collatas edidit, auctore Asconio, apud quem reliquiæ orationum extant. Eodem anno, ut Dio lib. XXXVII. scribit, C. Papius trib. plebis legem tulit, ne quis peregrinus in urbe esset. Hinc Cicero de Off. III. 11. 'Male etiam qui peregrinos urbibus prohi-

bent, eosque exterminant, ut Pennus apud patres nostros, Papius nuper.' Hanc legem Papiam nominat idem pro Archia c. 5. eandem intelligit in Agrar. I. 4. cum inquit, 'Simillime atque in illa lege, qua peregrini Roma ejiciuntur, Glaucippus excipitur.' Hoc quoque anno Catilina accusatus est repetundarum a P. Clodio adolescente; Cicero pro Cælio c. 4. et Asconius. Reo de pecuniis repetundis Catilinæ advocatus fuit Torquatus consul; pro Sylla c. 29. Clodius accusator a Catilina pecuniam accepit, ut turpissime prævaricaretur; de Harusp. Resp. c. 20.

Anno Urbis 689. Ciceronis 43. Coss. fuerunt
L. Julius Cæsar, C. Marcius Figulus.

Hos consules nominat Cicero pro Sylla c. 20. iisdem se filiolo auctum scribit Att. Ep. I. 2. Quia vero annus 43. legibus Romanis consularis fuit, ut Cicero Philipp. V. 17. ostendit, ideo Cicero hoc anno consulatum petivit; de quo pro Cælio inquit c. 4. 'Deinceps fuit annus, quo ego consulatum petivi.' In consulatus petitione sex competitores Cicero habuit; P. Sulpicium Galbam, L. Sergium Catilinam, C. Antonium, L. Cassium Longinum, Q. Cornificium, et C. Licinium Sacerdotem: de quibus Ascon. in orat. in Tog. Cand. et Q. Cicero de Petit. Cons. c. 2. In his patricii duo fuerunt, P. Galba et L. Catilina; de quibus Cicero pro Murena c. 8. 'Etenim mihi ipsi accidit, ut cum duobus patriciis, altero improbissimo atque audacissimo, altero modestissimo atque optimo viro, peterem; superavi tamen dignitate Catilinam, gratia Galbam.' Cum autem in dies licentia ambitus augeretur propter præcipuam Catilinæ et Antonii audaciam, censuerat senatus, ut lex ambitus aucta etiam cum pœna ferretur: cui rei cum Q. Mucius Orestinus trib. plebis intercessisset, graviter senatu intercessionem ferente, Cicero surrexit, atque in coitionem Catilinæ et Antonii invectus est, habita oratione in Toga Candida. Utebatur enim hoc tempore magistratum petens candida toga, quam Polybius lib. X. τήβενναν λαμπρὰν nominat. Eam orationem, cujus fragmenta apud Asconium extant, Quintilian. III. 9. vocat librum in competitores, quem vituperationem continere ait, et tamen in senatu esse habitum loco sententiæ. Catilina jam convocatis iis quibus maxima necessitudo et plurimum audaciæ inerat, consilium suum exposuerat, quod per Fulviam in vulgus prolatum, inprimis studia homi-

num accendit ad consulatum mandandum M. Tullio Ciceroni, ut Sallustius Catil. c. 23. scribit. ‘ Itaque,’ ait Asconius in Orat. in Tog. Cand. ‘ Cicero consul omnium consensu factus est: Antonius pauculis centuriis Catilinam superavit.’ Et ipse in Pison. c. 1. ‘ Me cuncta Italia, me omnes ordines, me universa civitas non prius tabella, quam voce priorem consulem declaravit.’ Item Agraria II. 2. ‘ Est illud amplissimum, quod hoc honore ex novis hominibus primum me multis posthabitis affecistis, quod prima petitione, quod anno meo: sed tamen magnificentius atque ornatius esse illo nihil potest, quod meis comitiis non tabellam vindicem tacitæ libertatis, sed vocem vivam præ vobis indicem vestrarum erga me voluntatum ac studiorum tulistis: itaque me non extrema tribus suffragiorum, sed primi illi vestri concursus, neque singulæ voces præconum, sed una voce universus pop. Rom. consulem declaravit.’ Hoc anno Ciceronem Q. Gallium de ambitu defendisse ut putem, Asconius facit; qui in orat. in Toga Candida scribit, postea defensum esse Gallium. Prætor fuerat anno superiore: hoc vero tempore de ambitu accusatus fuit, quod præturæ candidatus cum esset, gladiatorium dedisset, auctor Asconius. Eodem anno illud memoria dignum accidisse Dio scribit, quod is, qui Syllæ jussu Lucretium occiderat, et alius, qui multos proscriptos interfecerat, rei inter sicarios facti et condemnati sunt, auctore inprimis Julio Cæsare, ubi L. Bellienum et L. Luscium significari, ex Asconio in orat. pro Ligario c. 4. scripsi: ubi Cicero ait, Syllanam crudelitatem a C. Cæsare esse vindicatam. Cæsar enim hoc anno in exercenda de sicariis quæstione eos quoque sicariorum numero habuit, qui proscriptione ob relata civium Romanorum capita pecunias ex ærario acceperant, auctore Suetonio in Cæs. c. 11. Eas vero pecunias M. Catonem quæstorem anno superiore, Cotta et Torquato coss. etiam exegisse, Plutarch. in Catone scribit. Neque solum hoc præter opinionem multitudinis accidisse Dio ait, verum etiam quod Catilina, qui permultos a Sylla proscriptos occiderat, in judicium adductus et absolutus fuit: atque hoc est illud judicium, in quo Catilinæ Torquatum non affuisse, cum adessent ceteri, Cicero pro Sylla dicit, c. 29. Catilinam a L. Lucullo reum inter sicarios factum post repulsam, Asconius scribit. Fuit hoc anno censor L. Aurelius Cotta, ut Plutarch. in Cicerone ostendit: itaque L. Cotta homo censorius dicitur, pro Domo sua, c. 32. Extremo hujus anni mense P. Servilius Rullus trib. plebis inito magistratu legem agra-

riam promulgavit, ut decemviri summo cum imperio crearentur, qui in sua potestate Italiam totam, Syriam universam, eaque omnia quæ virtute Pompeii recens imperio Romano adjecta erant, haberent; venderent quicquid publicum populi Rom. esset; judicarent de omnibus, de quibus ipsi vellent, exules ejicerent, colonias deducerent, pecuniam ex ærario caperent, milites, quot opus haberent, conscriberent et alerent. Hæc capita legis agrariæ Plutarch. in Cicerone recenset; sed ipse in Orationibus plura habet, quæ ad hæc pertinent.

Anno Urbis 690. Ciceronis 44. Coss. fuerunt
M. Tullius Cicero, C. Antonius.

Kal. Januarii Cicero se rempubl. accepisse plenam solicitudinis, plenam timoris, in qua nihil esset mali, nihil adversi, quod non boni metuerent, improbi expectarent, ait Agrar. II. 3. Nam tribuni plebis, ut Dio scribit, nacti Antonium consulem moribus sibi simillimum, partim liberos eorum, qui a Sylla proscripti, honorum petitione privati erant, ad magistratus adducebant; partim P. Pæto et Cornelio Syllæ, qui cum ipso damnatus fuerat, senatoriam dignitatem restituebant, atque ut magistratus gerere possent, permittebant: alii novas tabulas proponebant, alii legem ferebant de agris dividendis per Italiam, et ditiones quæ populi Rom. imperio parebant. Hactenus Dio. Multa Antonius, collega Ciceronis, in republ. moliebatur, favebat legi agrariæ, et Catilinæ familiaris, ab ejus consiliis non erat alienus: quod Cicero pro Sextio c. 3. et in Pison. c. 2. Sallustius, Plutarchus et Dio significant: erat enim inflatus Catilina Antonii promissis; pro Murena c. 24. Hunc igitur Cicero patientia et obsequio suo primum mitigavit, atque ita de lege Agraria cœpit agere. Kalendis Januarii inito consulatu senatum et bonos omnes legis Agrariæ maximarumque largitionum metu liberavit, ut ipse in Pison. ait. Tum primam orationem consularem habuit in senatu, Att. Ep. II. 1. atque hæc est oratio prima contra Rullum, cujus pars extat, in qua disputat contra venditionem rerum publicarum, emtionem agrorum, et deductionem coloniarum. Hac oratione, Plutarchus auctores legis ita perterritos fuisse ait, ut nihil contra dixerint. Cum deinde iidem consules in concionem vocarent, Cicero populo Rom. disceptatore uti non dubitavit: sed, cum senatum se sequi jussisset, progressus, secundam

orationem consularem ad populum de lege Agraria dixit, in qua legem Serviliam antiquandam esse suadet, quod per eam Rullus simulatione largitionis tyrannidem constituat: cum et decemviris creandis libertatem populo eripiat, et in agrorum venditione atque emtione, coloniarumque deductione tyrannicam potestatem ipsis permittat. Hac oratione Plutarchus ait, Ciceronem non modo legem ejecisse, verum etiam tribunos in desperationem reliquorum, quæ moliebantur, conjecisse. Huc accesserunt duæ orationes breves, quasi ἀποσπασμάτια legis Agrariæ, ut scribit ad Atticum Ep. II. 1. Harum una, quæ contra Rullum ad populum tertia legitur, brevissima extat: qua se defendit contra accusationem tribunorum, qui Ciceronem gratificantem Syllanarum assignationum possessoribus, Agrariæ legi obsistere criminati erant. Ita factum est, ut Cicerone dicente, legem Agrariam, hoc est, alimenta sua abdicaverint tribus, ut Plinius VII. 30. ait. Quanta vis dicendi et eloquentia in Cicerone fuerit, Plutarchus in eo quoque declaratum fuisse ait, quod in illius consulatu circa spectacula evenit. L. Roscius Otho legem theatralem Pisone et Glabrione coss. tulerat, ut supra demonstravimus, quam plebs ad ignominiam suam pertinere censuit: ideoque Roscium in theatro sibilis consectata est, cum equites contra illum plausu exceperunt. Sublato deinde majore hinc sibilo, inde plausu, convicia et tumultus tota cavea consecutus est. Quo audito, M. Tullius in theatrum venit, et populum in ædem Bellonæ evocatum reprehendendo et admonendo castigavit. Hanc orationem consularem tertiam de Othone appellat lib. II. ad Att. ep. 1. qua effectum est, ut Roscio theatralis auctori legis plebs ignoverit, et notatam se discrimine sedis æquo animo tulerit, ut Plinius VII. 30. testatur. Plutarchus vero scribit plebem ex æde Bellonæ in theatrum reversam, Othoni magnum plausum dedisse, et de ornando viro equestri ordini nihil concessisse. Quarta oratio consularis pro Rabirio extat, sed imperfecta. Unde orta hæc causa fuerit, diximus supra ad annum 653. quo Saturninus occisus fuit. Hoc vero tempore C. Julius Cæsar T. Labienum subornavit, qui C. Rabirio perduellionis diem diceret, ut Suetonius in Cæs. c. 12. scribit, et Dio pluribus verbis lib. XXXVII. Est autem perduellio summum imminutæ majestatis crimen, de quo duumviri a populo creati quærere solebant: quod vetus lex apud Livium I. 26. ostendit. Itaque C. et L. Cæsares duumviri in hac causa creati, non a populo, ut moris erat, sed a prætore, quod non licebat, Rabirium

condemnarunt, ut Dio scribit. C. Cæsar, auctore Suetonio, 'sorte judex in reum ductus tam cupide condemnavit, ut ad populum provocanti nihil æque ac judicis acerbitas profuerit.' Populo appellato, comitia centuriata, quibus de perduellione judicari solebat, in campo Martio habita sunt: ubi consul Cicero C. Rabirium defendit, tum quod senatus imperio paruisset, tum quod fidem publicam non violasset, quam Marius sine S. C. dare non potuisset. De hac causa in Pisonem c. 2. hæc dixit: 'Ego in C. Rabirio perduellionis reo 40. annis ante me consulem interpositam senatus auctoritatem sustinui contra invidiam, atque defendi.' De eadem in Oratore c. 29. 'Jus omne retinendæ majestatis Rabirii causa continebatur, ergo in omni genere amplificationis exarsimus.' Quinta oratio consularis fuit de proscriptorum filiis. Hi sunt, quos Plutarchus in Cic. scribit, lege Cornelia honoribus exclusos, cum neque infirmi neque pauci essent, populum concitasse; ac juste quidem Syllæ tyrannidem accusasse, verum alieno tempore rempubl. perturbasse. Dictator enim Sylla non solum inimicos suos proscripsit, sed eorum etiam filios petendorum honorum jure, lege lata, privavit: auctores sunt Plutarchus in Sylla, Paterculus II. 28. et Dionysius Halicarn. lib. VIII. qui addit illis etiam aditum in senatum obstructum fuisse: itaque petentibus illis, ut, lege Cornelia abrogata, capessendorum honorum potestas sibi fieret, Cicero consul restitit, qua de re Quintilian. XI. 1. et Cicero in Pison. c. 2. 'Ego adolescentes bonos et fortes, sed usos ea conditione fortunæ, ut si essent magistratus adepti reip. statum convulsuri viderentur, meis inimicitiis, nulla senatus mala gratia, comitiorum ratione privavi.' Hinc Plinius VII. 30. Ciceronem appellans, 'Te orante,' inquit, 'proscriptorum liberos honores petere puduit.' Sextam orationem consularem M. Tullius ad Atticum numerat, quam habuit, cum provinciam in concione deposuit. Provincias senatus consulibus lege Sempronia decreverat Macedoniam et Galliam Cisalpinam: Macedoniam, ut Dio scribit, Cicero, Galliam Antonius erat sortitus. Commutatis deinde provinciis, Cicero pro illa hanc recepit, acceptamque in concione deposuit. Hinc in Pisonem c. 2. 'Ego,' inquit, 'provinciam Galliam senatus auctoritate, exercitu et pecunia instructam et ornatam, quam cum Antonio communicavi,' [*commutavi* fortasse rectius] 'quod ita existimabam tempora reip. ferre, in concione deposui, reclamante populo Rom.' Interim L. Sergius Catilina arma per Italiam locis opportunis pa-

rabat, pecuniam sua aut amicorum fide sumtam mutuam, Fæsulas ad C. Manlium centurionem portabat: denique plurimos cujusque generis homines asciscebat, et in proximum annum consulatum petebat, ut Sallustius scribit, c. 24. et 26. Cum omnia, ut consul designaretur, Catilina moliretur, nihilque intentatum relinqueret, M. Tullio referente placuit senatui, ut ad pœnam, quæ ambitus crimini constituta erat, decem annorum exilium, lege ad populum lata, adderetur. Hæc Dio. Legem de ambitu se consulem tulisse, Cicero quoque pro Murena aliquoties significat. Item in Vatinium c. 15. 'Atque illud etiam audire a te cupio, quare cum ego legem de ambitu ex S. C. tulerim, sine vi tulerim, salvis auspiciis tulerim, salva lege Ælia et Fufia, tu eam esse legem non putes?' Vetabat eadem lex biennio, quo quis peteret, petiturusve esset, gladiatores dare, nisi ex testamento præstituta die, ut ibidem, et pro Sextio ait, c. 64. Cum Catilina, ut Dio tradit, hanc legem Tulliam contra se ex S. C. latam putaret, manum quandam comparavit, et Ciceronem cum aliis nonnullis principibus in campo comitiis interficere conatus est, ut ipse confestim designaretur. Edicta comitia consularia fuisse videntur in a. d. XII. Kalend. Novemb. qui nominatur in Catil. I. 3. sed, cum pridie ejus diei Cicero Catilinæ consilia ad senatum detulisset, factum est S. C. ne postero die comitia haberentur, ut de iis rebus in senatu agi posset. 'Itaque postridie,' inquit Cicero pro Murena c. 25. 'frequenti senatu Catilinam excitavi, atque eum de iis rebus jussi, si quid vellet, quæ ad me allatæ essent, dicere: atque ille, ut semper fuit apertissimus, non se purgavit, sed indicavit, atque induit: tum enim dixit, duo corpora esse reip. unum debile infirmo capite, alterum firmum sine capite: huic, cum ita de se meritum esset, caput se vivo non defuturum.' Hactenus Cicero: idem est apud Plutarch. Eo die, id est, decimo octavo ante, quam primam Catilinariam Cicero dixit, ut Asconius in orat. in Pison. c. 2. scribit, factum est S. C. ut viderent consules, ne quid respub. detrimenti caperet: de quo Sallustius c. 29. et Plutarchus, qui addit, hoc S. C. facto, Ciceronem res externas Q. Metello commisisse, ipsi urbem curæ fuisse: idem Cicero Fam. Ep. v. 2. significat. Comitiis, quod homines jam tum conjuratos, ut pro Murena c. 26. testatur, in campum deduci sciebat, descendit in campum cum firmissimo præsidio fortissimorum virorum, et cum illa lata insignique lorica, ut omnes boni animadverterent, et cum in metu et

periculo consulem viderent, id quod est factum, ad opem præsidiumque ejus concurrerent. Tectus igitur præsidio firmo amicorum, Catilinæ tum, et Autronii copias et conatum repressit, ut ait pro Sylla c. 18. et in Catil. I. 5. ' Cum proximis comitiis consularibus me consulem in campo, et competitores tuos interficere voluisti, compressi tuos nefarios conatus amicorum præsidio et copiis, nullo tumultu publice concitato.' Loricæ, qua tectus Cicero in campum descendit, meminerunt Plutarch. et Dio. His comitiis Catilina repulsam iterum tulit: consules declarati sunt D. Junius Silanus et L. Licinius Murena. ' Cum igitur nihil,' inquit Dio, ' Catilinæ procederet, jussit conjuratos noctu in domum quandam convenire.' Fuit ea domus M. Porcii Leccæ, in quam conjuratos nocte ea, quæ consecuta est posterum diem Nonarum Novembr. Catilinæ denuntiatione convenisse, Cicero pro Sylla ait, c. 18. Tum Catilinæ dies exeundi, tum ceteris manendi conditio, tum descriptio totam per urbem cædis atque incendiorum constituta est: quod a Cic. Orat. in Catil. I. et II. et a Sallustio explicatur. Dixit ibi Catilina, paululum esse sibi etiam tum moræ, quod Cicero viveret; reperti sunt duo equites Romani, qui sese illa ipsa nocte paulo ante lucem Ciceronem in suo lectulo interfecturos pollicerentur; Catil. I. 4. Alter eorum C. Cornelius a Sallustio c. 28. et Cicerone pro Sylla c. 6. nominatur: ei Sallustius L. Vargunteium addit, qui senator, non eques fuit. Plutarchi libri Marcium et Cethegum habent. Dio neutrius nomen expressit. Cum autem Cicero per Fulviam de dolo, qui parabatur, vixdum etiam cœtu illo dimisso, certior factus esset, domum suam majoribus præsidiis munivit atque firmavit: exclusit eos quos Catilina mane ad ipsum salutatum miserat; Cic. in Catil. I. 4. Sallust. Plutarch. Appian. et Dio. VI. Idus Novemb. Cicero senatum in Jovis Statoris ædem, quæ erat initio Viæ Sacræ, qua ad Palatium ascenditur, convocavit. Venit eodem Catilina, eique nullus senator assidere voluit, ut Plutarch. scribit. Cicero in Catil. I. 7. et II. 6. ait principes ordinis senatorii partem illam subselliorum, ad quam ille accesserat, nudam atque inanem reliquisse. Tum M. Tullius consul sive præsentiam ejus timens, sive ira commotus, orationem habuit luculentam, atque utilem reipubl. quam postea scriptam edidit, ait Sallust. c. 31. Hæc est prima oratio in Catilinam, et septima consularis, qua Catilinam emisit; Att. Ep. II. 1. ' Ego,' inquit in Pison. c. 2. ' L. Catilinam, cædem se-

natus, interitum urbis non obscure sed palam molientem, egredi ex urbe jussi: ut a quo legibus non poteramus, mœnibus tuti esse possemus.' Plutarch. 'Cicero eum urbe exire jussit: oportere enim inter se, qui verbis, et illum, qui armis rempubl. gereret, murum interesse.' Catilina igitur nocte intempesta cum trecentis armatis, lictoribus et fascibus imperii insignibus adhibitis, ex urbe in Manliana castra profectus est. Postridie, quam Catilina profugit, Cicero orationem ad populum habuit, quam octavam consularem numerat Att. Ep. II. 1. et est secunda Catilinaria, in qua Orator gratulatur populo et reipub. quod Catilina ex urbe sit profectus: atque ad confirmandos animos bonorum civium, et infringendos conjuratos, utriusque partis copias inter se comparat. Postquam Romæ compertum fuit, Catilinam in castra Manliana profectum esse, senatus Catilinam et Manlium hostes judicavit: decrevit præterea, uti consules delectum haberent, Antonius cum exercitu Catilinam persequi maturaret, Cicero urbi præsidio esset, auctore Sallustio c. 36. Catilina jam bellum gerente, cum ejus socii in urbe relicti nondum essent deprehensi, Cicero Murenam consulem designatum defendit, ut ex ipsa oratione c. 27. et pro Flacco c. 39. apparet. Accusarunt eum de ambitu Ser. Sulpicius, M. Porcius Cato, et Cn. Postumius. Sulpicius competitor ejus fuerat, et repulsam tulerat. Catonem Plutarchus in ejus vita scribit jurasse, accusaturum se quemcumque pecuniam populo dare cognovisset: ideoque Murenæ nomen ab eo delatum esse, quod is pecunia effecisset, ut consul cum Silano designaretur. Defenderunt Murenam Q. Hortensius, M. Crassus, et M. Cicero, qui, cum Hortensium eloquentiæ laude tum florentem superare contenderet, nullam partem noctis conquievit, usque eo ut, nimiis curis et vigiliis afflictus, inferior, quam ille, in actione visus fuerit. Hæc Plutarchus in Cicerone, ut ego jampridem converteram, ubi quod alii *μὴ* addunt, alii *αὑτοῦ* pro *αὐτοῦ* legunt, nullo modo probare possum. Interim P. Lentulus Sura legatos Allobrogum, qui Romam questum de avaritia magistratuum venerant, solicitavit, eosque in Galliam ad suos cives cum literis misit. Cicero omni re, opera Q. Fabii Sangæ patroni civitatis Allobrogum cognita, L. Valerio Flacco et C. Pomptinio prætoribus imperavit, ut in ponte Mulvio per insidias Allobrogum comitatus deprehenderent. Igitur IV. Nonas Decembr. cum advesperasceret, occulte eo profecti, tertia fere vigilia exacta, Allobroges cum comitatu et literis compre-

henderunt, atque ad Ciceronem, cum jam dilucesceret, deduxerunt. III. Nonas Cicero principes conjurationis ad se venire jussit, et senatum in ædem Concordiæ vocavit. Ibi T. Vulturcii et Allobrogum indiciis conjuratio omnis patefacta est. Introductis in senatum indicibus, Cicero constituit C. Cosconium, M. Messalam, P. Nigidium, Ap. Claudium, qui omnia indicum dicta, interrogata, responsa perscriberent: quod ipse pro Sylla refert, c. 14. Tum Lentulus, Cethegus, Statilius, Gabinius, et Cæparius ex S. C. in custodiam sunt traditi: quæ Cicero in Catil. III. Sallustius c. 40. Plutarchus, Appianus, et Dio pluribus verbis exponunt. Eo die senatus Ciceroni togato, non, ut multis, bene gestæ, sed ut nemini, conservatæ reipub. testimonium dedit, et singulari genere supplicationis Deorum immortalium templa patefecit; in orat. in Pison. c. 3. Ejusdem supplicationis mentio est Catil. III. 10. et IV. 3. Philipp. II. 1. et XIV. 8. pro Sylla c. 30. et Fam. XV. 4. Sub noctem progressus in concionem Cicero, populo, qui frequens aderat, quicquid in senatu actum erat, exposuit ea oratione, quæ tertia in Catilinam extat, et nona consularis numeratur; Att. Ep. II. 1. E concione Cicero, ut Plutarch. scribit, in domum vicini a populo deductus fuit, eo quod domi ejus in operto sacra Bonæ Deæ a mulieribus et Vestalibus fierent. Ibi tum peracto sacrificio, cum ignis in ara jam extinctus putaretur, magna flamma e cineribus in altum sublata fuit; quo ostento aliarum mentes perculsæ fuerunt. Vestales Terentiam Ciceronis conjugem maritum adire, atque dicere jusserunt, quæ de patriæ salute agere instituisset, ea exsequi ne dubitaret. Ostenti hujus mentio est quoque in Dionis Historia lib. XXXVII. Postero die, pridie Nonas Decembr. indicibus præmia constituta fuerunt, ut Cic. in Catil. IV. 3. indicat. Nonis Decembr. cum Cicero consul intelligeret, paratos esse, qui Lentulum et Cethegum eriperent, dispositis præsidiis, et senatu convocato, retulit, quid de iis fieri placeret, qui in custodiam traditi erant. Primus D. Junius Silanus, quia consul designatus erat, sententiam rogatus, extremum supplicium in eos decrevit. Ei assensi sunt deinceps multi, donec ad Ti. Neronem sententiæ dictio pervenit: hunc censuisse Appian. ait, ut comprehensi in vinculis haberentur, quoad Catilina bello profligatus esset. Cæsar deinde prætor designatus censuit, eos publicatis bonis in vinculis per municipia habendos. Huic sententiæ, ait Plutarchus, cum et æquitatis plena, et ab homine eloquentissimo dicta esset, momenti Ci-

cero non parum addidit: surrexit enim, atque in utramque partem disseruit, partim illam Silani, partim hanc Cæsaris sententiam defendens. Quibus verbis summam quartæ orationis in Catilinam comprehendit: in qua Cicero de duabus sententiis contrariis ita disputat, ut non obscure in severiorem Silani inclinet: atque hæc est decima oratio consularis: quam in senatu Nonis Decembr. habitam fuisse, ipse Att. Ep. II. 1. scribit; ut satis mirari nequeam, Silvium et Curionem affirmare, illam orationem VII. Idus dictam fuisse. Cæsari deinceps omnes assensos esse usque ad Catonem, Appian. et Dio tradunt. Plutarch. ait Q. Lutatium Catulum primum contradixisse. Inde M. Porcius Cato trib. plebis designatus, adhuc admodum adolescens, pæne inter ultimos rogatus sententiam, tanta vi animi atque ingenii invectus est in conjurationem, ut ardore oris orationem omnium lenitatem suadentium societate consilii suspectam fecerit; sic impendentia ex ruinis incendiisque urbis, et commutatione status publici pericula exposuit; ita consulis virtutem amplificavit, ut universus senatus in ejus sententiam transiret. Hæc Velleius II. 35. Tu lege Ciceronem pro Sextio c. 28. Facto igitur S. C. in Catonis sententiam, supplicium de Lentulo, Cethego, Statilio, Gabinio, Cæpario in carcere sumtum est. Atque ita M. Cicero suis consiliis, suis laboribus, sui capitis periculis, sine tumultu, sine delectu, sine armis, sine exercitu, quinque hominibus comprehensis atque confossis, incensione urbem, internecione cives, vastitate Italiam, interitu rempubl. liberavit; in orat. pro Sylla c. 11. Ad vesperum, cum Cicero, ut Plutarch. scribit, per forum se domum suam reciperet, non jam silentio cives, neque ordine illum deducebant; sed quocumque accesserat, omnes eum vocibus et plausu excipiebant, et servatorem ac conditorem patriæ appellabant. In foribus lampades et faces accensæ vicos et angiportus clarissima luce collustrabant, pro tectis mulieres stabant, ut eum virum honorarent et spectarent, qui clarissimis viris comitatus tanto splendore per forum ascenderet. Atque hæc facta sunt Nonis Decembr. quas Cicero semper in ore habebat, ut scribit Brutus ad Att. Vide Fam. Ep. I. 9. Att. Ep. I. 13. et X. 1. In consulatu M. Tullius legem quoque de legationibus liberis tulit, ne sicut antea, infinitum, sed annuum tempus earum esset; de Leg. III. 8. Quæstor Ciceronis coss. fuit T. Fadius; post Red. in Senatu c. 8. Antonii quæstor fuit P. Sextius; pro Sextio c. 3. Eodem anno Cicero consul L. Lu-

culli currum triumphalem pæne in urbem introduxit; in Lucullo c. 1. Itaque Murenæ consulatum petenti exercitus totus Luculli, qui ad triumphum per eos dies venerat, præsto affuit; pro Murena c. 18. Eodem consule referente, primum decem dierum est supplicatio decreta Cn. Pompeio, Mithridate interfecto, confectoque Mithridatico bello; in orat. de Prov. Cons. c. 11. Hactenus consulatum Ciceronis descripsimus: de quo M. Crassus ita dixit: 'Se, quod esset senator, quod civis, quod liber, quod viveret, Ciceroni acceptum referre: quoties conjugem, quoties domum, quoties patriam videret, toties se beneficium ejus videre.' Att. Ep. I. 14. Maxime vero consulatum hunc Cn. Pompeius probavit; qui, ut Ciceronem primum decedens ex Syria vidit, complexus et gratulans, ejus beneficio patriam se visurum esse dixit; Philipp. II. 5. Idem vir abundans bellicis laudibus Ciceroni multis audientibus hoc tribuit, ut diceret, Frustra se tertium triumphum deportaturum fuisse, nisi ejus in rempubl. beneficio, ubi triumpharet, esset habiturus; de Off. I. 22. Ciceronem præterea Q. Catulus princeps senatus, et auctor publici consilii frequentissimo senatu parentem patriæ nominavit; in Pison. c. 3. Neque solum Catulus, verum etiam multi alii sæpe in senatu Ciceronem patrem patriæ nominarunt, ut ipse testatur pro Sextio c. 57. In his Plutarchus numerat Catonem. De quo Appianus: 'Cum Cato Ciceronem patrem patriæ appellasset, populus acclamavit: atque, ut quibusdam placet, hæc appellatio primum Ciceroni tributa, inde ad imperatores pervenit.' Hinc Juvenal. Sat. VIII. 243. 'Roma parentem, Roma patrem patriæ Ciceronem libera dixit.' Et Plinius VII. 10. M. Tullium sic affatur: 'Salve primus omnium parens patriæ appellate.' De Cicerone L. Gellius vir clarissimus in concione dixit, si ille consul, cum fuit, non fuisset, rempubl. funditus interituram fuisse; post Red. ad Quirites c. 7. Idem civicam coronam Ciceroni deberi a republ. dixit; in Pisonem c. 3. Vide Gellium V. 6. Cum extremis diebus anni hujus novi tribuni plebis, quia a. d. IV. Id. Decembr. magistratum inibant, (ut supra ad ann. 686. demonstravimus,) res eas, quas Cicero consul gesserat, vexare cuperent, ille P. Sextium Capua accersivit cum eo exercitu, quem tum secum habebat: cujus adventu tribunorum conatus sunt retardati; Cicero pro Sextio c. 4. Hos tribunos Plutarchus Metellum et Bestiam nominat; sed L. Calpurnius Bestia tribunatu jam V. Id. abierat, quod Manutius et Corradus ex Sallustio

monuerunt. Quintus autem Metellus Nepos novus tribunus pridie Kalend. Januarii Ciceronem consulem abeuntem magistratu concionis habendæ potestate privavit: cujus injuria Ciceroni tamen honori summo fuit: nam cum ille nihil ei, nisi ut juraret permitteret, magna voce juravit verissimum pulcherrimumque jusjurandum: quod populus item magna voce ipsum vere jurasse juravit; Fam. Ep. v. 2. Juravit autem se patriam conservasse, ut Plutarch. et Dio scribunt; et ipse Cicero in Pison. c. 3. 'Ego,' inquit, 'cum in concione abiens magistratu dicere a tribuno plebis prohiberer, quæ constitueram; cumque is mihi tantummodo, ut jurarem, permitteret; sine ulla dubitatione juravi, rempublicam atque hanc urbem mea unius opera esse salvam: mihi populus Romanus universus illa in concione non unius diei gratulationem, sed æternitatem immortalitatemque donavit, cum meum jusjurandum tale atque tantum juratus ipse una voce et consensu approbavit: quo quidem tempore is meus domum fuit e foro reditus, ut nemo, nisi qui mecum esset, civium esse in numero videretur.' Hujus frequentiæ, qua abiens consulatu domum fuit reductus, mentio est in Att. Ep. I. 13.

Anno Urbis 691. Ciceronis 45. Coss. fuerunt
D. Junius Silanus, L. Licinius Murena.

Ab his consulibus lata fuit lex Junia Licinia, qua, ut leges trinundino die promulgarentur, pœna adjecta cavebatur, Cic. Philipp. v. 3. 'Ubi lex Cæcilia et Didia? ubi promulgatio trinundinum? ubi pœnæ recenti lege Junia et Licinia?' Ejusdem legis meminit in Vatinium c. 14. et Att. Ep. II. 9. et IV. 15. Initio hujus anni Catilina in agro Pistoriensi a C. Antonio proconsule cum exercitu cæsus est; Sallustius Catil. c. 57. Dio XXXVII. Livius l. CIII. Vicit eum prælio M. Petreius legatus Antonii, de quo Cicero pro Sextio c. 5. Victo Catilina Antonius laureatos fasces, ut Obsequens scribit, in Macedoniam provinciam tulit, cui per triennium deinde præfuit. Quia vero Antonius in fascibus insignia laureæ præferebat, imperator appellatus erat: qua de re scripsi in Ligarianam. Itaque Cic. Fam. v. 5. qua Antonio T. Pomponium Atticum in Græciam proficiscentem hoc anno commendavit, Imperatori ascribit, quod Paullus Manutius sine causa miratur; nam et Dio lib. XXXVII. aperte tradit, Antonium ob victoriam de Catilina, quanquam cæsorum numerus infra legitimum

esset, imperatorem appellatum fuisse. Metellus tribunus pleb. a. d. III. Non. Januar. ut est Fam. V. 2. cum agere cœpisset, non in senatu, ut vir doctus annotavit, sed ad populum, ἐν τῷ ὁμίλῳ, ut Dio loquitur, (fuisse autem diem comitialem vetus kalendarium ostendit) tertio quoque verbo orationis suæ Ciceronem appellabat, cum clamaret, non licuisse ei, Lentulum, Cethegum, et reliquos cives indicta causa necare: atque hoc crimen verbo Ciceroni, re senatui intendebatur, auctore Dione. Cicero Metello forti animo restitit, et orationem Metellinam contra concionem Metelli scripsit, cum ille prior scripsisset; Att. Ep. I. 13. et III. 12. Meminit Quintilian. IX. 3. Gellius XVIII. 17. Priscianus lib. IX. et X. Tunc etiam Metellus Celer, qui Galliam provinciam pro consule obtinebat, ad Ciceronem misit Fam. Ep. V. 1. querens Nepotem fratrem suum ab eo oppugnatum: cui Cicero epist. 2. respondet. Hoc anno ex indicio L. Vettii equitis R. qui de Catilinæ sociis in urbe remanserant, partim præsentes, partim cum citati non respondissent, damnati sunt, ut Dio scribit: in his fuerunt P. Autronius, Ser. Sylla, L. Vargunteius, M. Porcius Lecca, C. Cornelius, quos Cicero in orat. pro Sylla c. 2. nominat: damnati sunt lege Lutatia de vi publica: quod indicant hæc verba Ciceronis pro Cælio c. 29. 'Quam legem Q. Catulus, armata dissensione civium, reip. extremis pæne temporibus tulit; quæque lex, sedata illa flamma consulatus mei, fumantes reliquias conjurationis exstinxit.' Tum L. Torquatus, qui P. Cornelio Syllæ consulatum ante triennium eripuerat, ejusdem nomen de duplici conjuratione detulit: de priore, quæ L. Tullo, M'. Lepido coss. inita fuit, Q. Hortensius; de posteriore Cicero, qui illam anno superiore oppresserat, defendit oratione illa quæ pro P. Sylla extat: quam hoc tempore, condemnatis aliis conjuratis, habitam esse, illa verba c. 32. argumento sunt: 'Severitatem judiciorum, quæ per hos menses in homines audacissimos facta est, lenitate ac misericordia mitigate.' Huc accedit, quod homines docti tribunum illum, quem Cicero ad lugendos conjuratos ex illis relictum videri ait, c. 10. Metellum Nepotem esse non sine causa putant. Eodem tempore, cum Sylla reus esset, domum Cicero in Palatio emit, ut Gell. scribit XII. 12. Domus emtæ a se meminit Att. Ep. I. 10. quam scripsit mense Januario anni sequentis: quare non dubito, quin extremo hujus anni mense, cum Q. Fufius Calenus tribunatum pleb. inivisset, Cicero scripserit epist. 6. lib. V. Fam. ad P. Sextium, qui, cum

anno superiore C. Antonii consulis quæstor fuisset, hoc anno pro quæstore cum eodem in Macedonia erat: vide orat. pro Sextio c. 5. Cn. Pompeius, confecto jam bello Mithridatico, literas publice miserat; in quibus, quod gratulationem de rebus a se in urbe gestis prætermiserat, Cicero cum eo expostulat epist. 7. lib. v. Fam. P. Clodius Ap. F. adolescens audax et insolens Pompeiæ uxoris C. Cæsaris amore captus, extremo hoc anno, cum Bonæ Deæ in domo Cæsaris pro populo fieret, in opertum cum veste muliebri venit; sperans se, quod imberbis esset, clam ingressum, ad Pompeiam perventurum. Sed dum in amplis et laxis ædibus oberrat, ab Aureliæ matris Cæsaris ancilla conspicitur, nomenque rogatus, cum se Auram pedisequam Pompeiæ quærere dixisset, ex voce agnoscitur, et a mulieribus in cubiculo ancillæ, cum qua domum ingressus erat, deprehenditur, atque foras ejicitur, ut Plutarch. in Cicerone et Cæsare scribit. Cicero de Harusp. Resp. c. 21. ait illum ancillarum beneficio emissum esse: tu vide Att. Ep. I. 10. et seqq.

Anno Urbis 692. Ciceronis 46. Coss. fuerunt
M. Pupius Piso, M. Valerius Messala.

P. Clodii facinore patefacto, a Virginibus et Pontificibus id nefas est decretum: Cæsar deinde uxori nuntium remisit, et Clodium trib. plebis accusavit, auctore Plutarcho in Cæsare. Accusatorem Clodii Cicero de Harusp. Resp. c. 17. Lentulum nominat. Clodium incesti crimine a tribus Lentulis accusatum fuisse, Valerius IV. 2. tradit. De Clodii judicio vide Att. Ep. I. 16. In eo M. Tullius testis productus, cum Clodius crimen ita refelleret, ut diceret, se illa nocte non Romæ, sed longe ab urbe Interamnæ apud Cassinium Scholam fuisse; Cicero contra pro testimonio dixit, illum ad se domum venisse, et de quibusdam rebus egisse: id quod verum erat. Plutarchus, Cicero pro Domo, et Milone, ibidemque Asconius, Quintilian. IV. 2. Valerius VIII. 5. Absoluto Clodio, Cicero cum eo Idibus Maii in senatu contendit, Att. Ep. I. 16. Hoc anno Q. Tullius Cicero M. frater prætor fuit: cumque prætores provincias sortirentur, Q. Ciceroni Asia obtigit; Att. Ep. I. 15. Obtinuit eam provinciam per triennium, cum L. Valerio Flacco successisset, ut ex orat. pro Flacco c. 14. intelligitur. Eodem anno censores creatos fuisse, et lustrum condidisse, ex lib. I. ad Att. et Dionis lib. XXXVII. satis notum est.

Hi Onuphrio sunt P. Servilius Isauricus et Mam. Æmilius Lepidus. Ante hos censores Ciceronem pro Archia dixisse, hæc verba[k] orationis, c. 5. quæ ex tanto numero interpretum nemo adhuc exposuit, arguunt: 'Est enim obscurum, proximis censoribus hunc cum clarissimo imperatore L. Lucullo apud exercitum fuisse, superioribus cum eodem quæstore fuisse in Asia, primis Julio et Crasso nullam populi partem esse censam.' L. Julium Cæsarem et P. Licinium Crassum censores fuisse primos post datam civitatem Archiæ, anno 654. diximus. Tertio anno post, L. Marcius Philippus et M. Perperna censores lustrum LXVI. fecerunt, quo tempore Archias in Asia fuit cum Lucullo quæstore, qui per multos annos admirabili quadam laude provinciæ præfuit; Cic. in Lucullo c. 1. Censura deinde intermissa fuit usque ad annum Urbis 683. quo L. Gellius, Cn. Lentulus lustrum LXVII. fecerunt, cum Lucullus in Asia bellum contra Mithridatem administraret: atque hi censores proximi ante Ciceronis consulatum censum egerunt. Nam qui Cotta et Torquato coss. creati fuerunt, propter dissensionem abdicarunt: illi autem, qui anno insequenti iis successerunt, intercedentibus trib. plebis nihil agere potuerunt, auctor Dio lib. XXXVII. Itaque M. Tullius post consulatum ante censores, qui hoc anno creati fuerunt, A. Licinium Archiam, cui Gracchus quidam civitatis controversiam moverat, defendit illa oratione, quæ extat: in qua primo, eum civem esse probat; deinde reliqua oratione ornat, ut civitate Romana dignum esse demonstret. Corradus ex Att. Ep. I. 13. putat, Ciceronem pro Archia dixisse Metello et Afranio coss. sed qui, quod inchoavit, nondum perfecit, nihil scripsisse videri potest. Hoc anno Pompeius tertium triumphum de Mithridate, Tigrane, plurimisque regibus ac gentibus per biduum III. et prid. Kal. Octobr. ut est in Fastis Capitol. egit. Trium triumphorum Pompeii mentio est lib. II. de Divin. c. 9. De iisdem Cicero pro Balbo c. 6. 'Cujus tres triumphi testes essent, totum orbem terrarum nostro imperio teneri.' Eodem anno C. Cæsar, cum esset in Hispania prætor, populum Gaditanum summis ornamentis affecit, controversias sedavit, jura ipsorum permissu statuit; et inveteratam quondam barbariam ex Gaditanorum moribus disciplinaque delevit, ut Cicero in eadem oratione c. 19. testatur. Tum quoque C. Pomptinius, qui anno superiore in

[k] Cur vocem hanc omisit Gruterus, et omnes inde editiones usque ad hanc?

Galliam ulteriorem ex prætura missus erat, Allobrogas domuit, ut copiose Dio lib. XXXVII. narrat. Meminit Cicero in orat. de Prov. Cons. c. 13. et Livius lib. CIII. Nonis Decemb. Cicero ad Att. scripsit epist. 17. lib. I.

Anno Urbis 693. Ciceronis 47. Coss. fuerunt
Q. Cæcilius Metellus Celer, L. Afranius.

De his coss. Cicero lib. I. ad Att. Primis hujus anni mensibus Tullius in urbe fuit; Att. Ep. I. 15. et 16. effecitque ne Q. fratri in Asia succederetur; Q. Fratr. Ep. I. 1. L. Flavius trib. plebis legem agrariam, auctore Pompeio, promulgavit de agris dividendis militibus Pompeii, et plebi; de qua Cic. lib. I. ad Att. et Dio lib. XXXVII. qui scribit Metellum consulem tum a Flavio in carcerem ductum fuisse: unde Cicero Att. Ep. II. 1. ‘nunc consule in carcere incluso.’ P. Clodius, ut idem Dio scribit, tribunatus cupidus primum tribunos quosdam submisit, qui legem ferrent, ut patriciis quoque ejus magistratus capiundi potestas esset: quod ubi non persuasit, patriciatum ejuravit, atque in concionem progressus, ad plebem transiit. In hanc sententiam Dio. Cicero vero Att. Ep. I. 18. ita scribit: ‘C. Herennius trib. plebis ad plebem P. Clodium traducit: idemque fert, ut universus populus in campo Martio suffragium de re Clodii ferat.’ Addit Dio: ‘Clodius tribunatum statim petiit; sed creatus non est, Metello ei resistente; qui et propinquus Clodii erat, et ea, quæ ille agebat, non probabat: prætendebat vero adoptionem more majorum non esse factam; quia plebeius, nisi lege Curiata, fieri nemo posset.’ Apud Dionem *ἐν τῇ εἰσφορᾷ τοῦ στρατιωτικοῦ νόμου* mendose est pro *τοῦ φρατριατικοῦ*, quod ex lib. XXXIX. cognoscitur, ubi *τὴν εἰσφορὰν τοῦ φρατριατικοῦ* de Clodii adoptione agens dicit. Clodio igitur tum frater Metellus, et concors senatus principi Cn. Pompeio sententiam dicenti acerrime una voce ac mente restitit; Cic. de Harusp. Resp. c. 21. Metellus etiam consul incipientem furere Clodium atque conantem, sua se manu interfecturum, audiente senatu dixit; pro Cælio c. 24. Idibus Martiis hujus anni Cicero commentarium consulatus sui Græce compositum ad Atticum misit, lib. I. ep. 19. Misit eundem Rhodum ad Posidonium, ut ornatius de iisdem rebus scriberet: ille vero rescripsit, se illud *ὑπόμνημα* cum legeret, non modo non excitatum esse ad scribendum, sed etiam plane perterritum; Att. Ep. II. 1. Ciceronem *ἐν*

τῷ περὶ τῆς ὑπατείας Plutarch. in Cæsare adducit. Scripsit etiam Cicero de consulatu suo versibus tres libros. 'Tertium poëma expectato,' inquit Att. Ep. I. 19. et II. 3. 'Sed me κατάκρισις mea illa commovet, quæ est in libro tertio.' Libro etiam primo de Divin. c. 11. Q. frater plures versus ab Urania Musa in secundo de consulatu pronuntiatos commemorat, quorum tres ex libris consulatus Ciceronis Lactantius adducit l. III. c. 17. De Prognosticis, quæ Atticum propediem expectare jubet, lib. II. ep. 1. quid dicam non habeo. Certe quæ lib. I. de Divin. c. 11. ex Ciceronis Prognosticis adducuntur, Aratea sunt, atque Διοσημείοις Græce extant. Priscian. quoque lib. X. XVI. et XVIII. Ciceronem in Prognosticis citat: verum, quos adducit versus, ex Arato expressi sunt. Post Idus Martii hujus anni Cicero aliquamdiu ruri fuit. Romam autem e Pompeiano se recepit a. d. IV. Id. Maii; Att. Ep. l. I. ep. ult. Kal. Junii Antium profectus fuit; Att. Ep. II. 1. Hoc anno Q. Metellus Nepos prætor portoria Italiæ lege lata sustulit, auctore Dione. De portoriis Italiæ sublatis, Cic. Att. Ep. II. 16. Sub idem tempus, ut Dio scribit, Faustus Syllæ F. in honorem patris munus gladiatorium, et magnificum epulum populo dedit: balneas etiam cum oleo gratuito præbuit. Hoc munus Faustum testamento patris debuisse, Cic. pro Sylla ait, c. 19. Hoc est Fausti adolescentis nobilissimi epulum magnificentissimum, ex quo Vatinium famem suam explesse, Cicero in Interrogatione ait, c. 13. Hoc anno conspiratio inter tres principes civitatis facta est, Cn. Pompeium, M. Crassum, et C. Cæsarem; de qua Cicero lib. II. ad Atticum.

Anno Urbis 694. Ciceronis 48. Coss. fuerunt
C. Julius Cæsar, M. Calpurnius Bibulus.

Cum C. Antonio C. Octavius in Macedonia anno superiore successisset, ut cognoscitur Att. Ep. II. 1. Antonius hoc anno lege Lutatia de vi accusatus est a M. Cælio, ut est in orat. pro Cælio c. 29. et 31. Antonium apud Cn. Lentulum Claudianum (sic lego ex libris olim impressis) reum factum esse a Q. Fabio Maximo, Cic. in Vatinium c. 11. demonstrat, sed, an de eodem crimine Cælius et Maximus accusarint, mihi non constat. Hoc Dio lib. XXXVIII. scribit, Antonium de Catilinæ conjuratione in judicium adductum, propter male administratam provinciam condemnatum

fuisse. Cicero vero pro Cælio ait, c. 31. Antonio nocuisse opinionem maleficii cogitati. Antonius condemnatus in Cephalenia exulavit, auctore Strab. lib. x. nec a M. Antonio fratris filio cum aliis exulibus restitutus fuit; Philipp. II. c. 23. De sua defensione Cic. pro Domo c. 16. ita inquit: 'Hora fortasse sexta diei questus sum in judicio, cum C. Antonium collegam meum defenderem, quædam de republ. quæ mihi visa sunt ad illius miseri causam pertinere; hæc homines improbi ad quosdam viros fortes longe aliter, atque a me dicta erant, detulerunt: hora nona, illo ipso die, tu es adoptatus.' Hinc Suetonius in Julio c. 20. 'Cicerone in judicio quodam deplorante temporum statum, P. Clodium inimicum ejus frustra jampridem a patribus ad plebem transire nitentem, eodem die, horaque nona traduxit.' Transiit Clodius ad plebem adoptione, quæ arrogatio dicitur: adoptatus fuit a P. Fonteio; contra quam adoptionem Cicero pro Domo sua disputat. De eadem Sueton. in Tiberio c. 2. 'P. Clodius ob expellendum urbe Ciceronem, plebeio homini, atque etiam natu minori, in adoptionem se dedit.' In hac adoptione Cæsar legem Curiatam tulit, Pompeius in auspicio fuit, Att. Ep. II. 7. et 12. de Harusp. Resp. c. 23. Tullius mense Aprili et Maio extra urbem Antii, in Pompeiano, Formiano, et Arpinati in literis vixit: ibique epist. 4. et seqq. usque ad 18. lib. II. ad Att. misit. Attico deinde in Epirum profecto, Cicero se Romam recepit, et ea, quæ in seqq. epistolis leguntur, ad Atticum scripsit. Consiliis publicis nullis, ut est epist. 23. intererat, totumque se ad forensem operam laboremque contulerat. Tum A. Thermus bis Cicerone defendente absolutus est; pro Flacco c. 39. Tum quoque L. Valerius Flaccus, qui ex prætura, quam Cicerone consule gesserat, Asiam provinciam obtinuerat, a D. Lælio repetundarum accusatus, a Q. Hortensio et M. Cicerone defensus est. Ciceronis oratio extat: de Hortensii defensione vide epist. ult. lib. II. ad Att. Hoc anno P. Vatinius, qui in Dionis libris Πούπλιος Ἀτίνιος non sine mendo nominatur, trib. plebis Cæsari consuli in omni re obsecutus[1] est, eaque gessit, quæ a Cicerone in interrogatione in Vatinium reprehenduntur. Lege Vatinia Cæsari data in quinquennium fuit Gallia citerior cum Illyrico, et tribus legionibus, quibus senatus Galliam ulteriorem cum alia legione adjecit; Dio lib. XXXVIII. Plutarch. Sueton. in Jul. c. 22. et Oros. VI. 7. In

[1] An Gruteri fuit pro hac voce edere *obscurus*, et aliorum omnium ita sequi?

hoc imperio Cæsar Ciceronem sibi legatum esse volebat; Att. Ep. II. 19. et ep. 18. 'A Cæsare,' inquit, 'valde liberaliter invitor in legationem illam, sibi ut sim legatus.' Et de Prov. Cons. c. 17. 'Me, ut sibi essem legatus, non solum suasit, verum etiam rogavit.' Consul Cæsar leges multas tulit, quæ ab ipso Juliæ sunt appellatæ: de quibus Dio lib. XXXVIII. et Cic. de Harusp. Resp. c. 23. 'Tum leges Julias contra auspicia latas, et hic et in concionibus dicere.' Tulit præterea, ut ager Campanus iis, qui ternos pluresve liberos haberent, divideretur; Sueton. in Jul. c. 20. et Velleius II. 24. Curatores etiam, qui agros dividerent, constituit vigintiviros ex iis qui plurimos honores gessissent, atque ad eam rem quammaxime idonei essent; auctore Dione initio lib. XXXVIII. Suetonius quoque, in Augusto c. 4. XXviros agrum Campanum plebi Julia lege divisisse ait. In his fuit Cosconius; quo mortuo Cicero in ejus locum invitatus fuit; Att. Epp. II. 19. In iisdem fuit Cn. Tremellius Scrofa, quo de Varro R. R. I. 2. Nominat eosdem Frontinus et Plinius VII. 52. Sed Cicero XXviratum repudiavit, quod Quintilian. XII. 1. scribit, et ipse Att. Ep. IX. 2. de Cæsare inquit: 'Repudiari se totum, magis etiam quam olim in XXviratu putabit; ac solet, cum se purgat, in me conferre omnem illorum temporum culpam: ita me sibi fuisse inimicum, ut ne honorem quidem a se accipere vellem.' Paterculus quoque l. II. c. 45. in commemoratione exilii Ciceronis addit: 'Hoc sibi contraxisse videbatur Cicero, quod inter XXviros dividendo agro Campano esse noluisset.' Hic scrupulum injicit oratio de Provinciis Cons. in qua c. 17. Cicero ait, se a Cæsare fuisse rogatum, ut quinqueviratum acciperet, eumque se obstinatione quadam sententiæ repudiasse. Præterea quinqueviri nominantur Att. Ep. II. 7. Sunt viri doctissimi, in rebus Romanis cognoscendis diu multumque versati, qui scribunt Cæsarem ad æstimationem agri Campani XXviros creasse; ac præterea quinque, qui æstimatum dividerent. Dant illi quidem testem in hanc rem Dionem: sed verba, quibus hoc demonstretur, in Græca ejus historia invenire equidem adhuc nulla potui. Comitiis tribuniciis P. Clodius Pulcher tribunus pl. factus fuit opera Cæsaris, ut scribit Dio, et Plutarch. in Cæsare. Etsi autem Pompeius Clodium omni cautione, fœdere, execratione devinxerat, nihil in tribunatu contra Ciceronem esse facturum, ut est pro Sextio c. 7. ille tamen in fide non mansit; sed trib. plebis factus, continuo se in Ciceronem convertit: qua de re

dicemus, si prius illud admonuerimus, hunc tertium fuisse annum imperii Q. Ciceronis in Asia: quo ad duos priores adjuncto, M. Cicero epistolam illam pulcherrimam, quæ est prima lib. I. ad Q. Fratrem, misit, in qua omnia præcepta bene administrandæ provinciæ ita persequitur, ut amplius nihil requiri possit. Ejusdem anni ultimis mensibus scripsit epistolam II. ad Fratrem, ut ex ipsa cognoscitur.

Anno Urbis 695. Ciceronis 49. Coss. fuerunt
L. Calpurnius Piso Cæsonius, A. Gabinius.

Prætores hujus anni a Suetonio in Julio c. 23. nominantur duo, C. Memmius et L. Domitius. C. Memmium prætorem ex lege Licinia et Junia edixisse, ut Vatinius adesset die tricesimo, Cic. in Vatin. ait. Piso et Gabinius sunt duo funesti, non consules, sed latrones atque eversores reip. quos suis coloribus Cicero multis locis depinxit: ut in orat. post Red. c. 4. pro Domo, c. 9. pro Sext. c. 7. de Prov. Cons. c. 3. in Pison. c. 4. et alibi. His consulibus sedentibus, inspectantibus, atque adeo adjuvantibus, M. Tullius conservator patriæ a sceleratissimo tribuno pleb. in exilium ejectus est. Clodius enim, ut Dio lib. XXXVIII. scribit, sperans, facile se Ciceronem oppressurum, si prius senatum, equites, et plebem sibi conciliasset, quatuor leges, populares illas quidem, sed reipubl. perniciosas, initio hujus anni, quod Cic. in Pison. c. 4. significat, tulit: unam, ut frumentum populo gratis daretur; alteram, ne quis per eos dies, quibus cum populo agi liceret, de cœlo servaret; tertiam de collegiis restituendis, novisque instituendis; quartam, ne quem censores in senatu legendo præterirent, neve qua ignominia afficerent, nisi qui apud eos accusatus, et utriusque censoris sententia damnatus esset. Hæc Ascon. in Pison. Dio lib. XXXVIII. et Cicero passim. Alias deinde rogationes idem Clodius uno eodemque tempore promulgavit; unam de provinciis consulum nominatim, alteram de Ciceronis pernicie, ut ait pro Sextio c. 10. Pactus enim cum consulibus, Gabinio Syriam, Babyloniam, Persas; Pisoni Achaiam, Thessaliam, Græciam, Macedoniam, omnemque Bœotiam dedit; Cic. de Prov. et in aliis Orationibus. Ad Ciceronis perniciem lex illa pertinebat, qua tulit, Qui civem Rom. indemnatum interemisset, ei aqua et igni interdiceretur: 'cujus verbis etsi non nominabatur Cicero, tamen solus petebatur,' inquit

Paterculus II. 45. idemque scribit Dio lib. XXXVIII. atque idcirco Tullius hoc privilegium appellat; vide orat. pro Domo c. 17. Reus igitur Cicero, ut Plutarch. scribit, vestem mutavit, et sordidatus populo supplicavit. Tum Clodius illi omnibus vicis occurrebat stipatus hominibus contumeliosis et temerariis; qui petulanter mutationem vestis et habitum Ciceronis exagitantes, multisque locis luto et lapidibus in eum conjectis, supplicationes inpediebant. Cum Cicerone tamen primum omnis fere ordo equester vestem mutavit; eumque nobilissimi adolescentes numero ad XX. millia sordidati, deprecatores ejus salutis, comitabantur. Deinde cum senatus frequens convenisset, ut vestem tanquam in publico luctu mutandam censeret, idque consules vetarent, et Clodius cum armis ad curiam versaretur, senatores non pauci e senatu, vestibus discissis et clamore sublato, se proripuerunt. Hactenus Plutarchus. Dio lib. XXXVIII. tradit, equites in Capitolium tunc convenisse, atque ad consules et senatum misisse legatos non solum e suo ordine, verum etiam senatores duos, Q. Hortensium et C. Curionem, qui pro Cicerone deprecarentur. Unde Cic. pro Sextio c. 11. ait, 'Cum incredibilis in Capitolium multitudo ex tota urbe cunctaque Italia convenisset, vestem mutandam omnes meque omni ratione defendendum putarunt.' Erat tum senatus in æde Concordiæ, et Gabinium consulem, Pisone absente, orabat. Equites quoque R. et omnes boni veste mutata se pro Ciceronis capite ad pedes Gabinii projecerunt, quorum precibus ab illo repudiatis, vir incredibili fide, magnitudine animi, constantia, L. Mummius, ad senatum de rep. retulit, senatusque frequens vestem pro Ciceronis salute mutandam censuit; pro Sextio c. 11. Dio hunc Mummium vocat L. Ninnium Quadratum, et scribit, eum populo auctorem fuisse, ut tanquam in aliqua publica calamitate vestem pro salute Ciceronis mutaret. 'Pro me,' inquit Cic. post Red. ad Quir. c. 3. 'senatus, hominumque præterea viginti millia vestem mutaverunt.' Sed consules edixerunt, ut ad suum vestitum senatores redirent: vide orationes post Reditum, pro Domo, pro Sextio, et in Pison. Tum Gabinius L. Ælium Lamiam equestris ordinis principem relegavit, quod Dio lib. XXXVIII. dicit, ἐκ τῆς πολιτείας ἐξήλασε: meminit Cic. post Red. in Sen. pro Sextio, in Pison. et Fam. Ep. XI. 16. Itaque Cicero non solum a consulibus, verum etiam a Cn. Pompeio proditus et derelictus, maluit urbe cedere, quam bonorum vitam servis armatis objicere, quod ipse in

Orationibus non semel testatur. Habebat domi suæ Minervæ signum, idque longo tempore religiosissime coluerat. Cum autem ex urbe discessurus esset, hoc signum in Capitolium delatum ibi dedicavit, et subscripsit, MINERVAE CUSTODI URBIS; Plutarchus et Dio. Hæc est illa Minerva custos urbis, de qua Cicero Fam. Ep. XII. 25. et de Leg. II. 17. Dio lib. XLV. Ἀθηνᾶν φυλακίδα nominat. Discedentem M. Tullium omnes boni flentes prosecuti sunt, ut ipse pro Domo ait, c. 22. Cessisse urbe Ciceronem puto mense Martio extremo; nam, ut ex Plutarchi Cæsare, et primo Commentario de Bello Gallico c. 6. intelligitur, cum Helvetios a. d. v. Kal. April. de finibus suis exire constituisse Cæsar cognovisset, maturavit ab urbe proficisci; atque octavo die ad Rhodanum pervenit: neque tamen prius Cæsar ad exercitum abiit, quam Ciceronem per Clodium Italia expulisset, auctore Plutarcho. Ubi compertum fuit Ciceronem discessisse, Clodius de exilio ejus ad populum tulit, atque edictum proposuit, ut illi aqua et igni interdiceretur, et ne intra quingenta millia passuum ab Italia tecto reciperetur. Hæc Plutarch. in Cicerone, quibus gemina scribit Dio lib. XXXVIII. in eo tamen dissentit, quod Ciceroni lege Clodia irrogatum fuisse ait, ne intra stadium tria millia septingenta quinquaginta, id est, millia passuum CCCLXIX. fere, ab urbe illi esse liceret. Cicero Att. Ep. III. 4. in lege hoc correctum fuisse ait, ut sibi ultra quadringenta millia liceret esse. Dio hoc quoque legi adjectum fuisse tradit, ut si Tullius intra spatium definitum visus fuisset, et ipse, et qui eum recepissent, impune interficerentur. Hinc Cic. pro Domo c. 20. 'Pœna est, qui receperit; quam omnes neglexerunt.' Pœnam neglectam fuisse, omnibus reverentibus M. Tullium, comiterque excipientibus et prosequentibus, Plutarch. quoque scribit. Clodius præterea villas Ciceronis ejecti inflammavit, et domum in Palatio incendit, atque in area templum Libertatis exstruxit; Plutarch. Dio, et Cicero pro Domo c. 42. Bona diripiebantur, atque ad consules deferebantur: columnæ marmoreæ ex ædibus ad socrum Pisonis portabantur: in fundum autem Gabinii vicini consulis, non modo instrumentum aut ornamenta villæ Tusculanæ, sed etiam arbores transferebantur. Hæc Cic. pro Domo c. 24. post Red. in Sen. c. 7. pro Sextio c. 24. et in Pison. c. 11. Templum Libertatis, νεὼν ἐλευθερίας, Cicero de Leg. II. 17. templum Licentiæ vocat. Pulsum M. Tullium pedibus iter per Lucaniam Siciliam versus

fecisse, Plutarch. scribit. Naryce Locridis fuit VI. Idus Aprilis, ibique scripsit epist. 2. lib. III. ad Att. Inde Cicero Vibonem venit, quod est oppidum Lucaniæ ad fretum, et a Locris conditum prius Hipponium appellatum fuit; Strabo lib. VI. Cæsar B. Civ. III. 101. Ibi, ut Plutarch. scribit, Vibius, homo Siculus, qui cum alia multa commoda ex Ciceronis amicitia perceperat, tum eo consule præfectus fabrum fuerat, illum in ædes quidem non recepit, sed fundum se ipsi assignaturum denuntiavit. Sic illa Plutarchi verba, *χωρίον δὲ καταγράψειν ἐπηγγέλλετο*, ego jam pridem converteram; cum præsertim alibi quoque verbum *καταγράφειν* pro attribuere et assignare usurpatum notassem, ut *περὶ Φιλαδελφίας· Ἕτεροι δὲ, παλλακίσι καὶ πόρναις οἰκίας καὶ ἀγροὺς καταγράφοντες, ὑπὲρ οἰκοπέδου καὶ γωνίας πρὸς ἀδελφοὺς διαμονομαχοῦσι.* Merito igitur Xylander noster a Bocchii et Corradi falsis interpretationibus discessit. Cicero se ad Vibonem in fundo Sicæ fuisse, ad Atticum scribit, l. III. ep. 2. et 4. Siciliam, quam Cicero petebat, eo tempore obtinebat C. Virgilius (*Γάϊος Οὐεργῖνος* est apud Plutarch.): prætor is Ciceroni scripsit, ne in Siciliam veniret: quare consilio repente mutato, iterum a Vibone Brundusium terra petere contendit, ut ipse pro Plancio c. 40. narrat. In eo itinere VIII. Idus April. Thurii scripsit epist. 5. lib. III. ad Att. et XIV. Kal. Maii Tarenti, sequentem: eodemque die se Brundusium venisse, epist. 7. ejusd. libri scribit. Urbem ipsam ingressus non est: sed in hortos M. Lenii Flacci se contulit, pro Plancio c. 41. meminit etiam in Sextiana c. 63. Apud M. Lenium dies XIII. fuit; Fam. Ep. XIV. 4. Pridie Kal. Maii, cum Brundusio proficiscens Dyrrachium vento secundo transmitteret atque adversus ex alto reflasset, rejectus est: deinde iterum in altum provectus, Dyrrachium pervenit; ubi, cum e navi in terram egressurus esset, terræmotum et maris convulsionem extitisse ferunt, unde haruspices conjiciebant, illius exilium non fore diuturnum, quod hæc mutationis signa essent. Hæc Plutarchus. Dyrrachio aliquorum dierum viam in Macedoniam, ad Planciumque perrexit, et cum eo Thessalonicam X. Kalend. Junii venit; pro Plancio c. 41. et Att. Ep. III. 8. Thessalonicæ Cn. Plancius sua liberalitate Ciceronem per menses septem retinuit: quo tempore plures epistolas ad Atticum scripsit, quæ lib. III. ab octava usque ad 22. leguntur. Interim Q. Cicero, cum jam Asiam per triennium obtinuisset, de provincia ante Kal. Maii decessit; Att. Ep. III. 9. Fratrem ali-

quanto post suum discessum ex provincia venisse ait pro Domo c. 23. meminit quoque in Sextiana c. 31. Itaque M. Cicero Idib. Junii ad eum misit epist. 3. lib. I. et deinceps seq. Tertio Non. Octob. Thessalonica ad Terentiam uxorem misit epist. 2. lib. XIV. Fam. Redeamus nunc ad acta urbana. Cicerone expulso, Clodius legem promulgavit de Ptolemæo rege Cypri, ut bona ejus publicarentur, et regnum in provinciæ formam redigeretur: idque negotium M. Catoni mandatum est; quo de Cicero sæpe, Plutarch. in Catone, Appian. lib. II. Dio lib. XXXVIII. Kal. Junii, ut est in orat. pro Sextio c. 31. decrevit senatus frequens de Ciceronis reditu, dissentiente nullo, referente L. Mummio tribuno pl. intercessit Ælius Ligus. Pompeius quoque illo tempore se accusans, ut Plutarch. scribit, quod Ciceronem prodidisset, de illius reditu, amicorum opera adjutus, agere cœpit. Resistente Clodio, placuit senatui, nihil in rep. decernere, nulla de re agere, nisi Cicero ab exilio revocaretur. Hinc Cicero pro Sextio c. 31. 'Omnia senatus rejiciebat, nisi de me primum consules retulissent.' Et in Pison. c. 13. 'An tum eratis consules, cum quacunque de re verbum facere cœperatis, aut referre ad senatum, cunctus ordo reclamabat: ostendebatque, nihil esse vos acturos, nisi prius de me retulissetis?' De eadem re vide Att. Ep. III. 24. Initur deinde consilium de interitu Cn. Pompeii, ait Cicero pro Sextio, c. 32. quam rem Asconius in Milonianam c. 14. sic exponit: 'Cum III. Idus Sext. Pompeius in senatum venisset, dicitur servo P. Clodii sicam excidisse, eaque ad Gabinium consulem delata, dictum est, servo imperatum a P. Clodio, ut Pompeius occideretur. Pompeius statim domum rediit, ex eo domi tenus.' [Forte *Domitenus.*] Et Cicero pro Milone c. 7. 'Comprehensus est in templo Castoris servus P. Clodii, quem ille ad Cn. Pompeium interficiendum collocaret: extorta est confitenti sica de manibus, caruit foro Pompeius postea, caruit senatu, caruit publico.' Huc pertinet illud Parad. IV. 'Ante senatum tua sica deprehensa est.' Et in Pison. c. 12. 'Deprehensus cum ferro ad senatum is, quem ad Cn. Pompeium interimendum collocatum fuisse constabat.' Meminit etiam pro Domo c. 25. Quarto Kalend. Novembris octo tribuni plebis de Ciceronis reditu legem promulgarunt; iisdemque referentibus, P. Lentulus, cos. designatus, præstantissimam de Cicerone sententiam dixit; pro Sextio c. 32. post Red. in Sen. c. 4. et Att. Ep. III. 23. Thessalonica Cicero se Dyrrachium recepit: ibique VI. Kal.

Decembr. scripsit ad Terentiam ep. 1. lib. XIV. Fam. et partem epistolæ 22. lib. III. ad Att. Pridie Kal. Decemb. inde misit ad Terentiam epist. 3. lib. XIV. et ad Atticum epist. 23. lib. III. et deinceps quatuor reliquas ejusdem libri. Exierunt deinde paludati in provincias consules, Piso in Macedoniam, Gabinius in Syriam; Cicero pro Sextio c. 33. IV. Idus Decemb. decem tribuni plebis T. Annius Milo, P. Sextius, C. Sestilius, M. Cispius, T. Fadius, M. Curtius, C. Messinius, Q. Fabricius, Sex. Atilius Serranus, et Numerius Quintius, magistratum inierunt; pro Sextio c. 33. et post Red. in Sen. c. 8.

Anno Urbis 696. Ciceronis 50. Coss. fuerunt
C. Cornelius Lentulus Spinther, Q. Cæcilius Metellus Nepos.

Prætores eodem anno fuerunt L. Cæcilius, M. Calidius, C. Septimius, Q. Valerius, P. Crassus, Sex. Quintilius, C. Cornutus, et Ap. Claudius Pulcher; Cicero post Red. in Sen. c. 9. Kalendis Januarii P. Lentulus simulac de solenni religione retulerat, nihil humanarum rerum sibi prius quam de Cicerone agendum judicavit. Cum princeps rogatus sententiam L. Cotta dixit, nihil de Cicerone actum esse jure, nihil more majorum, nihil legibus, proptereaque lege illi opus non esse; verum Pompeius censuit, ut ad senatus auctoritatem populi beneficium adjungeretur: atque eo die confecta res esset, nisi Sex. Atilius trib. plebis non ausus intercedere, noctem sibi ad deliberandum postulasset. Hæc Cicero post Red. ad Quir. c. 5. pro Domo c. 26. pro Sextio c. 34. et de Leg. III. 19. Postea res acta est in senatu alia nulla, et cum variis rationibus impediretur, voluntate tamen perspecta senatus, causa ad populum VIII. Kal. Febr. fuit delata, quo die Clodiani, cæde in foro maxima facta, flumine sanguinis reditum Ciceronis intercludendum putaverunt; post Red. ad Quir. c. 5. et pro Sextio c. 35. Clodius enim, ut Dio lib. XXXIX. scribit, illo die, cum lex ad populum ferretur, acceptis a fratre Appio gladiatoribus, quos ille in funere Marci propinqui sui daturus erat, impetu in multitudinem facto, multos vulneravit, multosque occidit. Tum in foro tribuni plebis vulnerati fuerunt, et Q. Cicero inter cadavera tanquam occisus jacuit; Plutarch. et Cicero pro Sextio c. 35. Crudelissimæ cædis eo tempore in foro factæ mentio est etiam in Miloniana c. 14. Clodium Milo tum de vi postulavit; sed in judicium non ad-

duxisse Dio scribit, quod nondum creati essent quæstores, per quos judicum sortitionem fieri oporteret, Neposque prætori edixisset, ne quod judicium, antequam judices sorte deligerentur, fieri pateretur. Quæstores autem, nisi habitis prius comitiis ædiliciis, quibus hac de causa mora potissimum afferebatur, creari non poterant. In hanc sententiam Dio: Cicero vero in Sextiana c. 41. ait, consulem, prætorem, tribunum pl. nova novi generis edicta proposuisse; ne reus adesset, ne citaretur, ne quæreretur, ne mentionem omnino cuiquam judicum aut judiciorum facere liceret: quo pertinet illud de Harusp. Resp. c. 24. 'Restiterunt etiam, ne causam diceret.' Quare, cum Milo videret judicia esse sublata, ne Clodius omnia vi posset efficere, curavit, inquit idem post Red. in Sen. c. 8. Emit enim gladiatores, ut Dio scribit: de quibus Cic. de Off. II. 17. 'Sed honori summo nuper nostro Miloni fuit, quod gladiatoribus emtis reip. causa, quæ salute nostra continebatur, omnes P. Clodii conatus furoresque compressit.' Senatus autem multo ante, quam lex de Ciceronis reditu fuit lata, gratias agendas censuit civitatibus iis, quæ M. Tullium civem optime de rep. meritum recepissent; pro Domo c. 32. in Pison. c. 15. Parad. IV. et Plutarchus. Idem decrevit, ut qui provincias cum imperio obtinerent, qui quæstores legatique essent, salutem et vitam Ciceronis custodirent; pro Sextio c. 60. Idem ad M. Tullii salutem auxilium omnium civium cuncta ex Italia, qui remp. salvam esse vellent, imploravit; in Pison. c. 15. Factum enim S. C. fuit, ut literis consularibus cuncta ex Italia omnes, qui rempub. salvam vellent, convocarentur; pro Sextio c. 60. post Red. in Sen. c. 9. et pro Domo c. 28. Cum igitur Ciceronis capitis servandi causa Romam uno tempore quasi signo dato Italia tota convenisset, Lentulus consul senatum frequentissimum in Capitolium convocavit; in Pison. c. 15. et post Red. in Sen. c. 10. Ibi tum in templo Jovis opt. max. Q. Metellus Nepos cos. qui Ciceroni vel maxime ex magnis contentionibus reipub. fuerat inimicus, permotus cum auctoritate senatus, tum P. Servilii incredibili gravitate dicendi, absens cum M. Tullio rediit in gratiam; post Red. in Sen. c. 10. pro Sextio c. 33. et 62. et de Prov. Cons. c. 9. Hic cum mitissimam orationem in senatu habuisset, Cicero ad eum misit epist. 4. lib. V. Fam. in qua studium et auxilium ejus implorat. Illo vero die, cum CCCCX. senatores magistratusque omnes in Capitolio adessent, Cn. Pompeius, de scripto sententia dicta, uni Ciceroni pa-

triæ conservatæ testimonium dedit: cujus sententiam frequentissimus senatus, uno P. Clodio dissentiente, secutus, M. Tullium ab exilio revocavit; post Red. in Sen. c. 10. pro Sextio c. 61. et pro Milone c. 15. De hoc S. C. in æde Jovis Mariana facto, Cic. de Divin. I. 28. et Valerius I. 7. Faciebat eodem die ludos in theatro consul, quo cum ipse et senatores spectatum e senatu venissent, S. C. illud de Ciceronis reditu factum frequentissimo theatro, incredibili clamore et plausu comprobatum est; pro Sextio c. 55. et de Divin. I. 28. Postridie de Ciceronis salute P. Lentuli consulis, Cn. Pompeii, ceterorumque principum, in his P. Servilii et L. Gellii celeberrimæ et gravissimæ conciones fuerunt; post Red. ad Quir. c. 6. et in Senatu c. 11. pro Sextio c. 50. in Pison. c. 15. Eodemque die decretum in curia fuit, populi ipsius Rom. et eorum, qui ex municipiis convenerant, admonitu; ne quis de cœlo servaret; ne quis moram ullam afferret: si quis aliter fecisset, eum plane eversorem reip. fore, idque senatum gravissime laturum; et ut statim de ejus facto referretur: addidit etiam senatus illud; nisi diebus quinque, quibus agi de Cicerone potuisset, esset actum, rediret in patriam dignitate omni recuperata. Decrevit eodem tempore senatus, ut iis, qui ex tota Italia salutis M. Tullii causa convenerant, agerentur gratiæ, atque ut iidem ad res redeuntes, ut venirent, rogarentur; pro Sextio c. 62. post Red. in Sen. c. 9. et 11. et in Pison. c. 15. Legem deinde omnes magistratus, præter Appium prætorem duosque tribunos pleb. N. Quintium et Sex. Atilium, ex S. C. promulgarunt; in Pison. c. 15. Cum ferendæ legis dies, qui fuit pridie Non. Sextil. venisset, et Lentulus consul, idemque lator legis comitia centuriata in campo Martio haberet, P. Clodius legem de more dissuasit, quod Dio lib. XXXIX. plane scribit, et Cicero pro Domo c. 33. ita significat: ‘Illa fuit pulchritudo populi Rom. illa forma, quam in campo vidisti tum, cum etiam tibi contra senatus totiusque Italiæ auctoritatem et studium dicendi potestas fuit.’ Et in Sextiana c. 50. ‘Cedo nunc ejusdem illius inimici mei de me eodem ad verum populum in campo Martio concionem.’ Verum, cum et alii, et Pompeius inprimis legem suaderet, ut Dio scribit, summo consensu omnium centuriarum accepta fuit, cum nemini civi ulla quo minus adesset, justa excusatio esset visa, nullis comitiis unquam multitudo hominum tanta, neque splendidior fuisset; in Pison. c. 15. Constat enim, ut idem pro Domo sua ait c. 28. nullis unquam co-

mitiis campum Martium tanta celebritate, tanto splendore omnis generis hominum, ætatum, ordinum floruisse: idem est in orat. post Red. ad Quir. c. 8. et in Sen. c. 11. Pridie Non. Sextil. ipso illo die, quo lex est lata, Cicero Dyrrachio profectus, Brundusium venit Non. Sext. Att. Ep. IV. 1. Advenienti Ciceroni tanquam totius Italiæ atque ipsius patriæ dexteram porrexerunt Brundusini; cum ipsis Nonis Sextil. idem dies adventus M. Tullii fuisset, qui natalis idem Tulliæ filiæ, quæ ibi patri fuit præsto, idem etiam ipsius coloniæ Brundusinæ, idem Salutis, quæ res animadversa a multitudine, summa Brundusinorum gratulatione celebrata est; pro Sextio c. 63. et Att. Epist. IV. 1. Brundusii cum esset in domo optimorum et doctissimorum virorum Lenii Flacci, et patris et fratris ejus, ante diem VI. Id. Sextil. cognovit literis Quinti Fratris, mirifico studio omnium ætatum atque ordinum, incredibili concursu Italiæ, legem comitiis centuriatis esse perlatam; ibid. Inde a Brundusinis honestissimis ornatus, iter Via Appia Romam versus fecit. In itinere XXIV. dies consumsisse videtur, cum Sextilis tum XXIX. dierum esset. Brundusio profectus Neapolim, inde Capuam, Sinuessam, Minturnas, Formias, Terracinam, et demum Ariciam, pridie Non. Septembr. Romam venit; Att. Ep. IV. 1. Toto autem illo itinere a Brundusio usque Romam agmen perpetuum totius Italiæ vidit, neque enim regio fuit ulla, neque municipium, neque præfectura aut colonia, ex qua non publice ad Ciceronem venerint gratulatum. Magnæ erant effusiones hominum ex oppidis, maximi concursus ex agris patrumfamilias cum conjugibus ac liberis: cumque viæ multitudine legatorum undique missorum celebrarentur, urbes Italiæ festos dies agere adventus ejus videbantur; in Pison. c. 22. et pro Sextio c. 63. Ad urbem ita venit, ut nemo ullius ordinis homo nomenclatori notus fuerit, qui ipsi obviam non venerit; Att. Ep. IV. 1. Itaque in Pison. c. 22. ait, ‘Unus ille dies mihi quidem immortalitatis instar fuit, quo in patriam redii: cum senatum egressum vidi populumque Rom. universum: cum mihi ipsa Roma prope convulsa sedibus suis ad complectendum conservatorem suum procedere visa est.’ Cum venisset ad portam Capenam, qua Via Appia ducit in urbem, gradus templorum (in quibus fuit Martis et Camœnarum) ab infima plebe completi erant; a qua plausu maximo cum esset Ciceroni gratulatio significata, similis et frequentia, et plausus eum usque ad Capitolium celebravit, in foro et in ipso

Capitolio miranda multitudo fuit; Att. Ep. IV. 1. 'Itaque ille unus dies,' ait pro Domo c. 28. 'quo die me populus Rom. a porta in Capitolium, atque in domum sua celebritate lætitiaque comitatum honestavit, tantæ mihi jucunditati fuit, ut tua mihi conscelerata illa vis non modo non propulsanda, sed etiam emenda fuisse videatur.' Plutarchus scribit, revertenti Ciceroni tanta lætitia civitates, tanto studio homines obviam venisse, ut infra veritatem sit, quod postea dixit, se humeris Italiæ Romam reportatum fuisse: dixit autem hoc in extrema oratione post Reditum in Senatu. Postridie in senatu, qui fuit dies Non. Septembr. senatui gratias egit ea oratione, quæ, post Reditum in Senatu inscripta, extat: egit etiam populo Rom. gratias, altera oratione, quæ post Reditum ad Quirites inscribitur. De utraque Dio ita scribit: *κατῆλθέ τε οὖν ὁ Κικέρων, καὶ χάριν τῇ τε βουλῇ, καὶ τῷ δήμῳ, παρασχόντων αὐτῷ τῶν ὑπάτων, καὶ κατὰ τὸ συνέδριον, καὶ κατὰ τὴν ἐκκλησίαν ἔγνω·* i. e. *Rediit igitur Cicero, et gratias tum senatui, tum populo, concione a consulibus data, in senatu, et in concione egit.* Eo biduo, cum esset annonæ summa caritas, homines primo ad theatrum venerunt; ubi L. Cæcilio Rufo prætore ludos Apollinares faciente, ita infima concitata multitudo annonæ caritate tumultuata est, ut omnes, qui in theatro spectandi causa consederant, pellerentur: deinde iidem ad Capitolium, ubi tum senatus habebatur, concurrerunt; cumque cædem et incensionem Capitolii senatoribus minarentur, atque idcirco per eos dies, quibus senatus de annona habebatur, consulares plerique abessent, quod tuto se negarent posse sententiam dicere, in Ciceronis sententiam factum est S. C. atque ex eo lex promulgata, ut Pompeio per quinquennium omnis potestas rei frumentariæ toto orbe terrarum daretur; Cic. pro Domo c. 3. et Att. Ep. IV. 1. Ascon. in Milon. c. 14. Plutarch. in Pompeio, et Dio lib. XXXIX. Secuta est deinde magna contentio de domo Ciceronis, quam Clodius Libertati consecraverat. Populus eam comitiis centuriatis eodem jure esse jusserat, quo fuisset: verum senatus decreverat, ut de ejus religione ad Pontificum collegium referretur, ut est in orat. de Harusp. Resp. c. 6. Apud Pontifices pridie Kalend. Octobris Cicero pro Domo, dixit eam orationem, quæ extat: in qua primum respondet Clodio, qui actionem ejus de potestate rei frumentariæ Pompeio danda reprehenderat; deinde suam domum propter Clodii consecrationem sacram non esse, sed ab omni religione vacuam atque puram do-

cet. Nam, ut Dio lib. XXXIX. scribit, lationem legis Curiatæ, qua e patriciis ad plebem Clodius transierat, criminans, quod ex instituto majorum per trinundinum promulgata non fuisset, omnem ejus tribunatum, in quo de domo Ciceronis etiam constituerat, evertit; affirmans, nihil ab eo tribuno pl. jure fieri potuisse, qui ipse contra omne jus plebeius factus esset: atque ita pontificibus persuasit, ut sibi aream, quæ ab omni religione vacua et pura esset, restituerent. Hactenus Dio. Itaque Cicero in Pison. c. 22. ait: 'Me consequentibus diebus in ea ipsa domo, qua tu me expuleras, quam expilaras, quam incenderas, pontifices, consules, P. C. collocaverunt: mihique, quod ante me nemini, pecunia publica ædificandam domum censuerunt:' in quem locum Asconius legendus. Superficiem ædium consules de consilii sententia æstimarunt H-S. vicies, Tusculanam villam H-S. quingentis millibus, Formianum H-S. ducentis quinquaginta millibus; Att. Ep. IV. 2. Eodem anno Ptolemæus rex Ægypti, cum, ingenti pecunia consumta, ut rex atque socius populi Rom. appellaretur, eam vi ab Ægyptiis extorqueret, et cum hoc nomine, tum quod Cyprum a Romanis repetere, aut amicitiam eis renuntiare nollet, apud suos offendisset, regno pulsus, Romam venit, P. Lentulo etiam tum consule, cui Cilicia obtigerat, petens, ut in regnum restitueretur. Ægyptii quoque legatos, qui regis crimina purgarent, miserunt: de quibus Dio, et Cicero de Harusp. Resp. c. 16. Ante diem tertium Non. Novembr. expulsi fuerunt fabri de area Ciceronis. Quinti Fratris domus primo fracta conjectu lapidum ex area Marci, deinde inflammata jussu Clodii; Att. Ep. IV. 3. Hæc est vis illa nefaria, qua se cum fratre domo expulsum fuisse, ad Lentulum ep. 9. scribit. Cum autem Clodius saxis, et ignibus, et ferro vastitatem ædibus Ciceronis intulisset, decrevit senatus, eos, qui id fecissent, lege de vi, quæ est in eos qui universam remp. oppugnassent, teneri; in orat. de Harusp. Resp. c. 8. Quæ deinde usque ad VIII. Kal. Decembr. acta sunt, vide Att. Ep. IV. 3. IV. Idus Decemb. novi tribuni plebis magistratum inierunt, e quibus a Cicerone Fam. lib. I. Ep. ad Q. Fratr. &c. lib. II. et Dione lib. XXXIX. hi nominantur: P. Rutilius Lupus, C. Porcius Cato, C. Caninius, L. Racilius, Cn. Plancius, A. Plautius, Sex. Antistius Vetus, et Cassius. Cum tribuni magistratum inissent, C. Cato turbulentus adolescens, nec imparatus ad dicendum, concionibus assiduis invidiam et Ptolemæo simul, qui jam

profectus ex urbe erat, et P. Lentulo consuli paranti jam iter, concitare, secundo quidem populi rumore, cœpit: quod ex lib. XXII. Annal. Fenestellæ Nonius Marcellus refert. In quindecim legatis, quos Pompeius sibi rei frumentariæ causa legaverat, fuit Q. Cicero, qui cum esset in Sardinia, M. Cicero ad eum scripsit, quæ extremo hujus anni mense in senatu acta fuerunt; Ep. ad Q. Fratr. II. 1.

Anno Urbis 697. Ciceronis 51. Coss. fuerunt
Cn. Cornelius Lentulus Marcellinus, L. Marcius Philippus.

In collegio prætorum hujus anni fuerunt Cn. Domitius, Q. Ancharius, et C. Claudius Pulcher, ut pro Sextio c. 53. Ep. ad Q. Fratr. l. II. et in Cicerone Plutarchi cognoscitur. M. Tullius initio hujus anni omni studio in id incubuit, ut P. Lentulo, qui Ciliciam pro consule obtinebat, Ptolemæi regis reductio decerneretur. Argumento sunt epistolæ, quæ hoc tempore ad Lentulum missæ lib. I. Fam. extant. Tum quoque orationem de Rege Ptolemæo, cujus apud Aquilam et Fortunatianum mentio est, habuisse videtur, cum regis Alexandrini restitutionem Lentulo sua sententia decerneret. XIV. Kal. Februarii Cicero scripsit ad Q. Fratrem epist. 2. lib. II. ubi ait, comitia ædilicia, quibus Clodius ædilitatem petebat, edicta esse a. d. XI. Kal. Feb. Clodius ædilis factus, Miloni diem dixit, et de vi ad populum accusavit; pro Sextio c. 44. in Vatin. c. 17. et ad Q. Frat. l. II. qua de re Dio ita scribit: 'Clodius simulatque ædilitatem Marcellino et Philippo coss. iniit, Miloni diem dixit, quod gladiatoribus rempub. obsedisset; quæ enim ipse commiserat, quorumque nomine reus erat, ea illi crimini dabat; non quod Milonem condemnatum iri speraret, qui patronos magnos, in iis Pompeium et Ciceronem, habeat; sed ut per hanc causam et Milonem oppugnaret, et patronos ejus vexaret.' IV. Non. Febr. Milo affuit; ei Pompeius advocatus venit; producta dies est in VIII. Idus; quo die Pompeius, cum pro Milone apud populum diceret, clamore convicioque jactatus est, Clodiusque diem in Quirinalia, id est, XIII. Kal. Mart. produxit: Ep. ad Q. Fratr. II. 3. et Fam. Ep. I. 5. Cicero autem jam ante diem tertium Kal. Febr. ad Atticum ex Epiro in Italiam reversum miserat epist. 4. lib. IV. A. d. IV. Idus Febr. P. Sextius a M. Tullio Albinovano lege Lutatia de vi postulatus fuit, propter cædem, quam anno superiore, VIII. Kal. Febr. cum de Ciceronis

reditu ageretur, in foro factam diximus: defensus fuit cum ab aliis, tum a Q. Hortensio et M. Cicerone; cujus oratio pro Sextio extat. Sextius absolutus fuit a. d. II. Id. Mart. Ep. ad Q. Fratr. II. 4. Oppugnaverat Sextium maxime P. Vatinius, qui etiam testimonium in illum dixerat: itaque Cicero Vatinium testem perpetua interrogatione accusavit, quæ oratio separatim edita extat; de qua Fabius V. 7. Et Cicero Fam. Ep. I. 9. 'Tota vero interrogatio mea' (orationem in Vatinium sic appellat) 'nihil habuit aliud, nisi reprehensionem illius tribunatus; in quo omnia dicta sunt libertate animoque maximo de vi, de auspiciis, de donatione regnorum.' III. Id. Feb. Cicero dixit pro Bestia de ambitu, apud prætorem Cn. Domitium, in foro medio, maximo conventu. Prid. Id. T. Pomponius Atticus Pilia uxore ducta nuptias celebravit, in quibus Cicero cœnavit; Ep. ad Q. Fratr. II. 3. Tulliam filiam Cicero anno proximo ante consulatum suum desponderat C. Pisoni L. F. Frugi; Att. Ep. I. 3. Ejus amor, virtus, pietas in Ciceronem exsulantem, tanta fuit, ut supra nihil posset; Fam. Ep. XIV. 1. et 3. et in orat. post Redit. Ei vero fructum pietatis suæ ferre non licuit; decessit enim anno superiore, ut ex Sextiana c. 31. et orat. in Vatinium c. 11. cognoscitur. Quem cum Tullia hoc anno eluxisset, Cicero pridie Non. Apr. eam Furio Crassipedi despondit, eique VIII. Idus sponsalia præbuit, Ep. ad Q. Fratr. II. 5. ut Manutius nunc distinxit. Unde scribit ad Attic. IV. 5. 'Viaticum Crassipes præripit.' De hac conjunctione gratulatus quoque Lentulus Ciceroni fuit: cui Cicero respondet epist. 7. lib. I. ad Fam. Non. April. factum fuit S. C. in Ciceronis sententiam, ut de agro Campano frequenti senatu Idib. Maii referretur; Fam. Ep. I. 9. Cum autem Miloni dies in Nonas Maii prodita esset, Cicero Roma exivit, villasque lustravit; Ep. ad Q. Fratr. II. 5. et 6. Prodigia interim facta, ut Dio lib. XXXIX. scribit. Nam et in Albano Monte sacellum Junonis, quod in mensa dedicatum orientem solem spectabat, ad septemtriones conversum est, fax a meridie ad aquilonem porrigi visa, lupus urbem intravit, terra movit, cives quidam fulmine icti sunt, et in agro Latiniensi auditus fuit strepitus sub terra cum fremitu; quæ cum haruspices expiari vellent, iratos Deos esse, quod loca sacra et religiosa profana haberentur, responderunt. Hanc occasionem arripiens Clodius ædilis, habuit concionem de sacris et religionibus; atque Ciceronis domum inter ea loca esse dixit, quæ

consecrata profana haberentur: itaque postridie Cicero defendens se in senatu, qui ex haruspicum responso decreverat, ut de locis sacris et religiosis consules ad senatum referrent, orationem habuit de Haruspicum Responsis, quæ extat, in qua haruspicum responsa contra Clodium interpretatur. Tum quoque Cicero, ut Dio scribit, Milone et quibusdam tribunis plebis adhibitis, in Capitolium venit, et tabulas de exilio suo a Clodio tribuno pl. fixas dejecit: sed Clodius cum fratre Caio, qui prætor erat, interveniens, eas tum eripuit: postea vero observata Clodii absentia, rursus in Capitolium ascendit, et tabulas inde ablatas domum suam asportavit: quod factum a Clodio reprehensum cum Tullius in senatu, ut Plutarch. narrat, sic defenderet, ut diceret Clodium contra leges e patriciis ad plebem transiisse, ideoque nihil eorum, quæ gessisset, ratum habendum esse; Cato indignatus illi contradixit: non quod Clodium laudaret, cujus acta oderat; sed grave et violentum esse confirmabat, tot decreta et res gestas senatusconsulto tolli; in quibus essent etiam ea quæ ipse in Cypro et Byzantii gessisset: de quibus rebus præter historicos Cicero pro Domo c. 8. in Sextiana c. 28. et alibi. Hoc etiam tempore actum in senatu fuit de stipendio exercitus Cæsaris: idque Cicero se non solum decrevisse, sed etiam, ut alii decernerent, laborasse ait in orat. de Prov. Cons. c. 11. Stipendii decreti meminit Fam. Ep. I. 7. ubi et de decem legatis: de quibus sic in orat. de Provinciis: ‘Actum est de decem legatis; quos alii omnino non dabant, alii exempla quærebant, alii tempus differebant, alii sine ullis verborum ornamentis dabant; in ea quoque re sic sum locutus, ut omnes intelligerent, me id, quod reip. causa sentirem, facere uberius propter ipsius Cæsaris dignitatem.’ Et pro Balbo c. 27. ‘Idem in angustiis ærarii victorem exercitum stipendio affecit: imperatori decem legatos decrevit.’ Hos decem legatos a Dione intelligi puto, cum de honoribus Cæsari habitis inquit, *ὥς τε καὶ ἐκ τῆς βουλῆς ἄνδρας, ὡς καὶ ἐπὶ δεδουλωμένοις παντελῶς τοῖς Γαλάταις ἀποστεῖλαι.* Nam re bene gesta, dispensandæ cohonestandæque victoriæ, ut Manlius apud Liv. XXXVIII. 47. ait, imperatoribus decem legati decernebantur. A. Gabinius, qui Syriam procos. tenebat, in Palæstina re bene gesta contra Aristobuli filium Alexandrum, ipsumque Aristobulum, ut Josephus Antiq. lib. XIV. scribit, literas Romam misit, quibus et rem bene gestam in bello nuntiavit, et supplicationem a senatu postulavit. Idibus Maii senatus frequens supplica-

tionem Gabinio denegavit; Epist. ad Q. Fratr. II. 7. de Prov. Cons. c. 6. et in Pison. c. 17. Deinde, cum provinciæ consulares futuris consulibus lege Sempronia essent decernendæ, ut in argumento orat. de Provinciis scripsi, et de quatuor provinciis sententiæ dictæ essent, de Syria, Macedonia, et duabus Galliis; M. Tullius, rogatus sententiam, orationem, quæ de Provinciis Consularibus extat, in senatu habuit, in qua suadet ut Syria et Macedonia futuris consulibus decernantur, et Galliæ Cæsari non adimantur. Ante orationem de Provinciis in libris Ciceronis legitur Corneliana pro L. Cornelio Balbo, quam hoc anno a M. Tullio dictam esse ex eo suspicor, quod de supplicatione, stipendio, et decem legatis extrema fere oratione dicitur: ea enim hoc anno Cæsari decreta esse, non solum oratio de Provinciis docet, verum etiam epist. 7. lib. I. ad Lentulum, quam tametsi docti quidam ad secundum consulatum Pompeii et Crassi referant, tamen hoc anno scriptam esse arguit, quod L. Racilius inter magistratus nominatur, quem Marcellino et Philippo coss. tribunum plebis fuisse supra diximus. Igitur Balbus, cum esset Gadibus in Hispania natus, ac bello Sertoriano imperatoribus Romanis probatus, bello confecto a Cn. Pompeio civitate Romana donatus, et quia per L. Cornelium hoc beneficium consecutus fuit, L. Cornelius Balbus vocatus est. Ei inimici Cæsaris et Pompeii accusatorem compararunt, qui Balbo hoc tempore civitatis controversiam movit; negans eum jure et recte civitate donatum, cum ex fœderato populo, quo in numero Gaditanus erat, nemo posset, nisi is populus factus esset fundus, id est, auctor obstringendi se jure civium Romanorum, in civitatem venire. Defenderunt Balbum M. Crassus, Cn. Pompeius, et M. Cicero. De Planciana, quæ suo loco non legitur, dicemus infra. Nunc de Cæliana dicendum. Hoc anno Ciceronem pro M. Cælio apud Cn. Domitium prætorem dixisse Corradus scribit. Manutius cum in commentario in epist. 5. libri II. ad Q. Fratrem, orationem pro Cælio habitam, Marcellino et Philippo coss. scripsisset, exponens deinde epist. 12. ejusdem libri, diem illi in biennium prodit, atque L. Domitio et Appio Claudio coss. Cælium de vi accusatum, et defensum a M. Tullio facit. Res est non levis, quæ et tanti viri animum in scribendo distraxerit, et aliis ancipitem curam cogitandi afferre possit: quare, an certi quid eruere queamus, experiamur. Quæstionem illam Cn. Domitium exercuisse, ipsa oratio demonstrat. Fuit autem Cn.

Domitius prætor hoc anno, apud quem Ciceronem pro Bestia dixisse, indicavimus. Fuit quoque alius Domitius prætor biennio post, apud quem Cælius causam dicere debebat; Epist. ad Fratr. II. 12. Cur autem Cælium lege Lutatia de vi reum factum apud Domitium, qui his coss. non eum, qui biennio post præturam gessit, putem, illa me causa maxime movet, quod M. Crassus una cum Tullio Cælium defendit: (nam interpretum inscitia, qui Crassum Cælii accusatorem faciunt, ridenda, seu miseranda potius, quam refutanda.) Crassus vero cum anno insequenti consul paludatus exierit, Appio et Domitio coss. ne Romæ quidem fuit, nedum causas ibi orare potuit. Huc accedit, quod Alexandrinæ legationis princeps Dio Academicus, cujus interficiendi causa Cælium aurum a Clodia sumsisse adversarii arguebant, anno superiore fuerit occisus, auctore Dione lib. XXXIX. et Strabone in XVII. nec verisimile sit, accusatorem hujus cædis crimen et accusationem in annos plures distulisse. Si quis objiciet, Cn. Domitium, hujus anni prætorem de ambitu quæsivisse; Cælium de vi accusatum fuisse: is si probaverit singulos prætores tantummodo uni quæstioni præfuisse, magnum fecerit. Nec me movet, quod Cælius, Appio et Domitio coss. reus invenitur: quid enim obstat quæso, quo minus hoc tempore absolutus, a gente Clodia in judicium retrahi potuerit? Quod Latomus putat, hanc orationem, Appio et Domitio coss. ideo habitam, quod Cn. Domitius, qui post illos consul fuit, in eorum consulatu præturam gessisse videatur, tempori, quo ista scripsit, attributo. Hoc ergo maneat, Cælium lege Lutatia de vi propter seditiones Neapolitanas, et alia crimina accusatum; de seditionibus Neapolitanis, et Alexandrinorum pulsatione Puteolana a M. Crasso; de auro, quod a Clodia sumsisse, et veneno, quod ejusdem Clodiæ necandæ causa parasse dicebatur, a M. Cicerone hoc tempore esse defensum. Q. Metellus Nepos ex consulatu in Hispaniam profectus, eam provinciam hoc tempore pro consule obtinebat, unde *τῆς Ἰβηρίας ἀνθύπατος* a Plutarcho in Cæsare nominatur: videturque ex Hispania ad Ciceronem misisse epist. 3. lib. V. Fam. in qua de contumeliosis concionibus Clodii ædilis conqueritur. Clodius frater Nepotis appellatur etiam in orat. post Red. in Sen. c. 10. et pro Domo c. 27. non propter affinitatem, ut vulgo interpretes sibi persuaserunt, verum quia *ἐν γένει αὐτῷ ἦν*, ut Dio de Metello Celere ait; quem etiam Cicero de Harusp. Resp. cap. 21. et pro Cælio c. 24. Clodii fratrem nominat. Fuerunt autem fra-

tres patrueles, seu ut jurisconsulti vocant, amitini. Cæcilia enim mater Clodii Metellorum amita fuit. Metellum Nepotem hoc tempore in Hispania decessisse, eumque a Cicerone intelligi epist. 9. lib. IV. ad Att. viri docti putant: quod si verum esset, Dionem lib. XXXIX. ubi res ab eo in provincia gestas exponit, prætermissurum fuisse non arbitror. Immo si jam in Hispania periit, est quod Pediano gratiam referat, qui illum mortuum in vitam reduxit, atque in choro novem consularium, qui biennio post Scaurum reum laudaverunt, collocavit. Utut sit, M. Tullius quinque epistolas libri quarti ad Att. nempe 4. 5. 6. 7. et 8. his consulibus scripsit. In sexta meminit epistolæ ad Lucceium missæ, quæ est 12. lib. V. Fam. qua ut res a se in consulatu gestas scribat, eum rogat. C. Julius Cæsar, gestis hoc anno rebus illis, quas lib. III. Commentariorum perscripsit, exercituque in Aulercis Lexobiisque, reliquis item civitatibus, quæ proxime bellum fecerant, in hybernis collocato, discedens in Italiam Lucæ hyemavit, auctore Plutarcho in Pompeio, Cæsare, et Catone: eoque Pompeium et Crassum extractos compulit, ut detrudendi L. Domitii causa, qui palam minabatur, consulem se effecturum, quod prætor nequisset, ademturumque Cæsari exercitus, consulatum alterum peterent; Sueton. in Julio c. 24. Ita factum, ut Domitius, qui tot annos, quot habebat, designatus consul fuerat, consul fieri non potuerit; Att. Ep. IV. 8. Cum autem Pompeius et Crassus intra legitimum tempus professi non essent, effecerunt cum per alios, tum per C. Catonem tribunum plebis, ne eo anno comitia haberentur: ut cum res ad interregnum rediisset, legitime consulatum et peterent et capesserent. Dio lib. XXXIX.

Anno Urbis 698. Ciceronis 52. Coss. fuerunt
Cn. Pompeius Magnus II. M. Licinius Crassus II.

Consulatum ex interregno inierunt, Dio lib. XXXIX. reliquosque magistratus suo arbitratu crearunt, quo tempore M. Cato in præturæ petitione repulsam tulit, et P. Vatinius in locum ejus creatus est; Plutarch. et Dio. Cicero mense Aprili fuit ruri, ibique scripsit epist. 10. lib. IV. ad Att. cum Puteolis magnus esset rumor, Ptolemæum esse in regno. Eum A. Gabinius hoc anno jussu Pompeii in regnum restituit; Plutarch. in Pompeio, Dio lib. XXX. Strabo lib. XII. et XVII. Meminit Cicero in Pisonem c. 21. quam orationem his coss. dixit, auctore Asconio, cum Piso revoca-

tus e Macedonia sententia Ciceronis, quam anno superiore de provinciis consularibus dixerat, de insectatione ejus in senatu conquestus, atque in eum invectus esset. Pisoni Cicero respondit oratione illa quæ extat, et continet Pisonis vituperationem, quamvis in senatu sit habita loco sententiæ, ut testatur Quintil. III. 9. Dicta fuit oratio, auctore Asconio, ante paucos dies, quam Cn. Pompeius ludos faceret, quibus theatrum a se factum dedicavit: magnificentissima vero Pompeii munera secundo consulatu fuerunt, ait Cicero de Off. II. 16. et demonstrat epist. 1. lib. VII. Fam. ad Marium. De theatro et ludis Pompeii, Plutarch. in ejus vita, Dio lib. XXXIX. Tacitus Ann. XIV. 20. Plinius VIII. 7. Hoc anno Cicero ad Quintum Fratrem scripsit ep. 8. 9. et 10. lib. II. et ad Att. epist. 9. 10. 11. et 12. lib. IV. In ep. 13. facit mentionem profectionis Crassi in Syriam; antequam vero paludatus exiret, cœnavit apud Ciceronem in hortis Crassipedis generi; Fam. Ep. I. 9. Proficiscentem Ateius Capito trib. plebis diris cum ominibus retinere conatus est; ille vero, dirarum obnuntiatione neglecta, in Syriam contendit: atque exercitu deleto trans Euphratem cum ignominia et dedecore periit; Cic. de Divin. I. 16. et II. 9. Plutarch. Appian. Dio, Velleius II. 46. et alii. Cicero etiam hoc tempore scripsit tres libros de Oratore, de quibus sic ad Att. epist. 13. lib. IV. ‘ De libris oratoriis factum est a me diligenter: diu multumque in manibus fuerunt, describas licet.’ Vide quoque prooemium lib. II. de Orat.

Anno Urbis 699. Ciceronis 53. Coss. fuerunt
L. Domitius Ahenobarbus, Ap. Claudius Pulcher.

Cum Crassus hoc tempore in Syriam iter haberet, Cicero ejus absentis causam in senatu defendit, et cum consulibus atque consularibus magna contentione decertavit, ut scribit ipse ad Lentulum epist. 9. lib. I. et ad Crassum epist. 8. lib. V. Fam. Quæ initio hujus anni mense Februario in senatu acta sunt, Cicero ad Fratr. scribit lib. II. ep. 11. et 12. ut in libris Manutianis distinguuntur. Misit deinde in Galliam ad Cæsarem pro cos. C. Trebatium Testam jurisconsultum cum literis, quibus eum studiosissime commendat; Fam. Ep. VII. 5. Tum etiam Q. Tullius Cicero legatus Cæsari in Galliam profectus est, de quo Cæsar Comment. V. 24. M. Cicero item Roma profectus, ruri scripsit ad Atticum epist. 13. lib. IV. Fuit autem in Cumano et Pompeiano: atque in

Cumano instituit scribere Πολιτικὰ, de optîmo statu civitatis, et de optimo cive; Ep. ad Q. Fratr. II. 13. et III. 5. et Att. Ep. IV. 13. IV. Non. Junii Cicero Romam rediit; Ep. ad Q. Fratr. II. 14. IV. Non. Quintil. Suffenas et Cato absoluti sunt; Att. Ep. IV. 15. De C. Catone absoluto, Ascon. pro Scauro. His rebus actis Cicero a Reatinis in eorum agrum eductus, apud Ap. Claudium consulem, et decem legatos Reatinorum causam contra Interamnates egit; Att. Ep. IV. 15. Varro de Re Rust. III. 2. VII. Id. Romam rediit, eoque tempore se a causis et judiciis districtissimum fuisse, ait epist. 15. lib. II. ad Fratr. Defendit tum Messium, item Drusum, de quibus epist. 15. lib. IV. ad Att. ubi hoc quoque scribit, se ex Quinti fratris literis suspicari, jam eum esse in Britannia. Illo tempore ad Trebatium scripsit epist. 6. 7. 8. 9. et 10. lib. VII. Fam. Ex Britannia Quintus ad Marcum literas misit, quibus ille mense Sextili respondit eodem die quo P. Vatinium defendit; epist. ult. lib. II. ad Q. Fratr. De Vatinio in gratiam recepto et defenso scribit epistola longa ad Lentulum. Pro Vatinio Ciceronem dixisse L. Domitio, Ap. Clodio coss. Asconius testatur. Valerius quoque l. IV. c. 2. scribit, M. Ciceronem P. Vatinium dignitati suæ semper infestum duobus publicis judiciis tutatum esse: itaque Vatinius se clientem Ciceronis appellat, epist. 9. lib. V. Fam. M. Æmilius Scaurus a C. Triario repetundarum postulatus apud M. Catonem prætorem a M. Tullio defensus est a. d. IV. Nonas Septembr. vide Asconium. Hanc orationem una cum Planciana mense Septembri se absolvisse scribit, epist. 1. lib. III. ad Fratr. Plancium his coss. a M. Juventio Laterense accusatum, et a Cicerone defensum esse, Latomus et Corradus putant, recte meo quidem judicio. Fuerat enim Plancius tribunus plebis biennio ante, ut diximus, atque in hunc annum ædilitatem recte petiit. Quod autem Silvius per consulem, quem Cicero comitia ædilicia habuisse ait, M. Crassum intelligit, nulla probabili ratione nititur: nec potuit Plancius in tribunatu ædilitatem petere. Huc accedit, quod hunc fuisse legitimum annum ædilitatis Laterensis, ex prætura ejus perspicuum fit: quam triennio post, Ser. Sulpicio, M. Marcello coss. gessit; Fam. Ep. VIII. 8. Illud autem, quod Corradus pro certissimo argumento affert, quod C. Alfius, qui præturam hoc anno gessit, quæsitor in causa Planciana fuerit, nullum est: nam primum ex peroratione cognoscitur, non C. Alfium, sed C. Flavium quæsitorem fuisse, quem eundem prætu-

ram tum gessisse, affirmare non ausim: arbitror enim tam quæsitorem, quam consilium, éditicium fuisse: editos autem fuisse ab accusatore: quæ potestas si rei fuisset, ait Cicero c. 17. eum sine dubitatione C. Alfium tribulem suum quæsitorem, atque e Terentiana et Voltinia tribubus judices fuisse editurum. Pridie Nonas Septembr. ludi Romani, qui per novem continuos dies fiebant, commissi sunt. Ludorum diebus Cicero in Arpinati fuit, et XIII. Kalend. Octobr. Romam venit; Epist. ad Q. Fratr. III. 1. A. d. VI. Kalend. Octobris, cum æquinoctium subesset, Cæsar exercitum Britannia reportavit; Cic. Att. Ep. IV. 17. et Cæsar Comment. V. 23. cum Cæsar Britanniam peragraret, audivit decessisse filiam; Senec. de Consolat. ad Marciam c. 14. Hinc Cæsaris luctus epist. 1. lib. III. ad Q. Fratr. de morte Juliæ, quæ Pompeio nupta erat; Dio lib. XXXIX. Plutarch. in Pompeio et Cæsare. Cum M. Crassus A. Gabinio in Syria successisset, ille in Italiam reversus XII. Kal. Octobr. ad urbem accessit, et IV. Kal. urbem noctu intravit, et de majestate accusatus est; Epist. ad Q. Fratr. III. 1. In eo judicio Ciceronem Gabinium gravissime accusasse, Dio lib. XXXIX. auctor est: sed Cicero se testimonium secundum fidem et religionem gravissime in eum dixisse, testatur epist. 4. lib. III. ad Q. Fratr. Gabinio absoluto, M. Tullius VIII. Kal. Novembr. in Tusculanum profectus fuit. Ita extremis mensibus hujus anni Cicero omnes epistolas lib. III. ad Q. Fratr. et postremas lib. IV. ad Att. et longam ad Lentulum scripsit. Gabinius de majestate absolutus, de repetundis accusatus et condemnatus fuit, quamvis Tullius rogatu Pompeii eum defendisset; Dio lib. XXXIX. Valerius IV. 2. 'Sed hujusce generis humanitas etiam in M. Cicerone præcipua apparuit: A. namque Gabinium repetundarum reum summo studio defendit, qui eum in consulatu suo urbe expulerat.' Cicero pro Rabirio Postumo ait, c. 12. sibi causam defendendi Gabinii fuisse reconciliationem gratiæ: ibidem c. 8. testatur, se Gabinium, ex maximis inimicitiis receptum in gratiam, summo studio defendisse. Meminit hujus defensionis D. Hieronymus in Apologia adv. Rufinum. Gabinio condemnato, C. Memmius lege Julia de repetundis accusavit C. Rabirium Postumum, qui, cum post mortem patris sui C. Curtii natus esset, a C. Rabirio avunculo adoptatus, C. Rabirius Postumus dictus fuit: defendit eum Cicero hyberno tempore, ut oratio indicat. Claudius Cæsar apud Suetonium refert, Rabirio Postumo Ptolemæum Alexan-

driam crediti servandi causa secuto crimen majestatis apud judices motum fuisse. Hoc ad extremum admonebo, quatuor prætores hujus anni a Cicerone in epistolis nominari; M. Catonem, Domitium, Servilium, et C. Alfium, quibus Dio addit Ser. Sulpicium Galbam. Tribuni plebis apud Ciceronem sunt, Q. Mucius Scævola, Terentius, et C. Memmius: his apud Valerium VIII. 1. additur Lælius.

Anno Urbis 700. Ciceronis 54. Coss. fuerunt
Cn. Domitius Calvinus, M. Valerius Messala.

Hi consules non statim initio anni, ut moris erat, sed septimo tandem mense magistratum inierunt, auctore Dione lib. XL. Cum enim anno superiore comitiorum consularium singuli dies obnuntiationibus sublati essent, ut scribit Cicero epist. 3. lib. III. ad Q. Fratr. et ob id mense Januario nulli tum consules essent; interreges de more proditi fuerunt, qui rempublicam per sex menses administrarunt: cum quod propter auspicia, quæ secunda interregibus non eveniebant, comitia habere non possent; tum quod tribuni plebis, qui remp. tractabant, ne magistratus crearentur, impedirent, ut Dio scribit. Plura igitur hoc tempore interregna fuerunt: de quibus Cicero epist. 11. lib. VII. Fam. quam hoc tempore scriptam esse res ipsa indicat, sicut et sequentes: quarum decimatertia data est III. Nonas Mart. decimaoctava VI. Idus Apr. Sed, cum tribuni plebis comitia omni ratione impedirent, ac primum ut tribuni milit. pro consulibus, deinde ut Pompeius dictator crearetur, ad populum ferrent, M. Catonis cohortatione adductus Pompeius effecit, ut Cn. Domitius et M. Messala coss. tandem fuerint creati; Plutarch. in Pompeio, et Dio lib. XL. His coss. M. Crassus, interfecto Publio filio exercituque deleto, trans Euphratem cum ignominia et dedecore periit, ait Cicero de Divin. II. 9. et scribit præter alios Orosius noster l. VI. c. 13. Periisse Crassum mense Junio Ovidius Fast. VI. 465. indicat. In locum P. Crassi M. F. Cicero augur factus fuit, ut Plutarch. scribit. In auguratus petitione competitorem habuit C. Hirrum; de quo Fam. lib. II. et VIII. Sed M. Tullium augurem a toto collegio expetitum Cn. Pompeius et Q. Hortensius nominaverunt; Philipp. II. Ab Hortensio se cooptatum in collegium, et inauguratum, ait in Bruto c. 1. Quo tempore Cicero augur factus est, C. Scribonius Curio filius in Italia non fuit, ut ipse ait Philipp. II. c. 2. Erat autem

in Asia, eoque Cicero ad illum misit sex primas epistolas lib. II. Fam.

Anno Urbis 701. Ciceronis 55. Consul fuit
Cn. Pompeius Magnus III. sine collega.

Petebant in hunc annum consulatum summis contentionibus T. Annius Milo, P. Plautius Hypsæus, et Q. Metellus Scipio. Petebat in eundem annum præturam P. Clodius, cui summæ inimicitiæ cum Milone intercedebant. Itaque a. d. XIII. Kalend. Feb. cum Milo Lanuvium proficisceretur, et Clodius Aricia rediens ei occurrisset, rixa et pugna forte commissa, Clodius interfectus fuit, quod Asconius in argumento orat. pro Milone pluribus verbis narrat. Pompeius deinde ab interrege Ser. Sulpicio v. Kalend. Martii consul creatus est, statimque consulatum iniit, et novas leges tulit: duas ex S. C. alteram de vi, qua nominatim cædem Appia Via factam, et incendium Curiæ, et domum M. Lepidi interregis oppugnatam comprehendit; alteram de ambitu, pœna graviore, et forma judiciorum breviore proposita: utraque enim lex prius testes dari per triduum, deinde uno die atque eodem et ab accusatore, et ab reo perorari jubebat, ita ut duæ horæ accusatori, tres reo darentur, auctore Asconio. Hinc Tacitus in dialogo de Oratoribus cap. 38. ait Pompeium primum astrinxisse, et imposuisse veluti frænos eloquentiæ. De hac lege Pompeii Cicero in Bruto c. 94. 'Maxime' (inquit, de se et Hortensio agens) 'perspecta est utriusque nostrum exercitatio paulo ante, cum lege Pompeia ternis horis ad dicendum datis, ad causas simillimas inter se, vel potius easdem, novi veniebamus quotidie.' Et de Fin. l. IV. init. 'Ain' tandem, cum ego te hac nova lege videam eodem die accusatori respondere, et tribus horis perorare, in hac me causa tempus dilaturum putas?' Perlata lege Pompeii, et L. Domitio Ahenobarbo quæsitore suffragio populi creato, Milo de vi, et de ambitu, et de sodalitiis postulatus fuit. Accusarunt de vi Milonem III. Idus Apr. Appius major, M. Antonius, et P. Valerius Nepos; respondit illis unus M. Cicero; qui cum inciperet dicere, exceptus est acclamatione Clodianorum, ita ut non ea, qua solitus erat, constantia diceret: sed oratio illa quoque excepta fuit, ut Asconius scribit. Meminit Quintilianus IV. 3. Eam vero, quam nos habemus, Cicero postea scripsit, cum Milo esset Massiliæ, quo condemnatus in exilium intra paucissimos dies profectus fuit; Asconius, et Dio lib. XL.

Accusatus deinde M. Saufeius, defendente Cicerone et M. Cælio, absolutus fuit. Sex. autem Clodius magno consensu damnatus est; Asconius. Pompeius in hoc consulatu Corneliam Q. Metelli Scipionis filiam uxorem duxit, et socerum sibi in quinque menses extremos collegam subrogavit; Plutarch. in Pompeio, Dio lib. XL. Appian. lib. II. Eundem Scipionem censoriam potestatem, quam Clodius imminuerat, lege restituisse, Dio scribit. Hoc anno fingitur habitus sermo de Finibus Bonorum et Malorum, quem Cicero libris quinque postea perscripsit. Argumento sunt verba illa, quæ de lib. IV. modo adduxi, et illa lib. II. cap. 18. 'Ut M. Crassus fuit, qui tamen solebat uti suo bono: ut hodie est noster Pompeius, cui recte facienti gratia est habenda.' Extremo hujus anni mense, cum T. Munacius Plancus Bursa magistratu abiisset, a Cicerone accusatus, et Cn. Pompeio defensus, condemnatus fuit; Dio lib. XL. et Cic. Fam. Ep. VII. 2. quam hoc tempore scripsit. Plancus omnibus sententiis maximo populi plausu condemnatus fuit, quod Curiam incendisset; Philipp. VI. 4. et XIII. 12.

Anno Urbis 702. Ciceronis 56. Coss. fuerunt
Ser. Sulpicius Rufus, M. Claudius Marcellus.

Hoc tempore, certe post Clodii cædem, M. Tullius de Legibus scripsit, ut ex lib. II. c. 17. cognoscitur. Cum autem plures libros de Legibus scripsisset, ad nos tres tantum, iique mutilati pervenerunt. Factum anno superiore senatusconsultum erat, ne quis prætorius aut consularis intra quinquennium in provinciam ire posset, ut Dio lib. XL. scribit. Hoc S. C. ire in provincias coacti sunt, qui in eas ex prætura, aut ex consulatu non iverant: in his erat M. Tullius; cujus sors cum dejecta esset, Cilicia provincia consularis cum exercitu peditum XII. mil. equitum duum mil. DC. ei obvenit, auctore Plutarcho. Cicero se nomen tantum duarum legionum habuisse, ait epist. 15. lib. V. ad Att. et epist. 6. lib. III. Fam. ait in tanta militum paucitate abfuisse tres cohortes. Tenuit Cicero pro cos. etiam Cyprum insulam Ciliciæ oppositam, et præterea tres diœceses Asiaticas, Cibyraticam, Synnadensem, et Apameensem, ut Att. Ep. V. 21. et VI. 2. perspicitur. Itaque de Divin. I. 1. ait, se nationibus Cilicum, Pisidarum, et Pamphyliæ præfuisse. Successit M. Tullius Ap. Claudio, quem de successione certiorem facit epist. 2. lib. III. Fam. cum epist. I. prius ad

ipsum in Ciliciam misisset. Legatos habuit Cicero, Q. Tullium fratrem, C. Pomptinium, L. Tullium, et M. Anneium: quæstorem L. Messinium, cui C. Cælius postea successit. Profectus Cicero ex urbe mense Maio, Nonis cum Attico in Tusculano fuit, inde Arpino, Arcano, Aquino, Cumano, Pompeiano et Trebulano peragratis, Beneventum venit v. Idus Maii. Tarentum xv. Kal. Jun. et triduum cum Pompeio et apud Pompeium fuit; Att. Epist. v. 1. 2. 3. 4. 5. 6. et 7. Brundusium venit a. d. vi. Kalend. Jun. Fam. Ep. iii. 3. ibi plures dies mansit. Pridie Non. Junii se etiam tum Brundusii fuisse scribit ad Appium epist. 4. lib. iii. Fam. Interim M. Cælius ad eum misit epist. 1. lib. viii. cui Athenis rescripsit epist. 8. lib. ii. Fam. Brundusio profectus Actium venit xvii. Kalend. et Athenas vii. Kalend. Quintil. Att. Ep. v. 9. et 10. Exulabat tum Athenis C. Memmius de ambitu condemnatus; Epist. ad Q. Fratr. iii. 2. et Fam. Ep. xiii. 19. et Appian. lib. ii. Is pridie, quam Cicero Athenas venit, Mitylenas profectus erat; Att. Ep. v. 11. tum Cicero ad eum misit epist. 1. et seq. ut videtur, lib. xiii. Fam. Cum Athenis decem ipsos dies fuisset, pridie Non. Quintil. inde profectus Ephesum venit a. d. xi. Kal. Quintil. Att. Ep. v. 11. 12. et 13. et Fam. Ep. ii. 8. Tralles venit a. d. vi. Kal. Sextil. atque ad Appium misit epist. 5. lib. iii. Fam. Laodiceam in provinciam venit pridie Kalend. Sextil. Att. Ep. v. 15. 20. et ult. Fam. Ep. xv. 2. et 4. M. Cælius interim ad Ciceronem plures epistolas scripsit, quæ Fam. lib. viii. extant. In quarta Kal. Sextil. data meminit C. Marcelli cos. designati: habita ergo comitia consularia fuerunt ante Sextilem, quibus creati consules sunt L. Paullus et C. Marcellus: qua re cognita, Cicero non solum ipsis, verum etiam C. Marcello patri, et M. Marcello fratri patrueli C. Marcelli cos. des. gratulatus est Fam. Ep. xv. 7. 8. 9. et 12. Triduum moratus Laodiceæ, triduum Apameæ, totidem dies Synnade vii. Kalend. Septemb. in Lycaoniam ad Iconium in castra venit; Att. Ep. v. 16. et seqq. Fam. Ep. xv. 4. C. Cassius, qui quæstor M. Crassi fuerat, atque ex clade, quæ ad Carrhas accepta erat, cum parte exercitus se in Syriam receperat, eo tempore, quo Cicero in Ciliciam venit, Antiochia tenebatur; Parthosque cedentes ab oppido insecutus rem bene gessit, Osace duce occiso; Cic. Fam. Ep. ii. 10. et Att. Ep. v. 20. Dio lib. xl. Justin. xlii. 4. Unde Cic. Philipp. xi. 14. de Cassio: ‘ Magnas

ille res gessit ante Bibuli summi viri adventum, cum Parthorum nobilissimos duces, maximasque copias fudit, Syriamque immani Parthorum impetu liberavit.' In castra Ciceronis ad Iconium ante diem III. Kalend. Septembr. venerunt legati missi ab Antiocho Commageno, iique nuntiarunt Parthorum magnas copias Euphratem transire cœpisse, ut scribit Fam. Ep. XV. 1. et 3. Pridie Kal. Septemb. Cicero castra ab Iconio movit, iterque per Cappadociam in Ciliciam faciens, in Cappadocia extrema non longe a Tauro apud oppidum Cybistra castra posuit; Fam. Ep. III. 6. et XV. 2. et 4. et Att. Ep. V. 18. Ibi cum dies quinque esset commoratus; regem Ariobarzanem, cujus salutem a senatu commendatam habebat, præsentibus insidiis liberavit, ut scribit ad Catonem, et copiose exponit magistratibus epist. 2. et 4. lib. XV. Fam. Inde confestim iter in Ciliciam fecit per Tauri pylas, et Tarsum venit a. d. III. Non. Octobr. Att. Ep. V. 20. Non. Octobr. in senatu recitatæ sunt Ciceronis literæ, quas publice de Parthico tumultu miserat; epist. 1. lib. XV. Fam. et epist. ult. lib. V. ad Att. eodemque die Cicero Tarso Amanum versus profectus est; epist. 8. lib. III. Fam. qui mons erat hostium plenus sempiternorum. Hic a. d. III. Idus Octobr. magnum numerum hostium cecidit, castella munitissima cepit, incendit, imperatorque appellatus est; Att. Ep. V. 20. Fam. Ep. II. 10. et XV. 4. Vide quoque Comment. nostrum in Ligarianam. His rebus ita gestis, castra in radicibus Amani habuit, ea ipsa, quæ contra Darium habuerat apud Issum Alexander, ut est locis jam citatis. Inde Pindenissum oppidum munitissimum Eleutherocilicum diu omnibus machinis oppugnatum die LVII. cepit, Saturnalibus mane; Att. Ep. V. 20. et Fam. Ep. XV. 4. Pindenisso capto exercitum in hyberna dimisit, iisque Quintum Fratrem præposuit, XV. 4. Extremo hoc anno Cicero ad Curionem misit epist. 7. lib. II. Fam. in qua illi de tribunatu plebis gratulatur, quem a. d. IV. Id. Decemb. iniit.

Anno Urbis 703. Ciceronis 57. Coss. fuerunt
L. Æmilius Paullus, C. Claudius Marcellus.

Ad hos consules extant Ciceronis literæ: quibus petit, ut quam honorificentissimum S. C. de rebus a se gestis faciendum curent; Fam. Ep. XV. 10. et 13. hac de re scripsit etiam ad Catonem epist. 4. ejusd. lib. tum Ciceroni pro re bene gesta supplicationes

sunt decretæ; Fam. Ep. viii. 11. et Att. Ep. vii. 1. pro quibus Marcello cos. gratias agit epist. 11. lib. xv. Fam. Nonis Jan. Cicero Tarso profectus fuit in Asiam, ut ibi suarum diœcesium hominibus jus diceret; Att. Ep. l. v. ep. ult. quam Idib. Febr. se dedisse ait. Quo tempore Cicero Ciliciam, et M. Bibulus Syriam obtinuerunt, eodem tempore Q. Thermus pro prætore in Asia, et P. Silius in Bithynia, ut videtur, fuerunt; indicat epist. 1. lib. vi. ad Att. Itaque e Cilicia Cicero ad Thermum et Silium misit epist. 53. et alias, quæ deinceps lib. xiii. Fam. leguntur. Laodiceæ M. Tullius ex Idib. Februarii ad Kalend. Maii forum egit omnium diœcesium Asiaticarum; Att. Ep. vi. 1. et 2. Eo venit M. Fabius commendatus ei a C. Cassio: commendat eundem ipse Cœlio, Pæto, et Curtio; Fam. Ep. ii. 14. ix. 25. xiii. 59. et xv. 14. Eodem tempore Cicero aliquot epistolas ad Cælium et Appium misit, quæ lib. ii. et iii. leguntur, in quibus cum de aliis rebus, tum de Appii accusatione et Tulliæ nuptiis agitur. Accusavit Appium reversum e provincia P. Cornelius Dolabella; eidemque Tullia M. Ciceronis filia hoc tempore nupsit: de affinitate hac gratulatur Ciceroni Cælius ep. 13. lib. viii. Fuit quoque Appius hoc anno, ut Dio scribit, censor cum L. Pisone. Appii censuræ meminit Cic. in epistolis ad ipsum, ep. 10. 11. et ult. l. iii. De eadem Q. Frater de Div. i. 16. ‘ in quo Appius collega tuus, bonus augur, ut ex te audire soleo, non satis scienter, virum bonum et civem egregium, censor P. Ateium notavit, quod ementitum auspicia subscripserit.’ Ex Asia Cicero in Ciliciam Nonis Maii profectus, Fam. Ep. ii. 13. et Att. Epist. vi. 2. Tarsum venit Nonis Jun. Att. Ep. vi. 4. Ciceroni interim quæstor C. Cælius obtigit, ad quem scribit epist. ult. lib. ii. Fam. eundemque de provincia decedens iii. Kal. Sextil. provinciæ præfecit; Att. Ep. vi. 6. Fam. Ep. ii. 15. et iii. 14. Epheso proficiscens Kal. Oct. Athenas venit pridie Idus, Att. Ep. vi. 8. et 9. et Fam. Ep. xiv. 5. Fam. Athenis Ciceronem libenter commoratum esse, *πόθῳ τῶν πάλαι διατριβῶν*, Plutarchus scribit. Athenis Imperatorem se apud Aristonem diversatum esse, Tusc. v. 8. ait. Tironem libertum Cicero e Cilicia in Italiam revertens Patris ægrum reliquit, epist. 2. lib. vii. ad Att. ad eumque plures ex itinere epistolas misit, quæ lib. xvi. Fam. leguntur, et totius itineris rationem continent. Brundusium venit vii. Kal. Decemb. eodemque tempore uxor Terentia ad portam Brundusinam accessit, quo

Tullius in portum; Att. Ep. VII. 2. et Fam. XVI. 9. Inde Romam versus proficiscens, ex itinere scripsit ad Atticum epist. 3. 4. 5. 6. 7. et 8. lib. VII.

Anno Urbis 704. Ciceronis 58. Coss. fuerunt
C.[m] Claudius Marcellus, L. Cornelius Lentulus Crus.

His consulibus, M. Tullio pridie Non. Januar. ad urbem accedenti sic est obviam proditum, ut nihil fieri potuerit honoratius; Fam. Ep. XVI. 11. ubi addit, se incidisse in ipsam flammam civilis discordiæ, vel potius belli: quod etiam Plutarchus scribit. Nam Kalend. Januar. cum in Q. Metelli Scipionis sententiam S. C. fieret, uti ante certam diem Cæsar exercitum dimitteret; si non faceret, eum adversus remp. facturum videri; eique S. C. M. Antonius et Q. Cassius trib. plebis intercessissent; senatus consulibus, prætoribus, trib. plebis et iis qui pro consulibus ad urbem erant, negotium dedit, ut curarent ne quid resp. detrimenti caperet. Tum Antonius et Cassius ad Cæsarem ex urbe cum Curione profugiunt; Cæsar B. Civ. I. 5. Cicero Fam. Ep. XVI. 11. et Philipp. II. 21. Cicero ut venit ad urbem, non destitit omnia et sentire, et dicere, et facere, quæ ad concordiam pertinerent; Fam. Ep. XVI. 12. fuitque semper auctor pacis, ut testatur in oratt. pro Marcello c. 5. Ligario c. 9. et Deiotaro c. 10. item Fam. Ep. VI. 6. et VII. 3. eaque de re, ut Plut. tradit, privatim multa ad Cæsarem scripsit, et Pompeium coram precatus est, utrumque placans et deliniens. Sed mirus invaserat furor non solum improbis, sed etiam iis qui boni habebantur, Cicerone clamante nihil esse bello civili miserius; Fam. Ep. XVI. 12. Itaque Italiæ regiones descriptæ fuerunt, quam quisque partem tueretur. Cicero Capuam sumsit, quod pridie Idus Jan. ad Tironem scripsit epist. 11. l. XVI. Fam. Cum interim Cæsar, trajecto Rubicone, Ariminum, Pisaurum, Anconam, Aretium occupasset, urbem consules atque optimates omnes reliquerunt; Cic. Fam. Ep. XVI. 12. Dio l. XLI. et alii. M. Tullius tum quoque ab urbe discessit; Att. Ep. VII. 9. et seq. Discessisse eum XIV. Kal. Febr. cognoscitur ep. 12. l. IX. ad Att. Fuit Cicero ἐπίσκοπος totius oræ maritimæ a Formiis; Fam. Ep. XVI. 12. et Att. Ep. VII. 11. VIII. Kal. Februarii Cicero Minturnis fuit; Att.

[m] Nam vitiosum est in Gruteriana prænomen *L.* quod temere secuti alii.

Ep. vii. 13. Reliquerat uxorem Terentiam et filiam Tulliam Romæ; Fam. Ep. xvi. 12. quarum curam sæpius Attico mandat: ipsas quoque de hac re monet epist. 14. et 18. l. xiv. Fam. vi. Kal. Febr. Cicero Calibus Capuam proficiscens ad Atticum misit epist. 14. lib. vii. et postridie sequentem. iv. Kalend. Capua ad Tironem dedit; Fam. Ep. xvi. 12. Capua profectus est Formias a. d. iii. Kalend. Eo quarto Non. Febr. Tullia et Terentia venerunt. M. Tullius postridie cum fratre Capuam versus profectus est; Att. Ep. vii. 15. et 16. et viii. 13. Capuæ cum triduum fuisset, vii. Id. Febr. inde discedens se Formias recepit; Att. Ep. vii. 19. et viii. 13. Formiis quotidie fere literas ad Atticum dedit, quæ extremo l. vii. et primo l. viii. leguntur. Reddita interim Ciceroni est a Pompeio epistola, qua in Apuliam evocatur: eam se xv. Kal. Mart. Formiis accepisse, Pompeio rescribens ait; Att. Epp. viii. 11. Profectus deinde ad Pompeium cum Teanum Sidicinum venisset, ex C. Messio aliisque compluribus cognovit, in iis locis esse Cæsarem, ut tuto ad Pompeium venire non posset: itaque Cales progressus ibi constitit: et cum esset incertum iter Cæsaris, Leptam ad Pompeium misit et literas: ipse Formias revertit; Att. Ep. viii. 3. et 15. Ibi aliquamdiu manens plures epistolas ad Atticum misit, quæ lib. viii. et ix. extant. viii. Kal. Mart. Pompeius Canusio Brundusium profectus fuit; Att. Ep. ix. 1. Eo Ciceronem vocavit missa epistola, quam Cicero accepit iii. Kal. epist. seq. et mansit in Formiano; Att. Epp. viii. 11. A. d. vii. Id. Mart. Cæsar Brundusium cum legionibus sex pervenit, atque ad murum castra posuit, cum jam consules Dyrrachium profecti cum magna parte exercitus essent, et Pompeius Brundusii cum cohortibus xx. remaneret; Att. Ep. ix. 16. et Cæs. B. Civ. i. 25. Cicero illo tempore etiam ad Tironem scripsit epist. 13. 14. et 15. lib. xvi. Fam. Pompeius xvi. Kal. April. Brundusio cum omnibus copiis, quas habuerat, profectus est. Cæsar postero die oppidum ingressus, et concionatus, Romam contendit; Att. Ep. ix. 15. Eo itinere M. Cicero illum convenit, et quid egerit, Attico scribit epist. 18. lib. ix. Cicero deinde Arpinum profectus, ibi Tullio filio suo togam puram dedit; Att. Ep. l. ix. ep. 19. mansitque in villis mense Aprili et Maio atque ad Atticum misit epistolas, quæ lib. x. extant. vii. Idus Junii ad Pompeium in Græciam proficiscens navim conscendit; Fam. Ep.

XIV. 7. ‘ Suscepto bello, Cæsar, gesto etiam ex magna parte, nulla vi coactus, judicio meo, ac voluntate, ad ea arma profectus sum, quæ erant sumta contra te,’ ait ipse pro Ligario c. 3. et nos in commentario exposuimus. Adventus ejus, ut Plut. scribit, ceteris gratus fuit; Cato autem illum conspicatus multis verbis reprehendit, quod Pompeium secutus esset: nam se non potuisse honeste eam sectam deserere, quam ab initio in rep. delegisset; illum, qui magis prodesse patriæ et amicis potuerit, si in Italia mansisset, et æqualiter se ad eventum comparasset, nulla ratione et absque necessitate hostem Cæsari factum esse, atque in tanti periculi societatem venisse. Cum hæc verba Ciceronis animum flexerunt, tum quod nulla magna in re Pompeius illius opera utebatur: in causa erat ipse, non negans se facti sui pœnitere. Hactenus Plutarchus. Ipse quoque Fam. Ep. VII. 3. ait: ‘ Cujus me mei facti pœnituit, non tam propter periculum meum, quam propter vitia multa, quæ ibi offendi, quo veneram.’ Cæsar in Hispaniam profectus, ea potitus est, et Dictator a M. Lepido prætore dictus comitia habuit, quibus ipse cum P. Servilio consul creatus est, ut scribit lib. III. de Bell. Civ. c. 1.

Anno Urbis 705. Ciceronis 59. Coss. fuerunt
C. Julius Cæsar II. P. Servilius Vatia Isauricus.

His consulibus pridie Nonas Januar. Cæsar Brundusio in Epirum contra Pompeium trajecit; B. Civ. III. 6. post Nonas Febr. Cicero e Græcia ad Atticum dedit epist. 2. lib. XI. Obsesso a Cæsare et circumvallato Pompeio apud Dyrrachium, P. Dolabella ad Ciceronem misit ep. 9. lib. IX. Fam. Nonis Junii in castris fuit; e quibus ad Atticum dedit epist. 3. lib. XI. et seq. in qua scribit se confici solicitudine, ex qua etiam summa infirmitas corporis consecuta sit. Itaque cum Pompeius, translato in Thessaliam bello, apud Pharsaliam media æstate, ut Plut. in Bruto tradit, a Cæsare victus est, Cicero in acie non fuit, ut scribit ad Pætum epist. 18. lib. IX. Fam. sed remansit in castris, ut Livius lib. CXI. scripsit: unde Plut. in Cicerone ait, *τῆς μάχης οὐ μετέσχε δι' ἀῤῥωστίαν*, i. e. *prælio propter infirmitatem corporis non interfuit.* Erant cum Cicerone M. Varro et M. Cato; de Divin. I. 32. Catonem Dyrrachii, ut impedimentis præsidio esset, cum XV. cohortibus a Pompeio relictum fuisse, Plutarch. in Pompeio et Catone auctor est.

Victo Pompeio, Cato, (inquit Plut. in Cic.) qui copias magnas classemque magnam Dyrrachii habebat, ad M. Tullium, qui et lege et dignitate consulari præstaret, imperium deferebat: quod cum ille recusaret, militiamque subterfugeret, propius factum est nihil quam ut occideretur, cum et Pompeius filius et amici eum proditorem appellarent, gladiosque stringerent; sed Cato resistens vix illum cædi eripuit, et ex castris removit atque ablegavit. Hæc Plutarchus. Q. Cicero de Divin. I. 32. refert Labienum ex Pharsalica fuga in castra venisse, interitumque exercitus nuntiavisse, atque ita ipsos subito perterritos metu naves conscendisse. Victoriam igitur Cæsaris Cic. belli finem sibi fecit: nec putavit, cum integri pares non fuissent, fractos superiores fore; Fam. Ep. VII. 3. Dio l. XLII. scribit Ciceronem cum nonnullis aliis senatoribus continuo Romam profectos esse: ipse Att. Ep. XI. 6. ait, se in Italiam venisse non accersitum. Terentiæ uxori, quæ ipsi de adventu gratulata erat, pridie Non. Novembr. Brundusio rescripsit; Fam. Ep. XIV. 12. Brundusii Cicero diu moratus est Cæsarem expectans, dum is, post prælium Pharsalicum in Ægyptum profectus, bellum Alexandrinum gessit, et Pharnacem in Ponto superavit. Brundusium quoque M. Antonius post victoriam cum legionibus venit, et Ciceroni pepercit: quod beneficium Cicero Philippica II. c. 3. et 24. agnoscit. Scripsit tum Cæsar ad Antonium, prohiberi omnes Italia, nisi quorum ipse causam cognovisset: quare, cum Antonius petiisset a Cicerone per literas, ut sibi ignosceret; facere se non posse, quin Cæsaris literis pareret; misit Cicero ad eum L. Lamiam, qui demonstraret, Cæsarem Dolabellæ dixisse, ut ad Ciceronem scriberet, ut in Italiam quam primum veniret. Itaque Antonius edixit ita, ut M. Tullium exciperet nominatim. Hoc XIV. Kalend. Jan. Cicero ad Atticum scripsit ep. 7. lib. XI. Affligebat Ciceronem eodem tempore Tulliæ morbus; cujus meminit Att. Ep. XI. 7. De eodem scribit ad Terentiam ep. 19. lib. XIV. Fam. scribit etiam per Leptam et Trebatium epist. 17. ejusdem lib. Vide Att. Ep. XI. 8.

Anno Urbis 706. Ciceronis 60.

C. Julius Cæsar II. Dictator fuit; M. Antonius Mag. Equit.

Hanc dictaturam Cæsar extra Italiam iniit, auctore Dione lib. XLII. De Antonio magistro equitum Cicero Philipp. II. 25. 'Accessit, ut Cæsare ignaro, cum esset ille Alexandriæ, beneficio ami-

corum ejus magister equitum constitueretur.' III. Nonas Januar. die natali suo M. Tullius ad Att. dedit epist. 9. lib. XI. et seq. XII. Kalend. Febr. VIII. Idus Martii ad eundem scripsit epist. 11. et 12. Romæ illo tempore seditiones a P. Cornelio Dolabella tribuno plebis et Tulliæ marito, legem ferente de novis tabulis, excitatæ sunt: de quibus Livius lib. CXIII. Dio lib. XLII. Hæ sunt generi actiones, de quibus Cic. Att. Ep. XI. 12. 14. 15. et 23. Pridie Idus Maii Cicero ad Atticum dedit epist. 15. et III. Nonas Junii sequentem ejusd. lib. Pridie Idus Jun. Tullia ad patrem Brundusium venit; Fam. Ep. XIV. 11. et 15. et Att. Ep. XI. 17. Constituerat eo tempore M. Tullius Ciceronem filium cum Cn. Sallustio obviam Cæsari mittere: sed cum de ejus adventu nihil afferretur, consilium mutavit; Att. Ep. XI. 17. et 18. et Fam. Ep. XIV. 11. et 15. Pridie idus Sextil. Cicero accepit literas Cæsaris, quas ille ex Ægypto ad eum miserat, ut esset idem, qui fuisset, ep. ult. lib. XIV. Fam. et pro Ligario c. 3. ubi C. Pansam nuntium de concessis fascibus pertulisse, ait. Dedit tum Cicero ad Att. epistolas quæ extremo lib. XI. extant. Cum Cæsar ad Kal. Septembr. Athenis fore diceretur, Cicero propter moras Asiaticas secus putabat; Att. Ep. XI. 21. Venit tamen in Italiam celerius omnium opinione, ut Hirtius auctor est. Ubi ad Ciceronem allatum est, eum Tarentum navibus appulisse, atque inde Brundusium pedibus contendere, obviam illi processit, non equidem valde diffidens, sed tamen veritus in tanta multitudine hostis et victoris periculum facere. Verum non fuit opus quicquam dicere aut facere præter dignitatem. Cæsar enim, ut eum longe ante alios occurrere vidit, descendit et salutavit, cumque eo solo colloquens multa stadia processit. Hæc Plutarch. in Cicerone. Kal. Oct. Cicero ad Terentiam de Venusino dedit epist. 20. lib. XIV. Fam. mandans, ut in Tusculano omnia essent parata ad hospites excipiendos: deinde in urbem venit, et rediit cum libris in gratiam; Fam. Ep. IX. 1. Extremo anno Q. Fufius Calenus et P. Vatinius coss. fuerunt; Dio lib. XLII.

Anno Urbis 707. Ciceronis 61. Coss. fuerunt
C. Julius Cæsar III. M. Aimilius Lepidus.

Cæsar cum a summo haruspice moneretur, ne in Africam ante brumam transmitteret, ut Cic. de Div. II. 24. ait, VI. Kal. Jan. Lilybæi conscendit, ac post diem quartum in conspectum Africæ

venit; ibique hoc anno bellum Africanum adversus P. Scipionem et Jubam Mauritaniæ regem administravit; de quo Hirtius et alii Obtinebat eo tempore Siciliam Allienus prætor, ut Hirtius scribit de B. Afr. c. 2. Misit tum ad eum in provinciam Cicero ep. penult. et ult. lib. XIII. Fam. Cæsar cum ad bellum Africanum proficisceretur, M. Brutum Galliæ Cisalpinæ præfecit; auctor Appian. lib. II. et Cic. Fam. Ep. VI. 6. Eo tempore Cicero ad illum scripsit quinque epistolas, quæ lib. XIII. Fam. leguntur. Græciæ idem Cæsar præfecit Ser. Sulpicium, Fam. Ep. IV. 4. item VI. 1. et 6. Ad eum quoque plures Ciceronis epistolæ extant lib. XIII. Fam. Erat autem M. Tullius tempore belli Africani Romæ, nec fere exibat, propter varias hominum suspiciones, quas Varroni exponit epist. 2. lib. IX. Fam. Fuit etiam ruri in villis; Att. Ep. XII. 1. ubi Hirtii et Balbi Cæsarianorum meminit, qui hoc bello Africano Romæ fuerunt, ut permultæ epistolæ ad Familiares tum scriptæ ostendunt: in quibus sunt ad Varronem et Pætum pleræque lib. IX. Fam. Conquiescebat M. Tullius in studiis; Fam. Ep. IX. 6. Scripsisse illum eo tempore Partitiones Oratorias Corradus putat: et de Bruto, qui est de Claris Oratoribus, vere affirmat, eum vivo adhuc Catone scriptum esse; quamvis prooemium, anno sequenti editum fuisse, ostendat. Cæsar initio mensis Aprilis, ut Hirtius scribit, Jubam et Scipionem vicit: ac paucis diebus post M. Cato sibi Uticæ mortem conscivit. Cato autem sic abiit e vita, ut causam moriendi nactum se esse gauderet, ait Cicero Tusc. I. 30. Africano bello confecto, Cæsar Idib. Jun. classem conscendit, et post diem III. in Sardiniam pervenit: inde a. d. III. Kalend. Quint. naves conscendens die XXVIII. ad urbem Romam venit; Hirtius. Fuerat cum Cæsare in Africa P. Dolabella, ut docet Cicero Philipp. II. 30. qui cum Cæsarem ab Africano bello redeuntem antecederet; Fam. Ep. IX. 7. Cicero ei Tironem obviam misit; Att. Ep. XII. 5. Cæsari senatus multos honores decrevit; in iis, ut præfectus moribus, τῶν τρόπων ἐπιστάτης per triennium esset, Dio lib. XLIII. meminit Cicero Fam. Ep. IX. 15. Erat Cicero in urbe, atque a Cæsare, ut Plut. scribit, honore afficiebatur, adeo ut laudi Catonis a Cicerone scriptæ respondens, orationem ejus et vitam, ceu Periclis et Theramenis maxime geminam, collaudaret. Atque Ciceronis liber Cato, Cæsaris Anticato inscribitur. Cicero anno seq. ad Atticum, ut est ep. 15. lib. XII. ita scripsit: 'Qualis futura sit Cæsaris vi-

tuperatio contra laudationem meam, perspexi ex eo libro quem Hirtius ad me misit: in quo colligit vitia Catonis, sed cum maximis laudibus meis.' Tribus statibus usum C. Cæsarem in vituperando Catone, est apud Quintil. III. 9. Cæsarem in Anticatone citat Gellius IV. 16. C. Cæsar in Anticatone priore adducitur a Prisciano lib. XIII. Juvenal. Sat. VI. 338. 'Duo Cæsaris Anticatones.' Cicero sub fin. lib. XIII. ad Att. Cæsaris libros contra Catonem nominat. Cremutius Cordus ap. Tacit. Ann. IV. 34. 'M. Ciceronis libro, quo Catonem cœlo æquavit, quid aliud Dictator Cæsar, quam rescripta oratione velut apud judices respondit?' Gellius XIII. 18. 'M. Cato Nepos pater fuit M. Catonis prætorii viri, qui bello civili Uticæ necem sibi gladio manu sua conscivit: de cujus vita liber est M. Ciceronis, qui inscribitur Laus M. Catonis.' Cæsarem laudationem a Cicerone scriptam non ægre tulisse, sed librum, sive *βιβλίον τι* scripsisse, *ὃ καὶ Ἀντικάτων ἐκάλεσεν*, ait Dio lib. XLIII. Catone absoluto Cicero statim est aggressus Oratorem, ut ipse in Oratore ad M. Brutum, qui tum Galliæ præerat, scribit, c. 10.; de Oratore lege ep. 18. l. VI. Fam. M. Claudius Marcellus, qui ante annos quinque in consulatu Cæsarem palam oppugnaverat, bello civili partes Pompeii secutus, eo victo Cæsarem veterem suum inimicum metuens Mitylenas concessit, ibique in studio bonarum artium hoc tempore beatissime, quantum modo natura hominis patitur, vivebat, ut ex Bruto refert Seneca in Consol. ad Albinam c. 8. tum M. Tullius ad eum dedit epist. 7. et 8. lib. IV. Fam. hortans illum, ut Cæsari se summitteret. Cum autem in senatu a L. Pisone mentio esset facta de Marcello, et cum C. Marcellus se ad Cæsaris pedes abjecisset, cunctus senatus consurrexit, et ad Cæsarem supplex accessit. Tum Cæsar, accusata acerbitate Marcelli, repente præter spem dixit, se senatui roganti de Marcello ne ominis quidem causa negaturum. Itaque, cum omnes ante M. Tullium rogati gratias Cæsari præter L. Volcatium Tullum egissent, Cicero, qui statuerat in perpetuum tacere, sententiam rogatus, pluribus verbis egit Cæsari gratias, quæ oratio pro Marcello extat: vide ep. 4. lib. IV. Fam. Cicero quoque Marcello persuasit, ut Romam redire vellet, epist. 9. 10. et 11. ejusd. lib. 'Hoc anno,' ut Dio testatur, 'Cæsar fastos correxit, annumque ad cursum solis accommodavit, ut CCCLXV. dierum esset, et intercalario mense sublato, unus dies quarto quoque anno intercalaretur: quo autem magis in posterum ex Kalend.

Januar. temporum ratio congrueret, inter Novembrem ac Decembrem mensem interjecit duos alios: fuitque hic annus XV. mensium cum intercalario, qui ex consuetudine in eum annum inciderat.' Hæc Suetonius in Cæs. c. 40. lege præterea Macrob. Plin. Dion. et Plutarch. Pridie Kalend. intercalares priores Tullius, rogatu fratrum Q. Ligarii, qui post victos in Africa Pompeianos, vita a Cæsare impetrata, extra Italiam in exilio vivebat, mane ad Cæsarem venit: cumque fratres et propinqui Ligarii jacerent ad pedes, Cicero ea est locutus, quæ causa, quæ tempus postulabat; Fam. Ep. VI. 14. Ligarius deinde a Q. Ælio Tuberone reus factus est, ejusque patrocinium Cicero suscepit: tum Cæsarem dixisse ferunt, Quid est causæ, cur Ciceronem orantem aliquamdiu non audiamus? nam reum quidem hominem improbum et hostem esse, jampridem certum est. Ubi vero Cicero ingressus dicere, mirificos motus concitavit, et oratio progressa cum affectibus varia, tum venustate admirabilis fuit, perspicue cognitum aiunt, varios colores Cæsaris vultum subire, ejusque animum omnibus modis commutari: ac tandem, cum Pharsalici prælii mentionem facere orator cœpisset, immodicis perturbationibus incitatum corpore contremuisse, et libellos quosdam e manu ejecisse. Victus igitur Cæsar orationis vi, Ligarium crimine liberavit. Ita nos locum Plutarchi de hac causa a nobis conversum in fine commentarii Ligariani ad ornatiss. virum Gerhardum Juliacensem jam dudum edidimus. Confecto bello Africano, T. Quintius Scapula novum in Hispania commovit; cujus meminit Cicero Fam. IX. 13. Tu lege Dion. lib. XLIII. ubi Cn. Pompeium Magni filium Hispaniæ partes plerasque in suam ditionem redegisse tradit. Cæsar igitur extremo hoc anno ad bellum Hispaniense profectus, XXVII. diebus in Hispaniam pervenit, ut Appian. lib. II. scribit. Hoc anno M. Tullius cum Terentia uxore divortium fecit, quæ Vibio Rufo deinde nupta fuit, auctore Dione lib. LVII. atque tertium et centesimum explevit annum, ut scribit Val. Max. VIII. 13.

Anno Urbis 708. Ciceronis 62.
C. Julius Cæsar III. Dictator fuit;
M. Aimilius Lepidus Magister Equitum.
Eodem anno C. Julius Cæsar IV. Cos. sine collega fuit.

Hæc ex Capitolinis lapidibus recte a viris doctis probantur; vide Fastos Sigonii et Onuphrii. Cicero, Terentia dimissa, virginem

uxorem duxit; ut quidem Terentia dictitabat, formæ gratia; ut autem Tiro Ciceronis libertus scripsit, divitiis ejus adductus, ut æs alienum dissolveret: erat enim puella dives, et bona ejus Cicero fideicommissarius hæres relictus custodiebat: quare cum permagnum æs alienum haberet, amicorum et familiarium impulsu puellam uxorem præter ætatem duxit, ut illius facultatibus creditoribus satisfaceret. Hæc Plutarchus, ut quidem nos convertimus, aliis interpretibus nihil præjudicantes, e quibus verba illa Plutarchi, *καὶ τὴν οὐσίαν αὐτῆς* Κικέρων *ἐν πίστει κληρονόμος ἀπολειφθεὶς διεφύλαττεν.* quæ nos vertimus, ***Et bona ejus Cicero fideicommissarius hæres relictus custodiebat:*** Bocchius sic expressit, ***Et ejus substantias sub tutoris fide servabat:*** Xylander noster, ***Ejusque bona fidei suæ commissa Cicero hæres ab ea scriptus servabat:*** Corradus, ***Et ejus facultates Cicero suæ fidei commissas, ut hæres relictus, servabat.*** Non erat Cicero ut hæres relictus, neque secundus hæres, ut Corradus scribit: sed Publilius sive Popillius moriens Ciceronem hæredem instituerat, et rogaverat, ut hæreditatem redderet suæ filiæ. Hujusmodi hæredem fideicommissarium dici a jurisconsultis, etiam in Græcis Justiniani Constitutionibus, notum est iis qui libros illos non aspernantur. Sic P. Sextilius Rufus, hæres a Q. Fabio Gallo scriptus, rogatus fuit, ut omnis hæreditas ad filiam perveniret, ut est lib. II. de Fin. c. 17. Verum ad institutum. Calenus ap. Dion. lib. XLVI. ait, M. Tullium exacta ætate virginem duxisse, *ἵνα ἐκ τῆς οὐσίας δανείσματα ἀποτίσῃ,* ***ut illius facultatibus se ære alieno liberaret.*** Quintil. VI. 4. ‘Cicero objurgantibus, quod sexagenarius Popilliam virginem duxisset, Cras mulier erit, inquit.’ Att. Ep. XII. 32. Publilia nominatur, quam secundam Ciceronis uxorem fuisse homines docti affirmant. De his nuptiis cum Ciceroni Cn. Plancius gratulatus esset, Cicero ita respondit, ep. 14. lib. IV. Fam. ‘Quod mihi de eo, quod egerim, gratularis; te ita velle certo scio: sed ego tam misero tempore nihil novi consilii cepissem, nisi in reditu meo nihilo meliores res domesticas, quam rempub. offendissem,’ &c. Non ita multo post, quam Cicero Publiliam duxerat, Tullia filia apud Lentulum pariens decessit, ut Plut. scribit. Asconius quoque in Pisonem, filiam Ciceronis apud P. Lentulum ex partu decessisse, ait. Propter Tulliæ partum Cicero se Romæ teneri initio belli Hispaniensis scribit ad Leptam ep. 18. lib. VI. Fam. Lentulus, apud quem Tullia decessit, est P. Cornelius Dolabella, qui cum

Cæsare in Hispania erat, ut Cicero Philipp. II. 30. et Att. Ep. lib. XIII. ostendit. Itaque deplorans Tulliæ mortem ad illum scripsit epist. 11. lib. IX. Fam. Quanto dolore propter interitum filiæ carissimæ exarserit, ipse ostendit in epistolis quas tum ad Atticum misit, et extant lib. XII. et XIII. ad Atticum. Undique tum philosophos ad Ciceronem consolandi gratia convenisse, Plutarch. auctor est. Misit ad Tullium consolatorias literas M. Brutus, ep. 13. lib. XII. ad Att. in Bruto c. 3. et ep. 9. ad M. Brutum. Ser. Sulpicii consolatio extat ep. 5. lib. IV. Fam. cui Cicero epist. sequenti respondet. L. quoque Lucceius Ciceronem per literas consolatus fuit; eique respondet ep. 13. lib. V. Fam. Præterea Cæsar literas consolatorias pridie Kalend. Maii Hispali dedit; Att. Ep. XIII. 20. sed, cum omnem consolationem vinceret dolor, se ipse per literas consolatus est, scripsitque librum, quem Consolationem, vel de luctu minuendo inscripsit; Att. Ep. XII. 20. Ex hoc lib. Lactantius I. 5. et III. 19. multa adducit. Consolationis suæ meminit etiam Cicero in Tusc. aliquoties, et in l. II. de Divin. c. 1. sic: 'Nam quid ego de Consolatione dicam? quæ mihi quidem ipsi sane aliquantum medetur, ceteris item multum profuturam puto.' Plutarch. addit, Ciceronem Publiliæ nuntium remisisse, quod visa esset Tulliæ morte lætari. Unde negotium, quod cum Publilio habuit, de solutione dotis fuisse videtur lib. XIII. et XVI. ad Att. Post Tulliæ mortem Cicero domo abfuit, et Asturæ atque in ceteris villis maximam partem anni in philosophiæ studiis consumsit. Cum enim dominatu unius omnia tenerentur, ad philosophiam, cui multum adolescens discendi causa temporis tribuerat, se retulit, et sapientiæ studium longo intervallo intermissum revocavit; Tusc. I. 1. et de Off. II. 1. Quare cum, quæ a Græcis summis auctoribus memoriæ prodita erant, ea Latinis literis illustrare vellet; Hortensium scripsit, quo in libro philosophiam ab Hortensio accusatam et vituperatam ipse defendit et collaudavit, ut testatur l. I. de Fin. c. 1. Ejusdem mentio est Tusc. III. 3. et de Divin. II. 1. his verbis: 'Cohortati sumus, ut maxime potuimus, ad philosophiæ studium, in eo libro, qui est inscriptus Hortensius.' Hujus libri lectione D. Augustinus se ad veræ, hoc est, Christianæ philosophiæ contemplationem incensum fuisse, aliquot locis fatetur. Deinde, ut est l. II. de Divin. c. 1. quod genus philosophandi minime arrogans, maximeque et constans et elegans arbitraretur, quatuor Academicis libris ostendit.

Scripserat autem primum duos libros Academicos, et unum Catulum, alterum Lucullum appellavit; quorum posterior adhuc extat: de quo Plut. in vita Luculli. Deinde quia παρὰ τὸ πρέπον videbatur, quod erat hominibus non ignota, non illa quidem ἀπαιδευσία, sed in iis rebus ἀτριψία, eosdem illos sermones ad Catonem Brutumque transtulit: sed admonitus ab Attico totam illam Academicam σύνταξιν ab hominibus nobilissimis abstulit, transtulitque ad M. Varronem, et ex duobus libris contulit in quatuor; l. XIII. Att. Ep. 12. 13. 14. et 16. atque ex his quatuor libris primi tantum particula extat. Scripsit tum etiam, ut ex iisdem epistolis cognoscitur, de Finibus: cumque fundamentum esset philosophiæ positum in finibus bonorum et malorum, perpurgatus est is locus quinque libris, ut quid a quoque, et quid contra quemque philosophum diceretur, intelligi posset; de Divin. II. 1. Ita autem confecit quinque libros περὶ Τελῶν, ut Epicurea L. Torquato, Stoica M. Catoni, Περιπατητικὰ M. Pisoni daret; Att. Ep. XIII. 19. Scripsit eodem tempore Laudationem Porciæ, sororis M. Catonis, et uxoris L. Domitii Ahenobarbi; Att. Ep. XIII. 37. et 48. Jam a scriptis alio transeamus. Post Tulliæ mortem Tullius M. F. Athenas cum L. Tullio Montano profectus est, in fine lib. XII. ad Att. Ser. Sulpicius adhuc Achaiæ præerat, atque pridie Kalend. Jun. Athenis ad Ciceronem dedit epist. 12. lib. IV. Fam. in qua eum certiorem facit de M. Marcello, qui a P. Magio Chilone occisus erat. Liv. l. CXV. Cic. Att. Ep. XIII. 10. et 11. A. Torquatus eo tempore Athenis exulabat, ad quem sunt Ciceronis epistolæ lib. VI. Fam. In epist. 4. Servius Athenis discessisse dicitur. Cæsar interim liberos Pompeii in Hispania vicit: e quibus Sextus profugit, Cneus pridie Idus Apr. interfectus est, auctore Hirtio. Dolabella inde in Italiam profectus, ad Ciceronem Maio mense venit; Att. Ep. XIII. 9. Cæsar deinde in urbem mense Octobri revertit, ut Paterc. II. 56. scribit. Initio ejus mensis eum revertisse, ex iis, quæ sequuntur, disces. In triumphalibus fragmentis tabularum Capitolinarum scriptum est Q. Fabium Maximum cos. anno 708. ex Hispania III. Idus Octob. triumphasse. Fabius autem consul non fuit, nisi post Cæsaris reditum ex Hispania. Cæsar enim in urbem reversus consulatu se abdicavit, et in reliquum anni Q. Fabium et C. Trebonium suffecit, auctore Dione lib. XLIII. atque hi sunt consules, quos Cæsarem in quarto consulatu sibi in ternos novissimos menses substituisse, Sueton. ait

in Cæs. c. 76. Jam Cæsarem ante Q. Fabium triumphasse, non modo ex Dionis historia cognoscitur, sed et a Quintiliano VI. 3.[n] diserte scribitur. Quæ cum ita sint, considerandum, quomodo Cæsar ex Hispania revertens a Cicerone tertiis Saturnalibus potuerit hospitio accipi, ut videtur significari epist. ult. lib. XIII. ad Att. Post reditum Cæsaris ex Hispania Cicero apud eum dixit pro Deiotaro, quæ oratio extat. Fuerat is tetrarcha Gallogræciæ pæne totius, et Armeniæ Minoris rex a senatu constitutus. Sed quia bello civili Pompeii partes secutus fuerat, Cæsar, Pharnace devicto, eum parte tetrarchiæ mulctaverat, Armeniamque abstulerat; Cic. Philipp. II. 37. Hirtius de Bell. Alexand. c. 78. Cum deinde Cæsar literis Tarracone datis eum bene sperare et bono animo esse jussisset; hoc tempore Castor nepos Deiotari ex filia Philippum medicum, servum regis, corruptum præmiis ad accusandum dominum Deiotarum impulit. Crimini dedit, regem domi suæ Cæsarem interficere voluisse. Accusatum domi Cæsaris Cicero hospes ejus defendit, causamque licet tenuem et inopem, tamen scripsit, atque ad Dolabellam misit, epist. 12. lib. IX. Fam. Extremo hujus anni die, Q. Fabio Maximo consule mortuo, C. Caninius Rebilus consul hora VII. renuntiatus est, qui usque ad Kal. Jan. esset, quæ erant futuræ mane postridie. Itaque Cicero dixit, eum mirifica vigilantia fuisse, qui suo toto consulatu somnum non viderit; Fam. Ep. VII. 30. Macrob. l. II. et VII. Pollio in lib. de XXX. Tyrannis c. 8. Plin. VII. 53. Plutarch. in Cæs. et Dio l. XLIII.

Anno Urbis 709. Ciceronis 63. Coss. fuerunt
C. Julius Cæsar V., M. Antonius.

Eodem anno, ut monumenta vetusta ostendunt, C. Julius Cæsar dictator IV. fuit, et M. Æmilius Lepidus magister equitum. Cicero post libros V. de Finibus totidem Tusculanarum Quæstionum sive Disputationum edidit, iisque res ad beate vivendum maxime necessarias aperuit: primus enim est de contemnenda morte, secundus de tolerando dolore, de ægritudine lenienda tertius, quartus de reliquis animi perturbationibus; quintus eum locum complexus est

[n] Sic edidi, cum Gruterus fecisset c. 6. editio Coloniensis haberet l. VI. et c. 4. Notat jocum de eboreis et ligneis oppidis.

qui totam philosophiam maxime illustrat: docet enim ad beate vivendum virtutem se ipsa contentam; de Divin. II. 1. Utrum vero hi libri ad hunc, an superiorem annum referendi sint, nondum decerno, nec multum refert. De reliquis philosophicis libris deinceps dicemus, si prius acta urbana exposuerimus. Initio hujus anni M. Tullius Romæ fuit. Kal. quidem Januarii affuit in senatu, cum Cæsar P. Cornelium Dolabellam subrogare sibi, resistente Antonio, voluit, ut cognoscitur Phil. II. 32. vide Plut. in Antonio. Lupercalibus, id est, XV. Kalend. Martii, cum Cæsar in Rostris sedens in sella aurea, amictus toga purpurea, spectaret Lupercos, Antonius unus e Lupercis ad sellam accessit, et capiti ejus diadema imposuit, quod Cæsar cum plausu populi rejecit; Cic. Philipp. II. 34. III. 5. et XIII. 8. Plutarch. Appian. Dio, et alii. Idibus Mart. Cæsar a conjuratis in Pompeii curia tribus et XX. plagis confossus est: ejus conjurationis, ut Plut. scribit, Cicero particeps non fuit, quamvis M. Bruto familiarissime uteretur: verum, quia Cæsare interfecto, statim cruentum alte extollens M. Brutus pugionem, Ciceronem nominatim exclamavit, atque ei recuperatam libertatem est gratulatus; Antonius, Ciceronis consilio Cæsarem interfectum, postea in senatu dixit; Phil. II. 11. Dio lib. XLIV. ait percussores Cæsaris, cum e curia in forum se conferrent, crebro Ciceronem exclamasse. Receperunt illi se e foro in Capitolium, eoque Cicero etiam cum aliis permultis ascendit, neque tamen adduci potuit, ut ad Antonium iret, atque ad defendendam remp. hortaretur: sed, cum ceteri consulares irent, redirent, ipse in sententia mansit, neque Antonium illo die neque postero vidit, ut ipse in Philipp. II. 35. testatur: nec verum est, quod Plutarchus, Appianus, Dio, et interpretes Philippicarum scribunt, postridie Idus senatum in æde Telluris habitum fuisse: nam et in Philipp. II. 35. se post diem tertium in ædem Telluris venisse ait, et epist. 11. et 16. lib. XIV. ad Atticum, id Liberalibus factum fuisse ostendit, id est, a. d. XVI. Kalend. April. Eo die M. Tullius, quantum in ipso fuit, jecit fundamenta pacis, Atheniensiumque renovavit vetus exemplum: Græcum etiam verbum usurpavit, quo tum in sedandis discordiis usa erat civitas illa; atque omnem memoriam discordiarum oblivione sempiterna delendam censuit; Philipp. I. 1. Plura scripsi in Oros. XII. 2. Habuit ibi Antonius quoque orationem de concordia; ejusque parvus filius, in Capitolium missus, pacis obses fuit; Philipp. I. 1. et II. 36. itaque interfectores, ut Plut. in Bruto

scribit, e Capitolio descenderunt, et Brutus apud Lepidum, Cassius apud Antonium, ceteri apud alios cœnarunt. Postero die provinciæ iisdem in senatu decretæ fuerunt; Bruto Creta; Cassio Africa; Trebonio Asia; Cimbro Bithynia; D. Bruto Gallia citerior. Sed, cum Cæsar funere elatus, et a M. Antonio laudatus esset, plebs cum facibus ad domum Bruti, Cassii, et aliorum tetendit, atque ægre vi manuque repulsa fuit: quod historici prope omnes scribunt, et cum illis Cicero Att. Ep. XIV. 10. et Philipp. II. 36. Tum M. Brutus et Cassius urbem reliquerunt, et Antium atque Lanuvium profecti, diu ibi otiosi fuerunt, ut lib. XIV. et XV. ad Atticum videmus. Cicero quoque initio Aprilis ex urbe rus profectus villas suas lustravit, ut indicant epistolæ illæ quæ initio lib. XIV. ad Att. hoc tempore scriptæ leguntur: nec quicquam eo tempore malebat, quam rusticari; Fam. Ep. XVI. 23. Hæc autem rusticatio nobis dedit tres libros de Natura Deorum, et duos de Divinatione, et præterea dialogum de Senectute, ut puto: quamvis enim ante libros de Divinatione sit scriptus, ut prooemium lib. II. ostendit; tamen hoc anno eum ad Atticum missum arbitror, cum is timidior πανικοῖς quibusdam commoveretur, et Cicero senectutem contemneret; Fam. Ep. XVI. 23. Ante Idus Maii scriptum fuisse, cognoscitur extremo lib. XIV. Epist. ad Att. Eodem tempore Cicero, cum omnes cogitationes suas in concordia civium defixas haberet, atque omnium, etiam Antonii amicitiam retinere vellet, (Fam. Ep. XVI. 23.) scripsit Lælium, sive de Amicitia. Romæ interim a consulibus M. Antonio et P. Dolabella, qui Cæsaris locum ceperat, uncus impactus est fugitivo illi, qui in C. Marii nomen invaserat, et in Liviana epit. lib. CXVI. Chamaces, ab Appiano lib. III. Ἀμάτιος ὁ ψευδομάριος, a Valerio Max. IX. 16. Herophilus equarius medicus dicitur. De hujus supplicio Attici literas Cicero accepit XVII. Kalend. Maii; Att. Ep. XIV. 8. Mense Aprili et Maio Antonius Italiam percursavit; Dolabella, absente collega, bustum in foro evertit; Philipp. II. 42. Plebs enim solidam columnam prope XX. pedum lapidis Numidici in foro in busto Cæsaris statuerat, et inscripserat, PARENTI PATRIÆ; atque apud eandem sacrificabat, vota suscipiebat, et controversias quasdam interposito per Cæsarem jurejurando distrahebat, ut Sueton. in Cæs. c. 85. scribit. Dio lib. XLIV. βωμὸν fuisse ait, ad quam Cæsari plebs sacrificia fecerit. Ara nominatur quoque epist. 2. lib. XI. Fam. Cicero columnam vocat, quam Dolabella

sustulit, et homines seditiosos, quia[o] illam eversionem indigne ferebant, partim in crucem egit, alios de saxo dejecit; Att. Ep. XIV. 17. et Philipp. I. 2. Meminit ejusdem rei Lactantius I. 15. ubi ait, Dolabellam Cæsaris columnam, id est titulum, evertisse. De hoc facto gratulatur Cicero Dolabellæ consuli; Fam. Ep. IX. 14. C. Octavius, qui deinceps imperium tenuit et Augustus dictus est, cum Cæsar, ejus avunculus magnus, Romæ interficeretur, Apolloniæ erat. Factus autem certior de Cæsaris cæde in Italiam transiit et Neapolim venit XIV. Kalend. Maii; Att. Epist. XIV. 10. Fuit etiam ruri cum Cicerone perhonorifice et amice; ep. 12. ejusd. lib. Romam cum venisset, ab Antonio cos. superbe exceptus est. Adiit tum invidiosam Cæsaris hæreditatem, quamvis id neque Attiæ matri, neque L. Marcio Philippo vitrico placeret: quod cum aliis historicis Velleius II. 60. et Suetonius Aug. c. 8. scribunt. Adita hæreditate Cæsaris, nomen quoque ejus tulit, cumque prius C. Octavius nominaretur, deinceps C. Julius Cæsar Octavianus de more dictus est: quanquam lex curiata de adoptione ejus anno demum sequente, cum jam consul esset, perlata fuerit, auctore Dione lib. XLVI. Itaque Cicero eum modo Octavianum, modo Octavium nominat. 'Deinde aperte' (inquit Velleius) 'Antonii ac Dolabellæ consulum erupit furor: sestertium septies millies depositum a C. Cæsare ad ædem Opis occupatum est ab Antonio.' Hinc Cic. in Philipp. II. c. 8. 'Ubi est millies sestertium, quod in tabulis, quæ sunt ad Opis, patebat?' Mentionem ejusdem pecuniæ facit Philipp. I. 7. et V. 4. et Att. Ep. XIV. 14. 'Rapinas,' inquit, 'scribis ad Opis fieri.' Quibus in villis et locis M. Cicero mensem Aprilem et Maium rusticando posuerit, epistolæ lib. XIV. ad Att. demonstrant, quas illis mensibus scripsit. Hoc quoque ex iisdem et ex ep. 1. lib. XV. cognoscitur, A. Hirtium cos. designatum mense Maio cum Cicerone in Puteolano fuisse. Ibi tum sermonem de Fato habitum fuisse, ipse initio libri de Fato testatur. De Timæo Platonis, qui liber de Universitate inscribitur, certo sciri non potest, quo tempore scriptus fuerit: quare in Corradi conjecturam, cui liber ille temporibus hisce videtur conversus, non invitus descendo; cum præsertim constet, Ciceronem, nisi extremo hoc tempore, Græcos scriptores non vertisse: vide procem. lib. I.

[o] In Colon. ed. est *qui illam*. Mox cur *Attiam* vocet matrem Augusti, viderit, quæ *Atia* aliis.

de Fin. Extremo mense Maio Tullius Romam versus proficiscens, ut Kalend. Junii in senatu, sicut Antonius edixerat, adesset, scripsit epistolas, quæ initio lib. XV. ad Attic. leguntur. Kalendis, cum Antonius Romam se, peragratis veteranorum coloniis, stipatum armis retulisset, senatores metu perterriti repente diffugerunt; Philipp. II. 42. IV. Nonas igitur Cicero ab urbe abfuit; Att. Ep. XV. 8. nec in urbem rediisse, nisi pridie Kalend. Septembr. videtur. Eo tempore de Officiis scribere aggressus est; sed post reditum e cursu Achaico absolvit. Hoc vero tempore, cum haberet jus legationis liberæ, ea mente iter in Græciam ingressus est, ut Romæ adesset Kalend. Januariis, quibus Hirtius et Pansa consulatum erant inituri; Philipp. I. 2. et in Cicerone Plutarch. VI. Nonas Quintil. ex Arpinati scribens Attico ep. 26. l. XV. ait, se itinera sic composuisse, ut Nonis Puteolis esset, sicut fuit ep. 1. l. XVI. ad Att. Cum autem Brundusium, iterque illud, quod tritum in Græciam est, Cicero vitaret, ut ait Philipp. I. 3. Veliæ fuit XIII. Kalend. Sextil. Fam. Epist. VII. 20. eumque diem ibi constitit; Att. Ep. XVI. 6. Velia proficiscens Topica ad Trebatium, cum secum libros non haberet, memoria repetita, in ipsa navigatione conscripsit, et Rhegio librum ad Trebatium misit V. Kalend. Sextil. Fam. Ep. VII. 19. et in proœm. Topic. Miserat etiam paulo ante ad Atticum duos libros de Gloria; Att. Ep. XV. 27. et XVI. 6. Meminit horum librorum ipse lib. II. de Officiis c. 9. et Gellius XV. 6. Scribit in epistolis Franciscus Petrarcha, se hos libros habuisse, qui jam nusquam apparent. Cicero deinde in Siciliam transgressus Kal. Sext. venit Syracusas. Cum autem postero die venti ipsum ex Sicilia ad Leucopetram, quod est promontorium agri Rhegini, detulissent; ab eo loco conscendit, ut transmitteret; et stadia circiter CCC. provectus, rejectus Austro vehementi est ad eandem Leucopetram: cumque intempesta nox esset, mansissetque in villa P. Valerii comitis et familiaris sui, postridieque apud eundem, ventum expectans maneret, Rhegini quidam illustres eo venerunt Roma, qui summam spem nuntiabant, fore, ut Antonius cederet, res conveniret, Cæsaris interfectores Romam redirent. Addebant etiam, Ciceronem desiderari et subaccusari: quæ cum audisset, sine ulla dubitatione abjecit consilium profectionis. Itaque celeriter Veliam devectus, convenit Brutum, qui cedens Italia cum suis navibus erat apud Haletem fluvium circa Veliam; Philipp. I. 3. et Att. Ep. XVI. 7. Inde ventis remisque

in patriam omni festinatione properavit; Fam. Ep. XII. 25. Accedenti ad urbem tanta multitudo, ut Plut. scribit, obviam processit, ut dum ad portas ingredientem excipiunt, adventumque gratulantur, dies fere consumtus fuerit. Videtur autem verisimilius eum pridie Kalend. Septemb. Romam revertisse, quod Plutarchi narratio ostendit, quam Kalendis, ut ipse significare videtur ep. 25. lib. XII. Famil. Kalendis Septemb. Antonius senatum habuit de supplicationibus Cæsari decernendis, et Ciceronem in Curiam vocavit: qui cum e via langueret, et sibimet displiceret, misit pro amicitia qui hoc ei diceret; Philipp. I. et V. 7. Plutarch. ait Ciceronem languoris causam opposuisse, cum re insidias metuere ex quadam suspicione, et indicio, quod inter viam ei factum erat, videretur. Antonius id ægre ferens, palam in senatu, nisi veniret, fabros se missurum, et domum ejus disturbaturum dixit Philipp. I. 5. et V. 7. Plutarch. scribit, Antonium milites misisse, quos Ciceronem adducere, vel domum ejus incendere jusserit; sed, cum multi intercederent, et deprecarentur, pignoribus captis quievisse. Venit postridie in senatum Cicero, cum Antonius non venisset, locutumque se de rep. minus quidem libere, quam sua consuetudo, liberius tamen, quam pericula minæque postulabant, ait Philipp. V. 7. At Fam. Ep. XII. 25.[p] scribit, se postridie in summa reliquorum servitute liberum unum fuisse. Habuit tum in senatu primam orationem Philippicam, in qua primum itionis et reditionis suæ causam exponit; deinde de Antonii injuria et Cæsaris actis disputat; ad extremum Antonium et Dolabellam coss. ad remp. moderate regendam cohortatur. Tum Antonius, ira incensus, inimicitias Ciceroni denuntiavit, atque adesse in senatu jussit XIII. Kal. Octobris. Ipse interea septemdecim dies de Cicerone in Tiburtino Scipionis declamitavit, et XIII. Kalend. agmine quadrato in ædem Concordiæ venit, atque in Ciceronem absentem orationem ex ore impurissimo evomuit, omnibusque visus fuit suo more vomere, non dicere. Ciceroni autem cupienti in senatum venire, per amicos non licuit; eo quod Antonius a Cicerone cædis initium quæreret, facturusque putaretur; Philipp. III. 12. et V. 7. et Fam. Ep. XII. 25. Antonio M. Tullius respondit scripta nobili et divina, ut Juvenal. Sat. X.

[p] Ediderat Grut. *ait Philipp. V. Att. epist.* 25. *l.* XII. *Fam.* Hinc Leidæ editum *ait Philippica V. ad Att. epist.* 25. *lib.* 12. *Fam.* cum Londiniensis sequatur Gruterum. Omnia stulta et ridicula, et præter Fabricii manum.

125. ait, Philippica II. in qua primum crimina sibi objecta refutat, et deinde totam Antonii vitam a pueritia exorsus reprehendit. Nec verum est, quod interpretes ad unum omnes putarunt, Ciceronem illam orationem in senatu præsente Antonio habuisse, sed ita Cicero eam scripsit, quasi in præsentem Antonium XIII. Kalend. Octob. habita esset: argumento sunt verba illa c. 43. ‘Quæro deinceps, num hodiernus dies qui sit, ignores? nescis heri quartum in circo diem ludorum Romanorum fuisse?’ Quartum diem ludorum Rom. in circo fuisse XIV. Kalend. Octobris, ex Kalendario vetere notum est. Antonius deinde obviam profectus est legionibus quatuor, quæ in Macedoniam a Cæsare missæ, post ejus cædem in Italiam reverterunt, ut eas pecunia sibi conciliaret, et ad urbem vel potius in urbem adduceret: Brundusiumque venit VII. Idus Octob. Fam. Ep. XII. 23. et Philipp. V. 8. Profecto Antonio, Octavianus primum a Calatia, mox a Casilino veteranos paternos excivit; quorum exemplum secuti alii, brevi in formam justi exercitus coiere; Velleius II. 61. Cic. Att. Ep. XVI. 8. Cum autem Antonius Brundusii militibus centenas drachmas promitteret, fortissimæ legiones ejus promissis reclamarunt, et congiarium hoc accipere noluerunt. Itaque centuriones domum ad se venire jussit, eosque ante pedes suos uxorisque suæ jugulari coëgit; Cic. Philipp. III. 2. et 4. V. 8. XIII. 8. et Att. Ep. XVI. 8. Dio l. XLV. Appian. III. Cicero tum rusticabatur, atque libros de Officiis perficiebat, ut cognoscitur epist. 8. et seqq. lib. XVI. ad Att. Sunt etiam, qui eo tempore Paradoxa scripta fuisse existiment, quod secundo paradoxo in Antonium invehi videatur: quamvis in procemio de Catone quasi vivo loquatur. Antonius, cum edixisset, ut adesset senatus frequens a. d. VIII. Kalend. Dec. eumque diem obire neglexisset, in ante diem quartum Kalend. distulit, adesse in Capitolio jussit: quo cum de legione Martia et Quarta, quæ relicto Antonio ad Cæsarem Octavianum transierant, nuntius esset allatus, mente concidit: et paludatus in Galliam citeriorem, quam a populo obtinuerat, cum ea D. Bruti provincia esset, properavit. Dio, Appianus, Velleius, Cicero ipse Philippica III. 8. et 9. et seqq. Sed Antonium Brutus provincia exclusit, atque exercitu obsistens edictum proposuit, quo promittebat se provinciam Galliam retenturum in senatus populique Rom. potestate; Philipp. III. 4. et 15. Quare cum Cicero V. Idus Decembr. Romam venisset, ut scribit ep. 5. lib. XI. Fam. tribuni pl. edixerunt, ut senatus adesset a. d. XIV. Kalend. Januar.

Statuerat Cicero ante Kalendas Januar. in senatum non venire; sed cum eo die ipso edictum D. Bruti propositum esset, mane in senatum venit: quod ubi est animadversum, frequentissimi senatores convenerunt; Fam. Ep. XI. 6. Retulerunt tribuni pl. ad senatum de præsidio consulum des. Pansæ et Hirtii, ut senatus Kalendis Januarii tuto haberi, sententiæque de summa repub. libere dici possent. Tum M. Tullius rogatus sententiam censuit, ut et præsidium decerneretur, et quæ Octavianus Cæsar egisset publica auctoritate confirmarentur, et milites, qui ab Antonio ad Cæsarem transisssent, præmiis afficerentur; item ut D. Brutus ceterique provincias suas retinerent, neque cuiquam traderent, nisi qui ex S. C. successisset: quam sententiam Cicero Philipp. III. complexus est, factoque S. C. in ejus sententiam, progressus in concionem, quid in senatu actum esset, populo exposuit, quæ est Philipp. IV. Hujus S. C. meminit etiam Dio lib. XLV.

Anno Urbis 710. Ciceronis 64. Coss. fuerunt
C. Vibius Pansa, A. Hirtius.

Kalendis Januarii consules statim post solennem religionem senatum in Capitolio de Antonio, qui tum Mutinam circumsedebat, et D. Brutum oppugnabat, habuerunt; ut Appian. lib. III. scribit. Ibi L. Piso et alii nonnulli mitiorem sententiam de Antonio dixerunt, legatosque ad eum mittendos censuerunt. Cicero cum suis id egit, ut hostis Antonius judicaretur. Habuit tum Cicero in senatu quintam Philippicam; in qua non modo legationem dissuadet, verum etiam bello Antonium persequendum esse censet: agit etiam de honoribus decernendis iis, qui rempubl. adversus Antonium defendant. Eo die nihil in senatu confectum est; sed, controversia usque ad noctem ducta, senatum esse dimissum, Appian. scribit. Postridie Antonius hostis, ita ut Tullius censuerat, judicatus fuisset, nisi Salvius trib. pl. intercessisset: decrevit tamen senatus, ut D. Brutus laudaretur, quod Galliam Antonio non concessisset; item, ut Cæsar una cum Hirtio et Pansa exercitu illo, quem haberet, bellum administraret, atque statua illi poneretur: ut sententiam loco consulari diceret, consulatumque decem annis prius quam leges permitterent, illi petere liceret: quantamque pecuniam militibus earum legionum, quæ Antonium reliquissent, parta victoria pollicitus esset, tanta publice daretur. Hæc

Appian. lib. III. ubi addit, insequenti die fuisse decretos legatos ad Antonium cum mandatis, quæ Ciceronem scribere senatus voluerit. Dio lib. XLV. et XLVI. eadem fere narrat, et senatum a Kalendis Januar. per triduum habitum, sententiasque dictas, et tandem legationem ad Antonium missam fuisse ait. Itaque pridie Nonas Januar. factum senatus consultum fuit, ut Ser. Sulpicius, L. Piso, et L. Philippus cum mandatis ad Antonium proficiscerentur: quam rem M. Tullius eodem die in concione exposuit habita oratione, quam sexta Philippica comprehendit. De legatis vide Fam. Ep. XI. 8. et XII. 14. et 24. Cum legati ad Antonium missi expectarentur, ejusque amici responsa illius confingerent, M. Tullius, metuens ne senatorum animi ad pacem inclinarent, habuit in senatu Philippicam septimam, in qua pacem tribus de causis dissuadet: primum, quia sit turpis; deinde, quia periculosa; postremo, quia esse non possit. In legatione Ser. Sulpicius mortem obiit. Piso et Philippus Romam reversi ab Antonio ad senatum intolerabilia postulata retulerunt; Fam. Ep. XII. 4. Dio lib. XLVI. Tumultus interim a senatu fuit decretus, cum belli nomen in sententia poni quibusdam non placeret: id quod Cicero Philipp. VIII. reprehendit, quam ante Idus Martias in senatu dixit, graviter invehens in Q. Fufium Calenum, qui Antonio studebat. Deinde, cum de ornando Ser. Sulpicio in senatu ageretur, Cicero nonam Philippicam dixit; suadens, ut Sulpicio statua pedestris ænea in rostris poneretur: quam sua ætate pro rostris Augusti extitisse, Pomponius de Orig. Juris testatur. M. Brutus anno superiore ex Italia in Græciam profectus, cum Athenas venisset, adolescentes nobiles Romanos, quorum magna multitudo illic bonarum artium causa erat, sibi adjunxit. In his fuit M. Ciceronis filius; quem Brutus, ut Plutarch. scribit, summis laudibus efferebat, inquiens, se illum sive vigilaret, sive dormiret, admirari, quod animus in eo tam generosus, tantumque odium tyrannorum esset. Brutus inde in Macedoniam transgressus, Ciceronem filium secum duxit, eoque legato usus multa feliciter gessit, ut Plutarch. in Bruto testatur: et Brutus in epist. ad Ciceronem patrem, quæ nunc est quarta libri, qui ad Brutum extat, ita scribit: ‘Cicero filius tuus sic mihi se probat industria, patientia, labore, animi magnitudine, omni denique officio, ut prorsus nunquam dimittere videatur cogitationem, cujus sit filius.’ Ut vel hinc eorum imperitia (ne quid gravius dicam) arguatur, qui verum esse non putant, quod Cic. de Offic. II.

13. ait, filium bello civili a Pompeio alæ alteri præfectum, magnam laudem et a summo viro et ab exercitu consecutum fuisse equitando, jaculando, omniaque militari labore tolerando. Sed ad propositum. Venit M. Brutus in Macedoniam, cum Q. Hortensio decedenti C. Antonius Marci frater succederet. Sed Hortensius exercitum, quem delectu habito conscripserat, Bruto tradidit: legio etiam, quam L. Piso legatus Antonii ducebat, Ciceroni filio se tradidit: equitatus, qui in Syriam ducebatur bipertito, alter eum quæstorem, a quo ducebatur, reliquit in Thessalia, seseque ad Brutum contulit; alterum in Macedonia Cn. Domitius adolescens a legato Syriaco, qui a Plutarcho Cinna vocatur, abduxit. P. Vatinius, qui Dyrrachium occupaverat, portas Bruto aperuit, et exercitum tradidit. C. Antonius se Apolloniam recepit; Cic. Philipp. x. 5. et 6. Plut. in Bruto, et Dio lib. XLVII. His de rebus Brutus literas publice misit, quas C. Pansa consul coacto senatu recitavit, et Brutum oratione sua ornavit. Sed Q. Fufius rogatus sententiam, Brutum oppugnavit: contra quem Cicero tum Philipp. x. dixit, quam Brutus epist. IV. de literis suis[q] habitam esse contra Calenum ait. Erat Apolloniæ adhuc C. Antonius cum septem cohortibus; Philippica x. 6. Inde Buthrotum contendens in itinere primum tres cohortes amisit, quas Brutus concidit: deinde prælio cum Cicerone filio ad Byllidem commisso, victus in Bruti potestatem venit, ut Plutarch. in Bruto scribit. Antonium Brutus secum diu honorifice habuit, usque eo, ut magistratus insignia illi non adimeret: quam ejus clementiam Cicero in epistolis ad eum scriptis sæpe accusat. Sed, cum Antonius Apolloniam teneret, ante Kalend. Aprilis Romam allatum fuit de morte C. Trebonii, quem P. Dolabella Smyrnæ, verberibus ac tormentis quæstione publicæ pecuniæ per biduum habita, interfecit; Cic. Phil. XI. 2. et Dio l. XLVII. Itaque Dolabella a senatu hostis judicatus fuit. Postridie, cum in senatu ageretur de imperatore deligendo, qui bello Dolabellam persequeretur, L. Cæsar censuit, P. Servilio hoc bellum extra ordinem mandandum esse: aliis nonnullis placuit, ut consules, Dolabellæ persequendi causa, Asiam et Syriam sortirentur. Cicero sententiam rogatus Philippicam XI. dixit; in qua primum Trebonii casum deplorans, Dolabellæ et Antonii crudelitatem accusat; deinde, duabus illis sententiis refutatis, censet, ut

[q] Hanc vocem cur Gruterus et alii omittunt?

Dolabellam C. Cassius bello persequatur; quam sententiam se, repugnante et irascente Pansa, dixisse, ad Brutum scribit epist. 5. Ea sententia dicta, quæ facile valuisset, nisi Pansa vehementer obstitisset, productus fuit in concionem a tribuno pl. M. Servilio, eandemque rem ad populum summa contentione egit; Fam. Ep. XII. 7. Extremo anno superiore turbinis vi simulacrum, quod M. Cicero ante cellam Minervæ, pridie quam in exilium iret, posuerat, dissipatum membris pronum jacuit, fractis humeris, brachiis, capite, mortem Ciceroni portendens, ut Obsequens et Dio lib. XLV. scribunt. Quinquatribus, id est XIV. Kal. April. senatus decrevit, ut hæc Ciceronis Minerva, custos urbis, restitueretur; Fam. Ep. XII. 25. Deinde illata pacis mentione ab Antonii amicis, senatus legatos ad eum decrevit M. Ciceronem et P. Servilium. Sed, cum eam legationem frustra fore Cicero videret, habuit in senatu Philippicam XII. in qua legationem dissuadet, seque ad eam obeundam idoneum non esse demonstrat. Meminit hujus legationis Dio quoque lib. XLVI. Pansa deinde initio mensis Aprilis, ut arbitror, ad bellum profecto, M. Æmilius Lepidus (qui, auctore Paterculo II. 63. pontifex max. in C. Cæsaris locum furto creatus, decreta sibi Hispania, adhuc in Gallia morabatur) Romam ad senatum misit, ad pacem cum Antonio faciendam cohortans: ea de re cum in senatu ageretur, multi pacem suaserunt, quod incertus exitus belli esset, et quod Lepidus ad pacem hortaretur, qui exercitu cogere posset. Tum M. Tullius rogatus sententiam, Philippicam XIII. in senatu dixit; in qua adversariorum rationes confutans, pacem cum Antonio et Antonianis esse non posse docet: et Antonii animum ex literis ad Hirtium et Octavianum missis declarat. Cicero tum quoque ad Lepidum misit epist. 27. lib. X. Fam. in qua illum, ne se in istam pacificationem interponat, hortatur. Post profectionem Pansæ consulis turbulentissimum tempus fuit, cum D. Brutus Mutinæ vix jam sustineret. Itaque cum tristis a Mutina fama manaret, omnesque aut fœdissimam mortem, aut miserabilem fugam cogitarent, inflati lætitia atque insolentia impii cives famam dissipaverunt, Ciceronem pridie Vinalia cum fascibus descensurum esse. Interim XVII. Kalend. Maii, ut Galba ad Ciceronem scribit epist. 30. lib. X. Fam. seu, ut Ovid. Fast. IV. 627. indicat, XVIII. Kalend. Maii, Antonius prælio ad Mutinam superatus est. Habuit paucis diebus post concionem Romæ P. Apuleius trib. plebis, in qua cum liberare Ciceronem su-

spicione fascium vellet, una voce cuncta concio declaravit, nihil esse a M. Tullio unquam de republica nisi optime cogitatum. Duabus tribusve horis post optatissimi nuntii et literæ de victoria Mutinensi venerunt: quo tempore tantæ multitudinis, quantam urbs capiebat, ad Ciceronem concursus est factus, a qua ille maximo clamore atque plausu in Capitolium deductus, et in rostris collocatus, domum inde reductus est. Hæc sunt apud Cic. Philipp. XIV. 6. Brut. ep. 2. 6. et 7. et Fam. Ep. X. 30. et XII. 6. Pridie Vinalia, id est X. Kalend. Maii, Cicero habuit Philippicam XIV. in qua supplicationem dierum quinquaginta, trium imperatorum Pansæ, Hirtii, et Cæsaris nomine ob Antonium hostem superatum decernit: atque ad extremum eos, qui in prælio ceciderant, laudat, eorumque proximos consolatur. De supplicatione L. dierum vide Appian. lib. III. Cum Hirtius in prælio cecidisset, et Pansa ex vulneribus paucis diebus post Bononiæ mortuus esset, rumor percrebruit, Ciceronem cos. factum esse; Brut. ep. 8. Plutarch. et Appian. scribunt, M. Tullium ab Octaviano ad consulatus petitionem inductum fuisse. V. Kalend. Maii senatus habitus fuit de iis, qui hostes judicati erant, bello persequendis; Brut. ep. 9. Dedit eo tempore Cicero plures literas ad D. Brutum et L. Plancum, ut fusum Antonium persequerentur, quæ lib. X. et XI. Fam. extant. Interim Antonius fuga transgressus Alpes, primo spe colloquii repulsus a M. Lepido, mox sæpius in conspectum veniens militum, per aversa castrorum proruto vallo a militibus receptus est; Paterc. II. 63. Plutarch. in Antonio, Appian. l. III. Lepidus se cum Antonio conjunxit a. d. IV. Kalend. Jun. Fam. Ep. X. 23. Pridie Kalend. Quint. Lepidus sententiis omnibus hostis a senatu judicatus est, ceterique qui una cum illo a republ. defecerant: quibus tamen ad sanitatem redeundi ante Kalend. Septemb. potestas facta fuit; Fam. Ep. XII. 10. Brut. ep. 16. et 19. et Dio lib. XLVI. Octavianus Cæsar, ut cognovit Antonium a Lepido receptum, ceterosque duces et exercitus consentire pro partibus, causam optimatium sine cunctatione deseruit, ad prætextum mutatæ voluntatis, dicta factaque quorundam calumniatus, quasi alii se puerum, alii ornandum tollendumque jactassent; Sueton. in Augusto c. 12. Paterc. II. 62. Brutus ep. 20. Fam. Ep. l. XI. Tum inter eum et Antonium commercia epistolarum et conditionum facta mentio, quod Paterc. scribit: cumque effecisset, ut milites inter se jurejurando sancirent, ut nullo exercitu, qui C.

Cæsaris fuisset, bellum se gesturos; XL. milites Romam ad senatum misit, qui consulatum sibi nomine exercitus deposcerent; cum quidem, cunctante senatu, Cornelius centurio, princeps legationis, rejecto sagulo ostendens gladii capulum, non dubitasset in curia dicere, 'Hic faciet, si non feceritis vos;' Sueton. in Aug. c. 26. et Dio lib. XLVI. ubi addit, Ciceronem subjecisse, 'Si ita consulatum petieritis, eum accipiet.' Militibus re infecta ad Octavianum reversis, Antonium et Lepidum in Italiam accersivit, atque ipse legiones ad urbem hostiliter admovit; Sueton. Dio, et Appian. qui scribit Ciceronem tum ad Octavianum venisse, ac paulo post lectica ex urbe fugisse. C. autem Cæsar Octavianus consul cum Q. Pedio statim factus est, ut omnes annales testantur. Consulatum Cæsarem iniisse pridie quam XX. annos impleret, X. Kalend. Octobris, Paterc. II. 65. auctor est. In Liviana epit. lib. CXIX. legitur, Cæsarem consulem creatum esse, cum annos XIX. haberet. Plutarchus in Bruto ex Octaviani commentariis refert, ipsum vigesimum annum egisse, cum consul primum est factus. Eutropius initio lib. VII. ait, Cæsarem Romam cum exercitu profectum extorsisse, ut sibi vigesimo anno consulatus daretur. Sueton. in Augusto c. 31. scribit, eum in ordinatione anni Sextilem mensem e suo cognomine nuncupasse, quod eo sibi et primus consulatus et insignes victoriæ obtigissent. Similiter Dio lib. LVI. tradit Octavianum XIX. die Augusti, eodem quo primum consulatum ceperat, decessisse. Cæsar Octavianus cos. legem tulit de quæstione habenda in eos, quorum opera pater occisus esset; Liv. lib. CXX. Appian. lib. III. Dio lib. XLVI. Auctor legis fuit Octavianus, tulit Q. Pedius collega, unde lex Pedia nominatur; eaque omnibus, qui Julium Cæsarem interfecerant, aqua ignique interdictum est; Velleius II. 69. Sueton. in Nerone c. 3. Consul factus Octavianus Ciceronem, ut Plutarch. in ejus vita scribit, valere jussit, et pace cum Antonio Lepidoque facta copias omnes in unum locum contraxerunt, ibique imperium Rom. quasi possessionem aliquam inter se diviserunt. Partiti sunt autem provincias inter se hoc modo, ut Cæsar utramque Africam cum Sicilia et Sardinia, Lepidus Hispanias et Galliam Narbonensem, Antonius reliquas Gallias haberet; Appian. lib. IV. Dio lib. XLVI. Inter hos etiam convenit, ut ipsi triumviri reipubl. constituendæ per quinquennium essent, et ut suos quisque inimicos proscriberet; in qua proscriptione plurimi equites, CXXX. senatorum nomina fuerunt, ut est in

epit. lib. CXX. Tu vide Oros. nostrum VI. 18. Cæsarem restitisse aliquamdiu collegis, ne qua fieret proscriptio, sed inceptam utroque acerbius exercuisse, Tranquillus in Aug. c. 27. ait. Maximam vero contentionem, inquit Plutarchus, Ciceronis proscriptio præbuit, cum Antonius nullam conditionem acciperet, nisi primus ille interficeretur, Lepidus Antonio assentiretur, et Cæsar utrique repugnaret. Congressus horum trium occultus in triduum fuit apud Bononiam, in loco remoto a castris, et flumine circumfuso, ut Plutarch. non solum in Cicerone, sed et in Antonio tradit. Dio quoque lib. XLVI. scribit, triumviros convenisse in parva insula fluminis, quod Bononiam præterlabitur. Appian. initio lib. IV. ait, eos congressos esse ad Mutinam in Lavinii fluvii insula. Sed triumvirum copias ad Bononiam contractas fuisse, Sueton. etiam in Augusto c. 96. auctor est, et Florus IV. 5. tradit pacem inter tres duces factam apud confluentes inter Perusiam et Bononiam. Ibi aiunt Cæsarem primis diebus, ut Plutarch. narrat, pro Ciceronis salute cum aliis concertasse, ac tertio die concessisse, ejusque vitam prodidisse, fuitque permutatio ita facta. Ciceronem Cæsar, L. Paullum fratrem Lepidus, L. Cæsarem avunculum Antonius proscribi permisit. 'Sed nihil,' ait Paterculus II. 66. 'tam indignum illo tempore fuit, quam quod aut Cæsar aliquem proscribere coactus est, aut ab illo Cicero proscriptus est.' Cesserat ille sub adventum triumvirorum urbe, ut ex Livio Sen. Suasor. I. 7. refert, pro certo habens, id quod erat, non magis Antonio eripi se, quam Cæsari Cassium et Brutum posse. Primo in Tusculanum fugerat: inde transversis itineribus in Formianum, ut ab Cajeta navim conscensurus proficisceretur: unde aliquoties in altum provectum cum modo venti adversi retulissent, modo ipse jactationem navis cæco volvente fluctu pati non posset, tædium tandem eum et fugæ et vitæ cepit: regressusque ad superiorem villam, quæ paulo plus mille passibus a mari abest, 'Moriar,' inquit, 'in patria sæpe servata.' Hactenus Livius. Plutarch. vero ita: 'Erat Cicero in Tusculano cum Quinto fratre. Cognita vero proscriptione, Asturam in maritimum Ciceronis fundum proficisci, atque inde in Macedoniam ad M. Brutum, de cujus victoria læti rumores afferebantur, transire constituerunt. Ferebantur lecticis confecti mœrore, atque in itinere subsistentes, junctis lecticis inter se casum suum deplorabant. Quintus vero magis angebatur animo, atque inopiæ illi in mentem veniebat: nihil enim secum se domo

extulisse dicebat; Marco etiam perexiguum viaticum erat: satius igitur esse affirmabat, Marcum fuga antecedere, se[r] convasatum domum recurrere. Hoc consilio probato, complexi inter se, multisque lacrymis profusis digressi sunt. Quintus non ita multis diebus post a servis proditus inquisitoribus una cum filio suo interfectus est.' Ita quidem de Q. Cicerone Plutarchus. Appian. in hanc sententiam: 'Q. Cicero cum filio comprehensus percussores orabat, ut se ante filium necarent; quod cum filius contra fieri obsecraret, illi se eorum controversiam compposituros dixerunt: itaque alii hunc, alii illum arripientes eodem signo ambos simul occiderunt.' Dio lib. XLVII. ita: 'Q. Ciceronem M. fratrem filius de medio removit, et quantum in ipso fuit, servavit: nam et patrem occultavit, ut inveniri non posset, et ea de causa tormentis omnibus excruciatus indicium nullum fecit: sed pater, re intellecta, cum admiratione filii, tum misericordia adductus ultro prodiit, seque ipse percussoribus tradidit.' Redeamus nunc ad Plutarchum. 'Cicero,' inquit ille, 'Asturam delatus, navem, quam nactus fuit, subito conscendit, et oram legens Circæum usque vento pervenit. Inde solvere[s] gubernatores cum pararent, vel maris metu permotus, vel Cæsaris fidem non plane desperans, in terram egressus est: et millia passuum XIII. fere pedibus Romam versus progressus, animi pendere cœpit, sententiaque mutata rursus ad mare descendit, ibique noctem gravibus et incertis cogitationibus traduxit: adeo, ut in animo haberet, Cæsaris domum clam ingredi, sibique ante lares ejus manus inferre, atque ita furiales intemperias illi impingere. Sed ab ea ratione cruciatus metu depulsus, alia rursus tumultuosa consilia in pectus instituit; et servis se ad Cajetam deportandum navigio commisit, ubi prædia habebat, et blandum æstate Etesiarum diebus perfugium. Est ibidem supra mare sacellum Apollinis; unde corvi cum clangore ad Ciceronis navem, quæ ad littus appellebatur, confertim advolarunt, atque ex utraque parte anten-

[r] Necessaria erat hæc vocula, quam Gruterus aliique post eum omnes neglexerunt temere: plane et Plut. *αὐτὸν δέ.*

[s] Ex Plutarchi verbis non patet eum appulisse littori vel portui Circeiensi, ut hactenus oram legens et perveniens rursus solvere inde debuerit; sed oram legens venit e regione Circeiorum, ut maneret navigans; verum inde omissa ora altius mare intrare statuebant nautæ: *ἐκεῖθεν δὲ βουλομένων εὐθὺς αἴρειν τῶν κυβερνητῶν.* Illud *εὐθὺς* nec Fabricius nec interpres Plutarchi intellexit.

næ insidentes partim crocitarunt, partim rudentum capita rostris tutuderunt: idque signum omnibus infaustum est visum. Cicero tamen egressus in villam se recepit, et quieti dedit: ibi corvorum magna pars tristi voce ad fenestram assedit; unus in lectum devolavit, et rostro vestem, qua Cicero tectus erat, paulatim ab ore ipsius removit.' De eadem re Valerius I. 4. 'M. Ciceroni mors imminens auspicio prædicta est; cum enim in villa Cajetana esset, corvus in conspectu ejus horologii ferrum loco motum excussit, et protinus ad ipsum tetendit, ac laciniam togæ eo usque morsu tenuit, donec servus, ad occidendum eum milites venisse, nuntiaret.' Hactenus Valerius: ex quo perspicue cognoscitur apud Plutarchum ἐς Καπίτας mendose, non pro Capua, sed Cajeta legi: quamvis Appianus Capuam nominet, ad quam fuerit hæc Ciceronis villa, in qua adventantibus inquisitoribus a corvis e somno excitatus sit. Sequitur in Plutarcho: 'Servi hæc aspicientes suam ipsi ignaviam damnarunt, si herilis cædis spectatores esse sustinerent, cumque bestias domino opem ferre, ac pro indigno ejus casu solicitas esse viderent, ipsi eum non defenderent; partim precibus, partim vi impositum lecticæ ad mare detulerunt. Interim percussores cum ministris superveniunt, Herennius centurio, et Popillius tribunus militum, quem parricidii reum Cicero olim defenderat.'

Pe Popillio hoc multa Seneca in Declamationibus et Suasoriis. De eodem Valerius v. 3. 'M. Cicero C. Popillium Lænatem Picenæ regionis, rogatu M. Cælii, non minore cura quam eloquentia defendit; eumque causa admodum dubia fluctuantem, salvum ad penates suos remisit. Hic Popillius postea, nec re nec verbo a Cicerone læsus, ultro M. Antonium rogavit, ut ad illum proscriptum persequendum et jugulandum mitteretur: impetratisque detestabilis ministerii partibus, gaudio exultans Cajetam cucurrit, et virum, omitto quod amplissimæ dignitatis, certe salubri studio [ita lege e Mss.] præstantis officii privatim sibi venerandum, jugulum præbere jussit: ac protinus caput Romanæ eloquentiæ, et pacis clarissimam dexteram per summum et securum otium amputavit: eaque sarcina, tanquam opimis spoliis, alacer in urbem reversus est: neque ei scelestum portanti onus succurrit, illud se caput ferre, quod pro capite ejus quondam peroraverat.'

Sequitur apud Plutarchum: 'Percussores cum fores clausas invenissent, eas effregerunt: cumque Cicero non appareret, et ii, qui

intus erant, scire se, ubi esset, negassent, aiunt adolescentem quendam, a Cicerone in bonis literis et disciplinis educatum, Quinti fratris libertum, Philologum nomine, tribuno dixisse, lecticam per sylvestres et opacas ambulationes ad mare deferri. Tribunus igitur cum paucis comitibus circum ambulationes ad exitum cucurrit: Herennius recta per easdem accurrit: quod ubi Cicero animadvertit, servos lecticam ibi deponere jussit.' 'Satis,' inquit Livius, 'constat, servos fortiter fideliterque paratos fuisse ad dimicandum: ipsum deponi lecticam, et quietos pati, quod sors iniqua cogeret, jussisse.' Appianus scribit, multos discurrisse quærentes, num alicubi Cicero visus esset: cumque alii benevolentia et misericordia permoti, eum in alto esse dixissent, clientem Clodii acerrimi inimici Ciceronis Popillio Lænati tribuno militum indicasse viam qua lectica deportabatur: eo illum irrupisse, et cum servos longe plures, quam ipse secum habebat, ad dimicandum paratos vidisset, callide exclamasse, 'Tribuni, qui in extremo agmine sunt, ingrediantur:' tum servos majorem multitudinem expectantes perterritos fuisse. 'Cicero,' ait Aufidius Bassus apud Senecam, 'paulum remoto velo, postquam armatos vidit, 'Ego vero consisto,' ait; 'accede, veterane, et, si hoc saltem potes recte facere, incide cervicem;' trementi deinde dubitantique, 'Quid si ad me,' inquit, 'primum venissetis?'' Buttidius Niger apud eundem: 'Elapsus interim altera parte villæ Cicero lectica per agros ferebatur: sed ut vidit appropinquare notum sibi militem Popillium nomine, memor defensum a se, lætiore vultu aspexit: at ille, victoribus idipsum imputaturus, occupat facinus, caputque decisum, nihil in ultimo fine vitæ facientis, quod alterutram in partem posset notari, Antonio portat, oblitus se paulo ante defensum ab illo.' 'Prominenti,' inquit Livius, 'ex lectica, præbentique immotam cervicem, caput præcisum est: nec satis stolidæ crudelitati militum fuit; manus quoque, scripsisse aliquid in Antonium exprobrantes, præciderunt.' Plutarchus: 'Cicero mentum, ita ut consueverat, tangens, in percussoribus oculos constanter fixit, squaloris plenus, et capillo demisso, macieque ob solicitudines confectus, usque eo ut plurimi Herennio eum jugulante capita obnuberent. Occisus est præbens cervicem extra lecticam, cum annum jam LXIV. ageret. Præcidit illi jussu Antonii caput, et manus quibus Philippicas scripserat.' 'Vixit,' ait Livius, 'tres et LX. annos: ut si vis abfuisset, ne immatura quidem mors videri possit.' Eusebius: 'Cicero in For-

miano suo ab Herennio et Popillio occiditur LXIV. ætatis suæ anno.' Appianus:[t] 'Occiso Cicerone, quidam equis, alii navigiis incitatis properabant Antonio hunc nuntium perferre, eique in foro sedenti Lænas caput et manum eminus ostendit: quo ille maxime lætatus, tribunum militum coronavit, H-S. decies centena millia ei pro maximo præmio dedit, quod summum et infensissimum suum inimicum occidisset.' Plutarchus: 'Cum membra Ciceronis Romam perlata essent, Antonius, qui tum forte comitia habebat, iis visis exclamavit, Proscriptionem jam peractam esse: caput autem et manus pro rostris[u] poni jussit, spectaculum horrendum Romanis, qui se non Ciceronis vultum, sed imaginem animi Antonii videre putabant.' Dio lib. XLVII. 'Ubi Ciceronis caput allatum fuit, Antonius multis et gravibus probris illatis, illud pro rostris, loco præ aliis conspicuo, poni jussit, ut unde in ipsum verba faciens auditus fuerat, ibi caput ejus cum manu dextra, quæ simul præcisa fuerat, conspiceretur. Fulvia vero caput, antequam auferretur, in manus sumsit, atque atrocibus verbis illudens et conspuens genibus suis imposuit, et linguam ex ore extractam acubus, quibus ad capitis ornatum utebatur, compunxit, additis multis iisque execrandis opprobriis.' Livius: 'Ita relatum caput ad Antonium, jussuque ejus inter duas manus in rostris positum, ubi ille consul, ubi sæpe consularis, ubi eo ipso anno adversus Antonium, quanta nulla unquam humana vox, cum admiratione eloquentiæ auditus fuerat: vix attollentes lacrymis oculos homines intueri trucidata membra ejus poterant.' Cremutius Cordus: 'Præcipue tamen solvit pectora omnium in lacrymas gemitusque visa ad caput ejus deligata manus dextra, divinæ eloquentiæ ministra; ceterorumque cædes privatos luctus excitaverunt, illa una communem.' Mortem Ciceronis versibus elegantissimis deploravit Cornelius Severus; in quibus sunt, qui sequuntur:

Abstulit una dies ævi decus, ictaque luctu
Conticuit Latiæ tristis facundia linguæ,
Unica solicitis quondam tutela, salusque,
Egregium semper patriæ caput: ille senatus

[t] Sed modum occidendi accuratissime refert Appianus in verbis quæ nescio cur Fabricius omiserit. Lænas *ἐκ τοῦ φορείου τὴν κεφαλὴν ἐπισπάσας ἀπέτεμνεν, ἐς τρὶς ἐπιπλήσσων καὶ ἐπιδιαπρίζων ὑπὸ ἀπειρίας.* In percussore igitur non convenit Plutarcho, qui clare Herennium statuit, cum Appiano, qui manifeste Popillium.

[u] Et quidem *ἐπὶ τοῦ βήματος.*

Vindex, ille fori, legum, ritusque togæque,
Publica vox sævis æternum obmutuit armis.
Informes vultus, sparsamque cruore nefando
Canitiem, sacrasque manus, operumque ministras
Tantorum, pedibus civis projecta superbis
Proculcavit ovans, nec lubrica fata Deosque
Respexit: nullo luet hoc Antonius ævo.

Paterculus post narratam cædem M. Tullii, in hæc verba erumpit c. 66. 'Nihil tamen egisti, M. Antoni, mercedem cœlestissimi oris et clarissimi capitis abscisi numerando, auctoramentoque funebri ad conservatoris quondam reip. tantique consulis irritando necem. Rapuisti tu M. Ciceroni lucem solicitam, et ætatem senilem, et vitam miseriorem te principe, quam sub te triumviro mortem: famam vero gloriamque factorum atque dictorum adeo non abstulisti, ut auxeris. Vivit, vivetque per omnem sæculorum memoriam: dumque hoc vel forte, vel providentia, vel utcumque constitutum rerum naturæ corpus, quod ille pæne solus Romanorum animo vidit, ingenio complexus est, eloquentia illuminavit, manebit incolume, comitem ævi sui laudem Ciceronis trahet: omnisque posteritas illius in te scripta mirabitur, tuum in eum factum execrabitur; citiusque in mundo genus hominum, quam hujus nomen, cadet.' Ciceronem hoc anno VII. Idus occisum esse, testimonio Tironis liberti scribit Tacitus in dialogo de Oratoribus c. 17. intelligo autem Idus Decembr. quoniam triumviri inierunt V. Kalend. Decembris, ut est in lapide Colotiano. Vixit igitur Cicero annos LXIII. menses XI. dies V. sive annos LXIV. minus XXVI. diebus.

Nunc ad extremum illud addam, quod Desiderius Lignamineus Patavinus ante annos sedecim divulgavit. Cum anno Christi 1544. Kalend. Decembr. Angelus Apulus Minorita in Zacyntho insula Venetorum, quæ in mari Ionio Epiro adjacet, apud sacellum D. Mariæ Gratiosæ, non longe a littore maris, cœnobii fundamenta ageret, sepulchrum antiquissimum reperit cum hac inscriptione: M. TVLLI. CICERO. HAVE. ET. TV. TEPTIA. ANTΩNIA. In eodem sepulchro inventæ sunt duæ urnæ vitreæ, una major cinerum, altera minor lacrymarum, ut volunt: in majoris fundo erat vitro inscriptum, AVE. MAR. TVL. Hoc monumentum ibi in sacrario templi asservatur, et Ciceronis nostri esse putatur: verum in hujusmodi rebus mihi Epicharmi cantilenam illam μέμνα-

σο ἀπιστεῖν (*memento non credere*) ad aurem utramque insusurrari facile patior:[x] cum præsertim in epitaphio quodam, quod in libro Ms. *ἀδέσποτον* (*nullo ascripto auctore*) subjicitur, Arpinatem Ciceronem lapide extra Cajetam servari, inveniam, quem Lignamineus a servis crematum, et in Zacynthum delatum fuisse putat.

[x] Bene Fabricius; cujus prudentiam confirmat cl. Jac. Sponius in Itinerario, cujus hæc verba merentur ascribi: *Au-dessus de la ville en allant à la forteresse, il y a une église appelée S. Hélie, où, selon que quelques-uns ont écrit, on avoit trouvé le tombeau de Cicéron et de Tertia Antonia sa femme; mais je n'y remarquai autre chose qu'un fond d'urne de porphyre, et je ne pus apprendre aucune nouvelle du reste.*

TESTIMONIA

DE

M. TULLIO CICERONE.

M. Seneca Rhetor, Præfat. Controv.

Quicquid Romana facundia habet, quod insolenti Græciæ aut opponat, aut præferat, circa Ciceronem effloruit. *Et paulo post:* Omnes autem magni in eloquentia nominis, excepto Cicerone, videor audisse. Nec Ciceronem quidem ætas mihi eripuerat: sed bellorum civilium furor, qui tunc totum orbem pervagabatur, intra coloniam meam me continuit. Alioquin in illo atriolo, in quo duos grandes prætextatos ait secum declamare solitos, potui illud ingenium, quod solum populus Romanus par imperio suo habuit, cognoscere.

Plinius, Hist. Nat. vii. 30.

Sed quo te, M. Tulli, piaculo taceam? quove maxime excellentem insigni prædicem? Quo potius, quam universæ populi illius gentis amplissimo testimonio, et e tota vita tua consulatus tantum operibus electis? Te dicente, legem Agrariam, hoc est, alimenta sua abdicaverunt tribus: te suadente, Roscio theatralis auctori legis ignoverunt, notatasque se discrimine sedis æquo animo tulerunt: te orante, proscriptorum liberos honores petere puduit. Tuum Catilina fugit ingenium. Tu M. Antonium proscripsisti. Salve primus omnium Parens Patriæ appellate, primus in toga triumphum linguæque lauream merite, et facundiæ, Latinarumque literarum parens; atque, ut dictator Cæsar, hostis quondam tuus, de te scripsit, omnium triumphorum lauream adepte majorem, quanto plus est, ingenii Romani terminos in tantum promovisse, quam imperii.

QUINTILIANUS, x. 1.

Oratores vel præcipue Latinam eloquentiam parem facere Græcæ possunt. Nam Ciceronem cuicumque Græcorum fortiter opposuerim. Nec ignoro quantam mihi concitem pugnam, cum præsertim non id sit propositi, ut eum Demostheni comparem hoc tempore; neque enim attinet, cum Demosthenem inprimis legendum, vel ediscendum potius putem. Quorum ego virtutes plerasque arbitror similes, consilium, ordinem, dividendi, præparandi, probandi rationem; omnia denique, quæ sunt inventionis. In eloquendo est aliqua diversitas. Densior ille, hic compositior: ille concludit astrictius, hic latius pugnat: ille acumine semper, hic frequenter et pondere: illi nihil detrahi potest, huic nihil adjici: curæ plus in illo, in hoc naturæ. Salibus certe et commiseratione, qui duo plurimum affectus valent, vincimus. Et fortasse epilogos illi mos civitatis abstulerit: sed et nobis illa, quæ Attici mirantur, diversa Latini sermonis ratio minus permiserit. In Epistolis quidem, quanquam sunt utriusque, nulla contentio est. Cedendum vero in hoc, quod et ille prior fuit, et ex magna parte Ciceronem, quantus est, fecit. Nam mihi videtur M. Tullius, cum se totum ad imitationem Græcorum contulisset, effinxisse vim Demosthenis, copiam Platonis, jucunditatem Isocratis. Nec vero quod in quoque optimum fuit, studio consecutus est tantum: sed plurimas, vel potius omnes ex seipso virtutes extulit immortalis ingenii beatissima ubertas. Non enim pluvias, ut ait Pindarus, aquas colligit; sed vivo gurgite exundat, dono quodam providentiæ genitus, in quo totas vires suas eloquentia experiretur. Nam quis docere diligentius, movere vehementius potest? cui tanta unquam jucunditas affuit? ut ipsa illa, quæ extorquet, impetrare eum credas; et cum transversum vi sua judicem ferat, tamen ille non rapi videatur, sed sequi. Jam in omnibus, quæ dicit, tanta auctoritas inest, ut dissentire pudeat; nec advocati studium, sed testis, aut judicis afferat fidem. Cum interim hæc omnia, quæ vix singula quisquam intentissima cura consequi posset, fluunt illaborata; et illa, qua nihil pulchrius auditu est, oratio præ se fert tamen felicissimam facilitatem. Quare non immerito ab hominibus ætatis suæ regnare in judiciis dictus est: apud posteros vero id est consecutus, ut Cicero jam non hominis nomen, sed eloquentiæ habeatur. Hunc igitur spectemus; hoc propositum nobis sit exemplum: Ille se profecisse sciat, cui Cicero valde placebit.

LUDOVICO

SERENISSIMO GALLIARUM

DELPHINO

JACOBUS PROUST,

E SOCIETATE JESU.

Aditum ad te facilem viris principibus et ingeniosis si non daret comitas tua, Serenissime Delphine, minime dubium quin eloquentia sua M. Tullius impetraret. Qui se tibi jam a teneris cognitum gloriatur, quem sive in Senatu et pro Rostris dicentem, sive scribentem ad Familiares perbenigne complexus es, is cum Oratorias Institutiones offert, non injucundum tibi fore munus arbitratur. Hic alii præstantissimæ omnium artis leges, quibus ingenium moderentur: tu naturæ dona in te recognosces. Omnibus gratissimum accidet, quod in his passim libris observabunt, qua ratione virtutibus tuis meritæ laudes sine fuco rependantur. Quod si pro modestia refugis, certe delectabit te quod vir post hominum memoriam ingenio maximus præcepta tradat, quibus Ludovici regum maximi bello et pace gesta heroicis inaudita temporibus non dicam exornari verbis, sed pro dignitate referri possint. Quod enim tantum eloquentiæ flumen, quæ tanta dicendi vis, varietas, et copia tendat ulterius, quam ut invicti parentis tui vel in amplificanda regni gloria, vel in tuenda religione fortitudinem, prudentiam,

fidem, ceterasque virtutes recenseat? Citra periculum assentationis dicam quod sentio, neque censuram verebor. Mihi videtur Tullius, cum passim inquireret in his libris, quid ad laudem magnum, quid honestum, quid in quolibet genere præstantius, quid jus ferret et æquitas, cogitatione complexus principem LUDOVICO MAGNO parem e quo similitudinem duceret, et in quem intuens, non leviter adumbratas virtutum imagines referret. Cum ad deliberationem de utili dissereret, occurrebat animo qui instar Regis maximi belli pacisque consilia subditorum commodis ac felicitate dirigeret. Tot ante sæculis mente præceperat eloquentiæ princeps quod videt hæc ætas et admiratur. Tuum erit, SERENISSIME DELPHINE, quod oratorum vulgus nec animo, nec verbis complectitur, exæquare factis. Quamcumque te verteris in partem, sive armorum terrore subigendi sint olim hostes Gallici nominis, sive pacis et otii fovenda sit tranquillitas, sive rei Christianæ vel jura extinctis hæresibus vindicanda, vel fines deleta gentium longe remotissimarum superstitione propagandi, eximia Regis ubique maximi exempla tibi prælucebunt. Hujus vestigiis cum insistes, qui privatas parentis virtutes morum integritate hactenus expressisti, publicas aliquando repræsentabis, et non modo præsentium temporum spem assequeris, verum etiam memoriam vinces superiorum.

PRÆFATIO

JAC. PROUSTII.

Quanta sit in Libros Oratorios Ciceronis commentarij necessitas, per te ipse facile intelliges, candide Lector. Ut enim in quibusdam libris multa sint plana et expedita, certe difficillima non pauca occurrunt, in quibus evolvendis ipsi literati non parum laborent. Nisi veterum Græcorum institutiones oratoriæ, ac plurima Academicæ Peripateticæque sectæ dogmata percepta sint, inanem in multis locis intelligendis operam sument quantumvis ingeniosi. Requiritur præterea accurata historiæ Romanæ notitia, quæ, si desit, liber de Claris Oratoribus inutili nominum farragine memoriam potius obruet, quam animum pascat jucunda lectione. In Topicis percipiendis quam necessaria sit juris Romani absoluta prope cognitio, loquuntur exempla omnia Ciceronis ex antiquo jure depromta. Tam varias tamque discrepantes disciplinas operæ facili compendio commentarius hic liber repræsentabit. Et quidem cum interpretatione constet ac notis; si qua sit Ciceronis locutio quæ vel obscurior, vel minus expedita videri possit eruditorum vulgo, eam in interpretatione exponimus. Res cuique obvias omisimus. 'Quemadmodum' enim, ut recte Tullius ait lib. II. de Inv. 'res obscuræ dicendo fiunt apertiores, sic res apertæ obscuriores fiunt oratione.' Nihil, ut nobis videtur, prætermisimus, in quo vel mediocris vel etiam minima subesset non prorsus indoctis difficultas. In notis vero Ciceronis mentem, sicubi opus fuit, paulo uberius explicuimus, adjunctis aliquando sed parce testimoniis sive Platonis, sive Aristotelis, sive aliorum, quorum ex libris nonnulla Tullius arbitrio judicioque suo decerpsit. Artis Oratoriæ exempla, quæ præceptis Ciceronianis respondeant, subjicimus ex ipso Tullio et aliis antiquis, nisi forte brevitatis causa

sufficiat digitum ad fontes intendere. Veterum instituta, opiniones philosophorum, cum res exigit, paucis recensemus. De personis frequens incidit mentio: patriam, facta, ætatem obiter persequimur ex vetustis, qui hæc ipsa retulere, scriptoribus. In consignanda cujusque ætate, non spectamus annos ab orbe condito, quod in tanta opinionum varietate parum prosit; verum, quod in alio jam opere præstitimus, aut Olympiadas, si de Græcis agatur; aut annos Urbis Romæ, si de Latinis: rursumque hæc ipsa tempora sive Græca sive Latina referimus ad annos qui Christum natum antecesserunt. Urbes qua in regione, qua sint in orbis parte regiones, adjunctis recentioribus vocabulis, indicamus. Nonnullorum, qui primi in hoc stadio sese exercuerunt, laboribus aliquid debere me adeo non diffiteor, ut sponte appellaverim. Quamquam id quoque mihi contigit, quod eandem viam tenentibus, ut in aliorum qui præcesserint vestigia, nonnumquam aliud agens incurrerim. Ex quibus quicquid illud tandem fuerit, sumsisse videri malim, quam surripuisse. Porro si quid ex hoc commentario ceperis emolumenti, candide Lector, gratiam habebis Illustrissimo Duci Montauserii, Carolo Sanctamauræo, Delphini antehac moderatori, viro belli pacisque artibus, summa apud Regem gratia et auctoritate, incredibili in literatos benignitate celeberrimo. Is novam hanc interpretandi rationem invenit, plurimisque scriptoribus commisit. Quod opus, ut perficeretur operam perutilem, contulere Jacobus Benignus Bossuetius, Condomensis olim, nunc Meldensis Episcopus, regendis Delphini studiis nuper præpositus, divinis humanisque disciplinis excultissimus; et Petrus Daniel Huetius, Abbas Alnetanus et Episcopus Suessionensis designatus, cui secundæ partes in promovendis Delphini studiis erant creditæ, vir sacris profanisque doctrinis ad miraculum perpolitus, in quo immensa quædam ingenii vis et amplitudo cum elegantia et subtilitate certat, quique editis in lucem in omni prope literarum genere monumentis jam nomen immortalitati consecravit.

JO. AUG. ERNESTI

PRÆFATIO

IN LIBROS RHETORICOS.

Librorum Ciceronianorum ii, qui sunt de arte dicendi, longe minus ceteris experti sunt artis illius curam, quæ scripta antiqua liberare a vitiis et corruptelis, et integritati restituere conatur. Ejus rei causa non una commemorari potest.

Cum primum libri antiqui e tenebris et situ erui cœpissent, id factum est inprimis propterea, ut homines, qui se studiis doctrinæ dedidissent, et rerum antiquarum scientiam, et facultatem bene Latine dicendi ex iis comparare possent. Itaque et ii maxime sunt quæsiti ac descripti, in quibus et antiquitatis memoria esset conservata, et exempla bene dicendi proponerentur: hi maxime ac prope soli sunt lecti, et juventuti studia liberalia æmulanti ad imitandum sunt in scholis explicati. Sed cum interpretatio sine emendata lectione procedere non posset, hoc in primis actum est, ut textus eorum, conferendis pluribus exemplis, et adhibita idonea linguæ ac rerum scientia corrigeretur. Videmus eos, qui, ut in Cicerone maneamus, præstantissimi ejus correctores et interpretes optimi extitere, Petr. Victorium et Paullum Manutium, omnium diligentissime Epistolas Ciceronis, in primis eas, quæ sunt ad Diversos scriptæ, tractasse; quod per eas maxime aditus juventuti ad Latinitatem cognoscendam et bene scribendi facultatem patefieri solebat: proxime post has, Orationes; ceteris libris, qui vel ad artem pertinerent, vel ad philosophiam, quorum lectio eruditioribus servaretur, leviter modo in utroque genere tractatis, præter unum de Officiis opusculum, quod et ipsum juventutis studiis accommodatum putabatur. Atque etiam in illis major facultas da-

batur emendandi, quod major copia exemplorum veterum reperiebatur, quam ceterorum: cujus rei eandem causam fuisse, nemo ambigat. Ea igitur res fecit, ut horum librorum, Rhetoricorum et Philosophicorum, textus ad nostrum usque tempus minus correctus manserit, quam superiorum illorum; estque in iis etiam haud paulo difficilior emendandi ratio. Id cum a multo tempore animadverterimus, existimavimus, nos, in Operibus Ciceronis tractandis et castigandis, id inprimis agere debere, ut his libris integritatem, si possemus, restitueremus; si vellemus novæ recensionis Ciceronianæ melius exemplum conficere. Quam rem quomodo, in his quidem Rhetoricis Libris, quibus præsidiis instructi, egerimus, age explicemus. Et quoniam in hoc Librorum Rhetoricorum corpore, libri incerti auctoris ad Herennium solent collocari, etiam in exemplis plerisque primo loco, ab his dicendi initium faciemus.

Nullius autem alius Libri Rhetorici tot exempla scripta reperiuntur in bibliothecis. Causa est, quod in iis tota ars rhetorica ad usus discentium breviter et subtiliter descripta est; suntque præterea ad docendum quidem, et ad artem universam cognoscendam, ceteris accommodatiores. Nos quidem in eorum textu castigando quatuor codicum excerptis proprie usi sumus: nam de iis, quibus superiores editores usi sunt, dicere non attinet. Primum suppeditavit bibliotheca nostra Paullina; alterum bibliotheca Winkleri V. Ill. qui eum in Italia emerat, utrumque membranaceum; tertium bibliotheca Guelferbytana, hunc quoque in membrana scriptum: quarti Excerpta in exemplo Verburgiano, ignota nobis manu scripta, habuimus, quod olim e bibliotheca Cortiana emeramus. Horum lectionibus accessere excerpta librorum scriptorum, quæ, ab Oudendorpio e Mss. pluribus magna diligentia collecta, edidit P. Burmannus Secundus, V. C. ad calcem exempli recensionis Græviana, quod ab eo ante annos non multos editum est.

Sed scriptis libris, quæ formulis typographicis facta exempla adjunxerimus, eaque ipsa qualia cognoverimus, dicendum videtur; sed seclusis exemplis operum universorum. Primus, quod quidem repererimus, hos libros, cum Ciceronianis de Inventione, edidit formulis suis Nic. Jenson Venetiis 1470. f. cujus editionis exemplum fuit in bibliotheca V. C. de Boze. Curam concinnandi textus habuit Omnibonus, ut versus subjecti, quos in Catalogo Bibliothecæ suæ prodidit ille vir doctus, demonstrant. Ex hujus

autem editionis exemplis cetera fluxere. Nam et sæpe repetitum est Jensonianum exemplum sine ulla mutatione, subjectis etiam versibus iisdem, et sine alicujus novi boni accessione, ut 1474. Mediolani, et 1476. sine loci et anni nota, &c. Venetiis 1479. 1487. aut adjecto Omniboni Commentario, ut Venet. 1488. 1490. &c. nec ulli alii libri tam sæpe repetiti sunt typographicis formulis, quam hi ipsi, atque eandem, propter quam sæpius ceteris descriptos diximus, causam. Itaque Omnibonianus textus fuit basis omnium editorum prima ætate exemplorum. Atque hoc est iis libris commune cum libris Ciceronis de Inventione. Reperiuntur tamen et exempla, quæ solos illos ad Herennium libros habent; quorum vetustissimum est sine dubio, quod Romæ factum est, per Vendelinum de Wila in artibus Magistrum, a. 1474. f. Ex his nos maxime usi sumus et hoc ipso Vendelini exemplo, et Omniboniano 1476. e quo lectiones etiam excerpserat Oudendorpius. Facile autem intelligitur, in his libris, propter illam ipsam multitudinem exemplorum utriusque generis, permagnam esse lectionis varietatem: quæ etsi optabilis est ei qui ad textum castigandum accedit, tamen negotium ipsum facit difficilius ac molestius. In quo hoc minus est, a quo sustentari laborantis animus possit, quod ille labor fere sine fructu ad alios exhauritur. Nam hi libri omnium minime hodie leguntur ab studiosis artis omninoque doctrinæ liberalis: adeo conversa sunt hominum judicia et studia! Itaque nullius alius facile laboris in hoc quidem genere jucundior nobis finis fuit, quam qui in horum librorum textu constituendo est a nobis consumtus.

Non multo secus fuit in libris de Inventione, qui et ipsi hodie valde negliguntur. In iis nobis præter excerpta codicum Oudendorpiana, et edd. commemoratas, etiam profuere variæ lectiones libri Cassellani, quas Cortius V. C. in margine Verburgiano scripserat, itemque codex scriptus, qui e bibl. Guelferbytana nobis est suppeditatus. In utroque opusculo communiter etiam contulimus editiones sæc. XVI. principio factas, primum Juntinam anni 1508. 8. deinde Aldinam a. 1514. 8. Et Juntinam quidem reperimus in libris ad Herennium sæpe, etiam plerumque bene, discedere a superiorum exemplorum, ut Mediolanensis, lectione; libros autem de Inventione prope ad verbum ex ea ductos esse. Ei editioni præfuit Laurentius Romuleus Florentinus. Aldina autem, sicut et in ceteris Libris Rhetoricis, adeo multis locis lectiones

ante usitatas, sæpe non bene, mutavit, ut hic proprie novi textus exemplum reperiatur, quod deinde propter auctoritatem officinæ Aldinæ pro basi fuit iis, qui hos libros vel separatim, vel inter cetera Ciceronis opera, vellent edere.

Haud paullo libentius, atque, ut speramus, etiam utilius et felicius, laboravimus in libris ceteris: primum in iis, qui sunt de Oratore, et altero qui Orator inscribitur. Nam et plus erat, quod in iis ageretur, et nullus labor potest esse tantus, qui aut non bene collocatus sit in istis libris, aut non jucundus esse debeat atque adeo sit ei, qui hos libros cognorit, quos inter perfectissima artis Ciceronianæ opera jure suo numeramus. Nobis autem ille labor etiam hac de causa jucundus fuit, quod in iis plura egregia adjumenta contigerant, quam ceteris animadvertimus suppeditasse: quæ nobis eo gratiora venere, quod vix alii Ciceronis libri magis criticam operam nobis videbantur desiderare.

Primum oblatus est nobis liber scriptus operis de Oratore, ut primum consilium nostrum de nova editione Ciceronianorum librorum patefactum est, qui in bibliothecam Academiæ Erlangensis e monasterio Heilbronnensi venit. Auctor beneficii fuit Harlesius V. C. literarum humaniorum in illa Academia professor eruditissimus, qui nobis usum ejus impetravit. Est autem codex ille scriptus sæculo decimo. Clara res est non modo e scriptura, sed etiam e subscriptione codicis: ‘Venerando Gerberto Abbate philosophante, suus placens Ayrardus scripsit.’ Nam hic est Gerbertus Ottonis III. magister intelligendus, et Ayrardus monachus ille, ad quem Gerberti extat epistola, inter Gerbertinas s. Silvestri II. Pontif. M. (T. II. Scriptt. Gall. Quercetani) septima: in qua rogatur a Gerberto, ut Plinium emendandum curet, &c. isque adeo liber scriptus est ab Ayrardo, cum Gerbertus adhuc Abbatis Bobiensis munere fungebatur. Agebat autem hoc Gerbertus diligenter, id quod ex multis ejus epistolis intelligitur, v. c. 44. 105. 130. aliisque, ut libri veteres Latini, eruti undique, sibi accurate describerentur. In his, quorum in ea re opera utebatur, fuit hic Ayrardus, quem Monachum Auriliacensem fuisse, colligi videtur posse ex epistola Silvestri 17., in qua ad ejus monasterii Abbatem Geraldum ita scribit de Ayrardo, ut Vestrum dicat Ayrardum.

Hic ergo tantæ vetustatis codex, qua fortasse nullus ex iis fuit, quibus usi sunt viri docti in hoc Ciceronis opere castigando, suppeditavit nobis lectiones bonas, etiam novas, quibus bonitas libri ju-

dicari potest. L. I. c. 22. hodie est in libris, *ut est in cretionibus.* Hæc lectio debetur P. Victorii judicio, qui ex re judicabat sic esse scriptum a Cicerone, cum in edd. et scriptis omnibus esset vel *cognitionibus* vel *cogitationibus.* Sed hic Gerbertinus liber habet plane *cretionibus.*—L. II. c. 14. ut primum legimus verba, 'sentio, orationem meam illorum (librorum) cantu quasi colorari:' verbum *cantu,* in quo neminem hæsisse vidimus, vitiosum judicavimus, quod id cum *colorare* nullo modo consentiret. Putavimus, corrigendum esse *contactu:* alius de disciplina nostra melius *tactu.* Id est in hoc codice, &c. Atque ut ille liber nobis lectiones novas suppeditavit, sic veteres bonas sæpe firmat. Quo magis dolendum est, eum esse tam multis locis lacunosum. Nam desunt hæc: a lib. I. c. 27. verbis 'invenieb. duas' ad usque lib. II. c. 5. ad verba 'Tum Catulus, ne Græci quidem,' &c. Secunda est a l. II. c. 57. 'fœnum esse oportere,' ad c. 71. ubi redit antiqua manus in verbis 'colliguntur a Græcis.' Tertia est l. III. c. 5. ubi manus vetus desinit in verbis 'imusne sessum:' redit in verbis 'nec genera proponunt' c. 28. extr. Quarta denique incipit c. 37. a verbis 'omnis igitur oratio,' desinit c. 43. in verbis 'rhetoricoteros tu sis.' Apparet autem easdem lacunas fuisse in libro, unde suum Ayrardus descripsit. Nam interdum in media pagina incipit notata lacuna: item reditus textus est in pagina aversa. Manus autem, quæ explevit lacunas, est sæculi XV. nec ea supplementa e libro contemnendo ducta sunt, etsi non comparando cum Ayrardino. Tantum hic de codice Erlangensi, ad quem post etiam per aliam occasionem redibimus.

Veniamus ad exempla horum librorum typographica, de quibus satis accurate nondum dictum est ab aliis. Prima per artem typographorum facta sunt a Sweinhemio et Pannartio Germanis, anno quinti decimi sæculi, primum septimo et sexagesimo, in claro monasterio Sublacensi, mox anno sequente iterum Romæ, ut bene demonstratum est a Mermanno p. 246. eruditi operis de Origg. Typogr. Eos secutus est in eadem urbe Roma Ulricus Han Vindobonensis a. duodeseptuagesimo; cujus exemplum fuit in ejusdem de Boze bibliotheca. Neutram mihi videre uspiam contigit: qui autem vidisse se profitentur, qui sunt valde pauci, ii, de more superiorum temporum, nihil, quod cuiquam prosit, de iis tradunt, contenti de forma externa, h. e. modulo, chartis, figuris literarum prodidisse. Proxima ab his facta sunt exempla Veneta Waldar-

feri 1470. 1473. itemque Mediol. 1477. per Lavagniam, Andr. Catharensis 1478. quo usus est Pearcius. Inter hæc collocanda exempla sunt ea, quæ sine loci et anni nota extant. Ejus generis exemplum se vidisse ait Maëttarius T. IV. Ann. Typ. p. 750. in cujus fine ascriptum esset, eam editionem factam Venetiis 1485. per Andr. Ascul. quod ille recte repudiat, illamque hac priorem judicat. Nam hæc Veneta, cujus exemplum ipsi habemus, plane diversa est, habetque, præter libros de Orat. cum Omniboni Commentario, ceteros minores libellos; de quibus suo loco dicemus. Illa vero est superioribus longe correctior, et repetita a Minutiano in Mediolanensi operum universorum editione, inde ab Ascensio 1511. Adjecere deinde Juntæ animum ad novam editionem, cui et ceteri minores Ciceronis libri oratorii additi sunt, eaque facta est a. 1514. eodemque adeo anno, quo Aldina prodiit, de qua supra dictum. Ei se præfuisse Lucas Robia profitetur brevi præfatione, sed quos libros secutus sit, qua ratione emendandi usus sit, non tradit. Basin quidem textus sui fecisse Mediolanensem animadverti, sed eum passim correxisse: quomodo, exempla in notis nostris prodita indicabunt. Differt ille quidem sæpe ab Aldino, in quo nimis multa de conjectura mutata sunt, plerumque non bene, ut nobis videtur. Et tamen hic textus Aldinus, ut supra diximus, auctoritatem primam apud sequentes editores tenuit. Sed ii fuerunt, qui universa Ciceronis opera dedere: de quibus separatim hic dicere non est necesse.

Separatim inter hos edidit Philippus Melanthon Hagenoæ 1525. 8. cum notis quibusdam et scholiis, pertinentibus ad illustrationem rerum difficiliorum. Non videtur usus esse scripto libro, sed in delectu tamen lectionum judicium suum adhibuisse. Decem annis ante, Lipsiæ e Tanneri officina exierunt iidem libri eleganter et nitide, incertum quo curante. Is textum Ascensii basin fecisse videtur: nam ex ejus textu et margine quædam reperi assumta, quæ non sunt in prioribus. Inter ceteros in edendis his libris operæ pretium fecit Lud. Strebæus, qui et de judicio suo delegit lectiones, quas optimas putaret, et commentario egregio textum illustravit. In fine superioris sæculi hos libros Oxonii separatim edidit Th. Cockmannus, subjectis lectionibus variis e Mss. quinque Oxoniensibus et edd. quibusdam: textus ipsius emendationem non tentavit, nec omnino multum profuit his libris. At annos ante plures, a. 1716. iterum et melius 1732. Zach. Pearcius Britannus,

post episcopus, vir insigni doctrina et eleganti judicio, hos libros ita edidit, ut textum e Mss. tribus et edd. antiquis, sed tantum duabus Mediolanensi 1498. et Veneta 1478. corrigeret, tum vero etiam judicium suum secutus, in quo Latinitate et rebus niteretur. Itaque hæc quidem editio ad hoc usque tempus longe optima fuit. Nos quidem in textu horum librorum constituendo usi sumus editionibus, quæ quidem hos libros solos habent, his, Waldarferi 1470. ea quæ est sine loci et temporis nota, Venet. 1485., Juntina, Aldina, Philippica, Lips., Strebæi, Pearcii.

Minus quam in his et ceteris felices fuimus in Bruto; qui inter opera Ciceronis subjicitur iis qui de Oratore dicuntur: et sic voluisse videtur ipse Cicero, de Divin. II. 1. Minucianus Oratorem volebat iis subjicere ante Brutum: sed cum expectaret libros, quibus in eo adjuvaretur, Brutum priorem posuit, ut in nota adjecta monuit lectorem. Exemplum scriptum hujus libelli nullum nobis contigit; nec reperire uspiam potuimus, quanquam diligenter permultis locis quæsitam, editionem primam Romanam, h. e. corpus librorum Ciceronis oratoriorum, a Sweinhemio et Pannartio factum. De quo video non consentire virorum doctorum traditiones. Nam vidi, qui editionem minorum libellorum oratoriorum ab editione librorum de Oratore distinguerent: item qui ei tantum de Oratore, Oratorem, et Brutum tribuerent. Sed in epistola nota horum artificum ad Paullum II. inter libros ab se editos diserte Ciceronis de Oratore cum ceteris, commemorant: unde conjicere licet, etiam Topica et Partitiones in iis exemplis esse. Sed qui ipsum opus viderint, decernant. Nam quod Decembrius Polit. Liter. p. 33. ait, Brutum inventum esse, et primum publicatum a Guarino Veronensi, id non ad typographicam rationem pertinet, sed ad exempla, quæ scribendo fiunt. Ceterum arbitror, me illius Romani exempli textum habuisse in eorundem opusculorum, ceterorumque libellorum rhetoricorum Ciceronis, exemplis Venetis, ab Andr. Asculano 1485. curatis. Nam primum, cum nullam aliam intermediam eorum editionem factam esse constet, hæc autem Veneta tantum typographi opus sit; necesse est, ut in ea sit mera repetitio superioris exempli Romani. Deinde reperi, lectiones a Rivio in Castigg. in Brutum et Oratorem commemoratas e Romano exemplo, esse prope omnes in hoc Veneto: has, in quibus abit hoc ab illo, esse vitia puto operarum, ut in Or. 39. ubi e Romano Rivius commemorat, *sine conformatione sententiæ dicitur,*

hoc habet *edicitur*, quod ex eo in sequentes edd. omnes venit: in quo, non dubito, literam illam primam temere e fine præcedentis verbi repetitam esse. Ceterum nullam editionem hujus libelli, præter eas quæ sunt communes ceteris oratoriis, habuimus, nisi Corradinam, cujus tamen textus ad criticam rationem parum prodest.

In ceteris libellis, præter editionum communium exempla, nacti sumus primum ex bibliotheca Academiæ Vitebergensis, per veterem amicum nostrum Ritterum, juris veteris et historiæ omnis omnium, qui uspiam sunt, doctissimum, librum scriptum chartaceum, in quo essent Orator, Topica, Partitiones, et præfatio Orationum Demosthenis et Æschinis de Optimo Genere Oratorum. Ad ejus libri calcem scripta sunt hæc: 'Ego Milo de Carraria, Patavinus, e Magnatum genere, scripsi Romæ anno a nativitate Domini MCCCCXXXII.' Jam libri, qui Orator dicitur, exemplum primum inventum est a Gerardo Landriano, Laudis Pompeiæ episcopo. Nam quod Sabellicus in Dial. de Latinæ L. Reparatione, et Blondus, atque inde P. Victorius præfat. Castigg. ad Rhetoricos Libros, ipse denique scriptor nuperus vitæ Barzizianæ, Furiettus p. XXXVI. libros de Oratore nominant, in eo manifestus error est. Ipse Barzizius in epistola ad Gerardum Landrianum, qua ei gratias agit, quod sibi codicem repertum misisset, p. 215. Oratorem, eumque unum, appellat. Ille autem codex, qualis fuerit, optime ipsis Barzizii verbis intelligitur. Scribit autem de eo in eadem epistola sic: 'Feci autem, ut pro illo vetustissimo, ac pæne ad nullum usum apto, novum, manu hominis doctissimi scriptum, ('Cosmum Cremonensem' appellat Blondus L. IV. Romæ Instauratæ,) ad illud exemplar correctum alium codicem haberes: quem ad te pro tuo is defert, qui primus munus hoc a tua in eum benevolentia impetravit.' Ex eo porro exemplo, quod ad Gerardum misit, sibi aliud descriptum esse a librario suo dicit.

Ex hoc igitur Barziziano exemplo fluxere alia omnia, et scripta, et typographicis formulis expressa. Sed Gerardus ille Laudensis episcopus creatus erat a Martino V. a. 1419. Barzizius autem mortuus est a. 1431. Unde patet, exemplum Vitebergense esse e primis, quæ de Barziziano descripta sint, et ejus adeo non minorem atque adeo parem aut majorem esse auctoritatem, quam Romani exempli, quod per typographos ex ejusmodi apographo multis annis post factum est. Atque id etiam ad ceteros libellos pertinet,

qui pariter a Sweinhemio e tali codice, qualis est Vitebergensis, ducti videntur. Atque etiam comparandis lectionibus didicimus, Romanas, quas quidem novimus, cum Vitebergensibus fere consentire.

Huic libro accessit aliud adjumentum ab exemplo nostro Venetæ editionis, de qua ante diximus. Nam in eo totus hic Oratoris, itemque Partitionum Or. liber manu docti hominis correctus est. Forma scripturæ est sæculi sexti decimi ineuntis. Putabamus ab initio, eas correctiones factas esse ad exemplum aliquod editionis posterioris, quod fere cum recentioribus lectionibus, per editores sequentes inductis, consentiebant. Sed tamen reperimus quasdam, quæ in nullo, quod quidem repererimus, exemplo edito extent.

Habemus etiam exemplum Oratoris Lipsiense, factum in hac urbe nostra per Herm. Tulichium a. 1515. in quo ille concinnando editionem, sive Romanam, sive Venetam, secutus est maxime, sed adhibitis etiam aliis exemplis, et variis lectionibus in margine positis; in quibus videntur esse quædam conjecturæ, sive ipsius, sive aliorum, quas quidem literis proditas reperisset. E nostratibus huic libro etiam profuere Philippus Melanthon et Jo. inprimis Rivius; hic quidem comparandis editionibus primis. Nam et Romanum exemplum habuit, ut supra diximus, et aliquot locis etiam commemorat veterem editionem Venetam, quæ est ipsa Andr. Asculani; denique conjectura interdum assecutus esse veram lectionem judicatus est, unde eæ in textum postea tacite sunt receptæ. Ac profecto vix alio in ullo Ciceronis libro magis locus est conjecturis, quam in hoc, nec minus in ceteris oratoriis, qui ex uno libro scripto fluxere. Sed quid commentarii et observationes virorum doctorum nobis profuerint, in singulis locis reperietur.

In Topicorum libello nihil nobis præter exemplum scriptum Viteb. de quo ante diximus, contigit novi adjumenti: sed ille liber pluribus in locis profuit: nec exemplum typographicum antiquius illo Veneto habuimus. Exemplorum hujus generis nullum antiquius anno 1472. novimus; sed de eo nihil præter Maëttarii traditionem habeo, ipse meis oculis usurpavi nunquam. Sed si Topicorum et Partitionum libelli non extant in corpore Sweinhemii, ejusmodi aliquod exemplum ejus ætatis extet necesse est, quod in illo Andr. Asculani corpusculo repetitum sit.

In Partitionibus Oratoriis castigandis profuit nobis primum Vitebergensis liber, deinde alius antiquior codicis Erlangensis. Nam

in eo libris de Oratore subjectum est ejusdem Ayrardi manu Remmii Fannii Carmen de Ponderibus et Mensuris, et Prisciani liber de Figuris Numerorum, in quo Ayrardi manus desinit: eique subscriptum est id quod supra commemoravimus. Sed volumen claudit hic de Partionibus Orat. libellus, scriptus eadem manu, qua supplementa librorum de Oratore: subjectum est nomen scriptoris, Henricus Hond. Lectiones a nobis ex eo commemoratæ docebunt, id exemplum e codice non malo descriptum esse.

Denique in præfatione Ciceronis De Optimo Genere Oratorum profuit nobis aliquot locis liber Vitebergensis.

Hæc habuimus, quæ de libris diceremus, quibus in hoc rhetorico volumine recensendo et castigando usi sumus. Quid autem nobis in ea re profuerint, res ipsa docebit, et periti judicabunt. Scr. m. Maio A. C. 1772.

IN

INCERTI AUCTORIS RHETORICORUM AD C. HERENNIUM LIBROS IV.

ET

CICERONIS RHETORICORUM SEU DE INVENTIONE LIBROS II.

PROŒMIUM CHR. GODOFR. SCHUTZII.

CAPUT I.

DE INCERTI AUCTORIS RHETORICORUM AD C. HERENNIUM LIBRIS.

I.

De Rhetoricorum ad C. Herennium scriptorum ætate et auctore cum multæ variæque fuerint virorum doctorum opiniones et conjecturæ, primum ex Petri Burmanni Secundi præfatione, qui eas omnes diligenter enarravit, quæ ad istam causam pertinent, excerpemus; deinde nostram de hac re sententiam jam nuper propositam explicabimus novisque aliquot argumentis fulciemus, ac si minus nobis contigerit, ut certam evidentemque horum librorum auctoritatem ostendamus, propius tamen ad id, quod probabile fuerit, accedemus.

II.

Petri Burmanni Secundi de Rhetoricorum ad C. Herennium Auctore Variarum Opinionum Censura.

[Ex ejus ad hosce libros præfatione pag. VI. seqq.]

Libros ad Herennium dubium et incertum habere auctorem, communis doctorum virorum opinio est; licet plurimi non obscuræ

famæ homines eruditi variis dissertationibus Ciceroni vindicandos contenderint, alii Cornificio Seniori vel Juniori ascribendos, unus Virginio Rufo vel Timolao, alter M. Gallioni Rhetori, nonnulli etiam Laureæ Tullio aut Tullio Tironi, Ciceronis libertis, tribuendos esse arbitrati fuerint.

Ciceroni qui asserunt, utuntur auctoritate Prisciani, qui aliquot locis, ut vel ex Indice Putschiano patet, auctorem horum Rhetoricorum M. Tullium agnoscit, et sub ejus nomine loca ex singulis quatuor libris affert; cui addere potuissent Rufinum de Comp. et Metr. Orat. p. 315. et 321. inter Rhetores antiquos Fr. Pithœi, ubi titulo Ciceronis ad Herennium in Arte Rhetorica producit locum de membro orationis, qui lectione nonnihil variata legitur lib. IV. c. 19. et horum opinioni etiam favere posset Fortunatianus Art. Rhet. lib. I. p. 51. ‘ Accedit ad hos (legales status) et translatio, quæ tantum legalis est, et definitio, quam etiam legalem accipimus secundum M. Tullium ;’ ut his verbis respexerit ad lib. I. ad Herenn. c. 13. et 15. et lib. IV. c. 34. ubi de translatione, et lib. II. c. 12. ubi de definitione agitur. Augustinus etiam in Princip. Rhetor. p. 290. ejusdem ed. Pith. ‘ Hæc omnia memoria suscipi debent, quam et plerique Græcorum et M. Tullius inprimis oratori affirmant necessariam, hoc, ut opinor, modo : Venio nunc ad thesaurum rerum omnium memoriam, quæ nisi custos inventis ordinatisque rebus adhibeatur, intelligemus omnia, etiamsi præclarissima sint, in oratore peritura ;’ quibus paria sub Tullii nomine affert Alcuinus, qui pleraque descripsit ex libris de Inventione, Dialog. de Arte Rhetor. p. 377. unde quis conjicere posset, respicere eos ad Herenn. III. 15. fin. ‘ Nunc ad thesaurum inventorum atque omnium partium rhetoricæ custodem memoriam transeamus.’ Sed in animo potius habuerunt illa ex Cic. de Orat. I. 5. ‘ Quid dicam de thesauro rerum omnium memoria, quæ nisi custos inventis cogitatisque rebus et verbis adhibeatur, intelligimus omnia, etiamsi præclarissima fuerint, in oratore peritura.’ Ubi dubito annon ex Augustino reponendum sit *inventis ordinatisque rebus*, quia sic videtur in suis reperisse codicibus. Cui conjecturæ favere posset alius locus ex lib. II. de Orat. c. 85. fin. ‘ Habetis de inveniendis rebus disponendisque quid sentiam. Adjungam etiam de memoria.’ Non tamen pro Cicerone librorum ad Herennium auctore pugnare potest, quod sequenti cap. 16. addit, se ‘ alio tempore idoneo ’ dictu-

rum de memoria artificiali an naturali, seque 'alias ostensurum,' an memoriæ artificium sit, tanquam id referendum esset ad locum illum lib. I. de Orat. de memoria omnium rerum thesauro, cum afferri deberet uberior locus, in quo alibi de memoria artificiali vel naturali egerit, quod cum frustra illic quæras, argumentum inde mihi videtur peti posse, diversum a Cicerone loqui scriptorem, qui in alio opere deperdito de memoria artificiali dedita opera fuerit commentatus ; nisi quis contendat huc spectare illa quæ occurrunt de Orat. II. 86. 87. 88. Ex istis vero similibusque grammaticorum et rhetorum locis nihil aliud colligi potest, quam illorum ævo jam Tullio hæc attributa fuisse, quod, quia unus alterius errorem secutus est, non magis me movet, quam quod præter auctoritatem Prisciani utantur etiam testimonio Hieronymi, duobus locis infra producendis, et Servati Lupi, Abbatis Ferrariensis, Epist. I. ad præceptorem suum Einhardum vel Eginhartum, prope finem, cujus verba merentur ascribi : 'Etiam hoc postulo, ut quosdam librorum vestrorum mihi hic posito commodetis. . . . Sunt autem hi. Tullii de Rhetorica liber, quem quidem habeo, sed in plerisque mendosum : quare cum codice istic reperto illum contuli, et quem certiorem putabam, mendosiorem inveni. Item ejusdem auctoris de Rhetorica tres libri in disputatione ac dialogo de Oratore : quos vos habere arbitror, propterea quod in brevi voluminum vestrorum post Commentationem libri ad Herennium, interpositis quibusdam aliis, scriptum reperi Ciceronis de Rhetorica.' Unde docemur, jam isto tempore codices librorum ad Herennium mendosissimos et a viris doctis inter se collatos fuisse,[a] a quibus libros tres Dialogorum de Oratore distinguit, et in codice illo post libros ad Herennium fuisse alterum opus Ciceronis de Rhetorica, id est de Inventione, licet male dici Rhetoricam ; addendamque vel subintelligendam esse *artem*, vel *Rhetoricen* cum Quintiliano, aut neutro plurali *Rhetorica* dicenda, adversus Regium docuerit Becichemus. Quanquam Suetonius in libro de Illustr. Grammaticis et de Claris Rhetoribus *Rhetorica* utatur sine addita voce *arte*. Et sic Auctor ad Herenn. l. I. c. 1. 'quod te non sine causa velle cognoscere Rhetoricam intelligebamus.' Ubi *artem* alii inserunt.

[a] Non libros ad Herennium, sed Tullii de Rhetorica librum in plerisque mendosum esse, ait Servatus Lupus. *S.*

Sed *Rhetorica* præfert Gronovius, a cujus sententia non alienum se profitetur cl. Oudendorpius cum et in Mss. titulus sit *Ciceronis ad Herennium Rhetoricorum liber explicit.* Grævius tamen ex aliis Mss. et edd. vetustis, in quibus *artem* desiderari notavit, vulgatam admisit. Mihi vel subintelligenda, vel potius a librariis omissa videtur hæc vox, quia posteriori tempore passim *Rhetorica,* ut Grammatica, et similia, dicebatur. Sed meliori ævo rhetoricam artem vocarunt. Sic ad Herenn. III. 15. fin. 'omnium partium rhetoricæ artis custodem' addit codex Erfurtensis optimus et vetustissimus. Ut ex Mss. etiam legendum de Inv. I. 6. in fine: 'Quare materia quidem nobis rhetoricæ videtur artis;' ut paulo ante c. 5. 'eas res materiam artis rhetoricæ nominamus.' Hinc supplendum puto de Inv. l. II. c. ult. in fin. 'de Inventione, prima et maxima parte artis rhetoricæ, satis dictum videtur.' Nam deleta fuit vox, vel excidit ex similitudine consonæ vocis *parte.* Et sic de Inv. II. 3. 'nonnullam rhetoricæ quoque artis sibi curam assumebat.' Et alibi. Ciceronis certe *Rhetorica* vocasse veteres, et per ea intellexisse, ut opinor, libros de Inventione, non autem ad Herennium, patet ex Servio ad Virg. Æn. VIII. 321. 'Hoc autem est quod dicit Cicero in primo Rhetoricorum: 'Feros adhuc homines magni cujusdam viri oratione compositos;'' quæ in vulgatis Servii edd. sic exhibentur, tanquam ista 'Feros adhuc homines,' &c. essent totidem Ciceronis verba hoc ordine scripta, ac proinde inter ejus fragmenta referri mererentur. Sed sunt ipsius Servii, eodem sensu, sed aliis et brevibus verbis in compendium quasi contrahentis ea, quæ operosius narrantur de Inv. I. 2. 'Quo tempore quidam magnus videlicet vir et sapiens . . . ex feris et immanibus mites reddidit et mansuetos.' Sic per Ciceronis Rhetorica libros de Inventione etiam innuit, cum ad Æn. IX. 481. notat: 'Est conquestio matris Euryali plena artis Rhetoricæ; nam pæne omnes partes habet de misericordia commovenda a Cicerone in Rhetoricis positas;' quibus verbis nos remittit procul dubio ad l. I. de Inv. c. 55. Similiter Servius ad Æn. IX. 614. 'Utitur argumentis, quæ in Rhetoricis commemorat Cicero, a gente, ab habitu, a gestu, ab animo;' quæ conferenda cum Inv. I. 25. 26. Nusquam vero Servius aliquid, quod sciam, affert ex Ciceronis Rhetoricis, quod in libris ad Herennium sese offerat; cum tria hæc loca aperte respiciant libros de

Inventione, ut nunc vulgo inscribuntur, quæ Ciceronis Rhetorica dicenda, ut non tantum ex his Servii, sed et Asconii Pediani, Hieronymi, aliorumque locis probatur. *Artem Rhetoricam* vocat Cassiodorus in Rhetor. Compend. p. 339. et 341. ‘ Hunc Cicero ita facit in arte Rhetorica : ‘ Si deliberatio et demonstratio genera sunt causarum, non possunt recte partes alicujus generis causæ putari. Eadem enim res alii genus, alii pars esse potest, idem genus et pars esse non potest.’ ’ Ubi Ciceronis artem Rhetoricam etiam agnoscit libros de Inventione, quia illa, quæ profert, non leguntur in his ad Herennium, sed de Inventione I. 9. et sic ea, quæ de partibus rhetorices, inventione, dispositione, memoria, et pronuntiatione ex Tullio affert Sulpicius Victor in Inst. Or. p. 242. eadem invenies de Invent. I. 7. quibus et alia loca facile subjungi possent. Tullio tamen vindicanda hæc ad Herennium Rhetorica ideo volunt, quia lib. III. c. 2. de re publica et re militari se scripturum pollicetur, et quod Virgilii, Horatii, et similium non meminerit; quodque lib. I. c. 12. ista occurrant: ‘ Tullius heres meus Terentiæ uxori meæ XXX. pondo argenteorum vasorum dato ;’ denique quod prædicet operam suam foro et curiæ præstitam, ut et alibi sæpe jactare solet. His argumentis viros doctos non adjunxisse miror locum ex Inv. I. 30. ‘ Horum exempla et descriptiones in præceptis elocutionis cognoscentur ;’ quia toto fere libro IV. ad Herennium elocutionis præcepta traduntur. Sed quoniam ex verbis istis sequeretur, si idem utriusque operis auctor esset, libros ad Herennium post opusculum de Inventione scriptos, quia dicit, ‘ in præceptis elocutionis cognoscentur,’ quod probare difficillimum esset, mihi vero simile fit, Ciceronem illic indicare voluisse, se elocutionis præcepta traditurum in sequentibus libris, quos duobus istis de Inventione addendos destinaverat, sed imperfectos reliquit, quia maturiori ætate se contulit ad Dialogos de Oratore tribus libris comprehensos; adeo ut de elocutione forte egerit in tertio quartove libro Rhetoricorum, de Inventione nunc inscriptorum, quos si conscripsit, certe amissi perierunt.[b] In iis enim Tullium de dispositione et elocutione disseruisse, conjici posset ex insigni Quintiliani loco Inst. Or. III. 3. ‘ Et Cicero quidem in Rhetoricis [intelligi libros de Inventione certum est[c]]

[b] Infra docebitur, nonnisi duo, quos habemus, libros Rhetoricorum a Cicerone scriptos esse. *S.*

[c] Si lectio vera, memoria lapsum

judicium subjecit inventioni; mihi autem adeo tribus primis partibus videtur esse permixtum; nam neque dispositio sine eo, neque elocutio fuerit, ut pronuntiationem quoque vel plurimum ex eo mutuari putem. Quod hoc audacius dixerim, quod in Partitionibus Oratoriis ad easdem, de quibus supra dictum est, quinque pervenit partes. Nam cum dupliciter primum divisisset, in inventionem atque elocutionem, res ac dispositionem inventioni, verba et pronuntiationem elocutioni dedit, quintamque constituit communem ac velut custodem omnium memoriam.' Itaque isto in loco nullum sibi præsidium petere possunt, qui Tullio Rhetorica Herenniana vindicare conantur, quos inter ex recentioribus literarum instauratoribus præcipui sunt, Leonardus Aretinus, Georgius Trapezuntius, Laurentius Valla, Angelus Politianus, aliique plures, qui Ciceronem illorum parentem esse consentiunt, eique asseruit Antonius Mancinellus; et Sinibaldus Antoninus in Dialogo de Rhetoricis ad Herennium, splendidissimæ operum Ciceronianorum editioni Aldinæ præfixo, pleraque pro Cicerone argumenta satis accurate exhibuit, sed quibus et alia subjunxit, quæ faveant Cornificio, de quo postea. Nostra quoque ætate inter Germanos peculiaribus Diatribis Caspar Kirchmaierus, et Jo. Petrus Ludovicus, Professor quondam Halensis, pro Cicerone in arenam hanc literariam descenderunt, quorum in Bibliotheca sua Latina meminit Jo. Alb. Fabricius. Sed horum quidem dissertationes cum frustra in his terris quæsiverim, præcipuam mihi rationem habendam censui Nicolai Angelii Bucinensis et Marini Becichemi Scodrensis, quorum de hac controversia dissertationes habentur in Oratoriis Ciceronis Operibus ed. Basil. 1541. et Becichemi quidem ista leguntur cap. XXXIX. Castigationum Criticarum in libros hos Rhetoricorum ad Herenn. quas nescio cur omiserit Grævius inter ejus Centuriam Quæstionum Epistolicarum forma majori olim editas cura Angeli Britannici. Hic enim operose libros hos ad Herennium e familia Ciceronis non amovendos contendit, seque opposuit non sine multa verborum acrimonia Raphaëli Regio, qui varie fluctuavit in divinando operis hujus auctore, quod Ciceroni

esse Quintilianum patet e Cic. Rhet. I. 7. ubi itidem quinque partes artis rhetoricæ constituuntur, nulla *judicii* mentione facta. Fortasse tamen legendum est apud Quintil. *Et Cicero quidem in Oratoriis.* Cf. quæ dicemus c. II. *S.*

abjudicandum existimat in notis ad Quintil. III. 9. circa fin.; quia diversa a Cicerone in lib. I. de Inv. et in his Rhetoricis ad Herenn. præcipiantur de exordio orationis; tum quod idem Quintilian. IV. 5. refutet illos qui ‘ partitionem vetant ultra tres propositiones extendere,’ idque in his libris ad Herennium reperiatur, colligit inde Regius, eum quidem nomine auctoris expresso indicaturum fuisse Ciceronem, si illius id opusculum censuisset. Sed hoc quidem argumentum non majoris momenti est, quam quo Ascensius non esse hunc Tullii fœtum affirmat, quia Quintil. IX. 3. non nominato auctore afferat, quæ in his ad Herennium Rhetoricis etiam occurrunt IV. 25. cum tamen alia illic sequentia sub nomine Calvi producat. Hinc enim nihil de auctore colligi posse, notavit patruus meus, quia non sunt ipsa auctoris ad Herennium verba, sed alterius, quæ ille æque ac Fabius in exemplum apponit. Itaque Virginio Rufo, ut vocat, ascribenda hæc opinabatur Regius, quem de arte Rhetorica commentatum fuisse testatur Quintil. III. 1. ubi eum suæ ætatis rhetoribus, Plinio Rutilioque adjungit. Illum Lipsius facit eundem, quem Tacitus Ann. XV. 71. sub Nerone eloquentiæ doctorem memorat: ‘ Virginium et Rufum claritudo nominis expulit. Nam Virginius studia juvenum eloquentia, Musonius præceptis sapientiæ fovebat.’ Ita enim recte castigatum a viris doctis, non *Virginium Rufum*. Duos enim diversos distinguit, Virginium Rhetorem, et Musonium Rufum, sectæ Stoicæ philosophum, de quo notavi nonnulla ad Anthol. Lat. l. I. Ep. 79. Quod autem Vossius de Nat. Rhet. c. 13. eundem hunc Tacito memoratum Virginium faciat ac illum de quo Suetonius egerit in libro de Claris Rhetoribus, sciendum est, nihil hodie de Virginio Rhetore in isto Suetonii opere mutilo legi, sed in Catalogo Rhetorum a Suetonio præter illos, qui nunc extant, laudatorum, recenseri *Virgilium*, sive, ut legendum, *Virginium Flavum*, et sic in cod. Ms. Bonav. Vulcanii eundem vocari in vita Persii, Suetonio etiam vulgo attributa, ad Tacitum monuit Lipsius. Sed quia hæc duo gentilitia nomina sunt, rectius *Virginium Flaccum* dici censet patruus meus ad Quintil. XI. 3. a quo diversum Virginium rhetorem arbitror a Tacito memoratum; cum quo Vossius confundit Virginium Rufum consulem, cujus laudes describit Plinius Secundus Ep. II. 1. ejusque epitaphium exhibet Ep. VI. 10. et IX. 19. quod inserui Anthologiæ Lat. lib. II. ep. 55. ubi nonnulla de

Virginio isto Rufo, Vindicis victore, annotavi, qui nihil commune habet cum Virginio rhetore, quem sub Nerone recenset Tacitus et *Virginium* vocat, ut Quintilianus, non *Virginium Rufum;* neque enim Rufi illud cognomen Virginii rhetoris, sed Musonii philosophi est, quod male Regius et alii, vitiosis Taciti editionibus, quæ *Virginium Rufum* exhibent, decepti, addiderunt huic rhetori Virginio, cui Rhetorica ad Herennium tribuenda hariolati sunt. Ea autem ratione inductus præcipue id credidit Regius, quia statum in arte Rhetorica conjecturalem, legalem et juridicialem Virginio huic tribuit Fabius, quæ eadem definitio in his ad Herennium libris occurrat. Sed revocavit sententiam ad illum Quintiliani locum III. 6. p. 249. ubi Anton. Pinus notat, libros hos esse scriptos a Virginio ad Herennium Senecionem, Plinio Ep. I. 5. et alibi memoratum; non autem ad Herennium, Ciceronis necessarium. Idem Regius ad Inst. Orat. IV. 1. ex iis quæ ex Virginio illic tradit Quintilianus, et in hoc tamen opusculo non inveniuntur, aperte colligit, decipi illos qui Rhetorica hæc Herennio inscripta ei tribuunt. Sed uberius hac de re egit Raphaël hic Regius in Quæstione, Utrum Ars Rhetorica ad Herennium Ciceroni falso inscribatur? quæ post ejus Problemata in Quintil. Inst. Orat. prodiit Venet. 1492. in qua paulo melioribus argumentis Ciceroni abjudicat hos libros, quam verum auctorem, quem in hac quæstione Cornificium aut Timolaum esse conjicit, e tenebris eruit. Et recte quidem refutat illos, qui ex titulo, quo Ciceroni vulgo inscribuntur, et ex auctoritate aliorum, qui sub Tullii nomine afferre solent, argumentantur. Hac enim ratione admissa nunquam quærendum esse, an aliquod opus suo ac legitimo auctori attributum sit, quod jure affirmat, quia non ideo genuina sunt veterum auctorum opera, quibus tituli vulgo inscripti ea largiuntur, aut quæ inter alia eorum non dissimilis argumenti scripta codicibus vetustis annectuntur: hinc enim tot auctorum illustrium libri et olim et hodie circumferuntur falso iis attributi, ut scriptis suppositiis, quorum tituli parentes non suos mentiebantur, obelo configendis et vero scriptori vindicandis plurimi inter antiquos Grammatici et Aristarchi operam dederint, et ut Quintilianus dicit I. 4. ‘judicio suo ita severe usi sint, ut libros, qui falso viderentur inscripti, tanquam subdititios submovere familia permiserint sibi, sed et auctores alios in ordinem redegerint, alios omnino exemerint

numero. Cujus generis non pauca veterum Græcorum et Latinorum auctorum scripta ex commentatione de arte Critica et Criticis antiquis, quam aliquando meditatus fui, huc transferre possem post curas Wouwerii de Polym. c. 16. et Maussaci ad Harpocr. p. 397. si hujus loci ista essent, aut a scopo nobis proposito non nimium nos avocarent. Auctoritatibus vero illorum, qui sub Ciceronis nomine libros hos laudare solent, quod pugnandum recuset Regius, animum quidem præ se fert a præjudicatis et aliorum judicio receptis opinionibus liberum, licet ipse tamen se his armis induat. Quintilianum præterea contendit nullam libri hujus Ciceroniani mentionem facere, diligentissimum ceteroquin Ciceronis scriptorum observatorem, et cujus auctoritas hic præcipua sit, quia de arte Rhetorica agatur, cujus ille præcepta cum tradiderit, et antiquiores hujus disciplinæ magistros passim recensuerit, Ciceronem indicato nomine, ut libri hujus auctorem, non illaudatum præteriisset. Mentionem Tullii filii et uxoris Terentiæ falsitatem præ ceteris ostendere, quia, si auctor ejus fuerit Cicero, id saltem valde juvenis scripserit, antequam uxorem Terentiam duxisset, aut filium Tullium procreasset. Quod vero præceptoris Hermetis vel Hermestis meminerit hic auctor lib. I. c. 9. id a Cicerone valde alienum esse, cujus tempore nullus Hermes vel Hermestes memoretur, quemque inter claros suæ ætatis rhetores in aliis operibus nusquam laudet Tullius. Damnat præterea Ciceronem auctorem, propter stylum compositione et sententiis perquam dissimilem aliis ejus operibus, quæ vel adolescens, vel juvenis, vel senex scripsit, et quod præcepta eloquentiæ diverso hic ordine tradantur, quam in aliis Tullii scriptis ad hanc artem spectantibus. Gellium denique affirmare, neminem antiquorum usque ad Augusti tempora voce ‘ barbarismi ’ usum, quæ tamen occurrit lib. IV. c. 12.

His potissimum argumentis spurium et supposititium Ciceronis fœtum esse hoc opus contendit Regius. Cornificium igitur Seniorem [d] ejus auctorem esse suspicatur, quia Quintilianus nonnulla huic Cornificio tribuit, quæ in his libris leguntur ; quemadmodum idem Regius in notis ad Quintilian. I. 4. et II. 14. et cum eo Ascensius probare pluribus conantur, libros hos illius Cornificii esse, ad quem nonnullæ supersunt Ciceronis epistolæ, et paulo post mor-

[d] Nusquam Quintilianus Cornificium Seniorem Rhetorica scripsisse dicit; simpliciter Cornificium nominat. *S.*

tem Ciceronis editos esse. Ejusdem forte sententiæ fuisse videtur Petrus Crinitus, qui in lib. II. de Poët. Lat. c. 29. de Cornificio poëta postquam egit, sub finem capitis addit: 'de Cornificio oratore, qui Rhetoricos libros composuit, diximus in libris de Claris Oratoribus.' Quod Criniti opus cum hodie non extat, dijudicare non possumus, an per Rhetoricos illos libros intellexerit opus ad Herennium. Aliter censuit Gyraldus, qui a poëta Cornificio oratorem distinguens, ad quem extant Ciceronis Epistolæ, Rhetoricos quidem libros eum scripsisse, sed quos nonnulli perperam ad Herennium esse putaverunt, dicit in Hist. Poët. Dial. IV. p. 215. Turnebus tamen in suis ad Quintilianum notis passim Cornificio, ut indubitato auctori, tribuit, quæ ex his libris affert, et variis Fabii locis permotus id affirmat ad lib. III. c. 1. et ad lib. IX. c. 2. quia tradit illic Fabius, Cornificium παρρησίαν vertere *licentiam,* de qua agit hic auctor IV. 36. et 37. Ciceronem vero semper vertere *orationem* vel *vocem liberam.* Quod argumentum nonnullis videri possit speciosum, et nonnihil adjuvari a Julio Rufiniano de Figg. Sent. p. 29. 'Parrhesia, oratio libera, quam Cornificius licentiam vocat.' Quanquam complura alia ex Cornificio afferantur a Quintiliano, quæ in hoc Rhetoricorum opusculo non inveniuntur, ut ipse fatetur Regius ad lib. V. c. 10. Alia etiam pro Cornificio ratiocinatione utitur Sinibaldus Antoninus, quod se familiaribus negotiis impeditum et philosophiæ deditum fateatur auctor ad Herennium ipso operis initio, optime id convenire Cornificio, quem occupatissimum fuisse fatetur Cicero Fam. Ep. XII. 18. ac philosophiæ præcipuam operam dedisse ex ejusdem libri ep. 23. colligit; tum quod multa in his ad Herennium Rhetoricis a Ciceronis præceptis discrepent, sententiæ huic favere, quia in dicendi ratione a Tullio dissidebat Cornificius, ut aperte illic indicat Cic. ep. 17. Sed quoniam obstare sibi vidit Regius stylum a Ciceroniana ætate, ut agnoverat, diversum ac dissimilem, et Cornificius tamen Ciceronis ævo floruerit, quem inter oratores sui temporis laudat ibidem Tullius; hinc eo tandem delapsus fuit, ut ad longe inferiora tempora auctorem hunc detrudat, et hallucinetur esse Timolaum, Zenobiæ filium, unum ex triginta Romanorum tyrannis tempore Aureliani, quia Trebellius Pollio Timolaum hunc grammatices et rhetorices peritissimum laudat: huic autem cum frater natu major fuerit Herennianus, qui et ipse imperium affectavit, sed uterque cum ab Aureliano essent victi et in triumphum cum matre Zenobia ducti, in-

dulgentia tamen imperatoris in agro Tiburtino privatam vitam agere jussi sunt, in quo otio Timolaum præceptis his Rhetorices fratrem Herennianum imbuisse conjicit, ut exilii sui dolorem hac quasi exercitatione erudita, quemadmodum Dionysius Corinthi, falleret, e tyranno et pseudo-Augusto literarum magister factus. Timolaum igitur in gratiam fratris Herenniani opusculum hoc scripsisse comminiscitur Regius: ac proinde suspicatur nomina *Timolai ad Herennianum*, obscuriora quippe, posteriori sæculo ab imperitis mutata fuisse in *Tullii ad Herennium*. Hæc autem nullis argumentis probata gratis tantum finguntur, ac proinde inter temeraria ingenii luxuriantis commenta referenda sunt; non enim Timolaus ille librorum horum auctor esse ullo modo potest, si verum sit, quod ipse Regius affirmat, Quintilianum nonnulla afferre, quæ in hoc opere occurrant, cum diu post ejus ætatem Timolaus vixerit, quem de arte Rhetorica scripsisse, aut si aliquam ejusmodi commentationem scripserit, hujus propterea auctorem esse, probari etiam non potest, licet Trebellius eum rhetorices peritum fuisse dicat. Miramur vero Raphaëlis hujus Regii absurdam satis inconstantiam in excitandis quasi ab inferno tribus hujus opusculi auctoribus tam diversæ ætatis, Cornificio videlicet, qui Ciceronis ævo vixerit; Virginio, (Virginium Rufum male vocat,) quem sub Nerone juventutem in eloquentiæ studio exercuisse supra ex Tacito vidimus; et denique Timolao, tyranno sub Aureliano. Singulis enim tam diversi temporis ætatibus, quibus dissimilem admodum formam ac faciem induit lingua Latina, stylum et dictionem hujus operis convenire, probandum ipsi fuisset.

Neque etiam argumenta Regii, quibus Ciceroni adimere hoc opus annititur, absque omni controversia sunt. Nam quod utatur auctoritate Laurentii Vallæ, qui neget Tullium ejus auctorem esse, licet ipse Regius profiteatur auctoritatibus ex omni disputatione tollendis hic contendendum non esse, falsitatis eum arguit Becichemus, affirmatque, Vallam sexcentis in locis sub nomine Ciceronis Rhetoricorum ad Herennium afferre. Stylum autem ab aliis Tullii operibus alienum quod objiciat Regius, inde ei extorqueri hoc scriptum non patitur, quia dictio ejus non ubique eadem, sed pro materiæ qualitate dissimilis est non modo in variis operibus, sed etiam in uno eodemque volumine, quia se exercuerit in diverso dicendi genere, aliterque scripserit juvenis, aliter ætate jam confirmata. Causam vero nullam video, cur stylum auctoris hujus tanquam

humilem nimis et aridum adeo improbent nonnulli, qui licet Ciceronem quidem ipsum non referat, ab ejus tamen ætate non abhorret; sed cum præcepta artis rhetoricæ tradat, quæ doceri contenta, ab ornatu præcipuam dotem non requirit, recte auctor tantum doctoris breviter et dilucide partes suas agentis officio functus est; ut ipse innuit lib. II. c. 1. 'In primo libro locuti sumus de exordio, narratione, divisione, nec pluribus verbis quam necesse fuit, nec minus dilucide, quam te velle existimabamus.' Et sic Cicero etiam de Inv. II. 3. profitetur, se artis præcepta 'simpliciter sine ulla exornatione' expositurum. Quod vero non eadem tradat Tullius in artis Oratoriæ libris, recte distinguunt Nicolaus Angelius et Becichemus, eum in Oratoriis omisisse illa quæ rhetoricen proprie spectant, quæ nempe in his Rhetoricorum libris olim tractaverat, quemadmodum in Philosophicis aliisque scriptis sæpe a se ipse dissidet. Porro quod Quintilianus non meminerit horum librorum, nihil inde evinci urgent, cum non ideo sint spurii, quos ille nomine ac titulo expresso non laudaverit aut recensuerit, ut multa veterum scripta omisit; sed tamen utatur verbis ac sententiis ex hoc ad Herennium opere desumtis, licet Ciceronem non nominet, quod ex modestia et veneratione præsertim facit, quando dissentit, ut solet plerumque, ubi Ciceronis opinionem aliquam damnat, aut veniam præfari, aut auctorem dissimulare. Sub Ciceronis vero nomine quæ affert lib. III. c. 11. 'Συνέχον, quod, ut dixi, continens alii, firmamentum alii putant, Cicero firmissimam argumentationem defensoris et appositissimam ad judicationem,' clare mihi indicare videntur, Rhetorica Tullii ab eo censeri libros de Inventione, in quibus hæc eadem invenies lib. I. c. 14. 'firmamentum est firmissima argumentatio defensoris et aptissima ad judicationem;' ubi pro *aptissima* in suis exemplaribus *appositissima* legisse Quintilianum patet, ut et in Palatino aliisque codd. invenit Gruterus et in quatuor Mss. Jo. Mich. Brutus. Idem paulo post cum 'Ciceronem in Rhetoricis Hermagoram secutum esse' dicit, libros certe de Inventione innuit. Sic et lib. II. c. 16. 'Cicero in Rhetoricis etiam, quos sine dubio ipse non probat, finem facit persuadere.' Ubi cogitabat illa lib. I. de Invent. c. 6. 'Officium autem ejus facultatis videtur esse, dicere apposite ad persuasionem; finis, persuadere dictione.' Contrarium tamen Fabii testimonio probari volunt, unde liqueat Tullii hoc opus ad Herennium esse, qui Rhetoricos libros Ciceroni excidisse ait lib. III. c. 1. sub finem, sed ab eo dam-

natos, quia in adolescentia scripti erant. Respexit nimirum Quintilianus ad locum Ciceronis, in quo ipse de Orat. I. 2. fatetur, 'quæ pueris aut adolescentulis nobis ex commentariolis nostris inchoata ac rudia exciderunt, vix hac ætate digna et hoc usu, quem ex causis, quas diximus, tot tantisque consecuti sumus:' sed quæ verba ad libros de Inventione, quos non absolvit ipse, aut temporis injuria delevit, si reliquos addiderit, recte retulit Regius et Seb. Corradus in Quæstura de Cicer. P. II. pag. 255. ubi viros eruditos valde decipi dicit, qui per Libros Rhetoricos, quos rudes et inchoatos ipse agnoscit, intelligunt libros ad Herennium, aut eos a Tullio scriptos existimant; quod se probaturum addit, si vel quisquam doctior amplius de eo dubitaret. Male igitur ad Rhetorica Herennio inscripta retulit Becichemus, quem sequitur Sinibaldus Antoninus, quanquam de utroque opere Rhetorico intellexisse jam olim videatur Hieronymus, cujus auctoritate plurimos uti in libris his Tullio vindicandis supra notabam. Ita enim ille lib. I. adv. Rufin. pag. 137. 'Lege ad Herennium Tullii libros, lege Rhetoricos ejus; aut quia illa sibi dicit inchoata et rudia excidisse de manibus, revolve tria volumina de Oratore,' &c. et Ciceronem ipsum de utroque opere id profiteri, licet perfectiores esse libros Rhetoricos de Inventione censeat, apertius adhuc idem censet Hieronymus in Proœmio Comment. ad Abdiam: 'Dicit et Tullius tuus adolescentulo sibi inchoata quædam et rudia excidisse. Si hoc ille tam de libris ad Herennium, quam de Rhetoricis, quos ego vel perfectissimos puto, ad comparationem senilis prudentiæ dicere potuit.' Cujus verba vel ideo ascripsi, quia etiam probant, alterum opus *Rhetoricorum* titulo, non *de Inventione*, olim inscriptum fuisse, adeo ut de eo vix dubitandi ratio sit, licet Græco *Rhetorices* nomine Ciceronem in ipsis librorum, quos hac de re primum scripserat, titulis usum testetur Quintilianus II. 14. Sed pace Hieronymi liceat ab eo dissentire, et per libros istos Rhetoricos, quos inchoatos ac rudes sibi adolescentulo excidisse fatetur Cicero, cum Regio et Corrado intelligere solos duos Rhetoricorum de Inventione, in quorum primo cum tradidisset, quomodo argumentationes tractari conveniret, in altero inventa in unamquamque rem exposuisset simpliciter et sine ullo ornatu, adeo ut in secundo inventa ipsa tradiderit, in primo inventorum expolitionem præceperit; ceteras orationis partes, quæ oratori necessariæ erant, se in reliquis dicturum in fine lib. II. pollicetur; hinc mutato deinceps consilio

videtur plerisque opus illud inchoatum destituisse, et a Quinto fratre rogatus tres illos Dialogorum Libros de Oratore elaborasse, qui omnium doctissimi, elegantes, et copiosi sunt, et in quibus se ipsum superasse merito judicatur. Certe Quintilianum loco isto non intellexisse libros ad Herennium, sed de Inventione, ab auctore Cicerone postea damnatos, ipse fidem facit lib. III. c. 6. ‘In primo Ciceronis Rhetorico aliam esse loci negotialis interpretationem, cum ita scriptum sit: Negotialis est, in qua quid juris ex civili more et æquitate sit, consideratur: cui diligentiæ præesse apud nos jurisconsulti existimantur.’ Quæ ipsissima verba leguntur lib. I. de Inv. c. 11. His mox subjungit Fabius: ‘Sed quod ipsius de his libris judicium fuerit, supra dixi. Sunt enim velut regestæ in hos commentarios, quos adolescens deduxerat, scholæ, et si qua est in his culpa, tradentis est.’ Et paulo post: ‘M. Tullius non dubitavit aliquos jam editos libros ipse damnare, sicut Catulum atque Lucullum, et hos ipsos, de quibus modo sum locutus, artis Rhetoricæ.’ Hinc sequitur ultro, Ciceronem ipsum per libros illos Rhetoricos, quos velut impolitum nec satis elaboratum adolescentiæ opus repudiavit, solos de Inventione intelligere, et hos ad Herennium Tullio abjudicandos esse, quia ab eo neque ante neque post libros de Inventione scribi potuerunt, quod bene animadvertit Aldus in Præf. ad Andr. Naugerium. Nam si puer aut adolescentulus duos istos de Inventione tantum inchoavit, rudesque et imperfectos reliquit, quando igitur hos ad Herennium composuit? an puerulus aut infans? quod affirmare absurdum esset. Inchoatos vero et rudes cum testetur sibi libros suos Rhetoricos ex commentariolis formatos excidisse, de opere ad Herennium sane intelligi nequit, quod quatuor libris integris constat, in quibus auctor ille jactat in fine, ‘nihil rhetoricæ præceptionis præteritum esse.’ Si vero eos composuisset ante libros de Inventione, cur igitur nusquam illic eorum meminit, si de eadem arte bis scripserit, aut in Topicis vel Partitionibus Oratoriis? neque præterea post libros de Inventione scriptos esse affirmari potest, ut existimasse videntur illi qui titulum *Rhetoricæ Veteris* operi de Inventione, et *Rhetoricæ Novæ* libris ad Herennium indiderunt, quia si maturiori ætate doctior eos elucubrasset, politiores sane et magis culti deberent esse, quam libri de Inventione, cum quibus si comparentur hi ad Herennium, licet sua laude non fraudandi, tamen rudiores apparent, ac magis jejuni, neque ullo modo adultæ et maturæ Ciceronis eloquentiæ

convenire. Multo minus scripti fuerunt post Dialogos de Oratore, qui omnium perfectissimi sunt; aut post librum de Claris Oratoribus, vel Oratorem; de quo ipse testatur Fam. Ep. VI. 18. 'se, quicquid habuerit judicii de dicendo, in hunc librum contulisse.' Post illos enim qui ab eodem auctore compositos esse libros ad Herennium somniaret, is profecto, quid lupinis distent æra, discernere nequiret. His vero similibusque artis oratoriæ ac rhetoricæ operibus promeritus est a veteribus recenseri et in exemplum proponi illorum, qui in sua quisque arte principes extiterunt. Notabilis est Vitruvii locus de Archit. IX. 3. 'Item plures post nostram memoriam nascentes cum Lucretio videbuntur velut de rerum natura disputare, de arte vero rhetorica cum Cicerone; multi posterorum cum Varrone conferent sermonem de lingua Latina.'

Deinde *Hermestem,* vel *Hermetem,* quod præceptorem appellet hic auctor, quo nomine nullus eo tempore rhetor fuerit cognitus, iidem Angelius et Becichemus nihil inde probari posse affirmant, cum Plutarchus, præceptores Ciceronis præcipuos memorans, addat 'et alios,' inter quos hic adolescentiæ ejus præceptor Hermes referri potest; cujus tamen nomen abest a plurimis codd. Mss. ut de Palatinis, Mediceis, aliisque Italicis, Angelius, Gruterus, et Gronovius testantur; quod nec in tribus suis Gryphianis codd. reperit Jo. Mich. Brutus, neque in sex Leidensibus cl. Oudendorpius. Frustra enim a Lambino *Hermagoras* reponitur, cujus post Gorgiam Leontinum et Aristotelem meminit Cicero de Inv. II. 6. et 11. et variis in locis Quintilianus. Illum enim Hermagoram, licet sæpe ab eo dissentiat, et antiquiores Græcos secutum esse affirmant in opere de Inventione, quod etiam ex Victorini expositione passim liquet, ostenditque Fr. Robortellus in tractatu de Facultate Rhetorica, seu Præfatione ad Ciceronis Rhetoricos Libros, quos vulgus, ut ait, de Inventione inscriptos putat: hunc vero Hermetem et recentiores sequi volunt in Rhetoricis ad Herennium, in quorum procemio lib. I. et IV. indicat se reliquisse illa, quæ Græci scriptores inanis arrogantiæ causa sibi assumserunt, seque præter Græcorum consuetudinem aliam viam ingressum, et suis exemplis usum fuisse; et hinc in codd. Mss. hi libri inscribuntur: *M. Tullii Ciceronis Novæ Rhetoricæ Liber I. incipit.* Quod autem 'barbarismi' et 'solœcismi' voce utatur hic auctor lib. IV. c. 12. inter argumenta quibus Ciceronem operis hujus scriptorem esse negat, retulit Regius, quia Gellius hac voce neminem eorum, qui integre

loquerentur, ante Augusti tempora usum esse tradit lib. XIII. c. 6. et nullum Latinorum aut Græcorum, qui facundi haberentur, 'barbarismum' aut 'solœcismum,' sed 'barbarum' et 'solœcum' dixisse, affirmat lib. V. cap. 20. sed hallucinatum esse Gellium recte censuit Becichemus, cum apud Dionys. Halicarnassensem aliosque antiquiores utraque vox occurrat; quemadmodum e Græcis 'solœcismi' voce Aristotelem, Theophrastum, et Chrysippum usos esse docet P. Faber ad Cic. Acad. lib. II. pag. 320. ed. Davis. et jam e Latinis Lucilium, patebit ex Fr. Dousæ ad illum notis p. 106. quanquam Menagius ad Diog. Laërt. p. 289. et 290. de 'barbarismo' assentiri Gellio, sed de 'solœcismo' aliter censere videatur. Mihi cum aliqua distinctione videtur 'solœcum' et 'barbarum' dicendum, quando pravum aliquod orationis tortuosæ genus damnamus, quæ 'imparilitas' Asinio Capitoni, 'stribligo' Latinis vetustioribus, teste Gellio, dicebatur; sed cum in eloquentiæ præceptis vitia sermonis enumeramus, 'barbarismo,' 'solœcismo,' 'idiotismo,' et similibus veterum exemplo recte uti licere existimamus. Similiter errasse etiam Gellium ostendit Becichemus, cui vox 'novissimus' ejusdem monetæ esse videtur lib. X. c. 21. cum tamen sæpissime Cicero, Varro, hic ipse auctor, aliique eam adhibuerint. Sed dum Raph. Regium acerrime castigat Becichemus, quia negaverit quenquam fuisse Herennium Ciceroni familiarem, aut usquam memoratum, contenditque eundem esse cujus meminit Cicero pro Cælio c. 11. qui tamen illic 'L. Herennius,' non vero 'C. Herennius' vocatur, ipse ridendum se propinavit, dum nonnullos ex antiquitate Herennios recensens, (quibus plures enumerat Fabricius Bibl. Lat. lib. I. cap. 8. p. 97.) inter illos, qui tempore Ciceronis fuerunt, memorat etiam Herennium quendam, cujus mentionem faciat Propertius. Insigne exemplum hic præbet nobis Becichemus, in quam pudendos et joculares errores incidere possint viri docti, qui vel inemendatis editionibus primis, vel corruptis veterum auctorum codicibus nimis supine utantur, cum nullius Herennii usquam meminisse Propertium certus affirmare possim. Sed vitiosis, ut dixi, codicibus deceptus fuit, in animo habens illud Propertii lib. II. el. 22. init.

Scis, here mi, multas pariter placuisse puellas;
Scis mihi, Demophoon, multa venire mala:

quo in loco *heremi* junctim, quasi *Heremi,* in multis codd. Mss. exararunt rudes librariorum manus, quomodo et in primis edd.

excusum fuit, unde et in primo Leidensi meoque codice inepta Elegiæ inscriptio est AD HEREMUM DEMOPHONTEM, vel HEREMIUM, ut de suo libro antiquo testatur Dorvill. in Miscell. Obss. Vol. v. T. II. p. 297. in secundo Leidensi AD EREMUM; in aliis AD HERENNIUM DEMOPHONTEM. Quod nomen versus tamen non admittit, nisi *Hereni* pro *Herenni* licentia insolita arripuerit Becichemus. Sed ignoscenda sunt viris eruditis, etiam Becichemo longe majoribus, similia errata, qui sæpe ex duabus vocibus, in vitiosa, quam adhibebant, editione veteri male conjunctis, in pares impegerunt lapsus, quemadmodum Ciceroniano illi P. Bembo, ut notavit Vossius de Analog. l. II. c. 24. imposuit vetusta Tullii editio Ascensiana, in qua 'multismeis doloribus' cum una voce excusum esset; inde 'multissimus' formavit, eoque superlativo ipse in Epistolis suis usus est; et magnus Casaubonus corrupta Valerii Flacci editione elusus cespitavit, dum in ejus Argonauticon initio 'Phœmonoë' legendum conjecit, quia illic 'Phœbemone' editum repererat, junctis male vocibus, pro 'Phœbe mone, si Cumææ mihi conscia vatis Stat casta cortina domo;' et quæ similia alibi viris doctis imprudenter exciderunt.

Inter illos etiam, qui Ciceroni libros hos ad Herennium abrogarunt, est Angelus Decembrius, unus ex primis illis literarum renascentium sospitatoribus, judice Broukhusio ad Tibull. I. 4. 77. His enim potissimum argumentis ostendit, non esse hoc Ciceronis opus, Polit. Liter. I. 10. ob styli nempe diversitatem, et quod sub finem sine scopo absoluto quædam aliena sint adjuncta; ut et nonnullas illic periodos, in quibus totius operis, quod Cornificio tribuit, quasi recapitulatio est, spurias notat Gruterus; tum quod in codd. Mss. Ciceroni non semper annectantur, sed a librariis indoctis assuti et propter argumenti vicinitatem aliis Tullii operibus Rhetoricis fuerint adjecti. Fatendum quidem esse, nonnullis in locis quandam dictionis Ciceronianæ similitudinem deprehendi, sed quod ex imitatione ortum esse, recte contendit, ut infinita in his loca sunt, quæ iisdem fere verbis auctor imitatus est, vel descripsit ex libris de Inventione.[e] Deinde librum de Partitionibus Oratoriis etiam Ciceroni adimit, quia, si jam ad Herennium scripsisset, frustra se-

[e] Infra ostendetur, Ciceronem, cum libros de Inventione scriberet, libros Rhetoricorum ad Herennium in manibus habuisse, et multa ex iis descripsisse. *S.*

cundum laborem suscepisset, cum roganti Herennio familiari et cognato suo, ut colligunt ex lib. IV. c. 56. respondere potuisset, se jam ei satisfecisse in prioribus libris, ut in Dialogis de Oratore et similibus; ex prooemio enim apparere, eum in Herennii gratiam istos libros scripsisse, unde fraudis occasionem cepit impostor. Sed hoc quidem argumentum præposterum est, si in juventute hoc opusculum ipsi exciderit, adeoque ante libros de Oratore scripserit. Partitiones vero Oratorias levibus nimis conjecturis adductum Decembrium Ciceroni abjudicasse, merito notat Vossius de Nat. Rhet. c. 13. earum enim Tullium auctorem agnoscit Quintilian. III. 3. Neque etiam apparere causam affirmat Decembrius, cur in libris ad Herennium nullam de instituto suo rationem reddiderit, ut solet in aliis; quod tamen nescio cur affirmet, quia in prooemiis ante singulos quatuor libros instituti sui rationem satis reddidisse videtur. Meliori denique et omnium optimo argumento rem agit Decembrius, mirum videri, Victorinum in hæc Rhetorica ad Herennium, si Ciceronis essent, non æque commentatum fuisse, ac in libros de Inventione, qui jactantur vulgo esse posteriores et perfectiores, nisi forte, ut hoc addam, illa ad Herennium, tanquam juvenilia et minoris pretii, labore hoc suo indigna censuerit, aut, quod potius mihi videtur, ipse ea Ciceronis non esse judicaverit. Cur enim in toto illo commentario ad Rhetorica de Inventione nusquam ad partes vocat aut producit exempla ex libris ad Herennium? quæ sæpissime illic locum habere potuissent, si eos Tullium auctorem habere credidisset. Quin et duos hos de Inventione s. artis Rhetoricæ libros simul cum Victorini Commentis recensens Cassiodorus, nullam tamen Ciceronis Rhetoricorum ad Herennium mentionem facit in Compend. Rhetoric. p. 339. inter Rhetores Pithœi: ‘ Hæc licet Cicero Latinæ eloquentiæ lumen eximium per varia volumina copiose nimis et diligenter effuderit, ut in Arte Rhetorica duobus libris videatur amplexus, quorum Commenta a Mario Victorino composita in bibliotheca mea vobis reliquisse cognoscor.’ Quæ verba cum in Ms. Palatino legerentur ante Victorini Commentarios, quos Q. Fabio Laurentio codex ille et Ms. Coloniensis tribuunt, descriptoris alicujus esse, qui artis Rhetoricæ epitomen collegit, perperam credidit P. Pithœus, cujus notam ad init. lib. I. de Inv. exhibuit Grævius: hoc enim ipsum Cassiodori de Victorino testimonium glossator aliquis initio codicis istius præfixerat. Illo autem in loco per ‘ varia volumina ’ a Cas-

siodoro intelligi non dubito Oratoriæ artis opera, a quibus distinguit Ciceronis Artem Rhetoricam, cujus duos tantum cum memoret libros, eos certe indicat, qui de Inventione vulgo inscribuntur, neque quatuor illos ad Herennium Ciceronis esse agnoscit. Et sic ibidem paulo post subjungit: 'Libros autem duos Ciceronis de Arte Rhetorica et Quintiliani duodecim Institutionum judicavimus esse jungendos.' Aliter enim post varia illa Oratoriæ artis volumina sex artis Rhetoricæ libros, et ex iis duos a Victorino Commentariis illustratos laudasset, quemadmodum in codice quodam Ms. quem nuper oculis lustrabam, sub finem horum Rhetoricorum legebatur: *Ciceronis Rhetoricorum Lib. VI. explicit.* Et sic in duobus codd. Bernensibus dividi hoc opus in VI. libros monet Sinnerus in egregio illius Bibliothecæ Catalogo nuper edito pag. 336. Istius Marii Victorini Expositionem in Rhetorica Ciceronis seu in duos hos nobis superstites libros de Inventione, editam inter eosdem Rhetores antiquos Pithœi p. 79. et seqq. et in majori Aldina Ciceronis editione contextui subjectam, quam Grævius etiam addere constituerat, libenter huic editioni cum Marini Becichemi castigationibus, quæ leguntur inter ejus Quæstiones Epistolicas cap. XVII.-XXIX. adjunxissem, nisi me deterruisset voluminis nimium densandi moles, qua editionum novarum pretia incendi non facile patiuntur bibliopolæ.

Decembrio succedat Floridus Sabinus, qui Lect. Succesiv. I. 4. posthabita Prisciani et Hieronymi inter veteres, et Vallæ ac Politiani inter recentiores, quos errasse censet, auctoritate, ex variis horum Rhetoricorum locis, præsertim ex initio et fine operis, ostendit stylum minime Ciceronianum esse; ipsum Tullium, qui omnia sua artis oratoriæ opera sæpe memorat, horum tamen nusquam meminisse; Quintilianum in recensione Rhetorum, qui ætatem suam antecesserunt, facta Ciceronis mentione, solos indicare libros de Inventione, in adolescentia ab eo scriptos; Victorinum denique non interpretaturum fuisse imperfectum opus de Inventione, si integros ad Herennium libros Tullio ascribendos sibi persuasisset. His aliisque argumentis affirmat Sabinus, Rhetorica hæc Herenniana Ciceroni non magis convenire, quam generoso, ut ait, equo macilenti asini clitellas; aut illum, qui cum aliis ejusdem argumenti operibus Tullianis hæc conferat, asinos certe (anseres dixisse mallem) ab oloribus distinguere non posse. Huic adjungendus est Joannes Marius Matius, vel Mattius, Brixianus, qui Annotationum

in Varios Auctores c. 2. ex aliquot Quintiliani locis id præcipue egit, ut ostenderet, libros Rhetoricorum ad Herennium nec Ciceronis nec Cornificii esse: cui cum se opposuisset Antonius Riccobonus et pro L. Cornificio pugnasset, defensionem istius Annotationis suæ uberiorem inseruit Mattius libris Opinionum, quæ illic legitur p. 457-471. ed. noviss. Riccobonus autem, comparatis Quintiliani et hujus auctoris locis, ostendere conatus est, ea, quæ ex Cornificio affert Fabius, reperiri in his ad Herennium Rhetoricis; quæ tamen singula loca diligenter et accurate excussit Mattius, ut probaret, vel non integre verba Quintiliani a Riccobono producta fuisse, vel licet Cornificius etiam Rhetorica scripserit, quod in aperto est, negat tamen, hæc eadem illa Cornificii Rhetorica esse, quoniam plurima a Cornificio tradita scribat Fabius, quæ in his libris nusquam extent. Ponderatis utriusque argumentis, nullus dubito, quin Mario Mattio album calculum mecum adjecturus sis, neque Ciceroni neque Cornificio tribuendum hoc Rhetoricorum opusculum ad Herennium esse; quemadmodum Tullio id etiam abrogat, et Cornificio dubitanter adjudicat Demsterus ad Rosin. II. 16. p. 163. ‘Auctor Rhetoricorum ad Herennium, seu Cornificius, seu quilibet alius, certe Ciceronis non est illud opus.’ Sic Lambinus ad Herenn. II. 16. hæsitat, an Cornificio sive alii cuiquam id dandum sit. Cornificio tamen id quoque attribuerunt Petrus Victorius, Paullus et Aldus Manutii, Majoragius, Muretus, Sigonius, Barthius in Adversariis, et Glandorpius in Onomastico. Aliorum judicia breviter etiam collegit Heumannus in Schediasm. de Libris Anon. et Pseudon. p. 149. sq. ubi inter alia meminit Conr. Sam. Schurzfleischii Dissertationis de Auctoritate Rhetoricorum ad Herennium, editæ Wittenberg. 1703. qui Riccoboni pro Cornificio certantis sententiam amplectitur, quia dictio et vocabula Rhetoris Herenniani multum a Ciceronis eloquentia distant, licet imitandi industria ei similis esse studuerit, plurimaque ex libris de Inventione descripserit. Ciceroni vel Cornificio dubius ascribit Jac. Gronovius ad lib. IV. c. 8. et ‘jure olim viros doctissimos Ciceroni abjudicasse ac verosimiliter eos assignasse Cornificio’ censet Grævius initio nott. ad lib. I. qui Cornificium etiam auctorem facit ad lib. I. c. 14. fin. Sed virorum doctorum auctoritates non annumerandæ sunt, præ quibus apud me prævalent argumenta Mattii, qui ostendit ea, quæ ex Cornificio affert Quintilianus, et in hoc libro nusquam leguntur, desumta esse ex alio, quod periit, Cornificii

opere Rhetorico: nam licet pauca producat Fabius, tanquam Cornificii, quæ forte etiam in his occurrant, id certe non probat, illum hujus quoque fœtus parentem esse, cum sæpissime eadem præcepta et exempla apud diversos grammaticos et rhetores tradantur, ut vel ex ejusdem Quintiliani loco patet IX. 3. de Carthaginiensibus Romanorum hostibus, si conferatur cum lib. IV. ad Herenn. c. 14. unde tamen minime colligendum sit, eosdem et horum et illorum operum auctores esse; quæ argumentandi ratio si reciperetur, nihil certius affirmari posset, quam Ciceronem utriusque hujus Rhetorici operis auctorem esse, quia passim et ubique similia iisdem fere verbis exposita, iisdemque exemplis illustrata inculcantur præcepta, totis sæpe paginis ne mutatis quidem; sed unde mihi saniori argumento videtur constare, Ciceronis non esse Rhetorica ad Herennium, quorum auctor illa, quæ eadem occurrunt in opusculo de Inventione, potius imitatus est, vel descripsit ex illis Ciceronis libris, cum non verosimile sit, Tullium de eadem arte geminum opus scripsisse, quorum alterum ab altero vix differat, neque ulterius progrediatur, sed similia fere, ut dixi, præcepta et exempla proponat, adeo ut in utroque opere passim eadem plane docuerit, ne verbis quidem variatis, aut ordine immutato. Ex lib. I. ad Herenn. c. 2. 'Oportet igitur esse in oratore inventionem, dispositionem, elocutionem, memoriam, et pronuntiationem. Inventio est excogitatio rerum verarum aut verisimilium, quæ causam probabilem reddunt,' et sqq. quæ iisdem verbis etiam occurrunt de Invent. I. 7. et hæc quoque sua fecit Alcuinus Dialog. de Art. Rhet. p. 360. quibus infinita ex aliis rhetoribus addi possent, in quibus alter alterum presso pede sequitur, vel totidem verbis describit. Sic conferenda sunt, ut plurima alia prætereeam, loca ex l. II. ad Herenn. c. 22. 23. 25. 26. cum lib. I. de Inv. c. 45. 48. 49. 50. in quibus eadem poëtarum veterum testimonia ita afferuntur, ut pateat, unum alterius opus ante oculos habuisse. Quemadmodum auctor ad Herenn. II. 27. 'uti apud Pacuvium Zethus cum Amphione, quorum controversia cum de Musica inducta sit, disputatio in sapientiæ rationem et virtutis utilitatem consumitur.' Hæc enim mutuatus est ex illis quæ breviora occurrunt ap. Cic. de Inv. I. 51. 'item apud Pacuvium, qui vituperata Musica sapientiam laudat.' Sed et nonnunquam in utroque opere contraria aut dissimilia inveniuntur, quæ eundem scriptorem abnuant. Ut auctori ad Herenn. I. 3. 'genera causarum sunt quatuor, honestum, turpe, du-

bium, humile.' Sed apud Cic. de Inv. I. 15. 'genera causarum sunt quinque, honestum, admirabile, humile, anceps, obscurum.' Quæ descripsit idem Alcuinus de Arte Rhet. p. 368. 'Quot sunt causarum genera? Quinque: honestum, admirabile, humile, anceps, obscurum.' Sic lib. I. ad Herenn. c. 9. sub fin. auctor ille testatur, quæ in præcedentibus dicta erant, sibi constare cum reliquis artis scriptoribus, sed de insinuationibus se nova quædam excogitasse, quas solus præter ceteros in tria tempora diviserit, ut certam viam et perspicuam rationem exordiorum traderet. Ista vero divisio insinuationum in tria tempora ibidem c. 6. amplius describitur, quæ conferenda cum lib. I. de Inv. c. 17. ubi 'tres causas' Cicero vocat, quæ auctor Herennianus 'tria tempora,' in quæ se primum insinuationes distinxisse scribit, unde etiam colligi potest, diversos utriusque opusculi auctores esse. Quæ vero auctor ad Herenn. lib. II. c. 30. præcipit de indignatione per decem locos communes artificii rhetorici commovenda, ita defloravit ex lib. I. de Inv. c. 53. et 54.[f] ut in decem istis locis communibus tractandis Ciceroni quidem adhæreat, sed nonnulla tamen amplioribus verbis extendat, vel in breviora contrahat; reliquos vero quinque locos a Tullio additos omittat, ut dissimilis appareat, sed in c. 31. de misericordia commovenda agens eadem fere habet, quæ lib. I. de Inv. c. ult. occurrunt, dictumque illud vetus, 'nihil lacryma citius arescere,' sine auctore affert, quod Apollonio Rhetori ascribit Cicero, a quo desumsisse Cornificium notat Cresollius Vacat. Autum. lib. III. p. 687. cum præcipit, 'Commiserationem brevem esse oportet; nihil enim lacryma citius arescit.' Sunt autem hæc ipsa verba auctoris ad Herennium d. l. quæ Cornificio tribuit Cresollius, quem supine descripsit Pareus ad Quintil. VI. 1. ubi dictum illud sine auctoris indicio Fabius profert. His plura similia passim deprehendent illi, qui accurata lectione singula artis rhetoricæ præcepta scriptoris utriusque component, quæ vel plane eadem sunt, ubi præceptor Herennianus Tullium sequitur ac describit, vel dissimilia, quando ab eo dissentit ipse, aut aliorum vestigiis insistit. Sed præcipue ex diligenti utriusque auctoris comparatione singulorumque capitum collatione, in quibus eadem traduntur præcepta,

[f] Jam supra monuimus, non auctorem ad Herennium Ciceronis Rhetorica s. libros de Inventione compilasse, sed potius Ciceronem libros ad Herennium adhibuisse, cum de Inventione scriberet. *S.*

plurima ex scripturæ varietate indagari possunt a criticis ad lectiones veras in alterutro scriptore stabiliendas vel falsas rejiciendas, quod frequentius a viris doctis factum vellem. Quemadmodum d. l. lib. I. ad Herenn. c. 8. legendum esse: 'Illud genus narrationis, quod in personis positum est, debet habere sermonis festivitatem, animorum dissimilitudinem, gravitatem, lenitatem, spem, metum, suspicionem, desiderium, dissimulationem, errorem, misericordiam, rerum varietates,' &c. constabit ex comparatione lib. I. de Inv. c. 19. prope fin. 'Hoc in genere narrationis multa inesse debet festivitas, confecta ex rerum varietate, animorum dissimilitudine, gravitate, lenitate, spe, metu, suspicione, desiderio, dissimulatione, errore, misericordia,' &c. Unde patet, male viros doctos primo in loco *levitatem* prætulisse et *errorem* expunxisse, nisi *levitate* altero in loco reponi præstat, ut *gravitati* opponatur. Istius generis plurima a me observata addi possent, si hujus, quod nunc agimus, instituti essent.

Ab his vero, qui L. Cornificio Seniori, eidem, qui in Bello Civili Jul. Cæsaris quæstor et pro prætore missus fuit in Illyricum, hos ad Herennium libros adjudicant, in diversa abit Ger. Jo. Vossius de Nat. et Const. Rhet. c. 13. cui varias virorum doctorum hac in re opiniones breviter recensenti magis credibile fit, esse L. Cornificium prioris Cornificii filium, qui Cæsaris Octaviani partes secutus Brutum Julii Cæsaris percussorem pro tribunali accusavit, et Octaviani Triumviri favore consul fuit A. U. C. 719. Sed docendum fuisse Vossio existimamus, Cornificium hunc filium inter rhetores vel artis rhetoricæ præceptores ab aliquo veterum, Quintiliano aut Suetonio, laudari; quo eodem argumento refutat Nascimbenium, qui in Comment. ad lib. II. de Inv. hoc opus largiendum conjecerat Laureæ Tullio, Ciceronis liberto, qui et ipse Ciceronis nomine audit, et cujus extat nobis Epigramma in Academiam, Ciceronis villam, quod edidi Antholog. Lat. Ep. II. 156. et hinc in aliam potius conjecturam deflectit Vossius, esse Tullium Tironem, Ciceronis etiam libertum, quia hunc inter rhetores illius ævi nomen habuisse ex Plinio constet, qui Hist. Nat. l. II. ejus meminit, quemque inter rhetores claros retulerat Suetonius, ut ex indice Achillis Statii patet, ubi post M. Fabium Quintilianum ultimus illorum, quorum vitæ a Suetonio descriptæ perierunt, vulgo recensetur IVL. TITO, sed pro quo TVL. TIRO legendum cen-

sent. Sub hujus nomine circumferuntur hodie notæ scribendi compendiariæ in fine Gruterianarum inscriptionum; illius saltem quasi auctoris titulum iis præfixerunt, quia notas has primum commentum esse M. Tullium Tironem scribit Hieronymus in Chron. Euseb. p. 156. ed. Scalig. Nonnulla quoque ejus scripta de Usu et Oratione Latinæ Linguæ, Epistolæ, Pandectæ de Variis Quæstionibus a Gellio, alia a Plutarcho memorantur. Vide notas ad Gellium IV. 10. Id certe probabilius mihi appareret, si quid in his divinando assequi fas sit, quam quod nonnulli de Ciceronis filio somniarunt. Sed quem Tullii filium intelligant, in ambiguo relinquunt.[g] An illum, quem secum de ratione dicendi disserentem introduxit et instruit in dialogo Partitionum Oratoriarum? Hinc forte hæc opinio nata fuit. Eundem opinor, quem Trebonius Ciceroni scribit ad Fam. XII. 16. se Athenis vidisse 'deditum optimis studiis summaque modestiæ fama.' Quæ ad filium M. Tullium referenda, cui libros de Officiis inscripsit; sed hunc Athenis a Gorgia rhetore voluptatibus et comissationibus corruptum a patre degenerasse constat; ideoque id vel solo Senecæ refutatur testimonio, qui M. Tullium 'nihil ex paterno ingenio habuisse præter urbanitatem, cuique natura memoriam demserat, et ebrietas, si qua ex ea supererat, subduxerat,'[h] scribit Suasor. VII. circa fin. Vide de eo Corradi Quæsturam p. 275. et sq.

Neque facile quenquam opinor amplexurum esse sententiam illorum, quibus referenda hæc Rhetorica Herenniana videntur ad M. Gallionem, quia hunc inter rhetores reponit Seneca, itidem rhetor, et auctor Dialogi de Claris Oratoribus c. 26. qui tamen dum calamistros Mæcenatis et tinnitus Gallionis reprehendit, illum inter tumidos et Asiaticos rhetores reponit. Sic Jul. Cæsar Scaliger de Re Poët. III. 31. et 34. quæ ex libris ad Herennium affert, Gallioni tanquam certo auctori ascribit. Et Aldus Manutius in Præfatione ad Naugerium aliorum fide narrat, in codice quodam Ms. antiquissimo, qui Romæ in Bibliotheca Palatina extare dicebatur, titulum hunc fuisse: M. GALLIONIS RHETORICORVM AD C. HERENNIVM LIBER PRIMVS; sed deletum Galli-

[g] Facile aliquis possit suspicari, Burmannum duo Ciceroni filios hic tribuisse. Sed videtur Ciceronis filium bonæ spei plenum, ab eodem qui postea degeneraverit, distinguere voluisse. *S.*

[h] Meras has malivolorum calumnias fuisse bene docuit Middletonus in Vita Ciceronis tom. III. p. 360. sqq. ed. Basil. *S.*

onis nomen, ita tamen ut legi posset, et pro eo, ut falso ac suppositito, T. CICERONIS superscriptum fuisse, licet ipse de rei veritate dubitet. Gallionem hunc eundem censet Aldus, ad quem extat Ovidii Epistola in Ponticis lib. IV. ep. 11. sed in qua Elegia nihil occurrit, unde a rhetorices studio commendetur Gallio, cum ceteroquin Ovidius non omittat illas studiorum partes, quibus amici præcipue excelluerunt, ut observat patruus ad Quintil. p. 218. Quem vero M. Gallionem innuant Scaliger aliique, hæreo. Gallio enim ille, qui frater Senecæ Philosophi et Lucani patruus fuit, antea M. Annæus Novatus, non M. Gallio, sed Junius Annæus Gallio dictus fuit, postquam a Junio Gallione adoptatus esset. De quo plura notavi ad Anthol. Lat. Ep. III. 155. Sed neque ad illius ætatem hoc opus demittendum esse arbitror, neque ad illum Gallionem, quem sub patris Gallionis nomine, ut ab alio distinguat, inter celebres, qui tempora sua antecesserunt, rhetores enumerat Quintilianus III. 1. circa fin. 'Scripsit de eadem materia non pauca Cornificius, aliqua Stertinius, nonnihil pater Gallio: accuratius vero priores Gallione Celsus et Lenas, et ætatis nostræ Virginius, Plinius, Rutilius.' Vides Quintilianum affirmare, patrem Gallionem tantum 'nonnihil' de arte rhetorica scripsisse, cujus operam huic arti impensam valde tenuem fuisse oportet, quia post 'non pauca Cornificii,' et 'aliqua Stertinii,' tanquam minoris adhuc et levioris curæ laborem subjungit, 'nonnihil pater Gallio.' Sed eo priores Celsum et Lenam accuratius hanc materiam tractasse; unde justam conjecturam capio, neque illi Gallioni patri, qui perfunctoria adeo cura nonnihil de hac arte commentatus est, tribui posse operosiores hos quatuor libros Rhetoricorum ad Herennium, quem illius Gallionis ævo vixisse etiam probandum esset; neque alii ejusdem nominis Gallioni adjudicandos, quem Senecæ philosophi fratrem, rhetoris vero filium faciunt nonnulli, qui illius cum laude meminit in prooemio lib. III. et V. Controvers. et alibi. De eo vide A. Schotti Catalog. Rhetor. apud Senecam in Junio Gallione p. 16. ubi inter alia addit: 'Hujus Gallionis esse critici quidam existimant Rhetoricorum ad Herennium libros, quos Cornificio Quintilianus, M. Tullio Hieronymus attribuunt.' Schottum vero cum Delrio mire fluctuasse in distinguendis Gallionibus, ad illum Fabii locum patruus meus notavit.

Ceterum hæc omnia hactenus enumerata cum admodum controversa sint et incerta, mihi persuasissimum est, verum horum Rhe-

toricorum ad Herennium auctorem ignotum nobis latere, quem Ciceronem ipsum esse qui negant, iis me accedere profiteor. Becichemo enim et Sinibaldo Antonino nequaquam assentiri possum, qui, ut Ciceroni hos libros adversus Raph. Regium vindicent, pro sententia sua præcipue afferunt, et in prima acie collocant illa quæ occurrunt lib. I. c. 12. 'Tullius heres meus Terentiæ uxori meæ XXX. pondo vasorum argenteorum dato quæ volet.' In quibus verbis cum a se ipso exemplum ducere videatur Cicero, illius igitur id opus esse contendunt. Regius vero inde *νοθείας* argumentum deducit, quod si in adolescentia hos libros sibi excidisse fateatur ipse, pateat inde falsitas tituli, quia tunc nondum uxorem Terentiam duxerat, aut filium Tullium procreaverat. Certe probandum fuisset Becichemo, et Sinibaldo Antonino ejus vestigia prementi, Ciceronem valde juvenem ante hos artis rhetoricæ libros a se conscriptos Terentiam in matrimonio jam habuisse, ac Tullii patrem fuisse, qui demum ei natus fuit, cum annum ætatis XLIII. ageret; vel si præcepta hæc rhetorica adolescens quidem in commentarios conjecerit, ea tamen maturiori ætate edidisse, hac uxore jam ducta. Tullium enim hæc in adolescentia scripsisse aut edidisse, refutat ipsum operis initium, ubi se negotiis familiaribus ita impeditum dicit, ut vix satis otii studio eloquentiæ sibi superesset, quod in philosophia libentius consumere consueverat, cui non nisi senior operam dedit; quæ ostendunt virum natu grandiorem, non vero adolescentem loqui, ideoque hæc Ciceroni non convenire, qui Rhetoricos Libros rudes et inchoatos sibi adolescentulo excidisse queritur. Et hoc præcipue inter illa, quibus Ciceroni abrogat hoc opus, urget Jac. Proustius, initio notarum in usum Delphini editarum, qui partim ex vocabulis durioribus et nonnullis, ut ait, absurdis, puerilibus, et a libris de Oratore discrepantibus, in illorum etiam partes transit, qui Cornificio tribuunt, cujus nomen titulo inscripsit, quod propter Quintiliani auctoritatem non firmo admodum talo inniti, jam supra satis dictum est; cumque in libris ad Herennium et de Inventione plurima persimili tractentur modo, existimat Cornificium hortulos suos ex Ciceronis fontibus irrigasse, vel utrumque Rhetoris alicujus antiquioris Hermetis aut Hermagoræ rivulos fuisse consectatum. Sed eo decurrere vix necesse videtur, quia de Hermete isto Rhetore et auctoris hujus præceptore res valde incerta est. Mihi tamen, ut ad Terentiam Ciceronis uxorem filiumque ejus Tullium revertar, alio argumento, quam quo fecit Regius,

hic utendum videtur, ut illa, quæ a Becichemo et Sinibaldo Antonino ei objecta sunt, amoveamus, nimirum aut mentionem uxoris Terentiæ et filii Tullii parum probare, Ciceronem ipsum operis hujus auctorem esse, quia more grammaticorum vel jurisconsultorum (nam loquitur illic de filio, quem paterfamilias hæredem fecit) generalia hæc tantum et vaga nomina sunt, quibus uti liceat cuicumque grammatico aut rhetori, adhibito tantum nomine proprio uxoris et filii inter antiquos notioris, quemadmodum sæpe apud jurisconsultos: 'Titius filius meus hæres esto; si moriatur, antequam pubes factus sit, tunc Seius hæres esto. Titius hæres esto; si hæreditatem non creverit, Mævius hæres esto;' et similia tritissima. Vel, quod mihi vero similius apparet, iis in verbis *Tullii* ac *Terentiæ* nomina intrusa fuisse ab impostoribus, ut eo magis operi huic Rhetorico ea arte quasi et fuco illustre Ciceronis nomen inscriberent; idemque dicendum conjicio de *Tusculani* mentione, quam pro sua opinione non adduxisse Becichemum, equidem miror, lib. IV. c. 50. fin. 'tametsi in Tusculano quidem cœpi insanire, et in iisdem fundamentis ædificare.' Vel affirmari etiam potest, *Tusculanum* in genere sumi pro quavis illa elegantiori in agro Tusculano sita, qui prædiis superbissimis erat quasi consitus, unde et Tusculanum pro villa quacumque magnifica dicitur. Vide Hotoman. ad Cic. Verr. IV. 57. Vel denique locus hic nonnihil favere posset sententiæ Vossii, Tullium Tironem divinantis, ut hic Ciceronis libertus loqui videatur, dicatque se ædificare in iisdem fundamentis villæ incensæ, quibus antea Cicero ipse inædificaverat; licet prius malim, quia non constat, Tironem post obitum Ciceronis possessorem ejus villæ fuisse, sed Antistium Veterem, ut patet ex epigrammate supra indicato. Ne autem temere conjecisse videar, quæ de Terentia conjuge ac filio Tullio, ab auctore operis ad Herennium memoratis, modo dicebam, erunt, ni fallor, manifestiora, si conferantur cum alio loco ex libris de Inventione, ubi eodem exemplo utitur Cicero, sed omisso utroque nomine proprio. Ipsa verba lib. I. ad Herenn. c. 12. sic occurrunt: 'Paterfamilias, cum filium hæredem faceret, testamento vasa argentea uxori legavit hoc modo: TULLIUS HAERES MEUS TERENTIAE UXORI MEAE XXX. PONDO VASORUM ARGENTEORUM DATO QUAE VOLET. Post mortem ejus vasa pretiosa et cælata magnifice petit mulier. Tullius se, quæ ipse volet, in XXX. pondo ei debere dicit.' Hæc, inquam, comparanda sunt cum similibus,

quæ leguntur de Invent. II. 40. 'Paterfamilias cum filium hæredem faceret, vasorum argenteorum centum pondo uxori suæ sic legavit: HAERES MEUS UXORI MEAE VASORUM ARGENTEORUM PONDO CENTUM, QUAE VOLET, DATO. Post mortem ejus vasa magnifica (leg. *magnifice*) et pretiose cælata petit a filio mater; ille se, quæ ipse vellet, debere dicit.' Hic nimirum rogatos velim illos, qui ex verbis istis prioris loci ad Herennium, TULLIUS HAERES MEUS TERENTIAE UXORI MEAE, &c. defendere conantur, Ciceronem ipsum operis auctorem loqui, cur igitur non scripserit, 'paterfamilias cum filium hæredem facerem, vasa uxori legavi hoc modo,' &c. et quomodo hæc scribens, dum viveret, potuerit addere, quæ se defuncto inter uxorem filiumque acta fuerint: 'Post mortem vasa petit mulier, Tullius ei se dare dicit.' Quæ certe ridicula et absurda sunt, nisi quis argutari velit, verbis istis 'Post mortem,' &c. poni tantum a scriptore vivente casum, qui post mortem suam locum posset habere. Sed cur, quæso, in opere de Inventione, quod Ciceroni ut genuinum ascribitur, nomina propria absunt, HAERES MEUS UXORI MEAE DATO, &c., et in altero ad Herennium, quod vel juvenem scripsisse volunt, antequam maritus aut pater esset, vel penitus ei abjudicatur, inserta adduntur conjugis ac filii nomina, TULLIUS HAERES TERENTIAE UXORI MEAE, &c. unde clarissime liquere arbitror, vel interpolata a mala manu esse hæc nomina, vel alium ac diversum a Cicerone, et quidem ejusdem ævi aut paulo post illius obitum viventem scriptorem loqui; sed ex consuetudine veterum artis rhetoricæ magistrorum in ejusmodi argumentorum exemplis frequentata uti tantum his uxoris, filii, et alibi villæ Tusculanæ nominibus propriis, a celebri et illustri oratore Cicerone desumtis, tanquam loqueretur ipse. Illius igitur ævo proximum esse grammaticum vel rhetorem, affirmare ausim; sive cum Vossio Tullium Tironem, Ciceronis libertum; sive, quod tutius videtur, incertum esse scriptorem, de quo nihil aut parum nobis constet, quia plura ejus opera hodie non supersunt, sed Ciceronianæ tamen, ut dixi, ætatis statuamus. Quod vel hinc, ut alia omittam, colligi posse opinor, quia omnia virorum in re publica Romana illustrium, quorum mentionem facit, exempla, et poëtarum veterum, quæ affert, loca, ad Augusti ætatem non extendantur; neuter enim ullius Cæsariani vel Augustei ævi poëtæ usquam meminit, aut exemplum historicum istius temporis affert. Cui sententiæ ne quis objiciat

illa, quæ leguntur lib. IV. c. 1. 'Etenim cum possimus ab Ennio sumtum aut a Graccho ponere exemplum, videtur esse arrogantia illa relinquere et ad sua devenire.' Neque enim ultima loci hujus verba indicant auctorem multis sæculis ita distantem a Gracchi et Ennii exemplis, ut ad inferiora dejiciendus sit tempora, cum sic Cicero ipse potuisset loqui, adeoque et alius ætate ipsi compar, unde patet ea referri posse ad ævi a Ciceroniana ætate non remoti exempla, a quibus abstinuisse videtur, ut Quintilianus III. 1. testatur, se pepercisse nominibus et exemplis viventium, quia venturum erat laudi eorum tempus, cum ad posteros virtus duret, neque invidia perveniat; quam causam etiam esse existimo, cur auctoritate et exemplis Ciceronis, cujus recens nimis erat memoria, non utatur hic auctor, vel eodem tempore, vel paulo post ejus mortem scribens, quod ceteroquin posterioris ævi rhetoribus et grammaticis frequentiori in usu est, ut Quintilianus aliique passim fecerunt; nisi dicamus, Ciceronis mentionem dissimulasse hunc scriptorem, quia illius de Inventione libros passim descripsit. Et his quidem argumentis alios hactenus usos ignoro, quemadmodum viris doctis inter illa, quibus Ciceroni recte hos libros adimunt, observatum dubito, auctorem hunc aliud opus suum Artis Grammaticæ memorare lib. IV. c. 12. 'Hæc qua ratione vitare possimus, in Arte Grammatica dilucide dicemus;' ut pro *discemus* ex Mss. præferunt Gruterus et Grævius, qui recte notat 'dilucide discere' locutionem Latinis ignoratam, sed 'dilucide dicere' vel 'docere' usitatissimam esse. Sic enim et lib. I. c. 17. 'sedulo dedimus operam, ut breviter et dilucide, quibus de rebus adhuc dicendum fuit, diceremus.' Ita 'rem dilucide narrare' I. 9. et 'dilucide loqui' II. 2. 'in primo libro locuti sumus de exordio, . . . nec pluribus verbis, quam necesse fuit, nec minus dilucide, quam te velle existimabamus.' De Inv. I. 33. 'Sed quia non satis alicui videbitur dilucide demonstratum;' et alibi. An igitur hi ad Herennium libri auctorem habent Ciceronem? cujus opus artis Grammaticæ ignotum penitus est, neque enim ita deperditum illud facile existimandum est, ut nulla scripti hujus grammatici Ciceroniani superessent vestigia inter fragmenta illorum, quæ amisimus, aut nusquam ejus apud aliquem grammaticorum veterum extaret mentio.

III.

De Vera Librorum Rhetoricorum ad C. Herennium Ætate.

Hactenus Burmannus, qui etsi sæpe fluctuat in judicio de Rhetoricorum ad Herennium ætate, hoc tamen satis dilucide demonstravit, Ciceroni eos prorsus abjudicandos esse. Propius autem ad veram horum librorum originem accedere licet, his potissimum argumentis, quæ in prolegomenis ad Ciceronis Rhetorica Lipsiæ a. 1804. edita vol. I. p. 1. executi sumus.

Nimirum de vera horum librorum ætate conjecturam facere licet adhibitis iis potissimum locis, quibus auctor mentionem facit rerum Romanarum, quarum recentissimæ quæ ab eo tanguntur, facile nos ducunt ad suspicandum, auctorem vel eas ipsum vivendo attigisse, vel saltem haud procul ab iis abfuisse. Meminit igitur lib. I. c. 15. C. Popillii Lænatis, qui a Gallis obsessus, cum legatus esset L. Cassii Cos. A. U. C. 646. ita discessit, ut impedimenta relinqueret, exercitum educeret. Meminit legis frumentariæ a L. Saturnino latæ, et Q. Cæpionis, qui per vim ac seditionem impedierat, quo minus ista lex ad populum ferretur, quod factum est A. U. C. 653. Memorat bellum Marsicum s. Italicum III. 2. IV. 9. quod exortum est A. U. C. 664. denique P. Sulpicii cædem a. 665. quæ quidem Ludovico Purgoldo[1] novissima, qua auctor noster usus sit, rerum Romæ gestarum memoria videbatur. Neque vero ipse recentius aliquod eventum reperire potui, quod quidem diserte et nominibus personarum additis commemoratum sit. Obscure tamen ac tecte mihi Sylla tangi visus est libro IV. c. 54. de quo loco paulo post agemus.

Sed vera librorum ad Herennium ætas certius etiam definietur, si docuerimus, hos libros Ciceroni in manibus fuisse tum, cum adolescens Rhetorica sua, quos vulgo libros de Inventione appellant, conscriberet. Est enim dudum a viris doctis ea inter priores ad Herennium Rhetoricorum libros et Ciceronis Rhetoricos multorum locorum similitudo observata, (de qua nuper etiam Purgoldus monuit,) ut alterum ex alterius libro quædam sive ad verbum sive immutata elocutione descripsisse manifestum sit.

Itaque jam locis utrique communibus diligentius inter se compa-

[1] In Observationibus Criticis in Sophoclem, Euripidem, Anthologiam Græcam, et Ciceronem, Jenæ 1802. editis p. 305.

ratis efficiemus, multo probabilius esse, Ciceronem in libris suis, qui agunt de Inventione Rhetorica, ex Rhetoricis ad Herennium quædam transcripsisse, quam præceptorem Herennianum Ciceronis libros compilasse.

Auctor ad Her. I. 2. agit de tribus generibus causarum, quæ recipere debeat orator. Cicero de Inv. I. 5. definitiones horum generum iisdem fere verbis enuntiat; habet tamen hoc proprium, quod Aristotelem laudat, et Hermagoræ rationem impugnat, qui oratoris materiam in causam et in quæstionem diviserat.

Herennianus ibidem partes quinque artis rhetoricæ enumerat ac definit. Cicero I. 7. easdem definitiones paucis hic ibi verbis immutatis affert.

Sex orationis partes, exordium, narrationem, divisionem (s. partitionem), confirmationem, confutationem, conclusionem, ab Herenniano cap. 3. deinceps enumeratas ac definitas, Cicero I. 15. sqq. ita pertractat, ut definitiones non, ut ille, una serie conjunctas ponat, sed eas singularum partium tractationi præmittat, I. 15. 19. 24. 53. Verisimilius igitur est, Ciceronem Herenniani definitiones deinceps positas pro consilio suo dispersisse, quam illum hujus per plura capita sparsas definitiones unum in locum collegisse.

Herennianus I. 3. genera causarum quatuor facit: 'honestum, turpe, dubium, humile.' Cicero quinque ponit: 'honestum, admirabile, humile, anceps, obscurum.' Si Herennianus e Cicerone hausisset, cur e quinque his generibus unum omitteret? Contra si Ciceronem libros Rhetoricos ad Herennium, inter ceteros, e quibus præcepta sua derivaret, adhibuisse ponamus, non est mirandum, eum quatuor generibus apud illum repertis quintum addere voluisse, præsertim cum apud Græcos rhetores, ac fortasse in Hermagoræ Rhetoricis quinque ista inveniret, (a Quintiliano IV. 40. memorata,) *ἔνδοξον, ἄδοξον, ἀμφίδοξον, παράδοξον, δυσπαρακολούθητον.*

In præceptis de exordio auctori Rhetoricorum ad Herennium I. 4. fere ubique cum Cicerone I. 15. convenit, nisi quod hic structuram orationis plerumque variat, sæpius ab illo dicta brevius eloquitur, aliquoties quædam addit quæ apud illum haud reperiuntur. Interdum est eadem verborum apud utrumque series. Sic sententia Herenniani I. 5. extr. 'ab rebus ipsis benivolum efficiemus auditorem, si nostram causam laudando extollemus, adversariorum per contemtionem deprimemus,' iisdem verbis apud Ciceronem exprimitur.

De narratione similis est fere præceptorum apud utrumque ratio. Cicero tamen I. 19. definitionibus exempla subjungit, quæ non extant apud auctorem ad Herennium I. 8. Omnino, si diligentius ista capita comparaveris, facilius Herennianum a Cicerone additamentis auctum, quam illius præcepta ex hoc excerpta judicaveris. In virtutibus narrationum exponendis Cicero quædam omittit ab Herenniano dicta, v. c. exemplum ab hoc I. 9. allatum; quædam vero interponit, quibus ille caret, ut Inv. I. 20. locum de falsa imitatione brevitatis, et cap. 21. præceptum de non interponenda, aut cum obsit, aut cum nihil prosit, narratione.

Quam Herennianus I. 10. divisionem appellat, eam Cicero partitionem nominat I. 22. remque multo plenius, quam ille, et fusius tractat.

Quæ deinde Cicero I. 24-41. de argumentatione præcipit, ea non leguntur apud Herennianum, eorumque loco constitutionum definitiones apud eum sequuntur. I. 11. seqq.

Magna autem similitudo intercedit inter ea quæ Cicero de vitiis argumentationum, eorumque reprehensione, disserit I. 42. et locum auctoris ad Herenn. II. 20. de vitiosis argumentationibus. Uterque partim propriis, partim communibus exemplis utitur. Herennianus II. 20. vitiosam expositionem, qua id, quod raro fit, omnino fieri negatur, hoc exemplo illustrat: 'Nemo potest uno aspectu, neque præteriens in amorem incidere.' Ex Cicerone, qui eodem utitur, I. 44. simul discimus, hoc esse ex oratione Curionis pro Fulvio depromtum. Iterum hæc auctoris commemoratio, ni fallor, prodit eam a Cicerone, qui exemplum sine auctore ab Herenniano prolatum legerat, potius additam, quam ab hoc, si nomen Curionis apud Ciceronem legisset, omissam fuisse.

Magnopere vero attendendum est ad commemorationem loci Plautini, quo uterque (A. ad Her. II. 23. et Cic. de Inv. I. 50.) perperam abutitur ad poëtam sine causa reprehendendum. Uterque nimirum hosce versus e Trinummo,—

Amicum castigare ob meritam noxiam
Immune est facinus; verum in ætate utile
Et conducibile. Nam ego amicum hodie meum
Concastigabo pro commerita noxia;

reprehendit; et, quod non intellexit veram particulæ 'nam' significationem, Plautum 'infirmæ rationis' insimulat, quasi senex ille, quem hic loquentem inducit, ex eo quod ipse facturus sit, non ex eo quod fieri conveniat, utile quid sit ratiocinetur. At particula

'nam' hic, ut sæpe, ponitur, omissa brevi sententia, facile supplenda; ut hic intelligi potest, 'quod mihi quoque nunc usu venit,' ad quod referuntur ista, 'nam ego amicum,' &c. non autem, ut auctor ad Herennium, et Cicero, eum secutus, opinati sunt, ad sententiam: 'Verum in ætate utile et conducibile.'

Auctor ad Herennium II. 2. sqq. de causa conjecturali disserit, eam vero Cicero de Invent. II. 5-16. multo aliter pertractat. Causam legitimam ab Herenniano II. 9. explicatam Cicero alio loco II. 40. 42. 47. considerat, multumque ab Herennii præceptore discedit. Ubi autem hic agit de causa juridiciali II. 13. primum docet, quibus ex partibus jus constet. Hunc locum Cicero bis tractavit; primum in causa negotiali II. 22. deinde in genere deliberativo II. 53. sqq. Utroque tamen loco ejus disputatio latior et plenior est.

In locis de comparatione, de translatione criminis, de concessione, de remotione criminis, si Herennianum II. 14. 15. 16. 17. cum Cicerone Inv. II. 24. 26. 27. 31. contulerimus, facile hunc omnia multo, quam illum, copiosius tractasse perspexerimus.

De conclusione Herennianus agit II. 30. Cic. de Inv. I. 52. Uterque tres ejus partes facit, enumerationem, indignationem, (quam Herennii doctor amplificationem vocat,) conquestionem, s. ut Herennianus appellat, commiserationem. Conquestionis Cicero quindecim locos facit, Herennianus decem tantum, in quibus tamen ei cum Cicerone ita convenit, ut plerumque tantum oratio varietur, res fere eædem sint apud utrumque, nonnunquam etiam iisdem verbis expositæ. Iterum hic multo veri similius est, Ciceronem, quæ apud Herennianum non invenisset, supplevisse, quam Herennianum, Ciceronis libros manibus terentem, quædam omisisse. Notandum est præcipue, utrumque attulisse dictum, 'Nihil lacryma citius arescit,' quod Herennianus auctore non nominato profert, Cicero autem rhetori Apollonio Moloni tribuit.

Denique in genere deliberativo ac demonstrativo Cicero de Inv. II. 51-59. fere brevior est Herenniano III. 2-9.

Jam si quæratur, unde orta sit illa quæ inter Ciceronis et Herenniani libros intercedit similitudo, dixerit fortasse quispiam, hanc esse Græco cuidam scriptori tribuendam, quem uterque secutus sit, e. c. Hermagoræ, cujus libri ab utroque scriptore laudantur. Verum quo minus hæc nobis ratio satisfaciat, obstant versiculi poëtarum Latinorum ab utroque commemorati, ut Herenn. II. 25. com-

parato cum Cic. Rhet. I. 49. inprimis autem locus ille Plautinus, quem neuter potuit ex Hermagoræ libro sumere, et in quo reprehendendo uterque eodem modo erravit, quod sane vix fieri potuit, nisi alter esset ab altero in errorem inductus. Accedit, quod, si Græcum uterque librum vertisset, difficile sit explicare quomodo tot loca iisdem verbis potuerint ab utroque enuntiari.

Positum igitur sit nobis hoc inprimis, aut Herennianum Ciceronis Libros Rhetoricos, aut Ciceronem, cum Rhetorica scriberet, auctoris ad Herennium libros de Arte Rhetorica usurpasse, et quæ sibi viderentur idonea, inde in suum librum modo pressius, verbis servatis, modo leviter immutata transtulisse. Jam si vicerimus, Herennianum haud videri Ciceronis libros compilasse, eo ipso Ciceronem auctoris ad Herennium libros adhibuisse, ex iisque, quæ vellet, excerpsisse, docuerimus.

Præter loca jam a nobis supra utriusque auctoris consensionem comparantibus notata, quæ Ciceronem potius Herenniani textum, quem exscriberet, hic ibi supplevisse, quam hunc illius verba, quibusdam omissis, contraxisse produnt, præcipue observandum est hoc, quod Herennianus nusquam dicit, se Latinos quosdam artis scriptores secutum esse. Memorat tantum Græcos, et quæ illi inanis arrogantiæ causa sibi assumserint, a se relicta esse profitetur I. 1. Cicero autem lib. II. Rhetoricorum, etsi non magis, quam ille, Latinos de Arte Rhetorica, qui sibi præiverint, auctores laudat, dicit tamen cap. 2. sibi ab ultimo principio hujus præceptionis usque ad hoc tempus omnium scriptorum copias expositas ex iisque eligendi potestatem fuisse. Præterea auctor ad Herennium diserte significat IV. 7. nomina figurarum Latina, quæ de Græco converterit, remota esse a consuetudine; unde probabiliter colligitur, ei nullum rhetoris Latini librum cognitum fuisse, e quo figurarum Latina nomina sic jam usitata et propterea minus asperitatis habitura, petere posset. Denique auctor librorum ad Herennium I. 9. affirmat, sibi quæ de exordio et narratione dixerat, cum ceteris artis scriptoribus constare, nisi quod de insinuationibus nova excogitaverit, quod eas solus in tria tempora diviserit. Ex hoc loco jam Purgoldus (p. 304.) recte collegit, Herennianum Ciceronis libris Rhetoricorum uti non potuisse. Cicero enim Inv. I. 17. disertis verbis de iisdem tribus temporibus agit, quibus insinuatione potius, quam altero genere exordii, quod principium dicitur, utendum sit. Jam cum Cicero non dicat, se hæc præcepta pri-

mum invenisse, Herennianus autem sibi eorum inventorum laudem arroget, nec tamen ulla in eum vanitatis cujusdam suspicio cadat, nemo non videt Herenniani librum a Cicerone, non autem Ciceronis Rhetoricorum libros ab Herenniano usurpatos esse.

Ex quo consequitur, Rhetorica ad Herennium Ciceronis Rhetoricis s. de Inventione libris antiquiora esse. Quo anno Cicero libros istos scripserit, ex iis ipsis definiri non potest. Ultima enim historiæ Romanæ, quæ in iis tanguntur, facta sunt, prætura L. Opimii II. 34. A. U. C. 628. L. Licinii Crassi consulatus II. 37. A. U. C. 658. quo Cicero duodecimum annum agebat; denique C. Scribonii Curionis avi oratio pro Fulvio Flacco de incestu I. 44. quam Cicero ait se puero nobilem fuisse Brut. 32. Verum his nihil efficitur ad annum, quo Ciceroni libri de Inventione exciderunt, definiendum. Verisimile tamen est, id intra Ciceronis annum XX. et XXVI. factum esse. Purgoldo intra annum U. C. 670. et 672. Cic. XXIV. et XXVI. exiisse videntur.

Jam novissimus eventus, cujus in libris Rhet. ad Herennium mentio fit, est P. Sulpicii cædes, quæ incidit in annum U. C. 665. Itaque scribi potuerunt A. U. 666. vel duobus proxime sequentibus. Ex quo perspicuum est, temporis rationes nihil impedire, quo minus Cicero adolescens eos, cum de Inventione Rhetorica scriberet, adhibere potuerit.

IV.

Cornificium non esse auctorem Librorum ad Herennium demonstratur.

Duo fuere Ciceronis ætate Cornificii, pater et filius, probe distinguendi, ab ipso tamen Ernestio in Clave, et a Schmiedero (in libro, Histor. Philol. Bemerkungen zur Erläuterung der Briefe Cic. ad Div.) perperam confusi.

Q. Cornificius pater, fuit L. fil. Q. nepos. Quæsturam gessit urbanam A. U. C. 672. quo anno Cicero XXVI. annos natus causam P. Quintii defendit. Aliquot igitur annis Ciceronem ætate superaverit, necesse est, cujus postea competitor in consulatu fuit Att. I. 1. Hunc Ciceronis prope æqualem non est credibile librum conscripsisse, cui Cicero adolescens eam auctoritatem tribuerit, ut ex eo in suum tam multa transferret. Neque vero ullum apud auctores veteres, qui Rhetoricorum ad Herennium mentio-

nem vel faciunt, vel fecisse videntur, vestigium est, cui insistere possimus, ut Cornificio patri illos libros tribuendos esse nobis persuadeamus.

Itaque si Cornificio cuidam assignandi essent, certe alii nemini assignari possent, quam Cornificio filio, ad quem complures sunt Ciceronis Epistolæ XII. 17-30. quique ejus collega in auguratu fuit. Eum libros scripsisse certum est ex Cic. Epist. ad Fam. XII. 20. et de Arte Oratoria quoque scripsisse colligi potest ex Epist. XII. 17. ubi Cicero scribit, se ei librum suum de Optimo Genere Dicendi, h. e. eum, qui inscribitur Orator ad M. Brutum, missurum, in quo sæpe suspicatus sit Cornificium a judicio suo, sic scilicet ut hominem doctum a non indocto, paululum dissidere. Hunc ipsum igitur designari putamus a Quintiliano, cum Cornificium de arte oratoria non pauca scripsisse testatur Instit. Orat. III. 1. inprimis singularem librum de Figuris edidisse IX. 3. ubi, ‘Hæc omnia,’ inquit, ‘copiosius sunt executi, qui non ut partem operis transcurrerunt, sed proprie libros huic operi dedicaverunt, sicut Cæcilius, Dionysius, Cornificius, Visellius, aliique non pauci.’ At ex hoc ipso loco colligitur, Cornificium non esse librorum ad Herennium auctorem, quia doctrina de figuris verborum ac sententiarum in iis partem tantum facit libri quarti, Cornificius autem de his figuris, Quintiliano teste, singularem librum composuit. Sed aliud est argumentum et majus ex ipsa Cornificii junioris ætate petendum. Cum enim Cornificius pater A. U. C. 672. quæsturam urbanam gesserit, quam ex lege Villia annali ante trigesimum secundum ætatis annum petere haud licebat, illo anno potuit circiter XXXIV. annum agere. Ejus igitur filius A. U. 672. quo anno Ciceronis libri de Inventione jam extabant, ad summum puer decennis erat; natus scilicet A. U. 662. Jam A. U. 708. Cicero ad Atticum scribit, Flavium quendam dixisse, se pro Cornificio abhinc amplius annis XXV. spopondisse. Illa igitur sponsio incidisset in a. 683. quo tempore Cornificius fuisset adolescens XXI. annorum. A. U. C. 703. Cælius (ad Div. VIII. 7.) Ciceroni narrat Cornificium adolescentem Orestillæ filiam sibi despondisse. Hoc igitur factum, cum Cornificius junior annum XXXI. ageret. Manutius enim erravit, cum illum Orestillæ sponsum ejus Cornificii, qui esset Ciceronis in auguratu collega, filium suspicatus est; immo erat ille ipse Cornificius junior, quem postea in collegium augurum ascitum esse ex Ep. ad Div. XII. 17. perspicitur, ubi eum Cicero collegam

suum, scil. in auguratu, appellat. Ex hac igitur temporum comparatione manifesto perspicitur, Cornificium juniorem non posse auctorem haberi librorum ad Herennium, quippe qui ante Ciceronis libros de Inventione extiterint, circa a. 672. scriptos, quo anno Cornificius junior ad summum puer decennis erat. Porro Cicero A. U. C. 709. ad Cornificium, qui tum Africam pro consule obtinebat, (ad Div. XII. 23.) scribit: 'Habes formam rei publicæ, si in castris potest esse res publica, in quo tuam vicem sæpe doleo, quod nullam partem per ætatem sanæ et salvæ rei publicæ gustare potuisti.' Jam Cicero tempora perturbatæ rei publicæ ab annis post consulatum suum numerare solet. Is incidit in a. 690. quo anno Cornificius annum ætatis XVIII. agebat, et nondum ad rem publicam accesserat. Vere igitur Cicero dicere poterat, Cornificium, inde a quo per ætatem ei licuerit rem publicam capessere, nullam partem sanæ et salvæ rei publicæ gustasse.

Ex quibus omnibus inter se comparatis plane perspicitur, Cornificium juniorem libros ad Herennium per temporum rationes scribere haud potuisse.

V.

Libros Rhetoricorum ad Herennium a M. Antonio Gniphone scriptos videri.

Novam igitur conjecturam ante hos septem annos de auctore librorum ad Herennium proposui,[k] quam etiamnum ita probabilem judico, ut quæ illic exposui huc quoque si transtulero, operæ pretium facturus esse mihi videar.

Nimirum libros Rhetoricos ad Herennium scripsisse nobis videtur M. Antonius Gnipho, de quo Suetonius in libello de Claris Grammaticis pluscula memoriæ mandavit. Omnia, quæ de eo memorantur, in auctorem librorum ad Herennium conveniunt, nec ullum est indicium, quod repugnet.

Hic igitur M. Antonius Gnipho, Suetonio teste, 'ingenuus fuit, in Gallia natus, sed expositus, a nutritore suo manumissus est, ut aliqui tradunt, Alexandriæ institutus.' Auctor librorum ad Herennium se haud servilis conditionis, neque libertinum, sed inge-

[k] In Prolegg. ad Ciceronis Opera Rhetorica Lips. tribus voll. apud Goeschenium edita.

nuum fuisse prodit libro IV. extr. ubi Herennium civem Romanum 'cognatum' suum dicit.

Gnipho fuisse dicitur 'ingenii magni, memoriæ singularis.' Auctor librorum ad Herennium pro istius ætatis ratione sat beatum ingenium sibi fuisse ostendit, scientiæ copia, judicii acumine ac sinceritate, comta facundia. Memoriæ felicitatem in eo facile agnoscimus, partim ex ubertate exemplorum ex historia vel Græca vel Romana petitorum, partim quia tam naturalem quam artificialem memoriam oratori diligenter commendat lib. III.

Porro Antonius Gnipho fuit 'non minus Græce quam Latine doctus.' Eadem laus tribuenda est auctori librorum ad Herennium. Is non solum sibi cognitos esse Græcos de Arte Rhetorica libros profitetur I. 1. III. 23. sed in eorum lectione diligenter versatum esse ipsa rerum tractatione satis demonstrat. Quippe non solum technica quædam vocabula affert a se Latinis verbis expressa I. 3. II. 2. sed etiam in doctrina de figuris verborum et sententiarum Græcos ita sequitur, ut figurarum nomina Græca primus Latinis verbis reddere ausus sit IV. 7. Historiam Græcorum mythicam eum haud neglexisse, intelligitur ex I. 10. Latine doctum fuisse libri ejus satis superque declarant. Nam poëtas legit, Ennium II. 38. Pacuvium II. 39. Plautum II. 36. Lucilium IV. 12. Oratores Latinos eum cognovisse patet e lib. IV. c. 5. In historia autem Romana eum hospitem non fuisse, multa rerum gestarum exempla declarant, ab eo commemorata, ut I. 12. 15. II. 12. 13. III. 2. IV. 9. 13. 22. 27. &c.

Præterea Antonius Gnipho 'comi facilique natura fuit, nec unquam de mercedibus pactus, eoque plura ex liberalitate discentium consecutus.' Has laudes in auctorem librorum ad Herennium convenire planum fit ipso eorum procemio. 'Etsi negotiis familiaribus impediti vix satis studio suppeditare possumus, et id ipsum, quod datur otii, libentius in philosophia consumere consuevimus, tamen tua nos, C. Herenni, voluntas commovit, ut de ratione dicendi conscriberemus, ne aut tua causa noluisse nos, aut fugisse laborem putares.' Audis hominem comitate et facilitate insignem. 'Negotia familiaria' de quotidiana familiares i. e. discipulos docendi opera interpretor, 'studium' autem de meditatione ad scribendum collata. Cum deinde auctor ad Herennium pergit: 'non enim spe quæstus aut gloriæ commoti venimus ad scribendum, quemadmodum ceteri; sed ut industria nostra tuæ morem

gererem voluntati,' facile agnoscimus animum Gniphonis a lucri cupiditate alienum, ut qui ne de mercede quidem unquam pactus esset.

Docuit vero Gnipho, Suetonio auctore, 'primum in Divi Julii domo pueri adhuc, deinde in sua privata.' Docuit autem (præter Grammaticam) 'et Rhetoricam, ita ut quotidie præcepta eloquentiæ traderet, declamaret vero nonnisi nundinis.' Jam in auctore librorum ad Herennium nemo non intelligat magistrum eloquentiæ docendo exercitatum; multum autem declamasse hominem, cum ea quæ de pronuntiatione præcipit (de qua se primum omnium diligenter scripsisse profitetur IV. 11.) satis demonstrant, tum præcipue numerosa declamationum fragmenta, quorum exemplis doctrinam de figuris rerum et verborum illustrat. Hæc exempla omnia sua esse, non aliena, diserte testatur, et cur suis potius quam alienis usus sit exemplis, probabiliter docet IV. 6. sqq. et quanquam ea videtur expresse conscripsisse, ut in artis formam convenire possent IV. 7. tamen ea non poterant, nisi ab homine multum in declamatione versato, proficisci.

Pergit Suetonius: 'Scholam ejus claros quoque viros frequentasse aiunt; in his M. Ciceronem, etiam cum prætura fungeretur' (h. e. cum antea, tum etiam, cum jam prætor esset). Idem testatur Macrobius Saturn. III. 12. 'Antonius Gnipho, vir doctus, cujus scholam Cicero post fori laborem frequentabat.' Hinc igitur pronum est intelligere, unde illa multorum locorum in libris ad Herennium et Ciceronis Rhetoricis s. de Inventione libris similitudo orta sit. Nempe cum esset Ciceroni adolescenti propositum eligere, quodcumque placeret, ex omnium doctorum, quicumque fuissent, ab ultimo hujus præceptionis usque ad suum tempus expositis copiis, quidni etiam Gniphonis doctoris sui dictata s. libros ab eo scriptos in consilium adhiberet, ex iisque, quæ idonea viderentur, decerperet?

Deinde Suetonius Gniphonem multa scripsisse narrat. Auctor ad Herennium se, præter Rhetorica, de re militari et de administratione rei publicæ scripturum profitetur III. 3. (in quo, ne quis putet, hominem ipsum aut in castris et expeditionibus bellicis, aut in re publica domi gerenda versatum esse, cogitandum est, hæc omnia solum ad usum rhetoricum in consultationibus scripturum fuisse,) item de arte grammatica IV. 12. Et hoc quoque in Antonium Gniphonem convenit. Nam Atteius philologus, eodem

Suetonio referente, diserte scripsit, eum de Latino sermone duo libros edidisse. Ex his libris sumta videntur, quæ Quintilianus I. 6. memorat, cum ait, ‘sicut Antonius Gnipho, qui *robur* quidem et *ebur*, atque etiam *marmur* fatetur esse, verum fieri vult ex his *robura, ebura, marmura*.’ Et quod legitur apud Macrobium Saturn. III. 12. ‘Item Antonius Gnipho, vir doctus, cujus scholam Cicero post laborem fori frequentabat, Salios Herculi natos probat in eo volumine, quo disputat, quid sit *festra*, quod est ostium minusculum in sacrario, quo verbo etiam Ennius usus est.’

Quod vero idem Atteius retulit, Gniphonem hæc tantum de Latino sermone volumina scripsisse, cetera discipulorum ejus, non ipsius esse, id neque Suetonius probasse videtur, nec est credibile, tot libros omnes ejus nomine falso inscriptos fuisse, qui essent a discipulis editi. Fieri contra facile potuit, ut Gniphonis libri, cum in bibliothecis discipulorum reperirentur, his tanquam auctoribus tribuerentur, apud quos essent reperti.

Restat, ut doceamus, Gniphonis ætatem convenire libris ad Herennium de Arte Rhetorica scriptis.

Gniphonem a Cicerone auditum esse scribit Suetonius, etiam cum prætura fungeretur, h. e. ab eo non solum adolescente, sed prætore quoque auditum esse; eundem jam docuisse C. Julio Cæsare puero, neque tamen ultra quinquagesimum annum vixisse. Jam Cæsar natus est A. U. 654. fuitque puer decennis a. 664. Cicerone annum XVIII. agente. Hic igitur annus si Gniphonis fuit vicesimus quartus, natus est A. U. C. 640. Illo ætatis anno hominem ingenio pariter ac doctrina fretum jam docere et scribere cœpisse consentaneum est. Itaque Rhetorica ad Herennium facile scribere potuit A. U. 668. XXVI. annos natus. Et cum Cicero præturam gereret A. U. 687. Gnipho, quem ille declamantem etiam tum audisse dicitur, XLV. ætatis annum agebat, triennio post A. U. 690. quinquagesimo ætatis anno mortuus. Quicquid sit, hoc certe efficitur, Antonii Gniphonis scholas jam a Cicerone adolescente frequentari, illiusque Libros Rhetoricos per temporis rationem adhiberi potuisse, cum ipse libros de Inventione circa A. U. 670. vel 672. conscriberet.

Ceterum ut dilucidius perspiciatur, nihil esse in temporis ordine, quod a conjectura nostra de Gniphone librorum Rhetoricorum auctore abhorreat, hanc tabulam, in qua singulas res, de quibus hic agitur, annis suis alligavimus, non inutile visum est subjicere :—

A. U. C.

640. Antonius Gnipho natus videtur.

647. Cicero nascitur.

654. C. Jul. Cæsar nascitur.

662. Hoc anno natus esse potuit Q. Cornificius Q. fil.

664. Gnipho XXIV. annos natus Grammaticam et Rhetoricam docet in domo C. Jul. Cæsaris h. a. pueri decennis. Eum jam tum Cicero audisse videtur adolescens XVII. annorum.

668. Hoc anno Gnipho videtur libros ad Herennium composuisse. Cornificius fil. tum ad summum puer sexennis erat.

672. Cicero Libros Rhetoricos s. de Inventione scribit, in quibus libros ad Herennium multis locis adhibuit. Eodem anno Cornificius pater quæsturam gessit.

679. Cornificius fil. scholas Gniphonis frequentat.

683. Hoc anno Ciceronem pro Cornificio spopondisse Flavius dixit A. U. 708.

687. Cicero prætor Gniphonis scholas frequentare pergit.

690. Gnipho mortuus videtur, anno ætatis, ut Suetonius scribit, quinquagesimo.

Circa hoc tempus Cornificius fil. libros suos de Arte Oratoria scribere potuit, in quibus etiam Gniphonis libris ad Herennium scriptis usus est.

708. Cicero epistolam ad Cornificium hoc tempore Africam pro prætore regentem scribit (XII. 17. ad Div.) in qua ei se Oratorem suum missurum nuntiat.

CAPUT II.

DE CICERONIS RHETORICORUM LIBRIS.

ETSI contans multorum opinio fuit, Ciceronem adolescentem Artem Rhetoricam quatuor libris complexum esse, quorum priores tantum, qui sunt de Inventione, ætatem tulerint, reliqui duo perierint, nobis tamen potior eorum sententia videtur, qui Ciceronem hæc Rhetorica inchoasse quidem, sed non ad finem perduxisse statuunt. Illustris de ea re locus est ipsius Ciceronis de Oratore I. 2. ubi diserte ait, hos libros sibi puero aut adolescentulo ex commentariolis suis inchoatos ac rudes excidisse. Hic primum verbum 'excidisse,' quo Cicero utitur, significat, se istos libros non consulto edidisse, sed casu quodam eos in manus hominum pervenisse. Similiter Antonius, quem Cicero loquentem inducit

Orat. I. 21. ‘ Tumque ego . . . scripsi quodam in libello, qui me imprudente et invito excidit et pervenit in manus hominum.’ Deinde cum Tullius dicit, libros istos Rhetoricos sibi inchoatos et rudes excidisse, proculdubio significat, se istos libros partim non consummasse, non ad finem perduxisse, partim iis extremam manum haud admovisse. Ac negligentiæ quidem, in qua limæ laborem desideraveris, vestigia in his libris occurrunt quædam, ut cum locus de partibus juris bis tractatur II. 22. et II. 53. Sunt quidem, qui putent, vocabulum ‘ inchoata ’ apud Ciceronem isto loco Orat. I. 21. nihil aliud ac ‘ rudia ’ significare. Sed cur scriptor in libro omnium politissimo bis idem diceret?

Itaque maneat nobis Ciceronem istis verbis, ‘ quæ pueris aut adolescentulis nobis ex commentariolis nostris inchoata et rudia exciderunt,’ non solum hoc affirmasse, libros Rhetoricos rudes, i. e. haud satis expolitos, sibi videri, sed etiam inchoatos tantum, nec ad finem, quem intenderat, perductos esse. Ciceronem enim universam artem rhetoricam his libris complecti voluisse, perspicuum est ex I. 7. et ex clausula libri II. ‘ Nunc quoniam omne in causæ genus argumentandi ratio tradita est, de inventione, prima ac maxima parte rhetoricæ, satis dictum videtur. Quæ quoniam et una pars ad exitum hunc ab superiore libro perducta est, et hic liber non parum continet literarum, quæ restant in reliquis dicemus.’

Sed eum vel omnino consilium reliquos libros perficiendi abjecisse, vel saltem eos in vulgus haud edidisse, gravissimum hoc est argumentum, quod neque Quintilianus unquam alios Rhetoricorum Ciceronis Libros, præter duo priores, quos habemus, laudavit, nec Fabius Marius Victorinus in plures, quam duo istos libros, qui sunt de Inventione, commentarium edidit.

Libros rhetoricos Ciceronis Quintilianus diserte his locis laudat:

Instit. Orat.	III.	6. 49.	Cic. de Inv.	I.	8.
— —	III.	11. 10.	— —	I.	14.
— —	III.	5. 14.	— —	I.	6.
— —	III.	6. 57.	— —	I.	11.
— —	II.	15. 6.	— —	I.	5.

Aliis locis Quintilianus ita vel respexit Ciceronis Libros Rhetoricos, vel etiam quædam ex iis excerpsit, ut expresse eos haud nominaverit. Et hi quidem jam sequuntur.

Quintil. II. 17. 2. 'Transeamus igitur ad eam quæstionem, quæ sequitur, an rhetorice ars sit. Quod quidem adeo ex iis, qui præcepta dicendi tradiderunt, nemo dubitavit, ut etiam ipsis librorum titulis testatum sit, scriptos eos de arte rhetorica: Cicero vero etiam, quæ rhetorice vocetur, esse artificiosam eloquentiam dicat.' Locus est apud Cic. de Inv. I. 5.

Quintil. V. 10. 6. 'Quidam epicherema rationem appellarunt, Cicero melius ratiocinationem; quanquam et ille nomen hoc duxisse magis a syllogismo videtur. Nam et statum syllogisticum ratiocinativum appellat, exemplisque utitur philosophorum. Et quoniam est quædam inter syllogismum et epicherema vicinitas, potest videri hoc nomine recte abusus.' 'Ratiocinationis' vocabulo utitur Cicero de Inv. I. 31. et sæpius; status autem 'ratiocinativus' occurrit ibid. I. 13.

Quintil. V. 10. 78. 'Illa quoque, quæ ex rebus mutuam confirmationem præstantibus ducuntur, quæ proprii generis videri quidam volunt, et vocant ἐκ τῶν πρὸς ἄλληλα, Cicero ex rebus sub eandem rationem venientibus, fortiter consequentibus junxerim: 'Si portorium Rhodiis locare honestum est, et Hermacreonti conducere.'' Locus est ap. Cic. de Inv. I. 29.

Quintil. V. 11. init. 'Tertium genus ex iis, quæ extrinsecus adducuntur in causam, Græci vocant παράδειγμα, quo nomine et generaliter usi sunt in omni similium appositione, et specialiter in iis quæ rerum gestarum auctoritate nituntur. Nostri fere similitudinem vocare maluerunt, quod ab illis παραβολὴ dicitur, hoc alterum exemplum: quanquam et hoc simile est, et illud exemplum. Nos quo facilius propositum explicemus, utrumque παράδειγμα esse credamus, et ipsi appellemus exemplum. Nec vereor, ne videar repugnare Ciceroni, qui collationem separat ab exemplo. Nam idem omnem argumentationem dividit in duas partes, inductionem et ratiocinationem,' &c. Respicit Quintilianus Ciceronis de Inv. I. 29. et 31. Locum de collatione iterum tangit V. 11. 23.

Quintil. V. 14. 5. 'Epicherematos et quatuor, et quinque, et sex etiam factæ sunt partes a quibusdam: Cicero maxime quinque defendit,' &c. Hoc loco Quintilianus respexit ad Cic. de Inv. I. 34.

Ex horum locorum inductione manifestum est Quintilianum nunquam alium Ciceronis Rhetoricorum librum excitare, quam pri-

mum et secundum, quos auctori superstites habemus. Unus tamen superest locus Quintiliani, qui dubitationem afferre possit; nimirum III. 3. 6. ubi agit de quinque artis rhetoricæ partibus, inventione, dispositione, elocutione, memoria, pronuntiatione. Ibi 'Et Cicero quidem,' inquit, 'in Rhetoricis judicium subjecit inventioni.' Hic primum optime Spaldingius post Regium monuit, Quintilianum nullum alium librum, (si modo vera sit lectio *in Rhetoricis*,) quam libros Rhetoricorum, quos adolescens scripserat, intelligere potuisse. Nam Gesnerus quidem et Jo. Theoph. Ernesti in Lexico Technol. Rom. Rhetoricæ errabant, cum id, quod Quintilianus illic affert ex Rhetoricis, in Orat. ad M. Brutum quærendum esse putabant. Sed si vera est apud Quintilianum lectio *in Rhetoricis*, memoria sine dubio lapsus est. Primum enim Cicero in his libris I. 7. diserte quinque partes artis rhetoricæ facit, nulla mentione judicii injecta. Deinde nec alibi in libris de Inventione uspiam occurrit locus, ubi judicium inventioni subjecerit. Nempe illud 'subjicere' apud Quintilianum, quod recte Spaldingius monuit, non est i. q. 'secundam partem numerare,' sed potius tanquam partem sub genere comprehendere, sicut postea Hermagoram dicit judicium, partitionem, ordinem, quæque elocutionis sunt, œconomiæ subjecisse. Restaret igitur, ut Cicero in reliquis Rhetoricorum Libris, quos nonnulli deperditos opinantur, tale aliquid dixerit. Qui autem hoc fieri potuit, cum Cicero totum locum de inventione prioribus duobus libris absolvisset, et protinus libro tertio ei de altera parte rhetoricæ, nempe de dispositione, agendum fuisset? Itaque hic aut prorsus errasse Quintilianum, aut lectionem *in Rhetoricis* falsam esse necesse est. Si legamus *in Oratoriis*, quo nomine Quintil. III. I. 20. libros *de Oratore* appellat, dicamus licet Quintiliano obversatum locum illum l. I. de Orat. c. 31. 'cumque esset omnis oratoris vis ac facultas in quinque partes distributa, ut deberet reperire primum, quid diceret, deinde inventa non solum ordine, sed etiam momento quodam atque judicio dispensare atque componere.' In quo tamen alium memoriæ errorem illusisse Quintiliano necesse esset, cum Cicero h. l. judicium non inventioni, sed dispositioni potius subjecerit. Nisi forte Quintilianum istum libri de Oratore locum ita in codice suo legisse nobis persuadeamus: 'ut deberet reperire primum et judicare, quid diceret,' (sicut in Oratore ad M. Brutum c. 14. ait, oratorem invenire et judicare, quid dicat,) 'deinde inventa non solum ordine, sed etiam momento quo-

dam dispensare atque componere.' Ita cum Quintilianus huic loco Partitiones Oratorias et Oratorem opponat, 'in quibus (s. ut legendum videtur, *in quibus libris*) postea scriptis certior ejus sententia sit,' habemus locum similem Instit. Orat. IX. 3. 90. 'Nam in primis M. Tullius multas (figuras) in tertio de Oratore libro posuit, quas in Oratore postea scripto transeundo videtur ipse damnasse.' Quicquid sit, nam liquido affirmare hic nihil possumus, hoc saltem certissimum est, ex illo loco Quintiliani haud effici, eum tertium aut quartum Rhetoricorum Ciceronis libros legisse.

Neque vero Quintilianus tantum, præter lib. I. et II. Ciceronis Rhetoricorum, reliquos ignoravit, verum etiam grammatici Romani, qui illa Rhetorica laudant, non nisi primi et secundi libri mentionem faciunt.

Quæ cum ita sint, Ciceronem adolescentem statuimus Rhetorica scribere aggressum, totam quidem dicendi artem complecti voluisse; sed opus inchoatum haud perfecisse, certe plures quam duo priores libros, qui sunt de Inventione, nunquam editos in manus hominum venisse; eumque auctoris ad Herennium seu libros ipsos sive dictata quædam istis libris similia sic adhibuisse, ut quædam ex iis describeret, quædam amplificaret, nonnulla corrigeret, plurima vero vel suopte ingenio excogitata, vel apud alios scriptores reperta addidisse, atque hoc modo, ut ipse senex dixit, in incunabulis puerilis disciplinæ quendam ordinem præceptorum instituisse; in quibus ex omnibus unum in locum coactis scriptoribus, quod quisque commodissime præcipere videretur, excerpserit, et ex suo quoque nonnihil in commune contulerit.

Ceterum hos libros nemo veterum *de Inventione* inscriptos fuisse dicit; Quintilianus potius locis supra laudatis, ubi hos libros diserte memorat, semper Rhetorica appellat; quibus duo addendi sunt; alter Inst. Orat. II. 14. 4. 'Denique cum M. Tullius etiam ipsis librorum, quos hac de re primum scripserat, titulis Græco nomine utatur, profecto non est verendum, ne temere videamur oratori maximo de nomine artis suæ credidisse.' Alter III. 1. 20. 'Præcipuum vero lumen, sicut eloquentiæ, ita præceptis quoque ejus dedit unicum apud nos specimen orandi docendique oratorias artes M. Tullius; post quem tacere modestissimum foret, nisi et Rhetoricos suos ipse adolescenti sibi elapsos diceret, et in Oratoriis hæc minora, quæ plerique desiderant, sciens omisisset.'

ELENCHUS ALPHABETICUS

NONNULLORUM SCRIPTURÆ COMPENDIORUM

QUÆ IN VV. LL. OCCURRUNT.

A.	Codex Ms. Rhetoricorum ad Herennium, inter codices Laudinos in Bibl. Bodl. E 5. recens et chartaceus; hic illic autem folium membranaceum inseritur. A Th. Hearnio collatus.
Ald.	Editio Aldi (Pii Manutii Romani) et Asulani, Venet. 1519. qua editione in Rhet. ad Herenn. usus est C. G. Schutzius; et ed. Aldina Rhetoricorum an. 1514. in libris de Inventione, &c. quam ed. citat J. A. Ernesti in Libris Rhetoricis.
Alt.	Codex Altorfinus, cujus lectiones C. G. Schutzius in Ciceronis Rhetoricis Lipsiæ ap. Gœschenium editis excerpsit.
Asc.	Editio Ascensiana Ciceronis Operum, Paris. 1511.
Aug.	Codex Augustanus, cujus lectiones C. G. Schutzius in Ciceronis Rhetoricis Lipsiæ ap. Gœschenium editis excerpsit.
B.	Codex Ms. vetustus, in membranis, Topica ad Trebatium et de Inventione Rhetoricæ libros duos continens, inter Mss. Laudinos F 106. : a Th. Hearnio collatus.
Ball.	Codex in bibliotheca Balliolensi, Oxon. a Th. Cockmanno collatus. Vid. β in hoc Elencho.
BC.	Boëthius in ejus Commentario.
Bellaq.	Liber Ms. Bibliothecæ Regiæ ad fontem Bellaquensem, quem citat Janus Gruterus, in Topicis.
Bip.	Editio Bipontina Ciceronis Operum, 1780.
Bodl.	Codex in bibliotheca Bodleiana, quem Th. Cockmannus contulit. Vid. α in hoc Elencho.
Bruil.	Codex Bruilerensis, a Jano Grutero citatus.
BV.	Varietas lectionis selecta Boëthii ex ed. Ven. 1503.
Cant.	Codex in bibliotheca Academiæ Cantabrigiensis, quem Zach. Pearcius contulit.
Cass.	Variæ lectiones codicis Cassellani librorum de Inventione, quas Cortius in margine Verburgiano scripserat.
Cauch.	Codex Jo. Cauchii, Ultrajectini, quo usus est J. G. Grævius.

Colin.	Simonis Colinæi editio Ciceronis Operum, Paris. 1543.
Colon.	Ms. quo usus est Janus Guilielmius.
Cort.	Excerpta codicis in exemplo Verburgiano, e bibliotheca Cortiana emto, ignota manu scripta, et quæ citat J. A. Ernesti.
Crat.	Andr. Cratandri editio Ciceronis Operum, Basil. 1528.
Cujacii Ms.	Ms. Jac. Cujacii, quem Janus Guilielmius laudavit, et quem in Bruto Ciceronis diversum esse Gruterus statuit ab altero quem Lambinus hoc nomine insignivit; in Verrinis Orationibus eundem esse suspicatus est.
Dresd.	Codex in Biblioth. Regia Dresdensi.
Duisb.	Codex Duisburgensis, quem contulit J. G. Grævius.
Ed. 1474.	Editio Rhetoricorum ad Herennium, Romæ, per Vendelinum de Wila, 1474.
Ed. s. l. et a.	Liber vetustus, servatus in bibliotheca Universitatis Lipsiensis. Müller ait, 'Prior pars hujus voluminis continet libros de Finibus, Venet. 1471. altera libros de Oratore: in fine sunt libri de Officiis et quatuor scripta Ciceronis minora, Venet. 1470.'
Erf.	Codex Erfurtensis, optimus et antiquissimus eorum qui ab J. G. Grævio collati erant.
Erl.	Codex Erlangensis, ab J. A. Ernestio et Th. Chr. Harlessio collatus.
Ern.	Editio Ciceronis Operum, ex recensione Jo. Aug. Ernesti, Hal. 1820. cujus textum exhibendum curavimus.
Fabricii membr.	Membranæ Francisci Fabricii, quibus usus est Janus Guilielmius.
Flor.	Ms. Florentinus, quem contulit Jac. Gronovius.
G.	Codex Ms. Laud. F 3. membr. continens Rhet. ad Herenn. bene scriptus. A Th. Hearnio collatus.
Gembl.	Codex Gemblacensis, quem citat Janus Gruterus.
Gonv.	Codex in bibliotheca Collegii Gonvillo-Caiensis, Cantab. quem contulit Zach. Pearcius.
Gothofr.	Editio Ciceronis Operum per Dionys. Gothofredum, Lugd. Bat. 1588.
Græv.-Burm.	Grævio-Burmanniana editio Rhetoricorum ad Herenn. et libb. de Invent. Lugd. Bat. 1761.
Grævii Ms.	Ms. quem contulit J. G. Grævius.
Grev.	Ms. Grevenbuchianus Jani Gruteri, continens libros de Inventione.
Groning.	Codex Groninganus, a Verburgio collatus.
Gronov. Jac.	Editio Ciceronis Operum per Jac. Gronovium, Lugd. Bat. 1692.
——— J. F.	J. Fr. Gronovius in Observationibus.
Grut.	Editio Jani Guilielmii et Jani Gruteri. Hamb. 1618.
Gryph. A, B, C.	Tres codices Antonii Gryphii, quorum lectiones memorat Jo. Mich. Brutus.

Guelf.	Ms. membranaceus in bibliotheca Guelferbytana, quo usus est J. A. Ernesti.
Guelf. 1.	Codex membranaceus in bibliotheca Guelferbytana, inter Gudianos N. 2. fol.
Guelf. 2.	Codex membranaceus in eadem bibliotheca, Gudianus 38. fol.
Guelf. 3.	Codex membranaceus ibidem asservatus, [August. 12. 1314.]—Hos tres codices Jac. Frid. Heusingerus contulit.
Guilielmii Ms.	Exemplar cui Janus Guilielmius ascripserat varias lectiones vel a se vel ab aliis erutas.
Hahn.	Varietas lectionis ed. Hahniensis, a. 1468.
Harl. 1. 2.	Codices duo Edvardi Comitis Oxoniæ, a Zach. Pearcio collati.
Harless.	Dialogi tres de Oratore. Ed. Gottl. Chr. Harless. Lips. 1816.
Hervag.	Editio Ciceronis Operum, Basil. 1534.
Hitt.	Ms. Hittorpianus, quem citat Janus Gruterus.
Joan.	Codex in bibliotheca Collegii S. Joannis Baptistæ, Oxon. a Th. Cockmanno collatus. Vid. Z. in hoc Elencho.
Jun.	Ms. Junianus, quem contulit J. F. Grævius, in libris de Inventione.
Junt.	Editio Ciceronis Operum, studio Petri Victorii. Venet. ap. Luc. Ant. Juntam, 1534.—J. A. Ernesti usus est editione Juntina Rhetoricorum anni 1508.
L.	Codex membranaceus Ms. Bodl. 505. continens libros ad Herenn. et de Inventione : a Th. Hearnio collatus.
Lall.	Editio Ciceronis Operum, per J. N. Lallemand. Paris. 1768.
Lamb.	Editio Ciceronis Operum, a Dionysio Lambino. Paris. 1584.
Lamb. Mss.	Lambiniani Mss. Vid. Beckii Præf.
Laud.	Ms. Laudianus, Oxoniensis, a Jac. Gronovio citatus.
Leid. 1. 2. 3. 4.	Quatuor Leidenses Mss. quos contulit Franciscus Oudendorpius. Primi tres erant membranacei, et alter chartaceus anni 1459.
Leonic.	Leoniceni liber, quem citat J. Mich. Brutus.
Lips.	Codex membranaceus bibliothecæ Lips. Academicæ, quem contulit J. A. Ernesti.
M.	Codex vetustus membranaceus, libros duos de Inventione comprehendens, inter codices Reverendiss. Barlovii in Bibl. Bodl. n. 40. liber nitidus : a Th. Hearnio collatus.
Magd.	Codex in bibliotheca Collegii Magdalenensis, Oxon. quem Th. Cockmannus contulit. Vid. γ in hoc Elencho.

Manut.	Editio Ciceronis Operum per Manutios, Venetiis 1583.
Marg. ed. Crat.	Variæ lectiones in margine ed. Cratandri, ab J. G. Grævio in suis notis commemoratæ.
Mead.	Codex Richardi Mead, M.D. a Th. Cockmanno collatus.
Med.	Editio Rhetoricorum, Mediol. 1474. per Anton. Zarotum Parmensem.
—— 1478.	Veneta editio hujus anni.
—— 1498.	Editio Ciceronis Operum per Alex. Minucianum, Mediol. 1498.
Medic.	Codex vetustus bibliothecæ Mediceæ, cujus varr. lectt. citat Jac. Gronovius.
Mel.	Editio librorum de Oratore, a Philippo Melanthone, Hagenoæ, 1525.
Memmii Mss.	Mss. quos Dionysius Lambinus habuit ab Errico Memmio.
Müll.	Editio librorum de Oratore, e recensione Ottonis Maurit. Müller, Lips. 1819.
Naug.	Editio Aldina, a Naugerio curata, Venet. 1519.
Norf.	Codex in bibliotheca Regiæ Societatis, quem ei dono dedit Dux Norfolciæ, et quem Zach. Pearcius contulit.
Nov.	Codex in bibliotheca Collegii Novi, Oxon. cujus in margine sunt variantes lectiones, quæ *Excerpta Nov.* vocantur. A Th. Cockmanno collatus. Vid. δ in hoc Elencho.
Oliv.	Editio Ciceronis Operum, per Jos. Olivetum, Oxon. 1783.
Omnib.	Editio Rhetoricorum, curante Omnibono, an. 1476. sine loco.
Orell.	Ciceronis Opera, per Jo. Casp. Orellium, Turici, 1826.
Oud. Mss.	Quatuor Leidenses et tres Vossiani Mss. a Fr. Oudendorpio citati.
Pall. 1. 2. 3. 4. 5. 6.	Sex Palatini codices, quibus usus est Janus Gruterus, et quorum secundus, quartus, et sextus ceteris erant antiquiores; primus vero secundusque tertio meliores.
Pearcius.	Editio librorum de Oratore, per Zach. Pearce, olim episcopum Roffensem, Lond. 1795.
Pecc.	Ms. Peccianus, Topica continens, quem citat Janus Gruterus.
Pith.	Codex Petri Pithœi, ab J. G. Grævio collatus.
Putean.	Codex Claudii Puteani, quem citat J. G. Grævius.
R.	Codex recens chartaceus in bibliotheca Collegii Lincolniensis, Rhet. ad Herenn. et orationem pro Sex. Roscio Amerino secundam continens, fol.: a Th. Hearnio collatus.
Reg.	Excerpta codicis in Regia Bibliotheca, Paris. librum de Claris Oratoribus continens; a J. N. Lallemando citata.

Riv.	Jo. Rivius in ejus castigationibus ad librum de Claris Oratoribus.
Sch.	Ms. Vossianus, cui in margine vetustissima Scholia sunt adjecta. Ab Fr. Oudendorpio citatus in libris de Inventione.
Schutz.	Editio Ciceronis Operum, edente Chr. Godofr. Schutzio, Lips. 1814.
Car. Steph.	Editio Ciceronis Operum, per Car. Stephanum, Paris. 1554.
Rob. Steph.	———————— per Rob. Stephanum, Paris. 1543.
Strebæus.	Editio librorum de Oratore, per Jac. Lodoicum Strebæum, Paris. 1557.
Suffridi Pet. chart.	Suffridi Petreii chartaceus, cujus diversitatem lectionis Janus Gruterus notavit.
Than.	Editio librorum de Oratore, Lipsiæ, ap. Thannerum, 1515.
Traj.	Ms. Trajectinus, cujus variationes lectionis Arn. Drakenborchius alleverat ed. Gronovianæ an. 1692. et quas Burmannus in sua ed. Rhetoricorum inseruit.
Tur.	Ms. membranaceus sæculi XII. vel XIII. quem Jo. Casp. Orellius consuluit in libris ad Herenn. et de Inventione.
Turnebi Mss.	Mss. quibus usus est Adr. Turnebus.
U.	Volumen in membranis, et majoris formæ, complectens Quæstt. Tusc. &c. Extat autem in Biblioth. Coll. Lincolniensis, et scriptum fuit anno 1420. A Th. Hearnio collatum.
Venet.	Editio Ciceronis Operum, studio Petri Victorii, Venet. ap. Luc. Ant. Juntam, 1534.—Exemplo Veneto anni 1478. usus est Zach. Pearcius, et altero anni 1485. J. A. Ernestius.
Verburg.	Editio Ciceronis Operum, per Isaacum Verburgium, Amst. 1724.
Vict.	————————, per Petr. Victorium. Venet. ap. Luc. Ant. Juntam, 1534.
Vit.	Codex chartaceus Vitebergensis bibliothecæ Academicæ, a. 1432. quem contulit J. A. Ernesti.
Voss. 1. 2. 3.	Tres Vossiani membranacei Mss. quos contulit Fr. Oudendorpius.
W.	Codex membranaceus, qui annos CCC. superat, libros duos de Inventione continens; collatus a Th. Hearnio, quocum communicavit Th. Rawlinson.
Wag.	Codex olim Domini Wagstaffe, nunc vero Coll. S. Joannis, Cantab. quem contulit Th. Cockmannus. Vid. ε in hoc Elencho.
Wald.	Exemplum Venetum Waldarferi, an. 1470. quo usus est J. A. Ernesti.

Wetzel. Editio continens Scripta Rhetorica Minora, per Jo. Chr. Frid. Wetzel. Lignitii, 1807.

Winkl. Codex membranaceus e bibliotheca Winkleii, quo usus est J. A. Ernesti.

Z. Codex Ms. in Bibliotheca Johannis Baptistæ, Oxon. libros de Oratore continens: a Th. Hearnio collatus. Hoc quoque Msto usus est Th. Cockmannus, qui eum *Joan.* nominavit.

α Codex Ms. libros de Oratore continens, in Bibl. Bodl. Qu. E. N. 81. quem contulit Th. Hearnius. Th. Cockmannus quoque usus est hoc Ms. et eum nominavit *Bodl.*

β Codex Ms. Collegii Balliolensis, libros de Oratore continens; a Th. Hearnio collatus. Hoc Ms. usus est Th. Cockmannus, qui eum *Bal.* vocavit.

γ Codex Ms. Collegii Magdalenensis, Oxon. libros de Oratore continens, quem contulerunt Th. Hearnius et Th. Cockmannus, qui eum *Magd.* vocavit.

δ Codex Ms. Collegii Novi, libros de Oratore continens, quo usus est Th. Hearnius, et quem Th. Cockmannus contulit sub nomine *Nov.*

ε Codex Ms. Domini Wagstaffe, libros de Oratore continens, a Th. Hearnio collatus. Hoc Ms. usus est etiam Th. Cockmannus, qui eum *Wag.* vocavit.

θ Codex membranaceus, libros de Inventione continens, quem Th. Hearnius contulit.

κ Codex membranaceus: continet libros de Inventione, de Amicitia, et, quos non contulit Th. Hearnius, Rhetor. ad Herenn. libros quatuor.

ρ Codex membranaceus Collegii Mertonensis: continet Topica Ciceronis cum Commentario Boëthii, scripta, ut videtur, ante annos DC. A Th. Hearnio collatus.

ψ Codex Ms. in Bibliotheca Collegii Balliolensis, Oxoniæ, a Th. Hearnio collatus.

ω 1. 2. Duo codices membranacei in bibliotheca Ecclesiæ Cathedralis et Metropoliticæ S. Petri apud Eboracum. In utroque extant libri ad Herennium et de Inventione. A Th. Hearnio collati.

INCERTI AUCTORIS,[a]

SEU,

UT DOCTIS QUIBUSDAM VIDETUR,

CORNIFICII,[b]

RHETORICORUM

AD C. HERENNIUM[c]

LIBER I.[1]

ARGUMENTUM.

Libro primo Cornificius, sive quisquis librorum auctor est, de quo parum utique inter doctos constat, hoc inquam libro agit, pauca præfatus, de oratoris officio, tribus causarum generibus, c. II. et de inventionis partibus, de exordio c. III.—VII. de narratione c. VIII.—X. et de confirmatione et confutatione, quæ quoniam ex causæ cujusque constitutione pendet, de tribus constitutionibus causarum, conjecturali, legitima, et juridiciali, præcipit c. XI.—XVII.

I. 1. [*Ed. Ald. p.* 1.] Etsi negotiis[2] familiaribus impediti, vix satis otium studio[3] suppeditare possumus,[4] et id

1 In inscriptione hujus libri in Mss. et edd. est diversitas lectionis. Orell. habet *Incerti Scriptoris Rhetoricorum ad C. Herennium.* Al. *Incerti Auctoris ad C. Herennium.* Vulg. *Rhetoricorum ad C. Herennium, &c.* Vid. Nott. Varr. ac etiam Procem. Schutzii, huic libro præfixum.—2 L *in negotiis.*—3 Schutz. e conj. Lamb. delevit *otium.* Defendit Wetzel. sed ipsam propter construc-

NOTÆ

a *Incerti auctoris*] Rhetoricorum libros ad Herennium Ciceronis non esse, hæc mihi quidem argumenta convincere videntur. Character orationis ac stylus, ut inelegans non sit, a Tulliano certe discrepat. Occurrunt passim vocabula duriora: § 7. 'inapparatio;' § 29. 'inimicitiarum persequentissimus;' § 25. 'in potestatibus fuisse;' § 26. 'causa supersedenda;' § 39. &c. 'item vitiosum' ad nauseam et plus vicies repetitum.

ipsum, quod datur otii, libentius in philosophia consumere consuevimus, tamen tua nos, C. Herenni, voluntas commo-



tionem verbi *satis*, est suspectum; quocirca Orell. eam vocem uncis inclusit. Mss. teste Grævio, *satis otium supp.* omisso *studio.* '*Studio* abest a codd. quibusdam bonis, sed edd. pr. constanter servant.' *Ern.* Vulg. *satis otium studio*

NOTÆ

Et lib. III. § 3. 'mentitiones;' § 4. 'disciplinabilis scientia;' § 36 'eclipses solis ac lunæ.' Denique l. IV. § 12. 'urbs conflagrata;' et alia id genus Tullio inusitata. Quid, cum scriptor ad Herenn. definit l. I. § 13. 'fabulam neque veras neque verisimiles continere res, ut has quæ tragœdiis traditæ sunt; historiam' (quod ipsum adolescenti Tullio excidit l. I. de Inv.) 'esse rem gestam, sed ab ætatis nostræ memoria remotam?' Quid, cum ait lib. II. § 19. 'naturam esse jus quod cognationis aut pietatis causa observetur,' § 30. 'argumentationem brevissimam esse tripartitam,' et § 47. puerili præceptione monet 'curandum ne aut ab exordio aut a narratione repetatur orationis enumeratio?' Quid, cum lib. III. § 3. prudentiam definit 'calliditatem quæ delectum habeat bonorum et malorum;' quæ calliditas removetur a justitia lib. I. de Off., cum § 23. 'sermonem dividit in partes quatuor, dignitatem, demonstrationem, narrationem, et jocationem?' cum § 27. 'in amplificatione per conquestionem' docet utendum 'femineo plangore?' cum passim ubi agitur de ambiguo scripto, sententiis, contrariis legibus, scripti interpretatione, rhetoricæ materia, suasorio genere ac pronunciatione, quam minime utilem dicit, discrepantia tradit ab iis quæ habentur in libris de Orat., eloquentiæ Romanæ principem tam graviter errasse, edidisse tot puerilia, et a seipso tam turpiter dissensisse putabimus? At libros ad Herennium, dicet aliquis, Tullius scripserit adolescens, ut ipse lib. I. de Orat. testatur de Rhetoricis quædam sibi puero aut adolescentulo ex commentariolis inchoata et rudia excidisse. Ita nonnulli vel veritatis, vel alieni de se judicii plane securi. Hæc adolescentulus ediderit Tullius! at auctor in ipso lib. I. limine affirmat se negotiis familiaribus impeditum vix satis otium studio suppeditare posse, quod in adolescentulum non convenit: affirmat se quod datur otii libentius in philosophia consumere consuevisse; quod studii genus Cicero non attigit nisi senior jam defensionum laboribus senatoriisque muneribus aut omnino aut magna ex parte liberatus. Immo qui hos libros adolescenti Ciceroni tribuunt, loquuntur omnino pugnantia, et viri adultæ provectæque ætatis opus esse fateri coguntur. Causæ suæ firmissimum, ut ipsis videtur, ex eo deducunt argumentum, quod lib. I. § 20. exemplum hujuscemodi legatur: 'Tullius, hæres meus, Terentiæ, uxori meæ, triginta pondo vasorum argenteorum dato, quæ volet.' Conjugem igitur, jam tum cum ista scriberet, duxerat Tullius, jam auctus erat filio: atqui hic non est natus, nisi cum parens annum ætatis ageret quadragesimum tertium nimirum consulibus L. Julio Cæsare et C. Marcio Figulo, ut ipse testatur l. I. ad Attic. petebat enim tum Cicero consulatum, quem ante illud tempus fas non erat obtinere. Ceterum non est quod in eo argumento multum præsidii positum

vit, ut de ratione dicendi conscriberemus; ne aut tua causa noluisse nos, aut fugisse laborem [5] putares. Et eo studiosius hoc negotium suscepimus, quod te non sine causa velle cognoscere rhetoricam [6] [d] intelligebamus. Non enim parum in se fructus habet [7] copia dicendi, et commoditas orationis, si recta intelligentia et definita animi moderatione [8] gubernetur.[a] Quas ob res illa, quæ Græci scrip-

[a] *Magnam affert utilitatem eloquentia et dicendi facultas, si sapientia et virtute regatur.*

supp. Vid. Nott. Varr.—4 A ψ *possimus.*—5 '*Nol. nos, aut fugisse lab.*] Pith. et meus Ms. *nol., aut nos fug. lab.* Erf. *nol., aut fug. lab. nos put.*' Græv. 'Mss. omnes *nol., aut fug. nos.* Edd. *aut nos fug.* Recte conjecisse Verburg. credo *aut nostra fug.* vel *fug. nostra.*' Oud. Tur. et Orell. quoque *nol., aut fug. nos.* A G L R ψ, edd. Med. Junt. Ald. Oliv. Lall. Schutz. et Wetzel. *nol. nos, aut fug.*—6 Lamb. Grut. Oliv. et Lall. *artem rhetoricam.* Ern. delevit *artem;* quod abest ab Mss. Oxon. Pall. Lips. W. Tur. edd. 1474. 1475. Med. Junt. Ald. et aliis. Vid. Nott. Varr. et Prooem. Schutzii.—7 '*Non enim parum habet in se fructus*] Erf. *non in se parum fr. hab.*' Græv. 'Lege e quatuor vel quinque vetustioribus nostris *non enim in se parum fr. hab.*' Oud. Lamb. et Græv.-Burm. *habet in se fr.* Tur. *in se habet fr.* Edd. vett. cum Schutz. et Orell. *in se fr. hab.* G L R ψ *parum hab. in se fr.* et sic Vulg. Voces *in se* absunt ab A, ed. 1475. Med. Junt. Aldus restituit.—8 Vox *definita* abest a quibusdam libb. vett. teste Lamb. *Diffinita* Grævii Ms. Tum edd. ante Ern. *moderatione*

NOTÆ

esse putent. Nemo peritus ignorat rhetores olim tum in tractandis causis, tum in explicanda statuum doctrina, modo veris, modo fictis uti solitos exemplis. Neque moveat nos Priscianus, qui deceptus hos libros supposuit Ciceroni, et complures incautos induxit. Controversiam omnem dirimit Quintiliani auctoritas. Is et antiquitate non longe ab ætate Ciceronis distans, et in versandis rhetorum scriptis exercitatissimus, cum hosce libros identidem citet, nunquam Ciceronis, aliquoties Cornificii nomine præcipue lib. IX. c. 2. laudavit. Porro cum in libris ad Herennium et in Tullii Rhetoricis sive de Inventione quamplurima persimili modo tractentur, vel Ciceronis fontibus suos hortulos irrigaverit Cornificius, vel uterque rhetoris cujuspiam antiquioris Hermetis, an Hermagoræ, rivulos fuerit consectatus.

[b] *Cornificii*] Rhetoris, quem de arte oratoria non pauca scripsisse refert Quintil. III. 1. Militasse, et contra Gallos rem male gessisse, colligi potest exemplo quod profert l. IV. Incertum an ex Cornificia gente consulari sit oriundus. Cum et Tullii et Terentiæ uxoris meminerit, eum constat vel æqualem fuisse Ciceroni, vel, quod opinor, paulo post floruisse.

[c] *C. Herennium*] Neque quis iste fuerit, omnino liquet. Ex lib. IV. § 69. discimus eum cum scriptore harum institutionum oratoriarum fuisse cognatione conjunctum.

[d] *Rhetoricam*] Aristotele nemo melius definivit. Ἡ ῥητορικὴ, inquit lib. I. Art. Rhet. ἐστὶ δύναμις περὶ ἕκαστον τοῦ θεωρῆσαι τὸ ἐνδεχόμενον πιθανόν· *est facultas videndi quid in quaque re sit ad persuadendum accommodatum.*

tores inanis arrogantiæ causa sibi assumserunt, reliquimus.[9] Nam illi, ne parum multa scisse viderentur, ea conquisierunt,[10] quæ nihil attinebant,[b][11] ut ars difficilior cognitu putaretur:[12] nos autem ea, quæ videbantur[13] ad rationem dicendi pertinere, sumsimus,[14] non enim spe quæstus, aut gloria[15] commoti venimus ad scribendum, quemadmodum ceteri; sed ut industria[e] nostra tuæ morem geramus voluntati. Nunc, ne nimium longa sumatur[16] oratio, de re dicere incipiemus; si te[17] unum illud monuerimus,[18] artem sine assiduitate dicendi non multum juvare:[19] ut intelligas, hanc rationem præceptionis ad exercitationem accommodari[20] oportere.

II. 2. Oratoris officium est, de his rebus[1] posse dicere, quæ res ad usum civilem[f] moribus ac legibus[2] constitutæ

[b] *Quæ erant superflua.*

animi, nisi quod ed. 1474. dat *animi mod.* et sic Ms. Cort.—9 Lamb. ed. *script. arrog.* '*Inanis arr. c. s. assums.*, *reliq.*] Omnes mei Mss. bene servant *inanis.* Sed in vetustioribus et plerisque est *relinquimus.* In nonnullis *assumsere.*' Oud. '*Assumserunt*] Ms. et edd. vett. *assumsere.*' Græv. Pro *assumsere* ψ habet *asserunt.* '*Reliquimus* primus dedit Aldus. Mss. et edd. pr. *relinquimus.*' Ern. Vid. Nott. Varr.—10 Lamb. *Num illi quidem*, et vetus exemplar Steph. mox habet *ea quidem conquisierunt.* ψ et omnes Mss. Oud. *conquisiverunt.* Vid. Nott. Varr. Pro *viderentur*, in Erf. *videantur.*—11 A *nihil ad propositum att.* '*Quæ nihil att.*] Ed. 1474. (Med.) *q. n. ad artem att.* Omnib. *q. n. ad propositum att.* E glossa.' *Oud.* Ed. 1474. *ad rem att.* Vid. Nott. Varr.—12 Pro *putaretur* A R. habent *videretur.*—13 Tur. *nos ea*, omisso *autem.* Erf. *nos quæ videb.* Pro *videb.* in A *putavimus.*—14 R *rationes.* Mox *pertinere* exsulat a m. pr. Voss. 3. Dein Lamb. *assumpsimus.*—15 '*Aut inanis gloriæ*] Sic restitui ex cod. Ms. cum antea legeretur, *aut gloria comm.* licet etiam legere, *aut inani gloria comm.*' Lamb. '*Aut gloria comm.*] Lamb. ed. *aut inanis gloria*, ex Ms. ut ait. In Ms. sane Ant. Cauchii et Duisburgensi legebatur *aut gloriæ comm.* scilicet 'spe,' quod mihi valde probatur.' *Græv.* 'In Leidd. 1. ac 4. et Voss. 1. *gloriæ*, quod recipiendum puto.' *Oud.* A G L R ψ et Tur. *gloria;* et sic vulg.—16 ψ *summatur.*—17 Post *re* Schutz. addidit *ipsa* ex ed. 1474. Tum cod. Lips. omittit *dicere.* Præterea G habet *incipiamus.* '*Sed si te*] Ita habent impressi omnes: in uno Gryphii Ms. *sed* particula abest.' *Brut.* *Sed si te* quoque in A L R ψ et Tur. Duisb. habet *sed te.* Vulg. *si te.*—18 Tur. *illud unum mon.* In R *admonuerimus.*—19 '*Juvare*] Malim legi *adjuvare.*' Lamb.—20 Tur. *ad exerc. commodari:* Pith. *comm. ad exerc.* Lamb. *accomm. ad exerc.*

CAP. II. 1 A G L R ψ habent *de his rebus*, et sic Lamb. et Orell.—2 '*Mor.*

NOTÆ

[e] *Industria*] Quæ non est solertia et acumen ingenii, sed acre studium et laboriosa sedulitas. Quanquam aliquando industriam a studio distingui negari non possit: ut in Bruto § 280.

[f] *Quæ res ad usum civilem*] Angustioribus hic terminis definitur rheto-

sunt, cum assensione auditorum,[3] quoad ejus fieri poterit.[c g] Tria sunt genera causarum,[h] quæ recipere debet orator; demonstrativum, deliberativum, judiciale.[4] Demonstrativum [i] est, quod tribuitur [5] in alicujus certæ personæ laudem, vel vituperationem: [6] deliberativum est, quod in consultatione positum,[7] habet in se suasionem et dissuasi-

[c] *Oratoris actio propria est posse dicere de illis rebus quæ spectant civilem usum vitæ, et pertinent ad mores ac leges, ita ut auditores in ejus sententiam veniant, quantum fieri poterit.*

ac leg.] In sex membranis et edd. pr. *mor. et leg.*' Oud. Vulg. *mor. ac leg.*—3 Duisb. *auditoris.*—4 Duisb. et Grævii Ms. *delib. et jud.*—5 A *Dem. genus est.* Dein ' *Quod attribuitur*] Erf. *quod trib.*' Græv. In A *attribuitur.*—6 ψ et Erf. *et vitup.* A G *vituperium.*—7 ' *Delib. est, &c.*] Adblanditur mihi scriptura Pal. 4. *delib., est in cons., quod habet, &c.*' Grut. ' Sic et Erf.' *Græv.* Sic etiam Tur. Sex Mss. Oud. *delib. est in cons., quod habet:* A *delib. genus est, quod,*

NOTÆ

ricæ materia, quam Aristoteles Rhet. lib. I. et Tullius in Top. et Partit. ad ea omnia extendunt quæ possunt subtiliter, vehementer, et ornate tractari. Non tamen tam late patet quam volebat Gorgias Leontinus, qui aiebat oratorem id suscipere, ut de qualibet quæstione proposita copiose et eleganter diceret: quam multa enim in mathematicis aliisque disciplinis amplificari dicendo non possunt? Pugnantes sententias conciliasse visus est Cicero de Fin. l. II. dum duo rhetoricæ genera distinguit; alterum forense, quod cum populariter loquatur, nonnunquam paulo hebetius est; alterum dialecticum, sive philosophicum, quod subtilius est, et de rebus omnibus graviter et copiose disserit.

[g] *Quoad ejus fieri poterit*] Cum omnia præstiterit orator quæ valent ad persuadendum, si fine suo frustretur, non continuo in culpa est: sicut minime reprehendendus est medicus, qui ex arte curat ægrum, si non sanetur æger. Et vero fieri potest ut orator tenuis obtineat causam ipsa bonitate causæ, eaque cadat eximius orator.

[h] *Tria sunt genera causarum*] Quod ea ratione probat Aristoteles quam Tullius exponit in Partit. § 10. Duobus aliis argumentis Quintil. idem efficit l. III. c. 4. Primum est hujuscemodi: Oratoris officium, inquit, aut est in judiciis, aut extra judicia: in judiciis habetur genus judiciale; extra judicia, vel præteritum tempus spectat, vel futurum: præterita laudamus aut vituperamus; de futuris deliberamus. Sic exsurgunt tria genera. Alterum tale est: Omnia de quibus dicendum est, aut certa sint necesse est, aut dubia: certa, ut cuique est animus, laudat aut culpat: ex dubiis alia nobis ad electionem sunt libera; dehis deliberatur: alia judicum sententiæ sunt commissa; de his lite contenditur.

[i] *Demonstrativum*] Græcis ἐπιδεικτικὸν ita dictum, vel quod in eo demonstrentur virtutes ac vitia, vel quod in eo potissimum facultatem suam ostendat orator ad palæstram: quippe quod, ut ait Quintil. l. c. non tam demonstrationis vim habere quam ostentationis videatur. Appellatur quoque ἐγκωμιαστικὸν sive laudativum, a meliori scilicet parte.

onem:[8] judiciale est, quod positum in controversia, habet accusationem,[9] aut petitionem cum defensione. Nunc, quas res oratorem habere oporteat, docebimus; deinde, quo modo has causas tractari conveniat,[10] ostendemus. 3. Oportet igitur esse in oratore inventionem, dispositionem, elocutionem, memoriam, et pronuntiationem.[11] Inventio est excogitatio rerum verarum aut verisimilium, quæ causam probabilem reddant. Dispositio est ordo et distributio rerum, quæ demonstrat, quid quibus in locis sit collocandum.[12] Elocutio est idoneorum verborum et sententiarum[13] ad inventionem accommodatio. Memoria est firma animi rerum et verborum et dispositionis[14] perceptio. Pronuntiatio est vocis, vultus, gestus[15] moderatio cum venustate. Hæc omnia tribus rebus assequi[16] poterimus, arte, imitatione, exercitatione. Ars[j] est præceptio,[17] quæ dat certam viam rationemque dicendi. Imitatio est, qua impellimur cum

&c.—8 '*Suasionem vel diss.*] Ms. et edd. nonnullæ *suas. et diss.* Al. edd. *persuas. et diss.* Ms. *suasorem et dissuasionem.*' Græv. A et ed. Omnib. quoque *persuasionem.* Lamb. et Græv.-Burm. *vel diss.*—9 Post *accusationem* addunt *in se* codd. aliqui, prob. Purgoldo et Cens. Jen.—10 Leid. 3. *tractare:* Voss. 1. *has res tractare.* Pro *conveniat* L habet *oporteat.*—11 Lamb. *in or. esse inv.* Mox '*Mem., pron.*] Sic Erf. Duisb. et ed. Cratandri Basil. Vulgatæ addunt copulam, *mem. et pron.* Sic in præcedd. *dem., delib., jud.* quidam libri addunt copulam.' *Græv.* '*Mem. et pron.*] Delenda est copula, auctoribus Mss. omn.' *Oud.* Aug. Tur. Lamb. Schutz. et Orell. non habent *et.* A G L R ψ, Grut. Oliv. et Lall. copulam retinent. Mox in A deest folium ab 'Inventio est' usque ad 'causæ dubium' cap. 4.—12 G *quidque.* '*Quid quibus in locis sit coll.*] Sic vulgg. Erf. et alius Cauchii Ms. *quod quidque loco sit coll.*, quod placet. Crat. ed. *quid quibusque locis conveniat et coll. sit.*' Græv. 'Membranæ sex carent præpositione, et recte, cum edd. pr. *Quibusque* Voss. 3. et ed. 1476.' *Oud.* A R, Lamb. Grut. Oliv. Græv.-Burm. et Lall. *quid quibus in locis:* Turic. *quo quidque loco:* G L ψ, Schutz. et Orell. *quid quibus locis.*—13 Erf. *verb. ac sent.*—14 Vox *animi* post *firma* suspectum Ern. Dein '*Et dispositionis*] Recte copulam addidit Lambinus, a Grævio vindicatam, et agnitam a meis quinque codd. in quibus vetustissimi Leid. 1. et Voss. 1.' *Oud.* Copula deest in Mss. Traj. Tur. et edd. Med. Ald. Vid. Nott. Varr.—15 Paucæ edd. *vocis et vultus et gestus.* Edd. recentt. omittunt copulas.—16 '*Tribus rebus*] Sic habent tres libri Mss. Vulgati *tribus modis:* in uno Ms. legitur, *tribus assequi* neutra voce adjecta, neque *rebus* neque *modis:* ego tamen legi malim *tribus rationibus.*' Lamb. Grævii Ms. *tribus assequi.* Oud. Mss. et edd. pr. *tribus rebus.*—17 Pith. et Erf. *perceptio;* et mox Erf. habet *rat. discerendi;*

NOTÆ

[j] *Ars*] Accuratius definitur lib. I. de Orat. § 92. 'Ars est quæ cognitis penitusque perspectis, et in unum exitum spectantibus, et nunquam fallentibus rebus continetur.'

diligenti ratione,[18] ut aliquorum similes in dicendo velimus esse.[19] Exercitatio[k] est assiduus usus consuetudoque dicendi.

Quoniam igitur[20] demonstratum est,[l] quas causas oratorem recipere,[1] quasque res habere conveniret,[2] nunc, quemadmodum ad orationem possint oratoris officia accommodari,[3] dicendum videtur. III. 4. Inventio in sex partes[m] orationis consumitur, in exordium,[4] narrationem, divisio-

'forte *disserendi.*' Græv.—18 Schutz. *deligendi ratione.* Vid. Nott. Varr.—19 Pro *in dicendo* ψ *inducendo.* Tum '*Velimus esse*] Melius Erf. Pith. Duisb. meus Ms. et edd. Med. (1498.) et Crat. *valeamus esse.*' Græv. '*Velimus esse*] Sic in solo est Leid. 2. Reliqui Mss. et edd. dant *valeamus esse*, vel *esse valeamus:* bene.' *Oud.* '*Velimus esse*] Sic Ald. Vict. Lamb. habent. In excusis et Mss. nonnullis legitur *esse valeamus.*' Brut. R ψ, Tur. et edd. pr. *valeamus esse.* Vulg. *velimus esse.*—20 ψ, Grævii Ms. et quatuor Mss. Oud. pro *igitur* habent *ergo.* In Erf. nec *igitur* nec *ergo* legitur.—1 R *accipere:* Leid. 1. *suscipere.* Edd. Med. et Omnib. addunt *oporteat.*—2 '*Conveniat*] Sic Erf. Duisb. et alii Mss. et edd. vett. sed recentiores *conveniret.*' Græv. '*Conveniat*] Recte sic correxit Grævius. Accedunt nostri tres et edd. pr. *Convenit* Leid. 2. In ceteris *conveniret.*' Oud. '*Recipere oporteat, . . . conveniat*] Ita in quibusdam impressis legitur. Nos ex Gryph. Ms. cui cum Aldi ed. Victorii et Lambini congruit, sublato verbo *oporteat*, postremo loco *conveniret* edidimus.' *Brut.* A L R ψ, Tur. Grut. Oliv. et Lall. *conveniret:* G, edd. vett. ante Car. Steph. cum Græv.-Burm. Schutz. et Orell. *conveniat.*—3 '*Ad orationem possint officia oratoris accommodari*] Ita legitur in omnibus excusis. Nos ut Lamb. putat, inesse mendum suspicati, *ad inventionis rationem, accommodari*, edidimus.' *Brut.* 'Leid. 1. *possit oratio ad rationem oratoris officii*, vel *possint ad orationem oratoris officia acc.* Leid. 2. *possit oratio ad rationem oratoris officit acc.* Leid. 3. *ad orationem possint oratoris acc. officia:* Voss. 3. *officia oratoris ad orationem acc. possint*, vel *possit oratio ad orationem oratoris officia acc.* Leid. 4. *possit oratio ad rationem oratoris officii accomm.* Cum Victorio et vulgg. facit Voss. 2. et edd. pr.' *Oud.* Schutz. *quemadm. ad inventionem possint oratoris officia accom.* Vulg. ut nos. Vid. Nott. Varr.

Cap. III. 4 '*In sex partes orationis cons. in exord.*] Ita Mss. omn. et edd. pr. nisi quod in Med. a. 1474. non compareat *orationis:* nec male.' *Oud.* G non habet præpositionem ante *sex*, nec Lamb. ante *exordium.* In R *cons.*, *scilicet*

NOTÆ

[k] *Exercitatio*] Quam in rem apposite Plin. jun. lib. VI. epist. ad Quadratum scribit: 'Nec me præterit usum et esse et haberi optimum dicendi magistrum. Video enim multos parvo ingenio, literis nullis, ut bene agerent, agendo consecutos . . . Proinde multum lege, scribe, meditare, ut possis, cum voles, dicere; dices, cum velle debebis.'

[l] *Quoniam igitur demonstratum est*] Nempe tria esse causarum genera, et res quinque quibus tractari causæ debeant.

[m] *Inventio in sex partes*] Cum in eo posita sit inventio, ut orator excogitet et reperiat ea quibus doceat, flectat, et conciliet auditorem; exordium, narratio, et reliquæ spectant potius ad dispositionem, qua res inventæ in unum quasi corpus orationis rediguntur.

nem, confirmationem, confutationem, conclusionem. Exordium est principium orationis,[5] per quod animus auditoris constituitur[6] ad audiendum. Narratio est rerum gestarum, aut perinde[7] ut gestarum,[n] expositio. Divisio est, per quam aperimus, quid conveniat, quid in controversia sit;[8] et per quam exponimus,[9] quibus de rebus simus dicturi.[10] Confirmatio est nostrorum argumentorum expositio cum asseveratione.[11] Confutatio est contrariorum locorum dissolutio.[12] Conclusio est artificiosus terminus orationis.[13] Nunc, quoniam una cum oratoris officiis, quo res cognitu facilior esset, producti sumus,[14] ut de orationis partibus loqueremur,[d] et eas ad inventionis rationem accommodaremus; de exordio primum dicendum videtur.

5. Causa posita, quo commodius exordiri possimus,[15]

[d] *Quoniam simul exponendo officia oratoris, ut res posset facilius cognosci, eo deducti sumus ut diceremus de partibus orationis.*

in exord. Vid. Nott. Varr.—5 Schutz. delevit verba *princ. orationis.* In Erf. *princ. narrationis.*—6 '*Oratoris aut judicis const. vel adparatur*] *Vel jud.* in Mss. aliquot et ed. Med. *et par.* Voss. 3. Sed optime Leid. 4. simpliciter dat *oratoris const. ad aud.* ut bene e suis emendavit Grævius.' *Oud.* A R ψ, Tur. Lamb. Grut. Oliv. et Lall. *aud. aut jud.* G L cum quibusdam edd. *aud. vel jud.* Tum A L R, Tur. Lamb. Grut. Oliv. et Lall. *const. vel apparatur:* G ψ *const. et app.* Græv.-Burm. et Schutz. habent, ut nos. Vid. Nott. Varr.—7 ψ, Tur. Erf. Cauch. Leid. 1. 2. Voss. 1. 2. et edd. pr. *proinde,* ut passim.—8 '*Quid conv., quid in controv. sit*] Edd. *quid conv. et quid in contr. sit:* Lamb. ed. *quid nobis cum adversario conv. et quid in contr. sit.*' Græv. Ed. Med. *quid conv. nobiscum adversariis.* Vid. Nott. Varr.—9 '*Et per quam exp.*] Erf. *et per quod exp.* Pith. *exponimus:* optime, ut *per quam* ex prioribus repetatur mente.' *Græv.* G R *vel per quam exp.* Vulg. *et per quam exp.*—10 '*Simus dicturi*] *Sumus* Leid. 1. 4. ed. 1476. *acturi* reposuit bene Grævius, suffragantibus Leid. 1. Voss. 1. et recentioribus quatuor.' *Oud.* G ψ, Tur. Cort. et ed. 1474. *sumus acturi:* Gryph. A, et Græv.-Burm. *simus acturi.* Vulg. *simus dicturi.* Vid. Nott. Varr. —11 '*Cum asseveratione*] Duisb. *cum assentatione:* in marg. Hervag. est *cum assertione.*' Græv. 'Leid. 4. *cum assentatione;* sed Leid. 1. et 3. *cum assertione;* quod nequaquam spernendum videtur.' *Oud.* Gryph. A quoque habet *cum assertione.* Utrumque *cum assev.* et *cum assert.* suspectum erat Schutzio. Vulg. *cum asseveratione.*—12 Lamb. *contr. argumentorum diss.*—13 '*Terminus orationis*] In Voss. 2. *argumentationis term.* Leid. 4. *orationis term.* sed Leid. 2. non agnoscit *τὸ orationis.*' Oud. G et Pall. 1. 2. 3. *term. totius orationis,* et sic quidam alii Mss. teste Grævio. Mss. pauci et Lamb. ed. *orationis term.* Vid. Nott. Varr.—14 Lamb. conj. legendum esse *provecti sumus.* Vid. Nott. Varr.—15 '*Quo comm. exord. poss.*] Duisb. *quo comm. et facilis exord. poss.* leg. *et facilius.*' Græv. Addit Leid. 4. quoque *et facilius.* Dein Tur. et Naug.

NOTÆ

[n] *Aut perinde ut gestarum*] Quæ narrantur si non vera, saltem verisimilia sint: alioquin auditor incredulus ea rejiciet.

genus causæ considerandum est.[e] Genera causarum sunt quatuor;[o] honestum, turpe, dubium, humile. Honestum causæ genus putatur,[16] cum aut id defendimus,[17] quod ab[18] omnibus defendendum videtur; aut id[19] oppugnamus, quod ab omnibus videtur oppugnari debere,[20] ut pro viro forti[1] contra parricidam. Turpe genus[2] intelligitur, cum aut honesta res oppugnatur, aut defenditur turpis. Dubium genus est,[p] cum habet in se causa et[3] honestatis et turpitudinis partem.[4] Humile[q] genus est,[5] cum contemta res affertur.[6]

[e] *Cum nobis datum est genus causæ tractandum.*

est consid. '*Erit consid.*] Ita Gryph.' *Brut.*—16 Voss. 1. *putetur:* Duisb. et Leid. 4. *genus id putamus:* ed. Med. *gen. putamus.*—17 Schutz. e cod. Erf. habet *def. id.*—18 '*Ab omnibus*] Gulielmius et heic et statim infra delevit vocabulum *ab*, nescio an librorum jussu; hæret id sane in sex Pall. et vetuste editis.' *Grut.* Mss. et edd. retinent præpositionem.—19 Voculam *id* ante *oppugnamus* non habent Erf. Leid. 2. Voss. 3. et ed. Omnib.—20 Erf. *opp. deb. vid.* Schutz. *opp. vid. deb.*—1 Lamb. et Orell. inseruerunt punctum post *forti.* —2 Al. teste Græv. *genus causæ*, et sic Ms. G.—3 G et Lamb. ed. omittunt *et* ante *honestatis.*—4 '*Partem*] Melius Erf. *partes.*' Græv. et sic Aug. et Schutz. —5 '*Humile genus est*] Deest verbum substantivum Voss. 1. Contra *causæ* addit Leid. 4.' *Oud.* In Duisb. quoque *genus causæ est.*—6 '*Res affertur*] *Antefertur* in quatuor junioribus et edd. pr. *ante affertur*, vel *ante afferatur*, Leid. 1. Voss. 1. et 3.' *Oud.* '*Ante affertur*] Sic Gryph. A, a quo dissentiunt excusi omnes. Unus Leoniceni liber habet *antefertur*, sed uterque male, ut existimo.' *Brut.* L et Erf. *ante affertur:* R et Pith. *antefertur:* ψ *animi affertur.* Vulg. *res affertur.*

NOTÆ

[o] *Genera causarum sunt quatuor*] At prius definivit esse tantum tria; demonstrativum, deliberativum, et judiciale: nempe triplex illud genus potest esse vel honestum, vel turpe, vel dubium, vel humile. Tullius de Inv. lib. I. Curius Fortunatianus l. II. Alcuinus, et alii quintum addunt, δυσπαρακολούθητον, id est, *obscurum;* quod jure Vossius improbat; nam quatuor priora membra petuntur ab hominum opinione, eoque recte conjunguntur: quintum illud sumitur a facili vel difficili intelligentia, eoque alterius divisionis est membrum. Consule lib. I. de Inv. § 20.

[p] *Dubium genus est*] Quod in alterutram sive honestatis sive turpitudinis partem perinde trahi potest. Ut si filius patrem patriæ proditorem accuset, hinc videbitur pius civis, qui patriæ periclitanti succurrat; hinc impius filius, qui parentem judicibus sistat extremo supplicio plectendum.

[q] *Humile*] Ut si quis de umbra asini apud judices disceptaret, et instar agasonis illius, de quo Demosthenes, contenderet se non umbram asini, sed asinum tantum pretio locasse. In humili genere lusere olim Polycrates qui murium, Lucianus qui muscæ, Dion qui comæ, Synesius qui calvitiei encomium scripsere. Ut recentiores multos prætermittam, qui in similibus argumentis nimis intemperanter otio sunt abusi.

IV. 6. Cum hæc ita sint, conveniet exordiorum rationem ad genus causæ[7] accommodari. Exordiorum duo sunt genera; Principium, quod Græce προοίμιον[r] appellatur; et Insinuatio, quæ ἔφοδος[8][s] nominatur.

Principium est, cum statim[9] auditoris animum nobis idoneum reddimus ad audiendum. Id ita sumitur, ut attentos, ut dociles,[10][t] ut benivolos[11] auditores habere possimus. Si genus causæ dubium habebimus,[12] a benivolentia[u] principium constituemus, ne quid illa turpitudinis

CAP. IV. 7 G R *convenit.* Dein '*Exordiorum rationem*] Voss. 1. *exordii narrationem:* Leid. 2. *exordium et narrationem:* Leid. 3. *exordii rat. causæ ad genus. Omne* additur in sola ed. 1476.' *Oud.* '*Ad genus causæ*] Lamb. et al. edd. *ad omne genus causæ:* sed *omne* non est in Erf.' *Græv.* '*Ad causæ genus* Lamb. non *ad omne genus causæ,* ut habet ed. 1476. et 1584.' *Orell.* Vulg. *ad genus causæ.*—8 Erf. *procemium app., insin.* ψ *prohemium.* Tum R ψ, Grævii Ms. Traj. Ms. et Med. edd. *epodos:* Crat. et Ascens. ἔπωδος: Oud. Mss. et edd. pr. *epodos* vel ἔπωδος. Vid. Nott. Varr.—9 Voss. 2. *quo statim.* —10 G *et doc.*—11 '*Benevolos*] Erf. et meus ac Med. (1498.) ed. *benivolos;* et mox iidem *benivolentia.*' Græv. '*Benivolos*] Sic et *benivolentia* Mss. omnes et edd. pr. semper.' *Oud.* Plures edd. quoque habent *benivolos.*—12 G

NOTÆ

[r] Προοίμιον] Οἴμη, ut exponit Hesychius, est ᾠδὴ *cantus.* Cum citharœdi et quicumque fidibus canunt, vel ad prævium artis specimen, vel ad conciliandam sibi gratiam utuntur prolusione, προοίμιον id vocatur: translata vox ad primam orationis partem quæ auditorem ad reliqua audienda præparat. Hoc indicat Aristot. Rhet. III. 14. Τὸ μὲν οὖν προοίμιόν ἐστιν ἀρχὴ λόγου, ὥσπερ ἐν αὐλήσει προαύλιον, κ. τ. λ.

[s] Ἔφοδος] Est aditus, via qua aliquo acceditur: belle insinuationem exprimit, quæ, ut ait Tullius de Invent. l. I. § 20. 'est oratio quadam dissimulatione et circuitione obscure subiens auditoris animum.' Legunt alii ἔπῳδος, longe petita ab incantationibus aut versibus metaphora.

[t] *Ut attentos, ut dociles*] 'Attentum, monent Græci, ut principio faciamus judicem et docilem; quæ sunt utilia, sed non principii magis propria quam reliquarum partium; faciliora etiam in principiis, quod et attenti tum maxime sunt, cum omnia expectant et dociles magis initiis esse possunt.' Antonius apud Cic. de Orat. l. II. § 323. Aristotelis vestigia persecutus qui Rhet. l. III. in omnibus orationis partibus captandam esse docet attentionem, quoties sese offert occasio. Neque id negat scriptor Herennianus, sed cum tota oratione, tum maxime in exordio comparandum esse, inferius monet.

[u] *Si genus causæ dubium . . . a benivolentia*] Sic captivi in Cannensi clade milites Romani cum a senatu redemtionem postularent, in ipso exordio benevolentiam sibi demereri conantur apud Liv. l. XXII. 'Patres conscripti, nemo vestrum ignorat nulli unquam civitati viliores fuisse captivos, quam nostræ: ceterum, nisi nobis plus justo nostra placet causa, non alii unquam minus negli-

pars nobis obesse possit. [*p.* 2.] Sin humile erit genus causæ,[13] faciemus attentos.[x] Sin turpe causæ genus erit,[14] insinuatione utendum est, de qua posterius dicemus,[15] nisi quid nacti erimus, quare adversarios criminando, benivolentiam capere[16] possimus. Sin honestum causæ genus erit, licebit recte vel uti,[17] vel non uti principio. Si uti volemus,[18] aut id[19] oportebit ostendere, quare causa sit honesta, aut breviter,[20] quibus de rebus simus dicturi, exponere.[1] Si principio uti nolemus, a lege, a scriptura, aut



habemus.—13 Tur. et Lamb. *Sin hum. genus erit causæ.*—14 '*Sin turpe erit*] Sic edidi, deletis duabus inanibus vocibus *causæ genus.*' Lamb. '*Sin turpe causæ genus erit*] Al. *Sin turpe genus causæ erit:* Duisb. *Sin turpe causæ erit:* Lamb. ed. *Sin turpe erit.* Sane Lambini conjecturam approbat quodam modo Duisburgensis codex, in quo *genus* non legitur.' *Græv.* '*Genus* abest a Leid. 4. In aliis vocum ordo variatur. Voss. 3. *sin turpe*, ceteris omissis; optime. Vid. Lamb. et Græv.' *Oud.* A *Si turpe causæ genus erit.* Schutz. *Sin turpe.* G L R ψ, Tur. Grut. Oliv. Lall. et Wetzel. habent, ut nos.—15 Al. *insin. utemur*, teste Grævio. '*Insin. utemur*] Nos, ut Lamb. edidit, *utendum erit*, excudendum curavimus; hanc scripturam in Gryph. A, quæ multo quidem vulgatæ præstat, nacti.' *Brut.* Tum *de qua posterius dicemus* in Erf. trajecta sunt ad seqq. verba, *sin honestum de qua posterius dicemus.*—16 '*Nacti fuerimus*] In septem nostris et edd. pr. est *erimus*. Dein *captare* exaratur in Leid. 3. in reliquis et edd. *capere.*' Oud. Lamb. Grut. Oliv. Græv.-Burm. et Lall. *nacti fuerimus:* Tur. Schutz. et Orell. *nacti erimus.* Præterea A *carpere;* G L R ψ, Tur. et plerique Mss. *capere:* Lamb. Oliv. Græv.-Burm. et Lall. *captare.*—17 G *Si hon.* Erf. *Sin hon., de qua posterius dicemus, licebit.* Tum '*Vel uti, vel non uti*] Prius *vel* male exsulat ab ed. 1476.' *Oud.* '*Recte uti, vel, &c.*] Cauch. *recte vel uti, vel, &c.*' Græv.—18 '*Si uti volemus*] Lamb. ed. *Si uti principio volumus.*' Græv. '*Si uti volemus, sine voce, principio*] Ut jam Aldus, et Vict. ediderat, scriptum invenimus in Gryph. A. Lambinus secundo loco vocem *principio* tollit, haud illam etiam illic magnopere opportunam.' *Brut.* Car. Steph. et Lamb. *Si uti principio volemus*, teste Orellio. G *velimus.*—19 Ern. conj. *id* delendum esse; quam voculam Schutz. delevit.—20 Pro *breviter*, A habet *ut.*—1 Duisb. et Leid. 4. *sumus dict.* Tum pro

NOTÆ

gendi vobis, quam nos, in hostium potestatem venerunt. Non enim in acie per timorem arma tradidimus, sed cum prope ad noctem superstantes cumulis cæsorum corporum prœlium extraxissemus, in castra recepimus nos: diei reliquum ac noctem insequentem fessi labore ac vulneribus vallum sumus tutati . . . Tum demum pacti pretium, quo redemti dimitteremur, arma in quibus nihil jam auxilii erat, hosti tradidimus.'

[x] *Sin humile . . . faciemus attentos*] Ita ille pauper in Quintil. Declam. XIII. quæ inscribitur Apes Pauperis: 'Unum oro ne cui minor dignitate vestra videatur causa litis meæ. Ante omnia enim non debetis expectare uti pauper magna perdiderim, sed quantulum est quod abstulerit mihi dives, minus est quod reliquit.'

ab aliquo firmissimo nostræ causæ adjumento[2] principium capere oportebit.[3] 7. Quoniam igitur[4] docilem, benivolum, attentum habere auditorem volumus, quomodo quidque confici possit,[5] aperiemus. Dociles auditores habere poterimus,[6] si summam causæ breviter exponemus,[y] et si attentos eos[7] faciemus: nam docilis est is, qui attente[8] vult audire. Attentos habebimus, si pollicebimur,[9] nos de rebus magnis, novis, inusitatis[z] verba facturos, aut de iis rebus quæ ad rempublicam pertineant,[10] aut ad eos ipsos

exponere, Leid. 2. *ostendere:* deest ed. Med.—2 '*Si princ. uti nol., a lege, a script., aut ab aliq. firm. nostræ causæ*] Erf. *Si princ. uti nol., ab lege, ab script., ab aliq. nostræ causæ:* Duisb. *Si princ. uti nol., a lege, aut a script., aut ab aliq. firm.* Meus Ms. *Si princ. uti nol. a lege, vel ab script., vel ab alio firm.* Lamb. ed. *Sin uti nolemus, a lege, a script., aut ab aliq. firm.* Ed. Veneta et Hervag. *Sin princ. uti nol.*' Græv. ' Erf. *ab aliq. nostræ causæ adjumento:* Pith. *ab aliquo firm. nostræ causæ argumento.*' Idem. G ψ, Tur. Lamb. et Orell. *Sin princ.* Al. Mss. et edd. *Si princ.* Pro *nolemus* ψ habet *volemus.* Tum '*A narratione, a lege, a script.*] Ita Lamb. legit: quod quidem videtur ratio postulare: ubi enim quis principio non utatur, reliqua illi est narratio, quam primam aggrediatur: quæ quamquam ita sint, absunt tamen æque a Mss. et ab impressis aliis.' *Brut.* '*A lege, a script.*] Placet *ab lege*, quod dant Leid. 1. 2. 3. Voss. 2. in quo etiam et Leid. 2. *ab script.* in Leid. 4. *aut a script.* Edd. *vel a script.* Med. addit *aut a narratione.*' Oud. '*Aut ab aliq. firm.*] Deest τὸ *aut* Voss. tribus: *firmissimo* non comparet in Leid. 2.' *Idem.* A G *ab lege, ab script.* et in A *aut* deest.—3 Pro *principium* Schutz. edidit *initium.* Tum A *carpere op.*—4 G *Quon. ergo doc.* Mox in A *attentum* deest.—5 '*Quomodo quidque confici possit*] Duisb. Ms. *modo quodque effici possit:* Lamb. ed. *quom. quidque effici possit;* quod vulgatæ prætulerim. -Al. *quom. quidque eorum conf. possit:* Hervag. *quom. quidque conf. possimus.*' Græv. '*Quom. quidque fieri possit*] Sic habet Gryph. A; *quom. quidque confici possit* Ald. Victor.; Leonic. *quom. quidque eorum conf. possit* legit. Lamb. loco verbi *confici, efficit* habet.' *Brut.* '*Quidque confici*] *Quodque* Leid. 3. 4. *quodque eorum* ed. 1476. *effici* Voss. 2. Leid. 4.' *Oud.* '*Quidque eorum* (hoc ex ed. 1476.) *effici possit* Lamb.' *Orell.* A *quodque conf.* Vulg. ut Ern.—6 Erf. *possumus.*—7 *Eos* Pith. non habet.—8 '*Docile est is, qui attente*] In nullo Ms. reperi istud *is*, quod tamen habent etiam editi.' *Gronov.* ' Non extat *is* in meo et Duisb. nec in suis reperit Gronov. sed Erf. *docile est is, quod attente.*' Græv. ' In Ms. Traj. *est ille.*' Burm. '*Doc. est is*] Expungatur pronomen, jubentibus Mss. sex: in recentissimo et ed. 1476. *ille.*' Oud. *Ille* quoque in A et G. Alt. et Schutz. non habent *is;* et uncis eam voculam Orell. inclusit.—9 A *nos habebimus*, et G *pollicemur.*—10 '*De iis rebus*] Hic deleatur *rebus* auctoritate Mstorum quinque vetustiorum et ed. Med.' *Oud.* In L R quoque et Mss. compluribus *rebus* deest. Orell. eam vocem delevit. G habet *de his rebus.*

NOTÆ

y *Si summam causæ breviter exponemus*] Exemplum habetur in orat. pro Cluent. § 1.

z *De rebus magnis, novis, inusitatis*] Hæc omnia complexus est Horat. Od. III. 1. 'Odi profanum vulgus, et arceo: Favete linguis; carmina non prius Audita, Musarum sacerdos, Virginibus puerisque canto.'

qui audient,[11] aut ad Deorum immortalium religionem:[12 a] et, si rogabimus, ut attente audiant:[13 b] et si numero exponemus res, quibus de rebus[14] dicturi sumus. 8. Benivolos auditores facere quatuor modis possumus,[15] a nostra, ab adversariorum, ab auditorum persona, et a[16] rebus ipsis. v. A nostra persona[c] benivolentiam contrahemus, si nostrum

' *Aut de iis rebus, quæ ad remp. pertinent*] Erf. et al. *aut de iis quæ ad remp. pertineant.* Al. *quæ ad remp. pertinerent.* Edd. nonnullæ *quæ aut ad remp. pertinent.*' Græv. Lamb. Græv.-Burm. *de iis rebus.* Mss. vel *pertinent* vel *pertineant,* teste Gronov. ' *Pertinent*] Immo *pertineant* cum Mss. quinque melioribus et edd. pr.' *Oud.* Ms. Traj. *pertinent,* et sic vulg. Tur. Schutz. et Orell. *pertineant.* Lamb. ed. *aut ad remp. pertineant.*—11 Leid. 1. *eos ad ipsos.* Leid. 2. *audiant:* Leid. 3. Erf. et ed. 1474. Med. *audiunt.*—12 ' *Ad Deor. inm. religionem*] Addunt Leid. 1. Voss. 1. *pietatem;* Leid. 3. *et pietatem,* cum ed. Med. Ed. 1474. *aut pietatem nos esse dicturos,* prave.' *Oud.* ' *Ad Deor. imm. religionem aut ad pietatem nos esse dicturos*] Tria ultima verba, quæ post vocem *pietatem* male hæserant, cum a Lambino admoniti, tum quod a Gryphii libro eodem Ms. longe optimo absunt, sustulimus. Videntur autem e margine in Ciceronis contextum temere ab imperito librario invecta.' *Brut.* A *relig. aut pietatem nos esse dicturos.* G L R ψ, Tur. habent, ut Ern.; et sic vulg. Vid. Nott. Varr.—13 Erf. *audiantur.*—14 ' *Res: quibus de rebus dict. sumus*] Sic legend. esse docent Voss. tres, Leid. 2. et ed. Med. *rebus* addunt etiam reliqui tres. Omnibonus ergo primus edidit *de quibus dict.*' Oud. ' *Res quibus de rebus dict. sumus*] Ita, ut legitur in Gryph. A, edi curavimus: usitata optimis scriptoribus dicendi ratione: ut infra eodem libro, ' De his rebus caute confligendum est, quibus in rebus,' &c. In impressis, partim vox illa prior, *res,* abest, partim duæ sequentes, *de rebus.*' Brut. L, Tur. cum ed. 1474. Junt. Ald. Schutz. et Orell. *res, quibus de rebus:* G R ψ *quibus de rebus,* omisso *res.* Vulg. *res, de quibus dict. sumus.* Vid. Nott. Varr.—15 ψ *possimus:* Ms. Aug. cum Schutz. et Wetzel. *poterimus.*—16 Quinque Mss. Oud. *ab nostra:* Duisb. *aut ab nostra:* ed. Med. *a nostra persona.* Dein ' *Ab adversariorum*] Addunt *nostrorum* Mss. sex et ed. pr. bene. *Ab advers. persona* Voss. 2.' *Oud.* G L R ψ, Tur. et Erf. *ab advers. nostrorum.* Præterea Erf. et ed. Med. non habent copulam ante *a rebus.* In Voss. 1. *ab rebus:* Voss. 2. et duo Leidd. *et ab rebus.*

NOTÆ

[a] *Aut ad Deorum immortalium religionem*] Ita cum pro Domo sua dicere inciperet Tullius, summa arte ostendit cum Deorum religionibus causam suam esse conjunctam.

[b] *Ut attente audiant*] Trita hæc formula: ' Quapropter vos oro atque obsecro, judices, ut attente bonaque cum venia verba mea audiatis.' Verum aliqua etiam major attentio conciliatur, cum eam se postulare nolle profitetur orator, idque se rebus ipsis effecturum. Ita Cic. Philip. II. § 10. ' Sed cum mihi, patres conscripti, et pro me aliquid, et in M. Antonium multa dicenda sint; alterum peto a vobis, ut me pro me dicentem, benigne; alterum ipse efficiam, ut, contra illum cum dicam, attente audiatis.'

[c] *A nostra persona*] Non modo reus, sive is de cujus causa disceptatur, sed etiam ipse orator intelligitur.

officium[d] sine arrogantia laudabimus, aut in remp. quales fuerimus, aut in parentes, aut in amicos,[17] aut in eos ipsos qui audiunt, referemus,[18] dum hæc omnia ad eam ipsam[19] rem, de qua[20] agitur, sint accommodata. Item si nostra incommoda proferemus,[e] inopiam, solitudinem, calamitatem; et si orabimus,[1] ut nobis sint auxilio; simul[2] ostendemus, nos in aliis spem noluisse habere. Ab adversariorum persona benivolentia[3] captabitur, si eos in odium, in invidiam, in contemtionem adducemus.[4] In odium rapiemus,[f] si quod eorum spurce, superbe, perfidiose, crudeliter,[5] confidenter, malitiose, flagitiose factum proferemus. In invidiam trahemus, si vim,[g] si potentiam, factionem,[6] divitias,

CAP. V. 17 ψ *trahemus.* Vid. Nott. Varr. '*Aut in remp.*] Sic alii habent. Lamb. *si aut in remp.* Gryph. A *atque in remp.* quomodo edidimus.' *Brut.* Schutz. quoque habet *atque in remp.* probb. Cens. Jen. et Orell. Ab Erf. absunt verba *aut in remp.* usque ad *in amicos.* Duisb. et Leid. 4. habent *aut etiam in am.*—18 '*Aut in eos, qui audiunt, aliquid ref.*] Sic etiam in Mss. Leidd. et Voss. ac pr. edd. nisi quod *eos ipsos* dent edd. et *ipsos eos* Leid. 4. *audient* Voss. 2. ed. Med. *aliquod* Voss. 2.' *Oud.* '*Vel omnes, vel aliquos*] Inter duas voces *audiunt* et *referemus* in Lambini ed. interjecta verba leguntur.' *Brut.* A G L R ψ *audiunt aliquid, ref.* 'In vulgg. est *vel omnes, vel aliquos ref.* quæ e libris Lambini non bonis fluxere: itaque cum Grævio delevi. Nec tamen cum ipso eorum loco reposui *aliquid*, quod est in Ms. et edd. 1474. Med. Junt. Ald.' *Ern.* Tur. et pauci alii Mss. cum Græv.-Burm. *in eos ipsos, qui audiunt, aliquid ref.* In h. l. quidam Mss. *audient.* Vid. Nott. Varr. —19 '*Dummodo hæc omnia ad ipsam rem*] Erf. *omnia ad ips. rem.*' Græv. '*Dummodo hæc omnia*] Ab Omnib. hæc est lectio. In Mss. meis ad unum omnibus et ed. Med. *dum*, quod optimis quibusque cum subjunctivo pro *dummodo* in usu esse, nemo nescit.' *Oud.* G L, Tur. et multi alii Mss. cum ed. Med. Junt. Schutz. et Orell. *dum:* A R ψ, Lamb. Oliv. Græv.-Burm. et Lall. *dummodo.* Tum Schutz. delevit vocem *ipsam.*—20 Orell. conj. *qua de agitur.*—1 Pro *orabimus* A habet *rogabimus.*—2 '*Simul ost.*] Mss. sex cum ed. pr. *et simul:* Leid. 3. *si simul.* Ed. 1476. *et si simul.* Certe addi quid debet.' *Oud.* A *et si simul;* et sic al. teste Grævio. Græv.-Burm. et Schutz. *simul*, sine *et* atque *si.* Multi Mss. Tur. Lamb. et Orell. *et simul ost.*—3 Voss. 2. Leid. 3. *benivolentiam:* Pith. *benevolentiam.*—4 '*In contemtionem*] *In* a Mss. abest, si excipias Voss. 2. et Leid. 4.' *Oud.* Erf. habet *et contemt.* Dein A *adducamus.*—5 '*Si quod*] Duisb. et nonnullæ edd. *si quid.*' Græv. *Si quid* etiam in Leid. 4. et ed. Omnib. *Si quod ipsorum* G, qui mox exhibet *et superbe.* Præterea in Erf. legitur, *perf. perniciose, crud.*—6 A *si vim, pot., fac.*

NOTÆ

[d] *Si nostrum officium*] Exemplo sit exordium orationis pro L. Flacco.

[e] *Si nostra incommoda proferemus*] Quod egregie præstitit Tullius in orat. pro P. Quint. § 1.

[f] *In odium rapiemus*] Quibus modis odium, invidia, ceterique affectus concitandi sint, dicemus alibi, ubi se commodior occasio dabit. Interim odii in adversarios commovendi hoc Tullianæ orat. in Vatin. exemplum esto § 1.

[g] *In invidiam ... si vim, &c.*] Ab his capitibus invidiam facit Chrysogono

incontinentiam, nobilitatem, clientelas, hospitium, sodalitatem,[7] affinitates adversariorum proferemus, et his adjumentis magis, quam veritate[8] eos confidere aperiemus. In contemtionem adducemus, si inertiam, ignaviam, desidiam, luxuriam adversariorum[9] proferemus. Ab auditorum persona[h] benivolentia colligetur,[10] si res eorum fortiter, sapienter, mansuete, magnifice judicatas proferemus: et si, quæ de iis[11] existimatio, quæ judicii expectatio sit, aperiemus. Ab rebus[12] ipsis[i] benivolum efficiemus auditorem, si nostram causam laudando extollemus, adversariorum per contemtionem[13] deprimemus.

VI. Deinceps de insinuatione aperiendum[14] est. 9. Tria sunt tempora, quibus principio uti non possumus, quæ di-

Duisb. *si vim, potentias, si fac.*—7 G et Lamb. *clientelam.* Lall. et Schutz. e conj. Gulielmii habent *hospitia, sodalitates.* Vid. Nott. Varr.—8 '*Veritate*] Sic sola ed. Med. In ceteris *veritati.*' Oud. *Veritati* quoque Tur. Lamb. et Schutz. In ψ *veritatis.* Vulg. *veritate.* Vid. Nott. Varr.—9 G *si inert., si ignav., des., luxuriamque prof.* '*Luxuriam eorum*] Mss. omnes et edd. pr. *adversariorum.* Quod nulla de caussa mutarunt recentiores edd. cum Lambino.' *Oud.* '*Eorum*] Sic Lamb. *adversariorum* alii.' *Brut.* Tur. plures Mss. et edd. vett. *adversariorum;* et sic Orell. qui eam uncis inclusit. Quidam Mss. Lamb. Oliv. Græv.-Burm. Lall. et Schutz. *eorum.* Vid. Nott. Varr.—10 '*Colligetur*] *Colligitur* Mss. duo et edd. pr. *captare* Voss. 2. *ducitur* Leid. 1.' *Oud.* In G L ψ *colligitur.*—11 G *profiremus.* Tum idem Ms. cum Tur. et Lamb. ed. *de his exist.*—12 '*A rebus*] In quatuor vetustioribus *Ab rebus.*' Oud. A G L R, Lamb. Grut. Oliv. Græv.-Burm. et Lall. *A rebus.* ψ, ed. 1474. Schutz. et Orell. *Ab rebus.*—13 L R ψ, Voss. 1. cum Leid. 1. a m. pr. et Leid. 2. *tollemus;* et sic quidam alii Mss. teste Grævio. Deinde G habet *et advers.* et edd. vett. *per contentionem,* teste Grævio.

Cap. VI. 14 '*Aperiundum est*] Pal. 4. nihil habet loco illius *aperiundum est,* et profecto poterat abesse.' *Grut.* 'Mss. sex et ed. 1476. *aperiendum est:* Voss. 3. *aperiemus:* ed. Med. *dicemus.*' Oud. A R *dicendum,* et sic Tur. a m. pr. *Tractandum* vet. Car. Stephani. Plures Mss. et ed. 1474. Med. Junt.

NOTÆ

Tullius in orat. pro Rosc. Am. § 6. 'Is a vobis, judices, hoc postulat,' &c.

[h] *Ab auditorum persona*] Præcipue si in causa judices adsint. Sic in Miloniana Tullius gratiam Pompeii sibi demerebatur § 2. 'Me recreat et reficit Cn. Pompeii, sapientissimi et justissimi viri, consilium,' &c.

[i] *Ab rebus ipsis*] Exemplum in Maniliana suggerit Cicero: 'Illud imprimis mihi lætandum jure esse video quod in hac insolita mihi ex hoc loco ratione dicendi, causa talis oblata est, in qua oratio deesse nemini potest. Dicendum est enim de Cn. Pompeii singulari eximiaque virtute: hujus autem orationis difficilius est exitum quam principium invenire. Ita mihi non tam copia quam modus in dicendo quærendus est.'

ligenter sunt consideranda;[15] aut cum turpem causam habemus, hoc est, cum ipsa res animum auditoris a nobis alienat; aut cum animus auditoris persuasus videtur esse ab iis qui ante contra[16] dixerunt; aut cum defessus est eos audiendo, qui ante dixerunt.[17] Si causa turpitudinem habebit, exordiri poterimus his rationibus: rem, non hominem;[k] aut hominem, non rem[18] spectari oportere: non placere nobis ipsis quæ facta dicantur ab adversariis, et esse indigna, aut nefaria.[19] Deinde cum diu rem auxerimus, nihil simile a nobis factum ostendemus; aut aliquorum judicium de simili causa, aut de eadem, aut de minore, aut de majore proferemus.[20] Deinde ad nostram



Ald. Lamb. Schutz. et Orell. *aperiendum.* Al. *aperiundum.*—15 '*Tempora quibus*] Leid. 2. *genera vel tempora, q.* Voss. 1. ed. 1476. *in quibus:* bene.' *Oud.* '*Tria sunt tempora, quæ dil. sunt cons.: in quibus, &c.*] Unus Leoniceni liber vetustissimæ ed. (Venetiis enim nonagesimo tertio abhinc anno est excusus) converso ordine verborum, ita habet. Gryph. tres Mss. longe vetustissimi a vulgatis non dissentiunt.' *Brut.* A ψ, Erf. Tur. et Grævii Ms. *in quibus.* Porro G ψ *possimus.*—16 Put. et Erf. *esse vid.* Tum Schutz. delevit vocem *ante;* et *contra* in ψ deest.—17 Verba *aut cum def. est eos aud., qui ante dix.* in Erf. non leguntur. R habet *antea dix.*—18 '*Aut hom. non rem*] Desunt Voss. 3. *aut* carent quatuor. In Leid. 3. legas *hom., non rem, aut rem, non hom.* et sic dant edd. pr. nisi quod a. 1476. *aut* non conspiciatur.' *Oud.* '*Aut hom. non rem*] Quatuor hæc verba absunt a duobus Gryphii Mss. quorum est uterque vetustissimus; in uno leguntur, qui est recentior, ut in vulgatis habentur, præter particulam *aut*, quæ abest.' *Brut.* Præterea al. *exspectare op.* Vulg. ut Ern. Vid. Nott. Varr.—19 Lamb. *et nef.* Duisb. *nef.* omisso *aut.* Erf. *aut nef. proferemus.*—20 Al. teste Grævio, *rem diu aux.* Verba

NOTÆ

[k] *Rem, non hominem*] Hoc generale præceptum, quod non ad exordia solum, sed et ad ceteras orationis partes pertinet. Ab iis quæ nocent ad ea quæ prosunt, refugiendum: si causa laborat, persona subveniat; si persona odiosa est, causæ inhærendum. Horatius, exempli gratia, is qui solus ex tergeminis fratribus superfuit, intempestiva sororis comploratione commotus eam ferro conficit. Quid pater ut filium morte eripiat? facinus quod erat immane tacet: filii triumphum et anteactæ vitæ decora persequitur: 'Hunccine quem modo decoratum ovantemque victoria incedentem vidistis, Quirites, eum sub furca vinctum inter verbera et cruciatus videre potestis?' &c. apud Liv. l. I. Contra si nihil in persona sit præsidii, instandum est causæ. Si spectatæ integritatis sit adversarius, non quidem ipse graviter est exagitandus, sed videndum an studia, quibus operam dat, sint censuræ obnoxia. Ita cum in causa Murenæ Tullius Catonem adversarium sustineret, virum longe sapientissimum et omni laude majorem, nihil in eo reprehendit, sed ne ipsi fides haberetur, Stoicorum sectam, cui deditus erat Cato, per jocum irridere cœpit

causam pedetentim[1] accedemus, et similitudinem conferemus. Item si negabimus,[2] nos de adversariis, aut de aliqua re dicturos,[1] et tamen[3] occulte dicemus interjectione verborum.[4] 10. Si persuasus auditor fuerit, id est, si oratio adversariorum auditoribus fidem fecerit:[5] (neque enim non facile scire poterimus, quoniam non sumus nescii, quibus rebus fides fieri soleat:) ergo si fidem factam putabimus, his nos rebus[6] insinuabimus ad causam: de eo,[7] quod adversarii firmissimum sibi adjumentum putaverint,[8] pri-

Deinde cum diu rem aux. usque ad *de majore proferemus* non habentur in Erf. '*De simile caussa, aut de eadem aut de minore*] Sic Mss. omnes mei et edd. pr. nisi quod in Leid. chartaceo sit *et de eadem re:* mihi istud *re* non placet. *Simili de caussa* in eodem et Leid. 3.' *Oud.* '*Aut de eadem re, aut de minore*] Sic reposui ex Duisb. cum *re* desideretur in aliis, ut paullo post, *aut de aliqua re dicturos.* Mox Put. *aut de min. aut maj.* Pith. *de min. aut maj.* Addit Pithœus *de* esse glossam. Abest etiam a Duisb.' *Græv.* Vulgg. *aut de ead., aut de min.*—1 Put. *aut nostr. caussam pedetemptim:* Duisb. et Leid. 4. *ad nostram pedetentim.*—2 Schutz. *Item neg.* deleto *si.* Voss. 1. *Item si denegabimus.* —3 Lamb. Schutz. in ed. prima, et Wetzel. *de aliqua re eorum dict.* '*De aliqua re eorum* ed. Omnib. contra Mss. omnes.' *Oud.* '*Eorum* neque in Aldi, neque in Victorii ed. legitur; cum quibus tres Gryph. congruunt. Lambinus, ut etiam Lugduni excusi, habet.' *Brut.* *Eorum* non habent A G L R ψ, Tur. plerique Mss. et ed. Grut. Oliv. Græv.-Burm. Lall. Schutz. et Orell. Vid. Nott. Varr. G habet *esse dict.* et R *tantum occulte.*—4 ψ *per interjectionem verb.*—5 Verba *Si persuasus ... id est,* quia ab interpolatore profecta, Schutz. delevit. 'Duæ voces *id est* in duobus Gryph. vetustioribus non habentur. Non incommode autem videntur posse desiderari.' *Brut.* Vid. Nott. Varr. Vulg. ut Ern. Dein Erf. et Put. *fec. aud. fidem.*—6 Lamb. et Græv.-Burm. *his rebus nos.* Vulg. *his nos rebus.*—7 '*De eo, quod*] Quidam libri vett. non habent particulam *si* ante *de eo quod;* quos secuti sumus. Vulgata tamen lectio ferri potest.' *Lamb.* '*De eo, quod*] Sic Erf. Put. et alii Mss. Vulgati, *si de eo quod.*' Græv. 'Lamb. sublata particula *si, De eo* clausulæ principium facit; cujus emendationem duo Gryph. B C tuentur.' *Brut.* A G L R ψ, Tur. Oliv. Græv.-Burm. Lall. Schutz. et Orell. non habent *si.*—8 *Sibi* abest ab ψ. '*Adjumentum putarint*] Sic Voss. 1. 3. Leid. 1. 2.

NOTÆ

tam facete, ut judicium risu solveretur.

[1] *Aut de aliqua re dicturos*] Alexander jam immensa terrarum spatia vincendo emensus, cum ultra ad Oceanum Indicum progredi cogitaret, eum ab eo consilio ita deterret Cœnus ducum unus, ut initio videatur ejus voluntati obsequi: 'Dii prohibeant a nobis impias mentes et profecto prohibent. Idem animus est tuis qui fuit semper, ire quo jusseris, pugnare, periclitari, sanguine nostro commendare posteritati tuum nomen. Proinde si perseveras, inermes quoque et nudi et exsangues, utcumque tibi cordi est, sequimur vel antecedimus. Sed si audire vis non fictas tuorum militum voces, rerum necessitudine ultima expressas, præbe, quæso, propitias aures imperium atque auspicium tuum constantissime secutis, et quocumque pergis secuturis.' Q. Curt. l. x.

mum nos dicturos pollicebimur; aut ab adversarii dicto exordiemur,[m] et ab eo maxime, quod ille nuperrime dixerit; aut dubitatione utemur,[9] quid potissimum dicamus, aut cui loco[10] primum respondeamus, cum admiratione.[11] Si defessi erunt audiendo; ab aliqua re, quæ risum movere possit, exordiemur,[12] ab apologo, a fabula[13] verisimili,[n] imitatione, depravatione,[o] inversione, ambiguo, suspicione,[p] ir-



Vulgo *putaverunt*. In Voss. 2. non legas *adjumentum*, nec male.' *Oud.* Schutz. et Wetzel. *adjumentum* omittunt. In A G L R *putarint*. Plures Mss. ap. Ern. et ed. 1474. Med. Junt. Ald. Lamb. Schutz. et Orell. *putaverint*.—9 Erf. *ab adv. dicto exord. ut ab eo max.* sine *aut* ante *ab adv.* Duisb. *aut ab adversariis dicto exordiemur.* 'Gryph. B C, sine *aut*, *ab adv. dicto*, et linea seq. *dubitatione utemur* æque habent sine voce *aut*, quæ cum in excusis aliis, tum in Gryph. A legitur.' *Brut.* Erf. quoque *dub. utemur*, omisso *aut*. In verbis intermediis ψ habet *quæ ille*, et A *dixit*.—10 Erf. et Gryph. B C *quo loco*.—11 Erf. *resp. cum affirmatione.* '*Cum admiratione*] Addunt Voss. 1. *vel confirmatione*, Leid. 2. *vel affirmatione*.' Oud.—12 '*Exordiemur, ab apologo*] Dele verbum ἀπὸ κοινοῦ repetendum, nec in ullo Msto comparens.' *Oud.* Pro *exordiemur* Mss. L et Lips. ac ed. 1474. et Schutz. habent *incipiemus;* 'non inepte,' ait Ern. In ed. Junt. *exordiri poterimus.* Vulg. *exordiemur:* in Ms. ψ et Erf. deest. Orell. uncis inclusit. Vid. Nott. Varr.—13 G R ψ, Erf. Leid. 2. Schutz. et Orell. non habent præpositionem *a* ante *fabula.* In A *vel a fab.*

NOTÆ

[m] *Ab adversarii dicto exordiemur*] Non aliter exorsus est Tullius orat. pro Ligario, in quem Pompeii partes alias secutum maxime commoverat Cæsaris animum Tubero: 'Novum crimen, C. Cæsar, et ante hunc diem inauditum, propinquus meus ad te, Q. Tubero, detulit,' &c. Hoc unum exordium exemplum eorum esse possit quæ ducuntur ab aliqua re quæ risum movere possit, et præcipue exsuperationis, de qua paulo inferius, qua res ex se tenuis ridicule amplificatur; item novitatis, qua judicum animos inusitatis sententiis lepide præstringimus.

[n] *Ab apologo, a fabula verisimili*] Quomodo incepit Crassus contra Scævolam, ut refertur in Bruto § 197. De fabula paulo inferius § 8. de apologo, de imitatione, de depravatione, de inversione, ambiguo, immutatione, et aliis id genus quæ risum movent, fuse agit ipse Tullius de Orat. l. II. a § 248. ad § 289. Nomine fabulæ verisimilis eam intelligit, quam rhetor Aphthonius μῦθον λογικὸν appellat, qua homines inducuntur aliquid agentes. Paulo inferius § 8. a se ipse dissentit auctor Herennianus, qui fabulis res verisimiles negat contineri.

[o] *Depravatione*] Oris depravationem nullum in jocis liberalibus habere locum recte sentit Cicero. Per depravationem vocabuli corruptionem intelligunt aliqui, ut si quis Tiberium Claudium Neronem appellet Biberium Caldium Meronem.

[p] *Suspicione*] Qua tacite adducimus adversarium in invidiam alicujus criminis, aut etiam hujus ipsius cujus alios accusat. Quod arte singulari præstat Cic. in orat. pro Ligario: 'Habes igitur, Tubero, quod est accusatori maxime optandum, confitentem reum; sed tamen ita confitentem se in ea parte fuisse, qua te, Tubero, qua virum omni laude dignum patrem

risione, stultitia,[q] exsuperatione, collatione,[r] literarum mutatione;[14][s] præterea expectatione,[t] similitudine,[u] novitate,[15] historia, versu,[x] aut ab [16] alicujus interpellatione,[y] aut arrisione;[z] et si promiserimus, aliter, ac parati fuerimus, nos esse dicturos; nos non eodem modo, ut ceteri soleant, verba facturos; quid alii soleant, quid nos facturi simus,[17]

Leid. 3. *vel fab.*—14 '*Immutatione*] Sic Gryph. B C: habet alius, ut est in excusis, *imitatione*.' Brut. '*Vel imitatione* Voss. 1. Leid. 2. aliique: *imitatione sententiæ* Voss. 2.' *Oud.* Vulg. *imitatione depravatione.* Ms. Altorf. Schutz. et Orell. habent *im. depravata.* Deinde '*Inversione, ambiguo*] *Verborum inversione* Voss. 2. Tum *ab ambiguo* Mss. quatuor.' *Oud.* G L quoque *ab ambiguo.* '*Suspicione*] Præponunt Mss. tres *abjectione:* in Voss. 1. Leid. 2. *a susp.*' Oud. Al. teste Grævio, *invers., abjectione, ambiguo, susp.* Erf. *invers., susp.* In A L R ψ non est *abjectione.* Tum *irrisione, stultitia* omnes Mss. et edd. præter Schutz. Wetzel. et Orell. qui habent *irrisione stultitiæ.* Pro *exsuperatione,* Erf. et Cauch. *separatione,* A R *superatione.* Pro *collatione,* Erf. Tur. et Gryph. B C *collectione.* Præterea '*Abjectione, adjectione, lit. mut.*] Ed. 1474. Med. aliæque non habent *adjectione,* nec Grævius in ullo Ms. reperit. Neutrum Ms. Lips. edd. Junt. Ald. quas Grævius non inspexit. Itaque cum Grævio delenda putavi ut glossas.' *Ern.* Grut. Oliv. Græv.-Burm. et Lall. *abj., adj., lit. mut.* Al. *abj. vel adj. litt. mut.* In A L R ψ *abjectione,* et in A G L R *adjectione* deest. 'Gryph. B C *collectione, litt. mut.* a quibus Gryph. A non dissentiens, vocem *collatione,* quæ in vulgatis mansit, retinet. In Leonic. qui *collatione* habet, *abj. mut. litt.* legitur.' *Brut.* In A *immutatione:* ed. 1474. *imitatione.* Lamb. *abj. aut adv. lit., aut commutatione.* Vid. Nott. Varr.—15 Pro *præterea expect.* Schutz. *dicto præter expectationem,* Orell. prob. Tum *similitudine turpi, novitate* in Gryph. B et C scriptum exstat. In A *sim. et nov.*—16 In G et Tur. *aut,* et in ψ *ab* deest. Mox pro *arrisione,* Tur. habet *derisione,* et Lamb. *irrisione.* Dein *et* ante *si* non est in A, et pro *promiserimus* ψ habet *pollicebimur:* Cens. Jen. *et simul prom.* Vid. Nott. Varr.—17 Pro *non modo eodem ut,* ed. 1474. *aliter quam:* in ψ legitur *quo cet. sol.* Cens. Jen. *nos esse dict., non eod. modo ut ceteri,* omissis reliquis. Mox G R *facturi sumus:* Tur. *dicturi simus.* Vid. Nott. Varr.

NOTÆ

tuum. Itaque prius de vestro delicto confiteamini necesse est, quam Ligarii ullam culpam reprehendatis.'

[q] *Stultitia*] Cum ostenditur adversarium iisdem, quos nobis paraverat, laqueis irretiri, ut videre est in exemplo mox allato.

[r] *Collatione*] Sive rerum comparatione, de qua in consequentibus libris dicendi locus occurret. Legunt aliqui *collocatione.*

[s] [*Abjectione, adjectione,*] *literarum mutatione*] Hæc spectant figuram Græcis dictam παρονομασίαν, huic auctori annominationem, de qua l. IV. § 29.

[t] *Expectatione*] Cum finita oratione adversarii subsistimus, mora ipsa facimus audientiam, ac subito improvisum aliquid lepide proferimus.

[u] *Similitudine*] Ad collationem facile referri potest.

[x] *Historia, versu*] Cum ab aliqua jocosa historia, aut faceto poëtæ versu, initium ducimus.

[y] *Interpellatione*] Cum perpetuam adversarii orationem interrumpimus, et alio divertimus.

[z] *Arrisione*] Arrisio, ut quidam distinguunt, est personæ; irrisio, rei.

breviter exponemus. VII. Inter insinuationem et principium hoc interest. 11. Principium hujusmodi[18] debet esse, ut statim apertis rationibus quibus[19] præscripsimus, aut benivolum, aut attentum, aut docilem faciamus auditorem: at insinuatio ejusmodi[20] debet esse, ut occulte per dissimulationem eadem illa omnia conficiamus, ut ad eandem commoditatem in dicendi opere pervenire possimus.[1] Verum hæ tres utilitates[2] tametsi in tota oratione sunt comparandæ, hoc est, ut auditores sese perpetuo nobis attentos, dociles, benivolos præbeant; tamen id per exordium[3] causæ maxime comparandum est. Nunc, ne quando vitioso exordio[4] utamur, quæ vitia vitanda[a] sint, docebo.[5] In[6] exordienda causa servandum est, ut lenis sit sermo, et usitata[7] verborum consuetudo, ut non apparata[b] oratio

---

CAP. VII. 18 '*Quod princ. hujusmodi*] *Quod* expunxi anctoritate Put Erf. Duisb. Meus cod. *quia princ. hujusm.* Erf. etiam pro *hujusmodi* scribit *ejusmodi.*' Græv. 'Tres Gryph. Mss. *quod* non habent: quæ eadem lectio in nonnullis impressis habetur. Leonic. Victor. Ald. Lamb. *quod* retinent.' *Brut.* '*Princ. hujusm.*] Sic Mss. quos vidi, sex, cum ed. Med. Vulgo male addebant *quod* vel *quia*. Sed et *ejusmodi* est in sex meorum et ed. Omnib.' *Oud.* R, Grut. Oliv. et Lall. *quod princ.* Quædam vett. edd. *quia princ.* Al. *quoad princ.* A G L ψ, Tur. Græv.-Burm. Schutz. et Wetzel. habent ut Ern. Dein A L ψ *hujusmodi*, et sic vulg. G R, Tur. et al. *ejusmodi;* sic etiam Orell.—19 '*Apertis rationibus*] In nullo meorum est *his*, quod addidit Grævius. Sed *quibus* præbent Mss. et edd.' *Oud.* Mss. plerique, Tur. Lamb. Grut. Oliv. et Lall. *statim ap. rat.* Duisb. Græv.-Burm. et Orell. *ap. his rat.* Schutz. *statim et aperte his rat.* non improb. Orellio. Dein A G L R et Lamb. *quas præscr.* Tres Gryphii Mss. *æque præscr.* Vid. Nott. Varr.—20 Voss. 1. 2. et ed. Med. *hujusmodi.*—1 Erf. *omnia illa conf., ut per eand.* Dein '*In dicendi opere pervenire*] Ita solus ex meis dat Voss. 2. Ceteri cum edd. pr. *in dic. op. venire.*' Oud. Grut. Lall. et Oliv. habent *in dicendo perv.* In G L ψ *dicendi:* A G L R ψ *opere venire.* '*In dicendi op. perv.*] Sic Ms. Cort. ed. 1474. Med. Junt. Ald. et alii libri ap. Oud. quod cum Grævio restituimus. *In dicendo* est e Lambini conj.' *Ern.* Schutz. delevit verba *ut ad eand. . . . perv. possimus.* Vid. Nott. Varr.—2 Erf. *hæ res util.* Mox A, Erf. et quatuor Mss. Oud. *sint comp.*—3 ψ *tamen id exord.* sine *per*, et paulo post A *parandum est.* —4 Gryph. A *vitio in exordio.*—5 '*Vitanda sunt*] Voss. 2. Leid. 4. cum ed. Med. *vit. sint.*' Oud. G L R ψ, Grut. Oliv. et Græv.-Burm. *vit. sunt:* A, Tur. Ms. Cort. Lips. ed. 1474. Lamb. Lall. Schutz. et Orell. *vit. sint.* Schutz. transposuit verba *Nunc . . . docebo* post *oratio esse videatur.*—6 Erf. *Exord. causa,* sine *in.*—7 '*Et usitata*] In Mss. quatuor et ed. Omnib. *ut:* bene. Ed.

NOTÆ

[a] *Quæ vitia vitanda*] Cum alibi tum præcipue vitanda sunt in exordio vitia: cum, ut argute Quintil. ait lib. IV. c. 1. 'Vitiosum procemium possit videri cicatricosa facies; et pessimus certe gubernator, qui navem, dum portum egreditur, impegit.' Ceterum pleraque hæc vitia non exordii solum, sed totius fere orationis sunt.

[b] *Non apparata*] Quæ repentino

esse videatur.[8] Vitiosum exordium est, [p. 3.] quod in[9] plures causas potest accommodari, quod vulgare[c] dicitur: item vitiosum est, quo[10] nihilo minus adversarius potest uti, quod commune[d] appellatur: item illud, quo leviter commutato[e] adversarius poterit uti ex contrario:[11] item vitiosum est,[12] quod nimium apparatis verbis compositum est,[13] aut nimis[14] longum[f] est, et quod non ex ipsa causa

Med. *et ut us.*' Oud. *Ut us.* quoque in G ψ et Tur.—8 Put. *or. vid.* Erf. Tur. cum Ald. et Lamb. *or. vid. esse.*—9 ψ non habet *in.*—10 Erf. et Leid. 2. *quod nih.* et mox pro *appellatur*, G habet *vocatur*, et Pith. *appellari potest.*—11 *Illud* in A deest. Tum '*Quo lev. comm.*] Duæ posteriores voces absunt a Voss. et Leidd. omn. et ed. Omnib. in quibus *quo advers. ex contrario poterit* (vel *potest*) *uti.* In ed. Med. *q. adv. ex contrario lev. comm. p. u.*' Oud. In L quoque verba *leviter comm.* non leguntur. A ψ *quo adv. ex contr. lev. comm. poterit uti.* Quidam Mss. et Lamb. ed. *potest uti.* Vulg. ut nos. Vid. Nott. Varr.—12 *Est* G non habet.—13 '*Apparatis verbis*] Voss. 3. *apparate* cum ed. Med. *Accurate et apparate* Leid. 3.' *Oud.* 'Erf. *apparate;* quod sane non displicet.' *Græv.* In G R etiam, Tur. Schutz. et Orell. *apparate.* Al. Mss. et edd. *apparatis verbis.* Tum '*Comp. est*] *Est* recte abest a Leid. 4.' *Oud.* Ern. in notula dicit '*est* delevi cum Ms. Leid. ap. Oud. et ed. 1474. nam nimis frequens est verbum illud:' sed in ejus textu illud verbum retinetur.—14 A G L R ψ, sex Mss. Oud. et edd. pr. *aut nimium:* ed. Med. *aut quod ni-*

NOTÆ

quasi motu fiunt exordia, nec videntur domi meditata, majorem plerumque obtinent fidem. Sed cum diu ante præparata senserit auditor, tum quasi structas sibi vereretur insidias, præmunit animum adversus reliquas orationis partes, ac bonitati causæ diffidit. Non ideo tamen oratori licebit esse negligenti: sic enim quem videretur contemnere, judicem a se abalienaret.

[c] *Vulgare*] Cujusmodi est illud Isocratis in exordio Panegyrici. Aliquando tamen a magnis oratoribus non inutiliter usurpatum vulgare exordium, ait Quintil. IV. 1. præsertim si gravem aliquam sententiam complectatur. Sic apud Sallust. in Bello Catil. cum ageretur de conjuratorum supplicio, C. Cæsar exordium adhibuit, quod cuilibet deliberationi aptari potest: 'Omnes homines P. C. qui de rebus dubiis consultant, ab odio, amicitia, ira, atque misericordia vacuos esse decet. Haud facile animus verum providet, ubi illa officiunt; neque quisquam omnium libidini simul et usu paruit. Ubi intenderis ingenium, valet: si libido possidet, ea dominatur, animus nihil valet.' Multum conducet juxta præceptum Hermogenis hujusmodi sententias ex communibus fieri proprias, dum fatebimur eas esse ceteris quidem causis accommodari solitas, nostræ tamen potissimum convenire.

[d] *Commune*] Quod etsi præsentis est causæ, tamen perinde potest ab adversario usurpari. Vitiorum in exordiis et aliis partibus orationis exempla non tanti est proferre: utinam hac præsertim ætate deessent.

[e] *Quo leviter commutato*] Quod adversarius in suam utilitatem deflectere potest, commutabile dicitur Quintiliano. Id, quanquam clarum, magis patebit ex lib. II. § 38. ubi disseritur de argumentis ex contrario convertendis.

[f] *Aut nimis longum*] Observat A-

natum videtur,[15] (quod separatum[g] vocatur; in quo etiam translatum includitur;)[16] ut proprie cohæreat cum narratione;[17] et quod neque benivolum, neque docilem, neque attentum facit auditorem.[18] VIII. De exordio satis dictum est:[19] deinceps ad narrationem transeamus.

12. Narrationum tria sunt genera.[20][h] Unum est, cum[1] exponimus rem gestam, et unumquodque[2] trahimus ad utilitatem nostram, vincendi causa; quod pertinet[3] ad eas causas de quibus judicium futurum est. Alterum genus narrationis est,[4] quod intercurrit nonnunquam fidei, aut criminationis,[5] aut transitionis, aut alicujus apparationis,

mis. Vid. Nott. Varr.—15 G R, Lips. Tur. et quinque Mss. Oud. *videatur;* quod Ern. melius putat.—16 Verba *quod sep. . . . includitur* absunt ab L ψ, Tur. omn. Mss. Oud. ac edd. Med. Ald. Vict. Brut. et Schutz. Pro *includitur,* A G R habent *concluditur.* Vid. Nott. Varr.—17 G *proprie non coh.* 'Lamb. emend. *non proprie coh.* sed nihil opus.' *Schutz.* Voss. 3. *coh. narrationi:* ed. Med. *conveniat.* Vid. Nott. Varr.—18 Quidam Mss. teste Gronovio, *facit aud., quod contra præcepta et inefficax appellatur.*

CAP. VIII. 19 A G L, Tur. Duisb. sex Mss. Oud. et ed. Med. *erit dictum:* Erf. *satis dictum,* omisso *est.*—20 ' Duisb. *Narr. vero tria sunt gen.* Erf. meus, et edd. nonnullæ *Narr. gen. tria sunt.*' Græv.—1 ' *Unum quo exp.*] Voss. et Leid. 3. cum ed. Omnib. *Unum est cum exp.* Leid. 1. ed. Med. *Unum, cum exp.* in al. *Unum est, quo.*' Oud. L ψ, Grut. Lamb. Oliv. et Lall. *Unum, quo:* A R, Lips. Erf. Tur. cum ed. 1474. Junt. Omnib. Schutz. et Orell. *Unum est, cum.*—2 Lamb. et Orell. *unumquidque.*—3 Ms. Cort. et Schutz. *quod genus pert.* Ern. non improb. ' *Quod pert.*] *Quod maxime pert.* Gryph. A.' *Brut.* Vulg. *quod pert.*—4 Vulg. *narr. est:* Erf. Tur. Lamb. et Orell. *est narr.* Schutz. delevit *narrationis,* quæ vox suspecta fuit Ernestio.—5 ' *Fidei, crim.*] Voss. 1. Leid. 1. ed. Med. *fidei aut crim.* In reliquis et edd. ante

NOTÆ

ristoteles eos qui malam causam aut habent aut habere videntur, exordia adhibere longiora; nam in quovis alio loco versari melius est illis, quam in ipsa causa: sic cum aliquid peccaverunt servi, nequaquam ad quæsita respondent, sed longis utuntur ambagibus.

[g] *Separatum*] Quale est utrumque Sallustii in bello tum Catilinario, tum Jugurthino exordium: qualia sunt in plerisque Ciceronis operibus principia. Id, ne cui mirum videatur, narrat ipse Tullius ad Att. XVI. 6. se volumen proœmiorum habuisse, ex eoque solitum eligere, cum aliquem librum institueret: indeque evenisse, ut quod proœmium Acad. III. jam præfixerat, id in lib. de Gloria conjecerit; quod erratum ut agnovit, novum statim proœmium exaravit.

[h] *Narrationum tria sunt genera*] Primum ad causam nostram confirmandam pertinet: alterum non tam confirmat quam illustrat: tertium a foro et civilibus causis est omnino remotum, versatur in fabulis, historiis, et argumentis exponendis, in quibus exerceri ad parandam orationis copiam, et fingendum stylum, aliquando convenit oratori.

vel laudationis[6] causa. Tertium genus est id[7] quod a causa civili remotum est; in quo tamen exerceri convenit, quo commodius illas superiores narrationes in causis tractare possimus. 13. Ejus narrationis duo sunt genera: unum, quod in negotiis; alterum, quod in personis positum est. Id, quod in negotiorum expositione positum est, tres habet partes, fabulam, historiam, argumentum. Fabula[i] est, quæ neque veras, neque verisimiles continet res, ut hæ quæ a tragœdis traditæ sunt.[8][k] Historia est res gesta, sed[9] ab ætatis nostræ memoria remota.[l] Argumen-

Græv. *aut fid. aut crim.*' Oud. Lips. *fid. aut crim.* A L R ψ, Lamb. Grut. Lall. et Oliv. *aut fid. aut crim.* Tur. Mss. multi, Græv.-Burm. et Schutz. ut nos. Vid. Nott. Varr.—6 '*Apparationis vel laud.*] Suprascr. in Voss. 1. *vel amplificationis.* Desunt *vel laud.* a Leid. 3. *causa aut laud.* ed. Med. *aut* pro *vel* in duobus aliis.' *Oud.* *Vel laudationis* absunt etiam ab Erf. et Gryph. B C. In Tur. *aut laud.*—7 A *Tertium est quod a causa.*—8 '*Ut hæ, quæ tragœdis traditæ sunt*] Voss. 1. cum duobus Leidd. et ed. Med. *ut hæ sunt.* Dein *a tragœdis* Voss. 2. *in tragœdiis* Leidd. duo: *tragœdiis* ed. Med. *a tragœdiis* ed. Omnib. *traditæ* deest Leid. 4.' *Oud.* A *ut hec quæ:* G *ut hæ sunt quæ.* A G L *tragœdiis;* et sic vulg. ψ *tragedis:* R et Orell. *in tragœdiis:* ed. 1474. et ed. Med. *ut hæ quæ a tragœdis.* Lamb. *ut quæ in tragœdiis:* Græv.-Burm. *ut hæ quæ tragœdis:* Tur. *ut hæ sunt, quæ traged'.* Vid. Nott. Varr.—9 *Sed* in A

NOTÆ

[i] *Fabula*] Est proprie narratio ad delectationem inventa, quales Æsopi sunt Fabulæ: dicitur quoque de quovis carminis genere sive epico sive tragico. Vide notas in l. II. § 264. de Orat.

[k] *Ut hæ quæ a tragœdis* [*tragœdiis*] *traditæ sunt*] Perperam tradit tragœdiis res neque veras neque verisimiles contineri; cum, teste Aristotele in Poëtica, tragœdiæ præcipua laus sit in verisimilitudine constituta; idque poëtam inter et historicum intersit, quod hic quidem res gestas, ille ut geri potuerunt, exponat. Aristoteli consentit Horatius in Arte, et quotquot poëticam attigerunt: 'Ficta voluptatis causa sint proxima veris.' Porro tragœdia, ut recte definit Aristoteles, est imitatio actionis illustris, absolutæ, justa magnitudine comprehensæ, non per enarrationem, sed per misericordiam atque terrorem, ejusmodi perturbationibus animum purgans. Ortum habuit e Bacchi sacris, cui caprum infestum vitibus Attici quotannis immolabant, festivo saltu modulisque rusticis, qui nihil præter Bacchi laudes continerent. Hinc τράγος *caper*, et ᾠδὴ *cantilena* tragœdiæ nomen fecere. Ex agris in urbes, e solo in plaustra, ac deinde in theatra actorum chorus inductus; ac deficientibus Bacchi laudibus, argumentum ex aliis fabulis et historiis petitum.

[l] *Sed ab ætatis nostræ memoria remota*] Hæc insulsa historiæ definitio excidit adolescentulo Cic. de Inv. l. I. § 27. Quam senior ipse videtur retractasse, cum lib. V. elegantissima ad Lucceium epistola 12. petiit a Lucceio ut historiam eorum scriberet quæ suo consulatu gesta essent.

tum est ficta res, quæ tamen fieri potuit; velut argumenta comœdiarum.[m] Illud[10] genus narrationis, quod in personis positum est, debet habere sermonis festivitatem,[n] animorum dissimilitudinem, gravitatem, levitatem,[11] spem, metum, suspicionem, desiderium, dissimulationem,[f] misericordiam, rerum varietates, fortunæ commutationem,[12] insperatum incommodum, subitam lætitiam, jucundum[13] exitum rerum. Verum hæc in exercendo transigentur.[g] Illud quod[14] ad veritatem pertinet, quomodo tractari conveniat, aperiemus.

IX. 14. Tres res convenit habere[15] narrationem, ut brevis, ut dilucida,[16][o] ut verisimilis[p] sit: quæ quoniam fieri

[f] *Narratio, qua personæ inducuntur loquentes, debet habere jucundam dictionem, debet exhibere in diversis personis variam indolem, severitatem, indulgentiam, spem, timorem, suspicionem, cupiditatem, fictionem, &c.*

[g] *Hoc narrationis genus perficietur fingendo istos mores.*

deest.—10 Erf. *arg. tragœdiarum.* Tum Put. *Aliud genus narr.*—11 '*Grav., levitatem*] Sic etiam quatuor ex meis cum ed. Med. In al. *lenit.* male. Ab omnibus abest *errorem.*' Oud. *Levitatem* Græv.-Burm. et Schutz. *Lenitatem* A G L R ψ, Tur. Lamb. Grut. Orell. et sic etiam vulg. Vid. Nott. Varr. Tum '*Dissim., errorem*] *Errorem* neque in Mss. legitur, neque in quibusdam impressis, Ald. Vict. Leonic. Lambini editio habet.' *Brut.* *Errorem* non est in A G L R ψ, Tur. nec in Grut. Oliv. Græv.-Burm. Lall. Schutz. et Orell. Vid. Nott. Varr.—12 Leid. 1. et 3. *varietatem.* Dein '*Commutationem*] Duisb. *commutationes;* ut Lamb. edidit.' *Græv.* et sic Voss. 2. et Leid. 4.—13 '*Jucundum*] Erf. et Duisb. *jocundum.* Sic semper optimi et antiquissimi codd.' *Græv.*—14 Al. *hoc in exerc. transigitur,* teste Grævio. Tum A habet *Illud vero, quod.*

CAP. IX. 15 '*Tres conv. res*] Erf. *Tres res conv.*' Græv. '*Tres res conv.*] Sic Mss. sex cum edd. pr. vel *tres res hab. conv.* Vulgo *Tres conv. res.*' Oud. A L R ψ, Ald. Grut. Oliv. Lall. et Schutz. *Tres conv. res.* In G *res* deest.

NOTÆ

[m] *Comœdiarum*] Comœdia, ut ait Aristoteles, est imitatio pejorum; quippe quæ et actionem et personas humiles complectatur; reliqua cum tragœdia habet communia. Nomen deductum Græcis vocibus κώμη *pagus,* et ᾠδὴ *cantus.*

[n] *Sermonis festivitatem, &c.*] Horum omnium exempla suppeditabunt Terentii Comœdiæ.

[o] *Brevis, dilucida, &c.*] M. Antonius apud Tull. de Orat. lib. II. § 326. has virtutes narrationis non magis proprias esse putat, quam totius orationis. Præceptum brevitatis irridet Aristot. Rhet. l. III. neque enim debet esse brevis aut prolixa, sed medium servare decet, hoc est, dicere quæ satis sint ad rem explicandam. Discrepantes rhetorum sententias conciliabis, si dixeris cum Quintil. IV. 2. in hoc brevitatem poni, non ut minus, sed ut ne plus dicatur quam oporteat. Ita tamen sectanda brevitas, ut obscura non fiat oratio: 'Satiusque est,' ut idem ait, 'aliquid

oportere scimus, quemadmodum faciamus, cognoscendum est.[17] Rem breviter narrare poterimus, si inde incipiemus narrare[18] unde necesse erit; et si non ab ultimo initio repetere volemus; et si summatim,[19] non particulatim narrabimus; et si non ad extremum, sed usque eo, quo opus erit, persequemur;[20] et si transitionibus[1] nullis[h] utemur; et si non deerrabimus ab eo, quod cœperimus exponere;[2] et si exitus rérum ita ponemus,[3] ut ante quoque, quæ facta sunt,[4] sciri possint, tametsi nos reticuerimus: quod genus est,[5] si dicam, me ex provincia redisse,[6] profectum quoque in provinciam intelligatur. Et omnino non modo id quod obest, sed etiam id[7] quod neque obest, neque adjuvat, satius est præterire. Et ne bis aut sæpius idem dicamus,

[h] *Digressionibus superfluis.*

Tur. et Orell. ut Ern.—16 Erf. et Voss. 2. *lucida.*—17 ' *Quomodo fac., cogn. est*] Put. *quemadmodum fac. demonstrandum est.*' Græv.—18 Duisb. *ceperimus narrare.* Vocem *narrare* Schutz. delevit, auctoritate Ms. Goth.—19 In A *si* deest, et pro *summatim* ψ habet *summam.*—20 ' *Quo opus erit prosequemur*] Leid. 1. *fuerit,* ac *persequemur* verissime Mss. omnes: *prosequamur* ed. Med.' *Oud.* ' *Prosequemur*] Erf. et Lamb. ed. *persequemur.*' Græv. ' *Prosequemur*] *Persequemur,* quomodo emendat Lamb. auctoritate Mstorum innixus, legendum.' *Brut.* A G L ψ, cum Grut. Oliv. et Lall. *proseq.* R, Tur. Lips. Cort. edd. 1474. Junt. Schutz. et Orell. *perseq.*—1 Put. *translationibus.*—2 Leid. 3. *quod excerpsimus exponere vel cœperimus dicere.*—3 ' *Exitus rerum ita exponemus*] Erf. *ex. rer. ita ponemus.*' Græv. ' *Ita exp.*] Probo, quod cum Erf. dant Voss. tres et Leidd. 1. 2. *ponemus.*' Oud. ' *Ita exp.*] *Ita ponemus* duo Gryph. B C, quibus Leonic. suffragatur.' *Brut.* G R ψ et vulg. *exp.* L R, Ms. Cort. edd. Med. Junt. Schutz. et Orell. *ponemus.* Præterea Lamb. ed. habet *rerum exitus.*—4 Schutz. delevit *quoque,* auctoritate Ms. Aug. Tum A G ψ *facta sint.*—5 ' *Tametsi ea retic.*] Sic rescripsimus ex Duisb. et Lambinianis. Vulgg. *tametsi nos retic.*' Græv. ' *Ea retic.*] E meis ita habet solus Leid. 4. In ceteris *nos retic.* nisi quod Voss. tres neutram vocem agnoscant. Leid. 3. *tacuerimus.*' Oud. A G L R ψ, et Tur. *nos retic.* et sic vulg. Dein in seqq. verbis Grævius ex Puteani cod. adjecit *est, quod genus est,* quod in vulgg. desideratur. ' *Quod genus est*] Sic etiam Voss. 1. 3. edd. pr. *q. genus est hoc modo* Leid. 4. In al. *quod genus.*' Oud. A G *quod genus?* Græv.-Burm. *quod genus est:* L R ψ, Tur. Lamb. Grut. Lall. Oliv. Schutz. et Orell. *quod genus,* sine *est.*—6 ' *Redisse*] Sic Erf. et Lamb. ed. sed vulgg. *rediisse.*' Græv. Quædam edd. *rediisse;* al. *redisse.*—7 Erf. *Et homini non modo.* Mox

NOTÆ

narrationi superesse quam deesse; nam supervacua cum tædio dicuntur, necessaria cum periculo subtrahuntur.' Consule de Invent. l. I. § 28. et de Orat. l. II. § 326.

Dilucida] Ratio egregia affertur lib. II. de Orat. § 329.

[p] *Verisimilis*] Nam, ut ait Quintil. l. c. ' tum optime dicit orator, cum videtur vera dicere.'

cavendum est: etiam ne id, quod semel supra diximus, deinceps dicamus,[8] hoc modo:

Athenis Megaram[9] [q] vesperi advenit Simo:
Ubi advenit Megaram, insidias fecit virgini:[10]
Insidias postquam fecit, vim in loco attulit.[11]

15. Rem dilucide narrabimus, si, ut quidque primum gestum erit,[12] ita primum exponemus, et rerum ac temporum ordinem conservabimus,[13] ut gestæ res erunt, aut ut potuisse geri videbuntur. Hic erit considerandum, ne quid perturbate, ne quid contorte, ne quid ambigue, ne quid nove[14] dicamus, ne quam[15] in aliam rem transeamus, ne ab ultimo repetamus, ne longe persequamur, ne quid, quod[16] ad rem pertineat, prætereamus; et si sequemur[17] ea quæ de brevitate præcepta sunt: nam quo brevior,[18] eo dilucidior et

A *sed et id.*—8 '*Semel supra dix., deinceps dic.*] Omittit Erf. *supra:* merito. Duisb. commode quoque addit *sæpius deinceps dic.*' Græv. '*Quod semel dix.*] Ita legend. cum Erf. et ed. Med. Vulgo *semel supra* vel *supra semel.* Rectius *sæpius deinceps* dat etiam Leid. 4.' *Oud.* '*Quod semel supra dix.*] *Semel* in tribus Gryph. Mss. non exstat. Excusi habent; in his etiam Leonic.' *Brut.* Lips. quoque non habet *semel;* nec G *supra.* Tur. *ne semel id, quod supra dix., deinceps dic.* Schutz. *ne quid, simul dix., deinceps dic.* prob. Wetzelio. Vulg. ut nos.—9 ψ *Ab Athenis.* G et hic et paulo post habet *Megara:* Erf. *Mecarum:* Put. *Mecharum.* Vid. Nott. Varr.—10 A, Schutz. et Orell. *Ubi venit.* Dein Lamb. *insidiatur virg.* Vid. Nott. Varr.—11 '*Vim illi in loco attulit*] *Illi,* quod a ceteris abest, ex Gryph. A addidimus.' *Brut.* 'Leid. 3. *intulit;* male. Vid. me ad Inv. II. 42.' *Oud.* Vid. etiam Nott. Varr.—12 '*Ut quidque primum erit*] Erf. *ut quicquid pr. gestum erit.*' Græv. 'Abest *primum* a Voss. 1. Leid. 3. *id quod pr.* ed. Med.' *Oud.* In A G quoque est *quicquid;* et vox *primum* non est in A.—13 Post *conserv.* Schutz. inseruit verba *et si ita narrabimus,* coll. loco simili de Inv. I. 20. Mox in A G legitur *aut pot. geri.*—14 Erf. *ne quid perturb., ne quid novi dicamus.* 'In duobus Gryph. B C *ne quid perturb., ne quid nove dic., ne quam in aliam rem, &c.* alteri cum excusis convenit.' *Brut.* '*Ne quid nove*] Suspecta hæc mihi sunt. In quinque Mss. ponuntur ante τὰ *ne quid ambigue.* In duobus et ed. Med. ante τὰ *ne quid contorte.* Agit simpliciter de lucida et bene ordinata narratione.' *Oud.* In ed. 1474. verba *ne quid nove* sunt alieno loco, ante *ne quid contorte;* in Mss. pariter non eodem loco. Tur. omittit voces *ne quid nove.* A G L R ψ, et vulg. ut Ern. —15 A *ne quid:* L *nequaquam.*—16 G R *prosequamur,* et sic al. teste Grævio. Dein Put. *ne quod ad rem,* omisso *quid.* Pro *quid,* in ψ legitur *quicquam.*—17 '*Si sequemur*] Mss. sex *persequemur.* In Leid. 4. *sic.*' Oud. A L ψ etiam *persequemur.* Lamb. cum Mss. paucis *et sic seq.* Tur. et Orell. *etsi seq.*—

NOTÆ

[q] *Athenis Megaram, &c.*] Versus sunt iambei hexametri. Athenæ urbs Atticæ in Græcia, literis olim et armis celeberrima; nunc incolis dicitur *Athina,* nobis *Athènes.* Megara urbs Achaiæ itidem in Græcia; servat etiamnum antiquum nomen.

cognitu facilior narratio fiet.[19] 16. Verisimilis narratio erit,[20] si, ut mos, ut opinio, ut natura postulat, dicemus; si spatia temporum,[r] personarum dignitates, consiliorum rationes,[1] locorum opportunitates constabunt:[i] ne refelli possit,[2] aut temporis parum fuisse, aut causam nullam, aut locum idoneum non fuisse, aut homines ipsos facere, aut pati non potuisse. Si vera res erit, nihilo minus[3] hæc omnia narrando conservanda sunt: nam sæpe veritas, nisi hæc servata sint,[4] fidem facere non potest: sin erit ficta, eo magis erunt conservanda. De iis rebus[5] [s] caute confligendum[6] est, quibus in rebus tabulæ, aut alicujus firma auctoritas, videbitur interfuisse.[7] Adhuc quæ dicta sunt, arbitror mihi constare[8] cum ceteris artis scriptoribus, nisi

[i] *Convenient.*

18 G et ed. 1474. *brevior est*, prob. Ern.—19 G *fiat.*—20 ' *Narr. erit*] Leid. 3. ed. Med. *fiet:* Voss. 1. Leid. 1. *est.*' Oud. In G *fiet.*—1 L et Put. *narrationes.*—2 ' *Ne refelli*] *Ne referri* Lamb. edidit. Mss. eodem consensu, et impressi *ne refelli* legunt.' *Brut.* Schutz. quoque *ne referri;* et G habet *possint.* Vid. Nott. Varr.—3 ' Lamb. *tum nihilo minus*, vel *tamen nihilo minus.*' Græv.—4 ' *Nisi hæc serv. sint*] Voss. 3. *nisi hæc omnia conservata sint:* in ed. Med. etiam *conservata non potest:* Voss. 3. *non poterit.*' Oud. Vulg. ut Ern. Tum ' *Sin erit ficta, eo magis erunt cons.*] Erf. *sin f., m. e. cons.* Al. *sin erit f., eo m. cons. sunt.* Ms. *sin erunt f., eo m. erunt cons.*' Græv. ' *Sin erit f.*] In nonnullis *erunt* vel *erunt fictæ.* Contra mox pro *erunt* in quibusdam *erit.* Leg. scilicet cum Erf. *sin ficta*, scil. ' res erit.' ' *Oud.* Tur. *sin vero erit ficta:* A et paucæ edd. *sin erunt ficta:* ψ *sin erunt fictæ.* Schutz. e cod. Aug. *sin ficta, eo magis erunt observanda.* A et Wetzel. quoque habent *observanda.* —5 ' *De iis rebus*] Voss. 1. *His de rebus;* optime transposita præpositione.' *Oud.* Lamb. *De his rebus.*—6 ' *Confligendum*] Voss. 1. cum Leid. 2. 3. *confingendum.*' Oud. A *affligendum:* L *confligendum vel confingendum:* G R ψ, Grut. Oliv. Græv.-Burm. et Lall. *confligendum.* Tur. Schutz. et Orell. *confingendum.* Vid. Nott. Varr.—7 Tur. *tabulæ ab adversario.* Dein ' *Alicujus firma*] Ed. Med. *scripti alic. f.* male.' *Oud.* Præterea Duisb. habet *videtur interf.*—8 Ed. Med. *Adhuc ea, quæ scripta sunt.* Dein post *constare* addit

NOTÆ

[r] *Si spatia temporum*] Ab iis fere omnibus argumentis plane verisimiliter ostendit Tullius Roscium Amerinum non esse parricidii reum: Roscius pater occiditur Romæ, non igitur a filio, qui tum agris colendis deditus versabatur Ameriæ: filius beneficiis affectus a patre, rusticis moribus, luxuriæ, avaritiæ, omnis cupiditatis expers; nulla igitur causa fuit, quæ illum ad tam immane facinus impelleret.

[s] *De iis rebus, &c.*] Monet de iis rebus prudenter pugnandum esse quæ confirmantur sive tabulis; quæ sunt vel publicæ, ut leges et instituta majorum in tabulas relata; vel privatæ, ut testamentariæ, sive testimonio gravissimi viri; ne scilicet qui contra certat, apertæ falsitatis revincatur.

quia de insinuationibus nova excogitavimus, quod eas soli nos, præter ceteros,[9] in tria tempora divisimus, ut plane certam viam et perspicuam rationem exordiorum haberemus. X. Nunc, quod reliquum est, quoniam de rerum inventione disputandum est, in qua singulare consumitur oratoris officium,[10] dabimus operam, ut nihilo minus industrie,[11] quam rei utilitas postulabit, quæsisse[12] videamur; si prius pauca de causarum divisione[13] dixerimus.

17. Causarum divisio in duas partes distributa est.[14] Primum enim perorata[k] narratione[15] debemus aperire,

[k] *Absoluta.*

Voss. 2. *communia.*—9 '*Nisi quod insinuatione nova quædam excogitavimus ; qui, &c.*] Ita Lamb. legit. *De insinuationibus* Mss. habent. In ceteris non discedunt a lect. vulgata.' *Brut.* '*Nisi quæ*] Sic Mss. plerique cum ed. Med. al. *quia.*' Oud. '*De insinuationibus*] Leid. 3. 4. Voss. 3. a m. sec. *de insinuatione*, et mox cum ed. Omnib. *eam*, sed *ea* bene Leid. 2.' *Oud.* '*Nisi quæ de insinuationibus nova excog.*] Sic e Duisb. rectissime Grævius. Vulgata *nisi quia de insinuationibus nova excog.* mera est barbaries medii ævi.' *Orell.* A G L R ψ et Tur. habent eandem lect. ac vulg. Schutz. e cod. Aug. addidit *quædam* ante *excog.* Porro '*Soli præter cet.*] Mss. sex *soli nos.* Ed. Omnib. *nos soli.*' Oud. '*Quod eas soli præter cet.*] Ms. Cort. et ed. 1474. *quod eas soli nos:* in *nos* etiam alii libri consentiunt, idque edidimus. Sed quidam libri, ut Ms. Cort., habent ante *insinuatione*, et inde h. l. *eam*, quod et in ed. Med. Junt. reperi, etsi ante habent *insinuationibus.* Sed *præter ceteros* jure suspectum est J. Gronovio.' *Ern.* 'Turbant codd. inter *eas, eam, ea*, inter *soli, soli nos, nos soli, solum nos*, id quod certissimo indicio est, hæc e gloss. esse, non vero *præter ceteros*, quod omnes codd. tuentur. . . . *Quod eas soli, præter cet.* Grut. Græv.-Burm. *quod eas soli nos in tria*, ejectis v. *præter ceteros* Schutz. *qui eam soli pr. cet.* Lamb.' *Orell.* qui voces *soli nos* uncis inclusit. Vid. Nott. Varr.

CAP. X. 10 '*In qua singulare c. o. officium*] Leidd. 1. 2. *in quo.* Tum *unicum* Voss. 2. Leid. 2. ac Voss. 1. 2. Leidd. tres præbent *artificium*, omnino bene.' *Oud.* '*Oratoris officium*] *Artificium*, ubi impressi *officium* habent, edidimus, duorum Gryph. exemplarium B C auctoritatem, quæ certa præsertim ratione nititur, secuti.' *Brut.* Erf. *in quo sing. cons. artificium.* '*Singulare* abest ab ed. 1474. male.' *Ern.* Pro *officium* G *articium*, R et Tur. *artificium.* —11 Codd. quidam et edd. vett. ut Erf. et Med. Junt. *nihil min.* Tum '*Industriæ*] *Industrie* Lamb. legit, ab Aldi ed. non dissentiens. Cum Mss. qui *industriæ* habent, Victorio convenit.' *Brut.* 'Sine dubio Cicero scripsit *industrie.* In ed. 1474. ubi est *industriæ*, additur *studiose.* Id est glossema verbi *industrie;* quod in textum irrepsit. Putavi omnibus ita liquidum fore, ut in textum inferre non dubitarem.' *Ern.* A G L R ψ, Tur., Car. Steph., Grut. Oliv. Græv.-Burm. et Lall. *industriæ.* Schutz. Wetzel. et Orell. quoque *industrie.*—12 *Quæsiisse*] Mss. omn. et edd. pr. *quæsisse.*' Oud. Al. *quæsivisse*, teste Grævio. Vid. Gronov. ad cap. 1. hujus lib. in Nott. Varr.—13 '*De caus. div.*] Erf. *de div. caus.*' Græv. '*De div. caus.*] Hic ordo est in Mss. omn. et ed. Med.' *Oud.*—14 '*Distributa est*] Duisb. *distribuitur:* non male.' *Græv.* In Leid. 4. etiam *distribuitur.*—15 '*Primum perorata narratione debemus*] Erf. *Pr. per narrationem deb.* forte, *Pr. post narrationem.* Ed.

quid nobis conveniat cum adversariis, et si ea, quæ nobis utilia erunt, convenient, quid in controversia relinquatur, hoc modo:[16] Interfectam esse matrem ab Oreste,[17] [t] convenit mihi cum adversariis: jurene fecerit, et licueritne facere, id est[18] in controversia. Item e contrario,[19] Agamemnonem esse a Clytæmnestra occisum confitentur: cum id[20] ita sit, me ulcisci parentem negant oportuisse. Deinde cum hoc fecerimus, distributione[u] uti debemus. Ea dividitur in duas partes, enumerationem et expositionem. [*p.* 4.] Enumeratione utemur, cum dicemus numero, quot de rebus dicturi simus.[l] [1] Eam plus quam trium partium numero

[l] *Cum exponemus numerum rerum quas dicturi sumus.*

Lamb. *Pr. enim perorata narratione.*' Græv. '*Pr. per narrationem* legitur in duobus Gryph. Mss. quæ lectio haud scio an sit vulgatæ præferenda.' *Brut.* Leid. 3. *Pr. post narrationem.* Ern. addidit *enim* e Ms. Lips. ed. 1474. et Junt. 'Melius omittunt Tur. Grut. Schutz. Græv.-Burm.' *Orell.* qui eam uncis inclusit: A G L R ψ quoque, cum Oliv. et Lall. non habent *enim.*—16 '*Ab adv., si ea quæ nobis util. erunt, conv., quid in controversia relinq., hoc modo*] Erf. *ab adv. quid in controversiis si ea, quæ util. nob. erunt conv., hoc modo:* Duisb. *si ea, quæ nobis util. sunt, conv., quod in controversiis relictum sit, hoc modo.*' Græv. '*Cum advers.*] Post hæc verba in Voss. 1. Leid. 1. 2. legitur *quid in controversiis sit:* ed. Med. *et si quid in controversia sit:* ed. Omnib. *et quid in controversia relinq.*' Oud. '*Quid in controversia relinq.*] Hisce carent illi libri, qui post *adversariis* ponunt: Voss. 3. *in controversiis:* Voss. 2. Leid. 3. 4. *in controversiis relictum sit.*' Oud. A *cum adv. et quid in controversiis relinq.* G *cum adv. quid in controversia sit.* Præterea vox *nobis* in A deest: G habet *utilia sunt.* L ψ *quid in controversia relictum sit;* quæ verba in A G desunt. '*Cum adv., et si ea*] Hoc ordine servato necessarium est hoc *et*, quod ascivit ex ed. 1474. Ern. (omittunt Lamb. Græv.-Burm.) At præstare videtur ordo cod. Tur. *cum adv., quid in controversiis* (f. *controversis*) *sit. Si ea, quæ util. nob. erunt, convenient: hoc modo.*' Orell. Vulg. *cum adv. Si ea.*—17 Put. *interf. matrem ab Or.* Lamb. *interf. esse ab Or. matrem.*—18 '*Jure fec. et licuerit*] Duisb. *Jurene fec., licueritne.*' Græv. '*Jure*] Voss. 3. Leid. 3. 4. ed. Med. *jurene.*' Oud. '*Et licueritne fac.*] Deest copula Leid. 4. *ei facere* Voss. 3. ed. Med. *id facere* Leid. 3.' *Idem.* A R et vulg. *jure:* G L ψ, Lips. Cort. ed. 1474. Schutz. et Orell. *jurene.* Porro G *ei facere;* et pro *id est* ψ habet *idem.*—19 Erf. *e contrarie.*—20 Abest *id* ab G et tribus Mss. Oud. Tum Lamb. ed. *tamen me ulcisci.*—1 Mss. et edd. ante Ern. *dict.*

NOTÆ

[t] *Oreste*] Nota cuivis tragœdia. Agamemnon Mycenarum rex post excisam Trojam reversus in patriam, a Clytæmnestra conjuge opera Ægisthi adulteri occisus est. Orestes patris necem ulciscens matrem una cum adultero interemit. Quod parricidium, inquit Vell. lib. I. a Diis comprobatum est: vixit enim Orestes annis 90. regnavit 70.

[u] *Distributione*] De divisione vide plura lib. I. de Inv. § 32.

esse non oportet:[2] nam et periculosum est,[3] ne quando plus minusve dicamus, et suspicionem affert auditori meditationis[4] et artificii; quæ res fidem abrogat orationi.[m] [5] Expositio est, cum res, de quibus dicturi sumus,[6] exponimus breviter et absolute.

18. Nunc ad confirmationem et confutationem[7] transeamus. Tota spes vincendi,[x] ratioque[8] persuadendi posita est in confirmatione et confutatione:[9] nam cum adjumenta[10] nostra exposuerimus, contrariaque[11] dissolverimus, absolute nimirum munus oratorium confecerimus. XI. Utrumque igitur facere poterimus, si constitutionem causæ cog-

[m] *Impedit quominus fides habeatur.*

sumus. Schutz. Wetzel. et Orell. *dict. simus.*—2 Lamb. *Eam minus vel plus quam tr.* Junt. *Eam plerumque tr.* Tum ‘ *Numero esse non op.*] Sic legitur in vulgatis fere omnibus. Alter e Gryphii Mss. *numero contineri,* quomodo legitur in Leonic. exemplari; alter *constare* habet.’ *Brut.* ‘ *Esse non oportet*] Voss. 1. 3. Leid. 2. 3. ed. Omnib. *contineri non op.* Leid. 1. *esse contineri non op.*’ Oud. Multi Mss. et edd. 1474. Omnib. Med. *contineri.* Junt. *non contineri op.* L *num. esse vel contineri op.* R *partium constat non op.* Schutz. delevit *numero,* quod Wetzelio non offendit; Orell. improb. Vid. Nott. Varr.—3 Schutz. ex Ern. suspicione *periculum,* deleto præterea *est:* Orell. non prob.—4 R *affert auditoribus:* Erf. *auferet:* Lamb. *afferret* (f. *afferet,* ait Orell.) *auditori præmeditationis.*—5 ‘ *Abrogat oratori*] Alii libri habent *abr. orationi.*’ Lamb. ‘ Sane in Erf. etiam est *orationi;* et id perplacet. In Put. *abr. auditori.*’ Græv. ‘ *Abr. oratori*] Voss. 3. Leid. 2. 3. 4. ed. Omnib. *orationi:* bene. *Orationis* Leid. 1.’ *Oud.* Pro vulg. *oratori* Ern. dedit *orationi* e Mss. pluribus, edd. 1474. 1475. Med. Ald. et sic etiam A L R ψ, Schutz. Wetzel. et Orell.—6 ‘ *Res de quibus dict. sumus*] Voss. 1. 2. Leid. 2. 3. ed. Omnib. *res quibus de rebus d. s.* Τὸ *res* delendum opinor. Vid. cap. 17. ‘ quibus de rebus,’ &c.’ *Oudendorp.* A G *res, quibus rebus d. s.* Plures manuscripti *res de quibus d. s.* et sic vulg. Lamb. *quum quibus de rebus d. s.* manuscripti quidam et edd. vett. cum Orellio, *quum res, q. de r. dict. sumus.* Vid. supra cap. 4. et Nott. Varr. ad h. l. Dein R *exponemus.*—7 ‘ *Ad confirm. trans.*] Duisb. duabus vocibus auctior est, quam ceteri libri: *ad confirm. trans., et ad confutationem.*’ Græv. ‘ Addunt *et confutationem* Leid. 4. ed. Med.’ *Oud.* ‘ *Ad confirm. et confutationem*] Ut Lambinus edidit, legitur in Gryph. A. Alii duo *confutationem* non habent; quæ æque vox abest ab impressis Ald. Vict. Leonic.’ *Brut.* A L R ψ, Tur. Grut. Oliv. Græv.-Burm. et Lall. non habent verba *et confutationem.*—8 Leid. 3. *vinc., totaque ratio pers.*—9 Erf. et Voss. tres *et in confut.* ‘ bene,’ ait Oud.—10 ‘ *Adjumenta*] Nonnulli legi volunt, *argumenta.*’ Lamb. ‘ In Put. Ms. et Crat. ed. etiam est *argumenta.*’ Græv. G, Tur. et Schutz. quoque habent *argumenta;* ‘ est tamen e glossa: cf. cap. 4. § 6.’ *Orell.* Vulg. *adjumenta.*—11 ψ *contrarioque.*

NOTÆ

[x] *Tota spes vincendi*] Certe præcipua: nam in exordio præparatur animus auditoris, in narratione res exponitur, subjiciuntur in confirmatione rationes quibus stabiliatur nostra, adversariorum causa frangatur.

noverimus. Causarum constitutiones [y] alii quatuor fecerunt: [z] noster doctor Hermes [12] [a] tres putavit esse; non ut de illorum quicquam detraheret inventione,[13] sed ut ostenderet, id, quod oportuisset simpliciter ac [14] singulari modo docere, illos distribuisse dupliciter et bipertito.[15] Constitutio est prima deprecatio [b] defensoris cum [16] accusatoris insimulatione conjuncta. Constitutiones itaque, ut ante diximus,[17] tres sunt,[c] conjecturalis,[d] legitima, juridicialis.



Cap. xi. 12 '*Hermes*] *Hermagoras* Lamb. legit ex uno atque altero exemplari Ms. duo Gryph. B et C neutrum habent: ita enim in his scriptum exstat, *noster doctor treis putavit esse.*' Brut. '*Noster doctor Hermes*] Proprium nomen abest a Mss. meis sex, nisi quod in Voss. 1. et Leid. 1. recentiore manu suprascriptum sit *Hermes*, et in marg. Leid. 2. legatur *Hermestes doctor Tullii.* In Leid. 4. et ed. Omnib. *Hermestes*: ed. Med. *Hermes.*' Oud. R *Hermestres*: L, Gruter. Oliv. et al. *Hermetes*: A G ψ *Hermestes.* Proprium nomen omittit Lall. In ed. 1474. Ern. Schutz. et Wetzel. *Hermes.* Vid. Nott. Varr.—13 Lamb. ed. *detrah. enumeratione.*—14 '*Et sing.*] Put. et Erf. *ac sing.* et sic Grut.' *Græv.* sic etiam vulg. Lamb. *et sing.* Dein Schutz. e conj. Ern. *doceri.*—15 ψ *bipartitam.* Al. *bipartito.*—16 *Cum* non est in Put.—17 '*Const. itaque ut ante dix.*] Vox *itaque* exsulat a Leid. 3. *ante* a Voss. 1. Leid. 1. melius.' *Oud.* L quoque, cum Alt. et Schutz. non habent

NOTÆ

[y] *Causarum constitutiones*] Quod constitutionem Cornificius, Quintilianus statum appellat, alii quæstionem, alii quod ex quæstione appareat, Theodorus generale caput, id est, κεφάλαιον γενικώτατον, ad quod referantur omnia. Græci στάσιν vocant, vel ex eo quod ibi sit primus causæ congressus, vel quod in hoc causa consistat.

[z] *Alii quatuor fecerunt*] Ut Athenæus, Cæcilius, et Theon, quorum opiniones, quia non tanti est hic referre, legesis apud Quintil. III. 6.

[a] *Noster doctor Hermes* [*Hermetes*] Hermagoram rhetorem sæpe citat in libris de Invent. Tullius, item Quint. III. 1. Aquila Romanus in lib. de Fig. Sentent. et Augustin. in Princip. Rhet. Hermetis, aut Hermestis, ut alii legunt, qui meminerit, neminem ex antiquis vidimus. Non levis est suspicio alterum nomen in alterius locum irrepsisse.

[b] *Est prima deprecatio*] Definit Cornificius constitutionem esse primam defensoris depulsionem, quæ conjungitur cum accusatoris insimulatione. Idem sentit Tullius in Top. § 93. 'Refutatio accusationis in qua est depulsio criminis, quæ Græce στάσις dicitur, Latine appellatur status: in quo primum insistit quasi ad repugnandum congressa defensio.' Quintiliano III. 6. 'status' est id quod ex prima causarum conflictione nascitur: Sulpitio Victori summa quæstio, ad quam referenda est omnis oratio: Cassiodoro est veluti cardo in quo tota causa vertitur.

[c] *Constitutiones . . . tres sunt*] Pro triplici statuum numero pugnant Tullius in Partit. et alii rhetores quamplurimi, quorum sententiam Julius Severianus in Syntomatis Rhetoricæ clare et eleganter exponit: 'Status,' inquit, 'tres sunt: ubi quod ante factum objicitur, negas;

Conjecturalis est,[18] cum de facto controversia est, hoc modo: Ajax in sylva,[e] postquam rescivit,[19] quæ fecisset per insaniam, gladio incubuit. Ulysses[20] intervenit; occisum conspicatur: e corpore telum cruentum educit.[1] Teucer intervenit; fratrem[2] occisum et inimicum fratris cum gladio cruento videt;[3] capitis arcessit. Hic, quoniam[4] conjectura verum quæritur, de facto erit controversia, et[5] ex eo constitutio

ante. In A *dixerimus.*—18 G *Conjecturalis constitutio est.*—19 '*Rescivit*] Sic solus Leid. 4. In reliquis vere *resciit.*' Oud. *Resciit* etiam in Put. et Erf. L habet *rescit.*—20 Omnes Mss. Oud. *Ulixis:* A G L R ψ, Lamb. Grut. Oliv. Græv.-Burm. Lall. et Schutz. *Ulysses:* Tur. et Orell. *Ulixes.*—1 '*Conspicatur: e corp. t. c. educit*] Voss. 3. *suspicatur, &c.* Leid. 4. *conspicit, &c. eduxit.* A sex Mss. et edd. pr. abest præpositio.' *Oud.* Præpositio deest etiam in A G R ψ et Erf. L habet *a* sup. lin. Tum '*Telum cruentum educit*] *Gladium educit* Gryph. A. Ceteri, ut vulgati, habent *telum.*' Brut.—2 ψ *invenit.* Dein '*Cum fratrem occ.*] Put. *cum fr. suum occ.*' Græv. 'Non comparet τὸ *cum* in Voss. 2. Leid. 3. Bene. *Ubi fr.* ed. Omnib. *fr. suum occ.* Leid. 2.' *Oud.* G L R, Tur. Lamb. Grut. Oliv. Græv.-Burm. et Lall. *cum fratrem:* quædam edd. ut Med. Junt. &c. habent *ubi fr.* Voculam *cum* ante *fratrem* auctoritate Mstorum ap. Oud. delevit Ern. quem Schutz. Wetzel. et Orell. sequuntur.—3 '*Et inimicum*] Mss. sex carent copula. Bene.' *Oud.* Deest etiam in Erf. Tur. Schutz. et Orell. Mox '*Cruento videt*] Duisb. *cruentato videret:* Erf. *cruento vidat,* pro *videat,* aut *videbat.*' Græv. 'Leid. 4. ed. Omnib. *cruentato.* Leid. 4. *videret:* Voss. 1. Leid. 2. *videat:* Voss. 2. ed. Med. *vidit.*' Oud. Tur. et ed. Med. (1498.) *cruentato.* G *vidit.* A L R ψ *cruento videt,* et sic vulg. —4 Erf. *Hic conj.* omisso *quoniam.*—5 Leid. 3. *de facto enim contr. est ex eo.*—

NOTÆ

conjectura est: ubi quid ante factum fateris, et negas eam vim nominis habere, quam adversarius criminatur; finis est: si neque de facto, neque de nomine ambigitur, sed si jure factum contendis; qualitas nominatur.' Quadruplicem statuum numerum ex Aristot. III. 28. colligit Vossius: ad tres enim superiores quartum adjungit quantitatis, ubi controversia est de magnitudine: ut tantane sit injuria. Neque vero tantum causis judicialibus doctrina statuum prodest: pertinet quoque ad alia causarum genera. Quis enim non fateatur, ut observat idem Vossius, in genere exornativo verbi gratia, aliquid ab aliquo factum negari posse, quod conjecturæ est; vel eo nomine factum esse appellandum, quod definitionis est; vel bene factum esse, quod est qualitatis; vel tam illustre esse, quod quantitatis est? Status definitionis ad constitutionem legitimam Cornificii, status qualitatis ad juridicialem revocari potest.

[d] *Conjecturalis*] De qua disseritur accuratius lib. II. de Inv. § 3. et seqq. et in Partit. Orat. § 34. &c.

[e] *Ajax in sylva*] Argumentum ex Sophoclis tragœdia desumtum. Ajax Telamonius de Achillis armis cum Ulysse disceptavit: hujus eloquentia victus, in furorem versus desæviit in pecora, ratus se ab Ulysse et Græcis ingratis pœnas exigere. Ut resipuit doloris impatiens in sylva se gladio transfodit.

causæ conjecturalis nominatur. 19. Legitima[f] constitutio est, cum in scripto[6] aliquid controversiæ nascitur. Ea dividitur in partes sex, scriptum[7] et sententiam, contrarias leges, ambiguum, definitionem, translationem, ratiocinationem. Ex scripto et sententia nascitur controversia, cum videtur scriptoris voluntas cum scripto ipso dissentire,[8] hoc modo: Si lex sit, quæ jubeat,[9] eos, qui propter tempestatem navim reliquerint, omnia perdere; eorum navim, ceteraque esse, si navis conservata sit, qui remanserint[10] in navi: magnitudine tempestatis omnes perterriti[11] navim reliquerunt, et in scapham[g] conscenderunt,[12] præter unum ægrotum: is propter morbum exire et fugere non[13] potuit.

6 '*In scripto, aut ex scripto*] Exsulat τὸ *in* a Mss. quinque: *de scripto* Leid. 3. *in scriptum* Leid. 4. *ex scripto* edd. pr. Tum *e scriptis* Voss. 1. Leid. 3. *e scripto* Leid. 1. Leid. 2. *in scriptuis:* Voss. 2. *per scriptum:* edd. pr. *ex scriptis.* Simpliciter legend. puto, *cum scripto aliquid contr. nascitur.*' Oud. A *ex scripto aut ex scriptis:* G *in scripto aut de scripto:* L *in scripto aut ex scriptis:* R *ex scriptis:* ψ *cum scripto aut ex scripto:* Tur. *scripto aut e scripto:* Aug. *in scripto aut ex scripto:* Lamb. *ex scripto aut ex scriptis:* Grut. Oliv. Græv.-Burm. et Lall. *in scripto aut ex scripto.* Ern. ait, 'Varietas est in scriptis et edd. tanta, ut eam referre pigeat; quæ omnis nata est a glossatoribus.' Vid. Nott. Varr.—7 '*In scriptum*] Ex Duisb. addidi voculam *in, in scriptum:* a vulgatis abest illa.' *Græv.* '*In scriptum*] Sic etiam Leid. 4. sed abest præpositio a ceteris et edd.' *Oud.* Præpositio non displicet Orellio.—8 '*Dissentire*] Put. *disedere:* forte *dissidere.*' Græv.—9 '*Lex sit*] Recentiores edd. *Sit lex:* non male. Sed Erf. Put. meus, Victor. et optimæ quæque edd. Rob. et Car. Steph. Crat. et aliæ, *Si lex sit.* Cur tot codicum fidem respuerunt?' *Græv.* '*Si lex sit*] Voss. 1. *Si sit lex;* bene: unde alii cum Leid. 3. *sit lex* fecerunt.' *Oud.* A G R ψ, Tur. et plures Mss. cum edd. vett. 1474. Med. Junt. Ald. &c. *Si lex sit;* sic etiam Græv.-Burm. et Wetzel. Quidam Mss. *Sisit lex:* pauciores Mss. cum Lamb. Schutz. et Orell. *Sit lex.* Dein pro *jubeat,* A R *jubet.*—10 Hic, ut mox, Erf. habet *navem.* Tum G *servata sit:* Voss. 2. *reservata sit.* Denique G. Erf. Voss. 1. 2. Leid. 2. 4. et ed. Omnib. *remanserunt.*—11 '*Magn. t. omnes pert.*] Voss. 1. Leid. 1. *Magn. t. quidam pert.* Leid. 3. *Magn. quidem t. quidam pert.* Forte *omnes quidem.*' Oud. ψ *magnitudinis.* Schutz. e cod. Aug. dedit *Magnitudine quidam pert. omnes.* Vulg. *Magnitudine temp. omnes pert.*—12 '*Scapham consc.*] Mss. omnes *in scapham.* Ed. Omnib. *et in scaph.* Verissime additur præpositio. Vide ad Cæs. B. G. v. 7. 'conscendere in naves.'' *Oud.* G *in scafam consc.* A R et pæne omnes Mss. item edd. vett. *et in scapham consc.* et sic Schutz. Wetzel. et Orell. Vulg. *scapham consc.* Lamb. *et in scaph. descenderunt.* Vid. Nott. Varr.—13 '*Et fugere non pot.*] Voss. 1. Leid. 1. *et effugere non pot.* Voss. 3.

NOTÆ

[f] *Legitima*] De qua fusius agendi locus erit lib. II.

[g] *Scapham*] Navicula est quæ majorem navim alligata sequitur: ἀπὸ τοῦ σκάπτειν, *fodere,* dicitur; quod primum ex truncis arborum excavatis conflatæ fuerint.

Casu et fortuitu navis in portum incolumis delata [14] est. Illam ægrotus possidet. Navim petit ille,[15] cujus fuerat. Hæc constitutio legitima est ex scripto et sententia. 20. Ex contrariis legibus controversia constat, cum alia lex jubet aut permittit,[16] alia vetat quidpiam fieri, hoc modo: Lex vetat eum, qui de pecuniis repetundis [17] [h] damnatus sit, in concione orationem habere. Altera lex jubet augurem,[i] in demortui locum, qui petat, in concione nominare.[18] Augur quidam damnatus de pecuniis repetundis, in demortui locum, nominavit:[19] petitur ab eo mulcta.[k] XII. Constitutio hæc legitima est [20] ex contrariis legibus. Ex ambiguo [1] controversia nascitur, cum res in unam sententiam scripta, duas aut plures sententias significat,[2] hoc modo:

et facere non pot. Leid. 4. *nec fugere pot.*' Oud.—14 '*Fortuitu navis*] Sic optimi Mss. Vulgati tamen, ut et Put. *fortuna navis.*' Græv. Voss. 3. *fortuito:* ed. Med. *fortuna.* Lamb. Grut. Oliv. Græv.-Burm. Schutz. Wetzel. et Orell. *fortuitu.* Dein vox *incolumis* in Duisb. et Leid. 4. deest: pro *delata* Voss. 3. *illata.*—15 Leid. 2. *possedit.* Vocem *navim* Schutz. uncis inclusit: Voss. 2. *petiit:* denique *ille* omittit Tur.—16 '*Aut permittit*] Desunt Voss. 3. *Alia permittit* Leid. 4. ed. Med.' *Oud.*—17 ψ *repetendis.*—18 '*Altera lex .... qui petat*] Voss. 1. *alia.* Voss. 2. *qui petat succedere.*' Oud. In ψ *qui substitui petat.* Pro *demortui* R ψ habent *mortui.* Denique Grævii Ms. *in conc. nominatur.*—19 Erf. et al. Ms. *Vir quidam damn.* Tum '*In dem. locum nominavit*] Præmittit ed. Med. *eum qui petebat:* Mss. omnes *in dem. qui petat locum,* vel *locum qui petat, nom.*' Oud. A L R ψ, Tur. a m. sec. et plures Mss. cum Lamb. Oliv. et Lall. *in dem. locum qui petat, nom.* et sic G, nisi quod *petebat* habet. Quidam Mss. et Grut. Græv.-Burm. Schutz. et Orell. *in dem. loc. nom.* Vid. Nott. Varr.

CAP. XII. 20 In Duisb. *Const. leg. est ex contr. leg.* Erf. *Const. legitima ex contr. leg.* 'Mss. quinque carent voculis *hæc* et *est.* Alii duo cum ed. Med. non agnoscunt *hæc:* sedes etiam verbi *est* in illis variat.' *Oud.* G L R non habent *hæc* aut *est.* Vulg. ut Ern.—1 A *Ambiguo,* sine *ex.*—2 '*Cum*

NOTÆ

[h] *Repetundis*] Pecuniæ a repetendo ita dictæ, quod si quando præter jus et fas a magistratibus exactæ essent, eas liceret judicio Romæ repetere. Prioribus temporibus repetundæ non fuere crimen capitale, ut ex hac lege patet, qua vetantur tantum damnati in publico conventu orationem habere: subinde tamen ad eorum avaritiam coërcendam gravioribus pœnis mulctati sunt.

[i] *Augurem*] Interpres auguriorum, qui ex avium garritu, unde nomen habet, et volatu, et pastu, futura prædicit, ex lege debebat in concione eum nominare, qui demortui magistratus locum deposceret.

[k] *Mulcta*] Vocabulum mulctæ, ut ex Varrone Gellius observavit lib. II. cap. 1. non Latinum, sed Sabinum est. Quem in locum alias notavimus, eidem Varroni multam dictam esse quod singula ob peccatum exigerentur, ut ovis aut bos; singula autem

Paterfamilias cum filium hæredem faceret, testamento[3] vasa argentea uxori legavit.[4] Tullius, hæres meus,[l] Terentiæ,[5] uxori meæ, XXX. pondo vasorum argenteorum[6] dato, quæ volet.[m] Post mortem ejus vasa pretiosa, et cælata magnifice, petit mulier.[7] Tullius se, quæ ipse velit, in[8] XXX. pondo ei[9] debere dicit. Constitutio est legitima[10] ex ambiguo. 21. Ex definitione constat causa,[11] cum in controversia est,[12] quo nomine factum appelletur. Ea est hujusmodi: Cum L. Saturninus[13] [n] legem frumen-

scriptum duas, aut plures sententias sign.] Ut Lamb. edidit, legitur in Gryph. A: vetustiores duo eodem modo habent, *cum res unam sententiam, scriptum duas, aut plures sent. sign.* fortassis non male.' *Brut.* '*Cum scriptum duas aut pl.*] Voss. 3. *cum scr. aut duas aut pl.* Ed. Omnib. *cum res in unam sententiam scripta duas, &c.*' Oud. G L R ψ, Tur. Lamb. Grut. Oliv. Græv.-Burm. et Lall. *cum scriptum duas aut plures sententias sign.* Schutz. *quum re in unam sententiam scripta, scriptum duas aut pl. sententias sign.* Orell. prob. In A et edd. pr. 1474. Omnib. 1475. Med. Junt. et Orell. eadem est lectio, ut Ern. Pro *sententias* Ald. habet *res.* Vid. Nott. Varr.—3 G ψ *in testamento.*—4 '*Uxori legavit hoc modo*] Sic solus Voss. 3. cum ed. Med. a ceteris et ed. Omnib. absunt ista *hoc modo.*' Oud. Ern. delevit *hoc modo*, quod ab R ψ et Tur. abest, item edd. 1474. 1475. Omnib. Med. Junt. Lamb. Primus *hoc modo* dedit Aldus; et eum sequuntur Grut. Oliv. Græv.-Burm. et Lall. Pro *hoc modo* A exhibet *sub his verbis* sup. lin. Vid. Nott. Varr.—5 Schutz. omisit *Tullius* et *Terentiæ*, quia ea nomina interpolatori debentur. '*Tullius* omnino interpolatori debetur, et verum videtur *Titius*, ut sexcenties ap. Gaium.' *Orell.* qui pro *Terentiæ* monet *Titiæ* legend.—6 Put. non habet *argenteorum.*—7 '*Petit mulier*] Sic Voss. 3. et ed. Med. In reliquis *illa petit.*' Oud. In A L ψ quoque *illa petit.* Vulg. *petit mulier.* Vid. Nott. Varr.—8 Pro *Tullius*, 'lege vel *Titius*, vel *Filius* cum Schutz. et Oxon. Ms. G.' *Orell.* Tum '*Quæ ipse volet in XXX. pondo*] Mss. quatuor *vollet.* Præpositio male abest a Voss. 2. Leid. 4. ed. Med. et Leid. 1. a m. sec.' *Oud.* A L R. *quæ volet in XXX.* G *quæ vellet XXX.* ψ *quæ velit ipse, XXX.* Grut. Græv-.Burm. et Lall. *quæ ipse volet:* al. *quæ volet ipse.* Paucæ edd. non habent *in* ante *XXX.* Lamb. *se XXX. pondo, quæ velit ipse.* Vid. Nott. Varr.—9 G non habet *ei.*—10 A *Const. legitima*, sine *est.*—11 '*Ex def. const. causa*] Erf. et Duisb. *Def. causa const.*' Græv. '*Ex def. caussa const.*] Mss. sex carent τῷ *ex.* Leid. 2. *de diffin.* Voss. 1. *diffinitiva c. c.*' Oud. L. quoque non habet præpositionem ante *definitione.* Vulg. *constat causa:* Tur. Lamb. et Orell. *causa constat.*—12 '*Quum in controv. est*] Legend. fortasse est, *quum controv. est, &c.*' Lamb. '*Cum inde controv.*] Ita Pal. 1. 4. Bruil. et Fabr. non *in*, ut antea vulgati.' *Grut.* Vulgg. *cum in controv. est. Inde* firmat Duisb. ceteri consentiunt vulgatis.' *Græv.* '*Inde controv.*] Voss. 3. Leid. 3. edd. pr. *in.*' Oud. ψ, Græv.-Burm. et Lall. *inde controv.* A G L R, Tur. Lamb. Oliv. Schutz. et Orell.

NOTÆ

appellabantur multa, quod olim unum dicerent multa.

[l] *Tullius, hæres meus*] Quam futile sit depromtum ex his verbis argumentum ad hos libros Ciceroni attribuendos, patet ex iis quæ § 1. annotavimus.

[m] *Quæ volet*] Dubium est an quæ uxor, an quæ filius volet.

[n] *L. Saturninus*] A. U. C. 654. L.

tariam de semissibus et trientibus[o] laturus esset, Q.[14] Cæpio, qui per id temporis[15] quæstor urbanus erat, docuit senatum, ærarium[p] pati non posse largitionem[16] tantam. Senatus decrevit, si eam legem ad populum ferat, adversus remp. videri eum facere. Saturninus ferre[17] cœpit. Collegæ intercedere:[18] ille nihilominus cistellam[19][q] detulit. Cæpio, ut[20] illum contra S. C.[n][1] intercedentibus collegis,

[n] *Sententiam senatus.*

in controv.—13 L ψ *Saturnius.*—14 '*Cæpio*] Lamb. ed. *Q. Cæpio.*' Græv. '*Q. Cæpio*] Addidi prænomen, auctoribus Voss. 1. 2. Leid. 1. 3. 4. ed. Omnib. quod cur omiserint alii, nescio.' *Oud.* Prænomen e Mss. pluribus et edd. pr. 1474. 1475. Med. restituit Ern. quem sequuntur Oliv. Lall. Schutz. Wetzel. et Orell. A G L R ψ et Lamb. etiam habent *Q.* Omittunt *Q.* Grut. et Græv.-Burm.—15 Tur. a m. pr. et Orell. *qui id temp.* '*Pro per id temporis*, aut malim *tempus* ex ed. 1474. reponere, aut *per* delere.' *Ern.* Mox Duisb. et Leid. 4. *edocuit sen.*—16 ψ *elargitionem.*—17 Erf. *vid. ea fac.* et Put. *Sat. legem ferre.*—18 G, Put. et ed. Med. *Coll. ejus int.*—19 A G L R ψ et plures Mss. *cistellam;* et sic vulg. Quidam Mss. *sitellam*, prob. Lamb. qui in seqq. quoque malebat *sitellas*. Vid. Nott. Varr.—20 Pro *Cæpio* ψ habet *Scipio;* et *ut* ante *illum* in A deest.—1 '*Contra S. C. int.*] Erf. et Put. *ut illum contra int.*' Græv. '*Contra S. C.*] In nullo cod. legas *S. C.* omnia desunt ed. Med.' *Oud.* *S. C.* absunt ab A G R ψ, et *contra S. C.* ab Tur. Mox '*Adversus remp.*] Hæc verba delerem, si unus liber adjuvaret; sunt enim sine dubio spuria, ex SCto repetita. ... Interim uncis inclusi. Verba *contra S. C.* si abessent, pariter non desiderarem, et absunt ab ed. Med. 1474. Ab Mss. fere *S. C.* abest, et solum *contra* relinquitur, quod sic est in ed. Junt.' *Ern.*

NOTÆ

Apuleius Saturninus vir turbulentissimus, notæ sibi a Q. Metello censore inustæ impatiens, C. Marii consulis gratia et militibus fretus, A. Nonii tribuni plebis violenter occisi locum occupavit. Tum plebis sibi conciliandæ causa frumentariam legem promulgavit, 'Uti semisses atque trientes ex lege Sempronia pro frumenti modiis singulis ærario populi Rom. solvendi remitterentur, populoque frumentum menstruum gratis divideretur.' Cum multi huic legi intercessere, tum Q. Servilius Cæpio quæstor urbanus, consularis ac triumphalis, docuit senatum ærarium ferre non posse tantam largitionem; cum viris bonis impressione facta ac dejectis cistellis prohibuit, ne lex ferretur. Quapropter reus majestatis factus, inique damnatus est. Appian. Alex. Civ. Bell. lib. I. Plut. in Mario, Florus, &c.

[o] *Semissibus et trientibus*] As Romanus ad nostros calculos revocatus quatuor Gallicos denarios et semis valet, ut visum Budæo; ut aliis, septem aut etiam novem; duodecim partes sive uncias continebat: semissis sex partes assis, triens quatuor.

[p] *Ærarium*] Ab ære, quæ prima fuit Romanorum moneta, appellatum; locus erat ubi publicæ pecuniæ reponebantur.

[q] *Cistellam*] Vas fuit quo suffragia populi in creandis magistratibus legibusque ferendis colligebantur.

[adversus remp.] vidit ferre,[2] cum viris bonis impetum facit, pontes disturbat,[r] cistas dejicit, impedimento est, quo secius [o] feratur lex: [3] arcessitur Cæpio majestatis.[p] Constitutio est legitima [4] ex definitione. Vocabulum enim definitur ipsum, cum quæritur, quid sit minuere majestatem.[5] [s] 22. Ex translatione [t] controversia nascitur,[6] cum aut tempus differendum, aut accusatorem mutandum, aut judices mutandos [7] reus dicit. Hac parte constitutionis, Græci in judiciis, nos in jure civili [8] plerumque utimur. In hac parte nos juris civilis scientia juvabit: [9] in judiciis tamen

[o] *Quominus.* [p] *Accusatur majestatis imminutæ.*

Schutz. *adv. remp.* delevit.—2 Leid. 1. 2. *vidit facere.*—3 A G *fecit:* et G *pontis:* ψ *potens.* Tum '*Cistas dejicit*] Leid. 2. 4. cum ed. Omnib. *c. dejecit.*' Oud. *Dejecit* etiam in G R ψ. Vulg. ut Ern. Vid. Nott. Varr. Porro ψ *serius.* In Erf. Duisb. Tur. et omn. Mss. Oud. *lex* deest.—4 Erf. et quinque Mss. Oud. *Const. leg.* sine *est.*—5 ψ et Voss. 3. *imminuere maj.*—6 Erf. non habet *nascitur.*—7 Lamb. *commutandos.*—8 '*Gr. in jud.*] Ed. Med. *Gr. utuntur in jud.* male. Mox inseritur in Voss. 3. ridicule *jus scriptum ante judices.*' Oud. Præterea Lamb. solus habet *nos in jure pl.* omisso *civili.*—9 '*Scientia maxime adjuvabit*] Opinor sic mutandum fuit ab Gothofredo et tum Grutero, ante quos alii *juvabit*, alii etiam *τὸ maxime* omittebant; id quod in nullo trium codd. reperi, qui tantum habent, *scientia juv.*' Gronov. '*Sc. adjuv.* Put. et Duisb. Solus Erf. retinet *maxime*, quod tamen respuunt editiones Victor. et aliæ priscæ: itaque illam delevi.' *Græv.* '*Sc. juv.*] Mss. omnes et edd. pr. ita exhibent; quod perperam auxerunt seqq. editores.' *Oud.* Mss. pauci, Lamb. et Oliv. *sc. maxime adjuv.* A et Græv.-Burm. *sc. adjuv.* G. et Grut. *sc. maxime juv.* L R ψ et cod. Traj. *sc. juv.* et sic edd. 1474. 1475. Med. Junt. Ald. (1514.) Vict. Orell. et Schutz. qui verba *In hac parte*

NOTÆ

[r] *Pontes disturbat*] Cum Festus scribat suffragia per pontem comitiis ferri solita, adducitur in eam sententiam Manutius, ut existimet tabellas in eorum pontium capite ministratas esse, et in extremis pontibus alias cistas fuisse, in quibus tabellas quisque suas deponeret; quod erat suffragium ferre. Transibant igitur per eos pontes ad lationem suffragii, tabellis acceptis in prima pontis parte, quas in extrema redderent. Erant autem quot tribus aut quot centuriæ, tot pontes. Et quoniam sexagenarii, quasi ad omne vitæ munus inutiles removebantur a ferendis suffragiis, de ponte dejecti proverbio dicebantur. Ovid. in Fast. 'Pars putat, ut juvenes ferrent suffragia soli, Pontibus infirmos præcipitasse senes.'

[s] *Majestatem*] Quid sit majestatem minuere, explicatur Herenn. lib. II. § 17.

[t] *Ex translatione*] Sane minus hic sibi videtur consentire Cornificius. Legitimam constitutionem esse sanxit, cum ex scripto aliquid controversiæ nasceretur: in translatione autem quam ad legitimam constitutionem refert, de judiciis tantum inquiritur.

nonnihil ea utimur, hoc modo: [10] Si quis peculatus [u] accusetur,[11] quod vasa argentea publica de loco privato dicatur sustulisse, possit dicere, cum definitione sit usus, quid sit furtum, quid peculatus; [12] secum furti agi, non peculatus oportere.[q] Hæc partitio [r] legitimæ constitutionis his de causis raro venit in judicium, quod in [13] privata actione prætoriæ exceptiones [x] sunt,[14] et causa cadit [s] is, qui non, quemadmodum oportet,[15] egerit; et [16] in publicis quæstionibus cavetur legibus, ut ante, si reo commodum sit, judicium de accusatore fiat, utrum illi liceat accusare, necne. XIII. 23. Ex ratiocinatione [y] controversia constat, cum res

[q] *Debere intendi actionem non peculatus, sed furti.*
[r] *Hæc pars.* [s] *Causam amittit.*

... *sc. juv.* uncis inclusit, quia illi spuria videntur.—10 '*Ea utimur hoc modo*] Dele *τὸ ea*, Mss. et edd. pr. auctoribus: prave *ut hoc modo* præbent Mss. quatuor et ed. Omnib. *s.* i. e. scilicet, *hoc modo* Leid. 3.' *Oud.* In A G L R ψ *ea* deest; et iidem Mss. cum Tur. et Lamb. habent *ut hoc modo.* Orell. solus vocem *ea* uncis inclusit. Vulg. *ea utimur, hoc modo.* Vid. Nott. Varr.—11 *Accusatur* edd. ante Ern. qui e Ms. Lips. edidit *accusetur.*—12 G *quid sit pec.*—13 '*Quod et in*] Deest copula Mss. plerisque et edd. pr.' *Oud.* '*Delevi et,* auctoribus codd. Lips. Cort. et edd. 1474. Med. Junt. Ald. &c.' *Ern.* quem sequuntur Lall. et Wetzel. *Et* etiam deest in Tur. Lamb. Schutz. et Orell.—14 '*Exceptiones sunt*] Leidd. 2. 3. *fiant.*' Oud. '*Exceptiones sunt*] Ut Lamb. edidimus, ex Gryphii B et C auctoritate; quibus Leoniceni editio suffragatur. *Fuint* fere excusi habent, Ald. Vict.' *Brut.* ψ et edd. paucæ *fiunt;* et sic Mss. quidam et edd. vett. teste Ern. Vulg. *sunt.*—15 '*Et causa cadit is, qui non*] Erf. *et causæ cadit, quia egit nisi habuit actionem, qui non.*' Græv. '*Caussa cadit*] Voss. 3. Leid. 3. 4. edd. pr. *a caussa cadit.*' Oud. In A G L R ψ quoque *a causa.* Vulg. *causa cadit.* Dein pro *oportet* ed. 1474. *oporteret:* si esset *oportebat,* placeret: sed illa sunt verba juris, *qui non egerit, ut oportet.*' Ern.—16 A *etsi.*

NOTÆ

[u] *Peculatus*] Furtum est pecuniæ publicæ: dici cœpit, inquit Festus, a pecore, quia ab eo initium ejus fraudis primo factum est.

[x] *Prætoriæ exceptiones*] Excipere proprie detrahere est; indeque dicta exceptio est, quod partem aliquam de universo actoris jure detrahat vulgari formula 'nisi si,' vel 'si non,' vel 'extra quam:' quasi defensor aliqua ex parte veram esse actoris intentionem fateretur, sed tamen cum exceptione. Prætoriæ exceptiones erant, quia prætor exposita causa actionis formulam præscribebat. Vide not. in lib. I. de Inv. § 56.

[y] *Ex ratiocinatione*] Legalis status ratiocinationis est, cum causa nostra, patrocinio legum destituta, legibus aliis in simili causa latis confirmari potest. Exemplo, quod hic proponitur, res patebit: Quam Malleolus parricida hæreditatem testamento transmiserat exteris, vult Malleoli frater in judicio repetere. Qua porro lege se tuebitur? sane nulla erat quæ parricidæ testamentum irritum redderet. Confugit igitur ad legem XIV.

sine propria lege venit in judicium, quæ tamen ab aliis legibus similitudinem quandam aucupatur.[t] [17] Ea est hujusmodi: Lex est, Si furiosus existet, agnatorum[z] gentiliumque[a] in eo pecuniaque[18] ejus potestas esto.[u] Et lex, Qui parentem necasse judicatus erit, ut is obvolutus et obligatus corio,[b] devehatur in profluentem.[x] [19] Et lex,

[t] *Colligit.*
[u] *Agnati et gentiles habeant potestatem in eum et ejus pecuniam.*
[x] *Projiciatur in fluvium.*

Cap. xiii. 17 L *ab aliis legibus similitudine quadam ab avibus capiendis vel similitudinem quandam auc.* Voss. 3. *ab aliis rebus vel legibus similitudine quadam auc.* In Erf. et Gryph. B C quoque *similitudine quadam auc.*—18 '*Lex est*] Exulat verbum a Voss. 1. Leidd. omn. et edd. pr. sed suprascr. in Leid. 4.' *Oud.* Abest etiam ab A L ψ. Dein '*Exsistit agnatum gentiliumque*] Voss. 1. 3. Leid. 1. 3. 4. edd. pr. *agnatorum:* quidam etiam *existat, existet.*' Oud. ψ *existat:* Lamb. ex Tusc. Q. iii. 5. *esse incipit:* Schutz. de susp. Ern. *escit:* A G R et Ern. e libb. vett. *exsistet;* et sic Orell. Vulg. *exsistit.* Tum A G L R, Grut. Oliv. Græv.-Burm. et Lall. *agnatum.* Vulg. *agnatorum;* et sic edd. vett. omnes. Lamb. *agnatorum gent. in eo, et in familia pecuniaque. Pecuniave* placebat JCtis quibusdam, teste Orell. Vid. Nott. Varr.—19 '*Et lex*] Voss. 3. Leid. *Et lex est.*' Oud. In G quoque *Et lex est.* Verba *Et lex: Qui . . . profluentem* Schutz. delevit, prob. Wetzel., quia ab interpolatore addita. L R ψ, Tur. et omnes Mss. Oud. cum Lamb. Oliv. Græv.-Burm. et Lall. *erit, is:* Grut. *erit, et is:* Lips. et edd. Med. Junt. Omnib. et Orell. *erit, ut is.* Præterea 'pro *corio* quidam edidere *culeo;* sed sine libris: nec necesse est.' *Ern.* Lamb. *deiicitor:* al. *dejiciatur:* Tur. et plerique Mss. *devehatur;* et sic vulg. Denique pro *profluentem,* A *fluentem,* et ed. Omnib. *in*

NOTÆ

decemvirorum, qua cautum erat ut furiosi hæreditas agnatis cederet: contendit cum homicida omnis habendus sit furiosus, illum perinde atque istum debere testamenti faciendi jure excidere. Dicitur autem ratiocinatio quod syllogismum complectatur, quo actor id efficiat quod intendit: e. g. Ex lege hæreditas furiosi ad agnatos pertinet: atqui homicida est furiosus, et Malleolus est homicida; ergo Malleoli homicidæ hæreditas pertinet ad ejus agnatos. Videsis de Inv. l. ii. § 148. et 149.

[z] *Agnatorum*] Agnati, auctore Caio, sunt qui per virilis sexus personas cognatione juncti sunt, quasi a patre cognati; veluti frater eodem patre natus; fratris filius, neposve ex eo: item patruus, patrui filius, neposve ex eo, usque ad septimum gradum.

[a] *Gentilium*] Qui sunt ex eodem genere, sed ultra septimum gradum.

[b] *Obvolutus et obligatus corio*] Solon Atheniensium legislator nullum in parricidas supplicium constituit, quod neminem putaret id scelus admissurum. Eandem ob causam antiquissimi Romani nullam de parricidio legem tulerant: et vero per annos 600. Romæ nullus tam immane facinus perpetravit. L. Sylla lege decrevit ut parricidii reus insutus culeo cum cane, gallo gallinaceo, vipera, et simia, omnium elementorum usu privatus, in flumen vivus dejice-

Paterfamilias uti super familia pecuniave sua legaverit,[20] [*p*. 5.] ita jus esto.[y] Et lex, Si paterfamilias intestatus[z 1] moritur, familia pecuniaque ejus agnatorum gentiliumque[2] esto. Malleolus judicatus est matrem necasse: ei damnato statim folliculo lupino os obvolutum est,[3] et soleæ ligneæ pedibus inductæ[4] sunt,[a] et in carcerem ductus est.[5] Qui defendebant eum, tabulas in carcerem afferunt;[6] testamentum ipso præsente conscribunt;[7] testes rite[8] affuerunt: de illo supplicium paulo post[9] sumitur. Ii, qui

[y] *Sit jus ut quicquid paterfamilias testamento statuerit de familia et pecunia sua, hoc ratum habeatur.* [z] *Testamento non facto.*

[a] *Corio lupi facies circumdata est, et pedicæ ligneæ in modum solearum pedibus injectæ sunt.*

fluentem. Vid. Nott. Varr.—20 G et Voss. 3. *Et lex est: Paterf.* Mox '*Legaverit*] Edd. vett. *legavit:* Erf. *ligaverit:* ed. Lamb. *legassit.*' Græv. '*Legaverit*] *Legassit* in l. II. de Inv. c. 50. scriptum habet vetustiss. Gryph. codex; quæ nobis fuit caussa cur et hoc loco ita excudi curaremus.' *Brut.* In R quoque *legavit.* Vulg. *legaverit.*—1 G *Et lex est: Si.* '*Si paterf. intestatus mor.*] Put. *Si mor. paterf. intestatus.* Vulgg. *Si paterf. intestato mor.*' Græv. In R *Si* deest. A G L R ψ et omnes edd. recentt. *intestatus.*—2 '*Agnatum gentiliumque*] Voss. 1. 3. 4. edd. pr. *agnatorum.* Voss. 2. Leid. 2. 3. 4. *et gentilium.*' Oud. Erf. *agnatum gentilium.* A G L R cum Grut. Oliv. Græv.-Burm. et Lall. *agnatum gentiliumque.* Vulg. ut Ern.—3 Pro *Ei* A G habent *Eo;* et pro *statim,* A *statum.* Dein '*Foll. lupino os obvolutum est*] Voss. 3. *foll. obv. os lup.* Leid. 3. *foll. obv. lup. os:* ed. Med. *folliculus lupinus in os:* Leid. 3. *involutum.*' Oud. Gryph. A etiam exhibet *involutum.* G non habet *lupino os.* Vulg. ut Ern. Vid. Nott. Varr.—4 '*Pedibus inductæ*] Mss. quinque vetustiores *in ped.* Leid. 4. *ped. indutæ.* Voss. 1. *inditæ:* male. Vide ad Sueton. Aug. c. 92. et de Inv. II. 50.' *Oud.* G L ψ *in ped.* A G L R ψ, Tur. et plerique, cum Lamb. Grut. Oliv. Lall. Ern. et Schutz. *inductæ:* Orell. e Ms. Lips. *indutæ,* quod prob. Wetzel. Nonnulli Mss. *inditæ,* quod placebat Ernestio. Vid. Nott. Varr.—5 '*Et in carc. ductus est*] Mss. tres carent copula. *Deductus* Voss. 1. *inductus* Leid. 1.' *Oud.* A G et Erf. quoque omittunt copulam: et R habet *inductus.*—6 Schutz. solus *defenderant.* Tum Duisb. et Leid. 4. *statim tab.* G *tabulam:* et Leid. 3. *ferunt.*—7 '*Test. ipso conscribunt*] Voss. 2. *scribunt.* Addit ed. Med. *hæredes, quos jubet, scribunt.* Bene, si e Mss. Vid. de Inv. II. 50.' *Oud.* Ms. Lips. *conscribitur.* Schutz. ex ed. Med. *hæredes, quos jubet scribunt,* deletis *testamentum . . . conscribunt.*—8 A G ψ, Erf. Duisb. et plures Mss. edd. 1474. 1475. Med. Omnib. et sic quinque Mss. Oud. sed in Voss. 1. suprascr. 'vel *rite.*' *Recte* etiam Gaius sæpius, nunquam *rite.* In L R, Tur. Lamb. Grut. Oliv. Græv.-Burm. Lall. Schutz. et Orell. *rite.*—9 A habet *de ipso,* et mox in eodem Ms. et Leid. 2. verba

NOTÆ

retur. Sanxit præterea Pompeius Magnus, ut non qui patrem aut matrem tantum, verum etiam qui cognatos aut patronos interfecissent, parricidarum pœnis subjicerentur. De quibus egregie Tullius in orat. pro Rosc. Am.

hæredes erant [10] testamento, hæreditatem adeunt. Frater minor Malleoli, qui eum oppugnaverat in ejus periculo,[11] suam vocat [b] hæreditatem lege agnationis. Hic certa lex in rem nulla affertur, et tamen multæ [12] afferuntur, e quibus ratiocinatio [13] nascitur, quare potuerit, aut non potuerit jure testamentum facere. Constitutio legitima est ex ratiocinatione.[14] Cujusmodi [15] partes essent legitimæ constitutionis ostendimus: nunc de juridiciali constitutione dicamus.[16]

XIV. 24. Juridicialis constitutio est, cum factum convenit, sed jure, an injuria factum sit, quæritur. Ejus constitutionis partes sunt duæ, quarum una absoluta, altera assumtiva nominatur. Absoluta est, cum id ipsum, quod factum est, [17] ut aliud nihil foris assumatur, recte factum [18] esse dicemus. Ea est hujusmodi : [19] Mimus [c] quidam nominatim Accium [20] [d] poëtam compellavit [c] in scena.[1] Cum eo Ac-

[b] *Dicit.* [c] *Appellavit nomen Accii poëtæ.*

paullo post desunt: absunt etiam a Tur. a m. pr. Vid. Nott. Varr.—10 *Erant* G deest.—11 A *inpugnaverat.* Verba *in ejus periculo* exulant a Leid. 4. 'Tria verba resipiunt glossam interpretis.' *Grut.*—12 Voss. 2. *Hic cum certa lex in rem nulla sit.* A ψ *in re nulla aff.* Dein A R *et tum mult.*—13 '*Ex quibus*] Sic Mss. omnes, cum ed. Med. Vulgo *e quibus.*' Oud. In Erf. quoque *ex quibus.* Pro *ratiocinatio* ψ habet *ratio.*—14 '*Legitima est*] Ita solus Leid. 4. cum ed. Omnib. A reliquis abest verbum.' *Oud.* deest etiam in Erf. Verba *Constitutio . . . ratiocinatione* in L non leguntur.—15 G et Put. *Quoniam cujusm.*—16 Leid. 4. caret *constitutione.* In ed. Med. *dicemus.*

CAP. XIV. 17 Erf. *factum sit*, et mox idem Ms. pro *recte* habet *certe.*—18 *Factum* in G deest.—19 Erf. *Ea hujusm. est.*—20 '*Accium*] Voss. 1. 2. Leid. 4. ed. Omnib. *Actium* semper. Ed. Med. *Acium.*' Oud. '*Accium*] Sic Lamb. Ern. Græv.-Burm. et ita codd. quodque majus est, indubitati lapides Pisaurenses ap. Oliverium. *Actium* Tur. al. *Attium* Schutz.' *Orell.* *Attium* quoque Wetzel. *Accium* A G L R ψ et vulgg.—1 '*Compellavit in scena. Cum eo*] Leid. 4. *nominavit appellavit.* Voss. 1. Leid. 1. 2. 3. *in cœnaculo meo:* Voss. 3. Leid. 4. ed. Omnib. *in cœnaculo. In eo:* Voss. 2. *in cena cum eo:* ed. Med. *in senaculo. Cum eo.* Sed vide l. II. c. 13.' *Oud.* ψ *appellavit.* A ψ *in cenaculo in eo:* G *in cenaculo. Accius, &c.* L. *in cœnaculo meo.* Tur. et al. *in cœnaculo. Cum eo.* Vulg. *in scena.* '*In scena*] Sic Ms. Duisb. ed. Med. Asc. Aldi (1514.), &c. Ergo non est e conj. Becichemi, ut Gruterus ait, qui saltem ed. Med. posterior fuit. *Cœnaculo,* pro quo est in Junt. *scœnaculo,* ortum e *scena cum eo;* nam in Ms. *cœnaculo* est, sine *cum eo.* Pro *cum eo* ed. 1474.

NOTÆ

[c] *Mimus*] Qui gestu et voce aliorum facta et dicta imitatur: ἀπὸ τοῦ μιμεῖσθαι, *imitari,* derivatur nomen.

[d] *Accium*] De quo consule notas nostras in l. II. de Orat. § 27.

cius injuriarum agit.[d] Hic nihil aliud defendit,[2] nisi licere nominari[3] eum, cujus nomine scripta[4] dentur agenda.[e] Assumtiva pars est, cum per se defensio infirma est, sed assumta extraria re[f] [5] comprobatur. Assumtivæ partes sunt quatuor; concessio, remotio criminis, translatio criminis,[6] comparatio. Concessio est, cum reus postulat sibi[7] ignosci. Ea dividitur in purgationem et deprecationem. Purgatio est, cum consulto[g] se negat reus fecisse. Ea dividitur in fortunam, imprudentiam, necessitatem:[8] fortunam, ut Cæpio[e] ad tribunos pl. de amissione exer-

[d] *Accius eum accusat injuriæ sibi factæ.* [e] *Pronuntianda ab actoribus.*
[f] *Petita extrinsecus.* [g] *Cum deliberatione.*



habet *in eo.*' Ern.—2 '*Hic nihil aliud def.*] Voss. 1. *hec Mimus n. a. def.* Voss. 2. Leid. 4. ed. Med. *Hic mimus n. a. def.*' Oud. A G L R ψ *Hic nihil al. def.* et sic vulg. Vid. Nott. Varr.—3 '*Nominari eum*] Voss. 1. Leid. 3. edd. Med. Omnib. Leid. 1. a m. sec. *nominare.* In nonnullis *eum nom.*' Oud. In A quoque *nominare:* G L R ψ et vulgg. *nominari.*—4 A *nomina scriptura.* —5 A *sumpta*, et A L ψ *ex contraria re.* '*Extraria re*] Voss. 1. 3. Leid. 4. ed. Omnib. *ex contraria re*, sed suprascr. *extraria* in Voss. *aliqua re extranea* Voss. 2. *re extranea* ed. Med. Verum est simpliciter *extraria.* Vid. ad Cic. de Inv. II. 50. Ut a 'contra' est 'contrarius,' sic ab 'extra,' 'extrarius.'' *Oud.* '*Extranea re*] *Extraria* habent tres Gryph. Mss. *Ex contraria* legitur in Leonic. libro.' *Brut.* Tur. Grut. Græv.-Burm. Lall. Schutz. et Orell. *extraria re:* G R et Oliv. *extranea re.* Vid. Nott. Varr.—6 A G L R ψ. Lamb. Oliv. et Lall. *conc. crim., rem., transl., comp.* Schutz. *conc., transl. crim., rem. crim., comp.* Tur. Grut. Græv.-Burm. Lall. et Orell., *conc., rem. crim., transl. crim., comp.* et sic Voss. 3. nisi quod pro *translatio* habet *relatio.* —7 Erf. non habet *sibi.*—8 '*Imprud., necessitatem*] Lamb. et al. edd. *inprud., necessitudinem:* Erf. *inprud., fortunam, necessitatem;* et sic semper ille codex *inprudentia* pro *imprudentia.*' Græv. '*In inprud., fortunam, necessitatem*] Sic Mss. omnes cum ed. Med. Vulgo *in fort., inprud.* In nonnullis etiam exemplum inprudentiæ præcedat exemplum fortunæ.' *Oud.* In A G L R ψ, Tur. Oliv. Græv.-Burm. et Lall. *necessitatem:* Car. Steph. Schutz. Wetzel. et

NOTÆ

[e] *Cæpio*] Q. Servilius Cæpio, secundis et adversis rebus insignis, post Lusitanos in Hispania domitos triumphavit: præturam, consulatum, maximi pontificatus sacerdotium gessit: a Cimbris prælio fusus et castris exutus est A. U. C. 649. ante Christum 105., hoc vulgo creditum ira Deum evenisse, quod Cæpio Tolosæ sacram pecuniam diripuisset. Decimo post anno Cn. Junius Norbanus tribunus plebis ob cladem Cimbricam, et legem frumentariam impeditam, majestatis reum fecit ad populum. Damnatus est, atque, ut refert Valerius Maximus, ejus corpus carnificis manibus laceratum, in scalis Gemoniis jacens magno cum horrore conspectum est. Tradunt alii unius amici tribuni plebis ope ereptum supplicio, fuga saluti consuluisse.

citus;[9] imprudentiam, ut ille,[10] qui de eo servo, qui dominum occiderat, supplicium sumsit, cui frater esset,[11] antequam tabulas testamenti aperuit,[12] cum is servus manumissus[h] testamento esset;[13] necessitudinem,[14] ut ille, qui ad diem commeatus non venit, quod eum aquæ[15] interclusisssent. Deprecatio[f] est, cum et peccasse se, et consulto fecisse reus confitetur,[16] et tamen postulat, ut sui misereantur.[17] Hoc in judicio fere non potest usu venire;[18] nisi, quando[19] pro eo dicimus, cujus multa recte facta constant,[20] hoc modo in loco communi per amplificationem injiciemus:[1] Quod si hoc fecisset, tamen ei[2] pro pristinis beneficiis ignosci conveniret: verum nihil postulat ignosci. Ergo in judicium non venit; at in senatum, aut ante im-

[h] *Liber factus esset.*

Orell. *necessitudinem.*—9 Pro *Cæpio* ψ habet *Scipio.* Dein '*Ad tribunos pl.*] Leid. 3. 4. ed. Med. *ad tribunum pl.* Ed. Omnib. *apud tribunum pl.*' Oud. A *apud tribunum:* G R et al. Mss. cum edd. vett. aliquot, ut 1474. Omnib. Med. 1474. Med. altera, Junt. *ad tribunum* et sic Wetzel. Vulg. *ad tribunos.* Præterea Erf. omnes Mss. Oud. et ed. Med. *de exerc. amiss.*—10 *Ille* in A deest. —11 Verba *cui frater esset*, quæ vulgo ponuntur post *sumpsit*, Lamb. et Schutz. inseruerunt post *occiderat*, Ern. et Orell. non improb.—12 '*Aperuit*] Ita Gryph. B C: *aperuisset* ejusdem A: excusi fere eodem modo *aperuerit.*' Brut. A G L R ψ, Lamb. et Oliv. *aperuerit;* et sic edd. teste Grævio. Tur. et Mss. fere omnes, cum Grut. Græv.-Burm. et Lall. *aperuit:* Ms. Goth. cum Schutz. et Orell. *aperuisset.*—13 '*Manumissus testamento esset*] In nonnullis *test. manum.* Leid. 3. *manu testamento missus esset.* Abest *testamento* ab ed. Med.' *Oud.* Vulg. ut Ern.—14 Voss. 1. 3. Leid. 1. *necessitatem.*—15 Erf. *comm. convenit, quod cum has intercl.* In G *comm. non venit, quod eum aquæ aditum intercl.*—16 '*Cum et pecc. se et cons. fec. reus conf.*] Voces *se* et *reus* desunt plerisque Mss. et edd. pr. nisi quod in Voss. 3. sit *se cum reus et p. et c. f. conf.*' Oud. Ab A G R abest *se*, et ab L ψ, Tur. et Lamb. *reus.* In L *se reus.* Vulg. ut Ern. Vid. Nott. Varr.—17 A R ψ, Voss. 2. Leid. 4. et edd. pr. *misereatur.*—18 '*Hoc in judicio non pot. fere usu ven.*] Put. *Hoc in judicium non pot. fere usu ven.* Erf. *Hoc in judicio fere non pot. usu ven.*' Græv. '*In judicio . . . venire*] Mss. tres et ed. Med. *judicium. Evenire* in Voss. 1. Vid. ad l. I. de Inv. c. 10.' *Oud.* G R ψ *Hæc:* Tur. et Lamb. *non fere:* R et Tur. *evenire.*—19 A R *nisi quum pro eo.*—20 '*Facta constant*] Vox *facta* deest Voss. 1. *exstant* Leid. 1. 2. 3. ed. Med. *facta esse* ed. Omnib.' *Oud.* A et Lamb. quoque *facta esse:* G ψ et Tur. *facta exstant.* Vid. Nott. Varr.—1 '*Hoc modo in loco comm. per ampl. inj.*] Voss. 1. 3. Leid. 3. *loco comm. p. a. inj. hoc modo.* Verbum *inj.* exsulat a Leid. 3.' *Oud.* 'Quidam Mss. item edd. interpungunt sic: *hoc modo. In loco, &c.* male.' *Ern.* A G L R ψ ut Ern. et sic vulg.—2 '*Quod si hoc fec.*] Leid. 4. *quid si hoc fec.* ed. Med. *quod si fec.*'

NOTÆ

[f] *Deprecatio*] Cujus insigne nobis exemplum suppeditat Tullius in orat. pro Ligario § 29. 'Num tibi videor, Cæsar, in causa Ligarii occupatus esse? num de ejus facto dicere?' &c.

peratorem et in consilium[3] talis causa potest venire.[4] XV. 25. Ex translatione[g] criminis causa constat, cum fecisse nos non negamus, sed aliorum peccatis coactos fecisse dicimus:[5] ut Orestes cum se defendit, in matrem confert crimen.[6] Ex remotione[h] criminis causa constat, cum a nobis non crimen, sed culpam ipsam[7] amovemus, et vel in hominem transferimus,[8] vel in rem quampiam conferimus.[9] In hominem transfertur:[10] ut si accusetur is, qui P. Sulpicium[i] se fateatur[11] occidisse, et id jussu consulum defendat; et[12] eos dicat non modo imperasse, sed rationem quoque[13] ostendisse, quare id facere liceret. In rem confertur, ut, si[14] quis, ex testamento quod facere jussus sit, ex plebiscito vetetur.[i][15] Ex comparatione

[i] *Impediatur decreto plebis.*

Oud. Lamb. quoque omittit *hoc.* Tum *ei* in A deest.—3 Erf. *aut sen. ad imp., et in cons.* Put. *at in sen. aut imp. concilium:* edd. vett. *aut in sen., aut ante imp.* A *sed aut in sen.* Voss. 2. Leid. 1. *et ante imp.* 'Conjunxi *ante imp. et in cons.* quæ in vulgg. male, ut diversa, distinguuntur: nam deberet esse, *aut in cons....* Et sic reperi in ed. 1474. Med.' *Ern.* 'Verba *aut ante imp.* glossema sapiunt. Cic. Inv. II. 37.' *Schutz.* qui eas voces inclusit. R habet *aut in cons.*—4 G *poterit;* et Voss. 1. 2. Leid. 1. *evenire:* Leid. 4. *convenire.*

CAP. XV. 5 G *nos fec. dicemus.*—6 Tur. Erf. Voss. 1. 3. et tres Gryph. Mss. *conferens crim.* In A *offert crim.* Leid. 4. *transfert crim.*—7 Schutz. et Wetzel. ex Ern. susp. habent *non crimen ipsum, sed culpam amov.*—8 G *transferemus.*—9 R *inferimus.* Vid. Nott. Varr.—10 L et Lamb. *In hom. transferimus.*—11 Erf. Voss. 1. et Leidd. duo *accusatur:* Voss. 3. et ed. Med. *accusaretur.* Dein Erf. *qui publicum se fat.* Leid. 2. *qui Publium se fat.* A, Leid. 3. 4. ed. Omnib. *se fatetur:* ed. Med. *fateretur* sine τῷ *se.*—12 Lamb. *consulum se fecisse ostendat.* Vid. Nott. Varr. Dein ψ *ut eos.*—13 Leid. 3. *sed etiam rat.* In A *orationem.* Voss. 3. non agnoscit τὸ *quoque.*—14 *Si* in A deest.—

NOTÆ

[g] *Ex translatione*] Sic tota fere Miloniana fuse Tullius ostendit Clodii insidiis circumventum Milonem non aliter effugere potuisse necem, quam ipsum Clodium occidendo. Vid. ad Herenn. l. II. § 22.

[h] *Ex remotione*] Sic captivi Cannenses, cum de redemtione sua ad senatum agerent, ignaviæ crimen a se removent, &c. apud Liv. l. XXII.

[i] *P. Sulpicium*] P. Sulpicius Rufus vigore ingenii atque animi celeberrimus, tribunus plebis, leges iniquissimas per vim tulit: resistentem senatum et consules ingenti armatorum factione stipatus ex urbe cedere coëgit. At mox L. Sylla consul cum infestis legionibus ad urbem properans Sulpicium Mariumque seditionis auctores proscripsit: Sulpicius fuga elapsus, et in villa latens, a servo proditus et interfectus est, A. U. C. 666. ante Chr. 88. Plutarch. Livius, &c.

causa[16] constat, cum dicimus necesse fuisse alterutrum facere, et id, quod fecerimus, satius fuisse facere. Ea causa[17] hujusmodi est: C. Popillius,[18 k] cum a Gallis obsideretur, neque effugere ullo modo posset,[19] venit cum hostium ducibus in collocutionem;[20] ita discessit, ut, si impedimenta[k] relinqueret,[1] exercitum educeret. Satius esse duxit,[2] amittere impedimenta, quam exercitum: exercitum eduxit, impedimenta reliquit;[3] arcessitur[4] majestatis. XVI. Quæ constitutiones, et quæ constitutionum partes sint, videor[5] ostendisse. Nunc quo modo eas, et qua via tractari conveniat, demonstrandum[6] est; si prius aperuerimus, quid oporteat ab[7] ambobus in causa destinari, quo ratio omnis[8] totius orationis conferatur.[l]

26. Constitutione igitur reperta,[9] statim quærenda est ratio.[m] Ratio est, quæ causam facit,[10] et continet defensi-

[k] *Sarcinas.*

[l] *Si ante docuerimus quid uterque, id est, tam qui accusat, quam qui defendit, debeat sibi proponere in controversia; ad quem finem omnia totius orationis argumenta adducantur.* [m] *Facti defensio.*

15 Voss. 3. *ex plebisc. facere vetetur.*—16 ‘*Ex comp. caussa*] Ita Mss. omnes et edd. pr. non *ex comp. criminis caussa.*’ Oud. *Criminis* etiam non est in A G L R ψ, Tur. Schutz. Wetzel. et Orell. Vid. Nott. Varr.—17 *Facere* abest ab R ψ. Tum G *Et ea causa:* Erf. *Et causa.*—18 ‘*C. Popillius*] Voss. *Gn.* Leid. 4. *Gne. Pompejus.* In Mss. quatuor et edd. pr. *Pompilius* vel *Pompillius.*’ Oud. A G L R ψ, Oliv. et Lall. *C. Popilius.* Tur. Grut. Græv.-Burm. Schutz. et Orell. *C. Popillius.* Vid. Nott. Varr.—19 A G L, Put. Erf. et sex Mss. Oud. *fugere.* A præterea habet *possit.*—20 Erf. *in colluctationem:* Ms. Cort. *in colloquium.*—1 Lamb. *et ita disc.* ‘*Ita disc. ut*] Leid. 2. *ita disc. ut si:* non male. Leid. 4. *recessit.*’ Oud. Tur. et Lamb. *ut imped.* Pro *relinqueret,* in Gryph. A *habet.* Præterea Lamb. *et exerc.* Vulg. ut Ern. Vid. Nott. Varr.—2 G *fuisse dicit.*—3 A *exerc. educeret,* et mox *relinqueret.*—4 ‘*Arcessitur*] Erf. *adcersitur.* Vulgg. *accersitur.*’ Græv. In A *accersitur.* Edd. recentt. *arcessitur.*

Cap. XVI. 5 ‘*Videor ost.*] Sic etiam mei Mss. septem cum ed. Med. *Satis vid. ost.* ed. Omnib.’ *Oud.* Lamb. Grut. Oliv. et Lall. *satis vid.* G L R ψ, Tur. edd. 1474. Med. Junt. Græv.-Burm. Schutz. et Orell. non habent *satis.* Vid. Nott. Varr.—6 G *ostendendum.*—7 Tres Mss. Oud. et ed. Omnib. *aperiemus.* In A *si prius experiemus aperuerimus.* Tum præpositio ante *ambobus* in Erf. deest.—8 Al. *omnis ratio.*—9 ‘*Const. igitur rep.*] Sic Pall. sic Bruil. sic antiquitus cusi: neoterici voce adjecta, *const. igitur causæ rep.*’ Grut. Lamb. *ig. causæ rep.* Edd. *const. causæ igitur rep.* teste Burm. A G L R ψ, Tur. et vulg. habent ut Ern.—10 In A *quærendi.* Verba *est ratio* absunt ab tribus

NOTÆ

[k] *C. Popillius*] Hic legatus ob rem contra Gallos male gestam a C. Cœlio majestatis accusatus, non expectato judicio, in exilium profectus est, A. U. C. 647. ante Chr. 107. Liv. in epit. et Oros.

onem, hoc modo, (ut docendi causa in hac potissimum causa [11] consistamus:) Orestes, cum confiteatur [12] se occidisse matrem, nisi attulerit facti rationem, perverterit [n] [13] defensionem. Ergo affert eam; quæ nisi intercederet, ne [14] causa quidem esset. Illa enim, inquit, patrem meum occiderat. Ergo (ut ostendi) ratio ea est,[15] quæ continet defensionem, sine qua ne [16] parva quidem dubitatio potest remorari damnationem. Inventa ratione, firmamentum quærendum est; id est, quod continet accusationem,[17] quod affertur contra rationem defensionis, de qua ante [18] dictum est. Id constituetur [19] hoc modo: Cum usus fuerit Orestes ratione, hoc pacto,[20] Jure occidi, illa enim patrem meum occiderat; utetur [1] accusator firmamento, hoc pacto: [2] Sed non abs te [3] occidi, neque indemnatam [4] pœnas pendere oportuit.[o] Ex ratione defensionis,[5] [1] et ex

[n] *Destruit.* [o] *Non damnata a judicibus, non debuit a te puniri.*

Mss. Oud. et *ratio est* ab A R et Schutz. Vid. Nott. Varr. Præterea Voss. 3. *caussam stare facit.*—11 Put. *dicendi causa.* Dein '*Pot. caussa cons.*] Sic inveni in Mss. omn. et ed. Med. Abest vulgo *τὸ caussa.*' Oud. Erf. *pot. causa cons.* A G L R ψ, Tur. et edd. ante Ern. præter ed. 1474. non legitur *causa.* Schutz. habet *causa in hoc* (scil. exemplo) *pot. cons.* quod melius putat Wetzel.—12 Voss. 1. Leid. 1. 3. *cum fateatur:* A ψ et Voss. 3. *Or. confitetur:* R, Leid. 2. ed. Med. *cum confitetur:* G *cum confiteretur:* ed. Omnib. *cum fateatur.* Vulg. ut Ern.—13 A *perverteret:* G L R ψ, Tur. quinque Mss. Oud. et edd. pr. *pervertit:* Grut. Oliv. Græv.-Burm. Lall. et Schutz. *perverterit:* Lamb. et Orell. *pervertet.* Vid. Nott. Varr.—14 Tres Mss. Oud. et ed. Omnib. *nec causa.*—15 Lamb. *ratio est ea.*—16 A G L R, Tur. quatuor Mss. Oud. et ed. Omnib. *nec parva.* Vulg. *ne parva.* Vid. Nott. Varr.—17 '*Id est quod*] Voss. 1. *i. quod:* Leid. 4. *id quod.* Τὰ *id est* exulant ab ed. Med.' *Oud.* Pro *est quod* A habet *quidem.* Vid. Nott. Varr. Tum Erf. Lamb. et al. *acc. cont.*—18 In A *antea.*—19 G *constituitur.*—20 In R *hac ratione;* et Leidd. 3. 4. *hoc modo,* pro *hoc pacto.*—1 A R *meum occidit;* et A *aut utetur.*—2 A G R ψ, Tur. Lamb. Grut. Oliv. et Lall. *hoc modo;* Mss. et edd. vett. cum Græv.-Burm. Schutz. et Orell. *hoc pacto.*—3 '*Sed non abs te tamen*] Deest *sed* Voss. 3. *tamen* deest Mss. sex et ed. Omnib. Voss. 3. *non tamen:* ed. Med. *non tamen abs te.*' Oud. 'Nonnulli libri habent *at* pro *sed;* quod efficacius est.' *Ern.* qui delevit vocem *tamen,* quæ abest ab A G R ψ, Tur. et edd. 1474. 1475. Junt. Schutz. Wetzel. et Orell. Pro *sed* G R habent *at.*

NOTÆ

[1] *Ex ratione defensionis, &c.*] Carpit haud immerito Quintil. III. 11. Hermagoræ aliorumque rhetorum nimis solicitam diligentiam, qui affectata subtilitate per tam minutas rerum particulas rationem docendi concidunt. Quis enim, modo non hebes sit ac plumbeus, ignorat, et quid litem faciat, quod ab illis causa vel continens dicitur, et quæ sit inter litigantes quæstio, et de quo judicari oporteat: quæ omnia idem sunt.

firmamento accusationis, judicii [6] quæstio nascatur oportet; quam nos judicationem, Græci κρινόμενον appellant. Ea constituetur [7] ex conjunctione firmamenti et rationis defensione,[8] hoc modo: Cum dicat [9] Orestes, se patris ulciscendi causa [10] matrem occidisse, rectumne fuerit, a filio, sine judicio,[11] Clytæmnestram occidi. Ergo hac ratione judicationem reperire [12] convenit. Reperta [13] judicatione, omnem rationem totius orationis eo conferri [14] oportebit. XVII. 27. In omnibus constitutionibus et partibus constitutionum hac via judicationes reperientur, præterquam [15] in conjecturali constitutione. Nam in ea nec ratio, quare fecerit, quæritur; [16] fecisse enim negatur: nec firmamentum exquiritur; quoniam non subest ratio. [p. 6.] Quare ex intentione et infitiatione [p] [17] judicatio constituitur, hoc modo: Intentio, Occidisti Ajacem. Infitiatio, [18] Non occidi. Judicatio, Occideritne? Ratio omnis [q] [19] utriusque orationis, ut ante dictum est, ad hanc judicationem

[p] *Ex objectione criminis et negatione.* [q] *Omnia argumenta.*

Vid. Nott. Varr.—4 G *indemnatam eam pœnas.*—5 Put. *defensoris.*—6 G *ut judicii.*—7 Vulg. *constituitur.* G R, Erf. plerique Mss. Oud. et edd. pr. 1474. Med. Junt. cum Schutz. Wetzel. et Orell. *constituetur:* A *constituetur et ex.*—8 Schutz. delevit vocem *defensione*, quam Wetzel. uncis inclusit.—9 A *dicit.*—10 Voss. 3. *ulcisc. gratia matr.*—11 Tur. et Erf. *sine jud. a filio.*—12 '*Inveniri conv.*] Erf. *repperire conv.* Al. *invenire conv.*' Græv. '*Reperire*] Voss. 2. *reperiri:* ed. Med. *invenire.*' Oud. Lamb. *invenire:* A G L R ψ et Tur. *reperire*, et sic vulg.—13 '*Inventa jud.*] Erf. *repperta jud.*' Græv Lamb. *Inventa jud.* Vulg. ut Ern.—14 G *rationis.* Vid. Nott. Varr. Dein Erf. Voss. 3. Leid. 3. *conferre.*

CAP. XVII. 15 Voss. 3. *rep., nisi in conj. const.*—16 '*In ea nec ratio q. f. quær.*] Mss. omnes et edd. pr. *nam in ea.* In optimis etiam quatuor et iisdem edd. is est ordo, quem expressi. Vulgo *quæritur q. f.*' Oud. A G L R, Ald. Oliv. et Lall. *In ea enim nec:* Grut. *Ea nec:* Græv.-Burm. *In ea nec:* ψ, Tur. Lamb. Schutz. et Orell. *Nam in ea nec ratio.* Præterea Schutz. et Wetzel. ex Ald. ed. *quær., quare fec.*—17 Voss. 1. *nec subest.* Erf. *ex int. et inficatione.* Sic statim idem *Inficatio, Non occidi.* Voss. 2. *ex int. et depulsione:* Leid. 3. *ex int. et infirmatione.*—18 Duisb. *Intentio, Occidisti matrem Infitiatio.* Vulg. delevit verbum *est*, quod ab ejus codd. et quatuor Mss. Oud. abest; deest etiam in A G L, Tur. et omn. edd. antiquis ap. Ern. Pro *Infitiatio*, Leid. 3. habet *Depulsio*, et Erf. *Inficatio.*—19 ψ *Ratio enim*

NOTÆ

'Verius,' inquit idem, 'et brevius, qui statum et continens et judicationem idem esse voluerunt: continens autem id esse, quo sublato lis esse non possit.'

conferenda est. Si plures erunt constitutiones,[m] aut partes constitutionum; judicationes quoque [20] plures erunt in una causa;[1] sed omnes simili ratione reperientur.[2] Sedulo dedimus operam, ut breviter et dilucide, quibus de rebus adhuc dicendum fuit, diceremus. Nunc quoniam satis hujus voluminis [3] magnitudo crevit, commodius est in altero libro de ceteris rebus deinceps exponere;[4] ne qua, propter multitudinem literarum,[5] possit animum tuum defatigatio retardare. Sed si quo tardius hæc, quam studes,[r][6] absolventur, cum rerum [7] magnitudini, tum nostris quoque occupationibus assignare debebis. Verumtamen maturabimus,[n] et quod negotio diminutum [8] fuerit, exæquabimus

[r] *Si forte hæc perficientur tardius quam desideras.*

utriusque.—20 Leid. 2. non habet *quoque.*—1 Voss. 3. *in eadem causa.*—2 A, Erf. Voss. 1. Leid. 1. et edd. pr. *sed et omnes.* In G *sed omnis.* '*Sed omnes*] Mss. quidam addunt *et*, idque omnes edd. vett. usque ad Aldum habent, qui delevit. Ms. Lips. *eæ* pro *sed*, quod non spreverim.' *Ern.* quem Schutz. Wetzel. et Orell. sequuntur. Dein Leid. 2. *una ratione*, et G *reperiuntur.* —3 *Satis* Lamb. transponit ante *crevit.* In R et Voss. 3. *hujusmodi vol.*— 4 G *disponere.*—5 '*Propter mult. litterarum*] Voces eæ tres videntur a glossa: erat in Pal. 4. *altitudinem.*' Grut. In Grævii Ms. etiam *altitudinem.* L *ne propter mult. lit.* R *nequa per mult. lit.* Verba *propter mult. lit.* uncis includit Schutzius, cui spuria videntur.—6 '*Si quo tardius hæc*] Ita mei omnes et edd. pr. nisi quod a Med. exsulet *quo.* Voss. 2. *in aliquo.* Vulgo *hæc tardius.*' Oud. In A *Si qui hæc tardius.* Schutz. ex ed. Med. *Sed si tardius hæc.* '*Si quidem tardius hæc* Ald. *quo* nescio quam bene locum suum teneat. Lego *qua.*' Orell. Denique ψ *quæ studes.* Vid. Nott. Varr.—7 G R *tum rerum.*— 8 '*Quod neg. dim.*] Erf. et Lamb. ed. *quod neg. dem.* Meus cod. *quod de neg. dim.*' Græv. '*Dim. f. ex æq. industria*] Leid. 1. *dem.* et Mss. quinque *industrie.*' Oud. Lamb. *nostro neg. dem.* Mss. pauci et Schutz. *deminutum.* Vulg.

NOTÆ

[m] *Si plures erunt constitutiones*] In qualibet causa vel unicus est tantum status, ut in Rosciana an Sext. Roscius sit parricidii reus; vel multiplex, ut in Miloniana: nam, ut observat A. Manutius, primum quæstio est an Clodius jure sit occisus; qui qualitatis et præcipuus illius causæ status est: deinde status conjecturalis ad qualitatem probandam assumitur, quia scilicet insidiator fuerit.

[n] *Maturabimus*] Aliud est maturare, aliud properare. 'Mature,' inquit Nigidius, 'est quod neque citius est neque serius; sed medium quiddam et temperatum est.' Quoniam autem id quod non segniter fiebat mature fieri dicebatur; progressa plurimum verbi significatio est, et non jam quod non segnius, sed quod festinatius fit, id fieri mature dicitur. Gell. x. 11.

industria:[s] ut pro tuo in nos officio et nostro in te studio munus hoc accumulatissime[t] [9] tuæ largiamur voluntati.

[s] *Si quid præceptionum desit, compensabitur diligentia qua cetera persequemur.*
[t] *Perfectissime.*

diminutum. Vid. Nott. Varr.—9 ψ non habet *hoc.* Tum '*Accumulatissime*] Liber unus Ms. *accuratissime.* Ego nihil muto.' *Lamb.* In Grævii Ms. quoque *accuratissime:* Leid. 4. *accommodatissime.*

RHETORICORUM

AD C. HERENNIUM

LIBER II.

ARGUMENTUM.

Præmissa brevi cum dictorum superiori libro, tum hoc ipso dicendorum summa c. I. II. pergit ea exponere quæ ad genus causarum judiciale pertinent, de quo superiori libro cœperat præcipere, ut, quomodo quæque in foro judiciisque tractari causa oporteat, recte intelligatur. Et quoniam hujus generis tres constitutiones sunt, conjecturalis, legitima, et judicialis, quarum naturam et partes libro primo definiendo explicaverat, exemplisque subjectis illustraverat, et quomodo constitutione causæ et ratione firmamentoque causæ repertis judicatio s. quæstio (τὸ κρινόμενον) inveniatur, ostenderat; nunc etiam, quo quæque constitutio modo tractari debeat ex artis præceptis, docet. Itaque primo a c. II. ad IX. de conjecturali agit, et multis ostendit, quo narrandi modo, quibus signis, argumentis, testimoniis, suspicionibus probabile fieri possit, rem aliquam esse factam aut non factam; deinde a c. IX. ad XIII., quomodo orator debeat versari in tractandis legitimæ constitutionis partibus, cum ex scripto aut in scripto aliquid natum controversiæ est; denique vero etiam a c. XIII. ad XVIII. quibus argumentationibus uti conveniat, cum, ubi rem a nobis factam, jure factam defendimus, et ubi jurene factum aliquid sit, quæritur, quæ est constitutio judicialis absoluta, tum, ubi extranea assumenda est defensio, quæ assumtiva propterea dicitur. His expositis, de argumentationibus ornate absoluteque tractandis agit, et quæ earum cum partes et virtutes, tum vitia sint, fuse enumerat a c. XVIII. ad XXX. denique de argumentorum conclusionibus, non his modo, quæ in fine orationis cujusque sunt, sed etiam quibus in principio, secundum narrationem, et post firmissimam argumentationem utimur.

I. 1. In primo libro, Herenni, breviter exposuimus, quas causas recipere oratorem oporteret,[1] et in quibus officiis[a]

[a] *Partibus, nempe inventione, dispositione, elocutione, memoria, pronuntiatione.*

artis[2] elaborare conveniret, et ea officia qua ratione facillime consequi posset.[3] Verum, quia neque de omnibus rebus simul dici poterat, et de maximis[4] primum scribendum fuit, quo cetera tibi faciliora cognitu viderentur; ita[5] nobis placitum est, ut ea, quæ difficillima essent, potissimum conscriberemus.[6]

Causarum[7] tria sunt genera; demonstrativum, deliberativum, judiciale. Multo difficillimum est judiciale;[8] [a] ergo id primum absolvemus. Hoc et priore libro egimus,[9] cum de quinque oratoris officiis tractaremus,[10] quorum inventio et prima et[11] difficillima est. Ea quoque nobis erit hoc in[12] libro propemodum absoluta, et parvam[13] partem ejus in tertium volumen transferemus. 2. De sex partibus orati-

---

CAP. I. 1 A *percipere*, et R *oportet.*—2 '*In quibus off. artis*] Voss. 1. *in quibus part. officia vel officiis artis:* margo Leid. 2. *in quibus part. officia artis:* Voss. 3. *in quibus part. officia:* Leid. 3. *in quibus part. officii.* Mihi non displicet *in quibus part. officia artis elab.* Auct. de Corr. Eloq. c. 9. ' dignum aliquid elaborare.' Adi ad Sueton. Aug. c. 64. 'nihil æque elaboravit.'' *Oud.* Tur. habet *in quibus partibus officiis artis elab.* ' Vulg. *et in quibus off. artis elab.* in quo *artis* glossema est. Cod. Aug. *in quibus partibus officia artis elab.*' Schutz. qui cum Lamb. delevit *artis;* quam vocem Wetzel. et Orell. uncis incluserunt. Vid. Nott. Varr.—3 Erf. *possit.*—4 ψ, Voss. 1. 2. Leid. 4. Jur. Gothofr. *Verum quod.* Tum Mss. pauci cum Schutz. non habent *rebus* post *omnibus.* Wetzel. et Orell. eam vocem uncis incluserunt. Mox A G L et Tur. *max. rebus.* ' *Et de max.*] Deest copula Leid. 3. *rebus* vero addunt Mss. omnes et edd. pr.' *Oud.* Vid. Nott. Varr.—5 G L R, Leid. 3. 4. duo Mss. Ern. et Tur. a m. sec. *itaque.*—6 Voss. 1. 3. Leid. 4. et edd. pr. cum Lamb. ed. *conscriberemus:* et sic Schutz. et Wetzel. Aliæ edd. et plures Mss. *scriberemus.* Voss. 2. *scriberentur.*—7 Lamb. ed. *Caus. igitur tria.*—8 'Ed. 1474. *et jud.; quod multo diff. est. Ergo, &c.* non absurde. Pro *multo* Junt. *modo.*' Ern. A non habet *est;* et Schutz. legit, *quod multo diff. est. Ergo, &c.*—9 A *Hic et:* G *Hoc et in:* R *Hoc etiam.* '*Hoc et pr. lib. egimus*] Sic Gulielmiani, sic Pall. sic edd. vett. nam recentes præposita vocula *De hoc, &c.*' Grut. 'Lamb. et nonnullæ aliæ edd. *de hoc et pr. lib. eg.* Erf. *Hoc et pr. lib., de oratoris officiis.*' Græv.—10 ' *Cum de quinq. or. off. tractaremus*] Haud secus Pall. Gul. vett. edd. nam mediæ ætatis *cum de or. off. tractabamus.*' Grut. 'Erf. *de or. off. quinque, inventio,* reliquis omnibus recisis. Vulgg. *egimus, cum de or. off. tractabamus.*' Græv. ' *De or. off. quinque*] Ut Lamb. habent tres Gryph. Mss. et Leonic. exemplar.' *Brut.* Deest *quinque* R, Voss. 1. Leid. 1. 4. *de or. off. v.* Voss. 2. 3. Leid. 2. *de oratoriis off. v.* Leid. 3. *Primum tractaremus* R.—11 ' Lib. unus Ms. *quæ pr., quæque diff. est.*' Lamb. A *quæ prima et diff. est.* Vett. edd. *tract., quia prima diff. quidem est.*—12 A *quia ea nob.* ' *Ea quoque*] Malim legi, *eaque nobis.*' Lamb. et sic Lall. e Mss. cum Schutz. et Orell. Vulg. *ea quoque.* Deest ψ *erit.* A G L R ψ, Erf. Tur. et sex Mss. Oud. non agnoscunt præpositionem *in:* et Leid. 2. et ed. Med.

NOTÆ

[a] *Difficillimum est judiciale*] Consule l. II. de Orat. § 72.

onis primum scribere incepimus. In primo libro locuti sumus de exordio, narratione, divisione, nec pluribus[14] verbis, quam necesse fuit, nec minus dilucide,[15] quam te velle existimabamus. Deinde conjunctim de confirmatione et confutatione[16] dicendum fuit: quare genera constitutionum et earum[17] partes aperuimus:[18] ex quo simul ostendebatur, quomodo constitutionem et partes constitutionis,[19] causa posita, reperiri[20] oporteret. Deinde docuimus, judicationem quemadmodum quæri conveniret: qua inventa, curandum, ut omnis ratio totius orationis ad eam conferatur.[1] Postea admonuimus esse causas complures,[2] quibus plures constitutiones aut[3] partes constitutionum accommodarentur. II. Reliquum videbatur[4] esse, ut ostenderemus, quæ ratio posset[5] inventiones ad unamquamque constitutionem aut partem[6] constitutionis accommodare:[b] et item quas[7] argumentationes,[c] quas Græci ἐπιχειρήματα[b]

[b] *Quibus præceptis argumenta possent aptari ad quemlibet statum.*
[c] *Formas argumentorum.*

in hoc l.—13 G L R ψ, Tur. sex Mss. Oudendorp. et Mss. plures, cum editionibus veteribus usque ad Aldinum, *sed parvam*, ut etiam Lamb. Schutz. et Orell. ediderunt, 'quod prope magis placet,' ait Ern. A Leid. 1. abest *et* ante *parvam*, a Voss. 3. *ejus*. Mox Schutz. *De sex part. orationis quum scribere instituimus, in pr. lib.* A *part. oratoris.* Voces *primum* et *libro* desunt Leid. 4. *incipiemus* R et Voss. 3. qui exhibet *in quo pr. libro*. Vulg. ut Ern. et sic Orell. qui annotat: 'Locus corruptus, e vestigiis Tur. sic restituendus: *Ubi de sex part. orationis primum scribere incepimus* (*s. instituimus*) *locuti sumus*, ejecto scil. gloss. *in primo libro*, quod habent codd. omnes.' Vid. Nott. Varr.—14 A *plurimis*.—15 Voss. 3. *lucide*. Mox G L ψ, Tur. Voss. 1. et Leidd. omnes cum Lamb. *conjuncte*.—16 Leid. 3. *et de conf.* '*De confirm. dic. fuit et confut.*] Al. edd. *de confirm. et confut. dic. fuit.*' Græv.—17 A G *harum partes:* ψ *eorum partes:* Mss. quidam et Lamb. *partem*.—18 A *aparuimus*.—19 A *constitutiones*. Tum G L ψ, Erf. Duisb. et quinque Mss. Oud. *partem constitutionis*. A *partes constitutionum*.—20 A *reperire*, et mox *convenisset*.—1 G R Duisb. Voss. 3. Leid. 4. et edd. Med. Lamb. *curand. est, ut:* Ed. 1474. *curand. est, ut omnes rationes .... conferantur*. 'Male ed. 1474. habet *est*.' Wetzel. Pro *orationis* G habet *rationis*.—2 G R ψ *quamplures:* Voss. omnes, Leid. 3. 4. et ed. Omnib. *quam plures:* ed. Med. *plures*. Dein 'Erf. *in qua plures:* Duisb. et edd. pleræque *in quibus plures*.' Græv. A L ψ, omnes Mss. Oud. et edd. pr. *in quibus pl.* G *in quibus rebus quamplures:* R *ad quas pl.*—3 A G *const. ac part.* Verba *Postea admonuimus ... accommodarentur* omisit Schutz. qui ait, 'spuria esse manifesto docet ipsum libri I. argumentum.' Defendit Wetzel.

Cap. II. 4 'Erf. *videbitur;* non male.' *Græv.*—5 L *possit*.—6 G *aut partes:* Lamb. *et ad partem*.—7 A L, Voss. 1. 2. Leid. 1. 4. cum Lamb. Grut.

NOTÆ

[b] 'Επιχειρήματα] Translatione a campo ad forum, ab acie instructa

appellant, sequi, et quas vitari oporteret:[8] quorum utrumque[9] pertinet ad confirmationem et[10] confutationem. Deinde ad extremum docebimus, cujusmodi conclusionibus orationum uti oporteat:[11] qui locus erat extremus[12] de sex partibus orationis.

Primum ergo[13] quæremus, quemadmodum quamque[14] causam tractari conveniat: et nimirum conjecturalem, quæ prima et difficillima est,[15] potissimum consideremus. 3. In causa conjecturali,[c] narratio accusatoris suspiciones interjectas et dispersas habere debet, ut nihil actum, nihil dictum, nusquam ventum, aut abitum,[16] nihil denique fac-

Oliv. Græv.-Burm. Lall. et quibusdam aliis edd. *quales arg.:* G R ψ, Erf. Voss. 3. Leid. 2. 3. et edd. pr. *quas arg.* A *quas arg.* et *quales* sup. lin. '*Quas arg. ... quas vitari*] Sic plerique Mss. et edd. vett. omnes usque ad Aldum, quem ceteræ secutæ sunt, ut in plerisque aliis; nisi quod v. c. ed. 1474. habet primum *quasnam;* alia 2do loco *quasque.*' Ern. Dein Schutz. e conj. Ern. *quæ Græci.* Denique pro ἐπιχειρήματα, A *epitheremata.* G *appellabant.*—8 Tur. Erf. Pith. Leid. 2. 3. cum edd. pr. carent copula *et.* Lamb. Grut. Oliv. Græv.-Burm. Lall. cum aliis edd. *quales:* A *quasque* (*quales* sup. lin.) *vitare oporteat:* R et Pith. *quasque vitare oporteret:* G *quas evitare oporteret:* ψ *quales vitare oportere:* Tur. Voss. 3. et edd. pr. *quas vitari oporteret:* Voss. et Leid. 3. cum edd. Omnib. Schutz. et Orell. *vitare oporteret.*—9 *Utrumque* G deest.—10 A G L, Erf. Voss. 1. Leid. 1. 2. *ad confut.* Vulgg. non agnoscunt τὸ *ad.*—11 Duisb. *oporteret.*—12 R, cod. Pith. cum Græv.-Burm. et Schutz. *postremus:* A, Tur. et Leid. 1. 3. *proximus.*—13 Erf. *igitur.*—14 R *unamquamque:* et A G L ψ, Erf. Leid. 1. 3. et Voss. omnes *tractare conv.*—15 A *eum quæ diff.* L, Tur. et pauci alii, ac ed. s. l. et a. *quæ pr. quæque diff.* '*Quæ pr. et diff. est*] *Eam quæ* est in Leid. 2. 4. Voss. 3. ed. Omnib. quæ lectio est nata ex compendio *cam* sive *causam,* ut est in Voss. 2. *prima* et deest Voss. 2. Leid. 2. et exsulat a Leid. 1. Legend. scil. cum Voss. 1. Leid. 3. et edd. pr. *quæ pr. quæque diff.*' Oud. Vulg. *quæ pr. et diff. est.* Vid. Nott. Varr.—16 ψ

NOTÆ

ad argumentorum dispositionem. Ἐπιχειρεῖν est *argumentis aliquid tueri,* ἐπιχείρημα *argumentum:* de epicheiremate, quæ certa species est argumentationis, dicetur in l. II. de Inv.

[c] *In causa conjecturali*] 'Conjectura dicta est a conjectu, id est, directione quadam rationis ad veritatem: unde etiam somniorum atque ominum interpretes conjectores vocantur.' Ita Quintil. III. 6. Conjecturam definit in partitionibus Hermogenes probationem rei incertæ, vel ex signo aliquo manifesto, vel ex suspicione de persona concepta; et exemplum profert: Deprehensus est quidam dum sepeliret cadaver recens occisi hominis in solitudine, et cædis accersitur. Ex sepultura, de qua constat, factum quæritur obscurum de re ipsa, quisnam occiderit. Hunc statum nonnulli vocant inficialem, quod reus sola inficiatione seu negatione se defendat. Hujus tractationem tribus capitibus contineri Fabius ostendit l. III. c. 2. an quis voluerit, an potuerit, an fecerit. Voluntatem arguunt affectus animi et

tum sine causa putetur. Defensoris narratio simplicem et dilucidam expositionem debet habere,[17] cum attenuatione suspicionis. Hujus[18] constitutionis ratio in sex partes est distributa; probabile,[19] collationem, signum, argumentum, consecutionem, approbationem. Horum unumquidque[20] quid valeat, aperiemus. Probabile est,[d] per quod probatur, expedisse reo peccare,[d][1] et a simili turpitudine[e] hominem nunquam abfuisse.[2] Id dividitur in causam et in vitam. Causa est ea,[3] quæ induxit[4] ad maleficium, commodorum spe, aut incommodorum vitatione:[5] ut cum[6] quæritur, num quod commodum maleficio appetierit,[7] num honorem, num pecuniam, num dominationem; num aliquam cupiditatem amoris, aut hujusmodi[8] libidinis[f] voluerit ex-

[d] *Utile fuisse accusato.* [e] *Vitio.* [f] *Malæ voluntatis.*

et Erf. *habitum.* Tum Erf. non habet *factum.*—17 Leid. 2. *debet facere.*—18 G *Hujusmodi.*—19 A L et Erf. *probabilem collationem.*—20 G *Eorum unumquodque:* A R, Tur. et ed. s. l. et a. *Horum unumquodque:* Duisb. et plerique Mss. Oud. cum edd. pr. *Horum unum quodque.* Dein pro *valeat* R habet *sit.* —1 Deest *reo* in Erf. A, Tur. et Leid. 3. In Leid. 2. *peccasse.* Tum A, Erf. Tur. Voss. 1. Leid. 2. *ab sim.*—2 '*Numquam afuisse*] Sic legend. esse infra pluribus verbis docebimus; quamquam in commentariis Horatianis recentioris ed. jam ostendimus.' *Lamb.* 'Erf. corrupte *nunquam affuisse.*' Græv. '*Afuisse*, ut alibi docuimus, quod etiam antea Lamb. annotaverat, in duobus Gryphii B et C scriptum semper invenitur.' *Brut.*—3 *Ea* G R deest. —4 Ed. Omnib. *inducit:* Voss. 3. *induxit eum.* Pith. *induxit reum;* 'non male,' ait Græv.—5 L *vel spe appetitione, aut inc.* Duo Mss. ap. Ern. prob. Wetzel. *comm. appetitione;* item ed. 1474. quæ et post *evitatione.* R *et inc.* Erf. *comm. vel incomm. vit.* A R et ed. Omnib. *evitatione;* et sic edd. teste Græv.—6 G ψ, Voss. 3. et ed. Omnib. *vit.: ita quær.* R *vit.: commodorum appetitione quær.* Erf. et Leid. 1. *vit.: cum quær.* Ed. Med. *vit.: ita ut quær.* —7 A R *numquid:* ψ, Voss. 3. Leid. 3. 4. et ed. Omnib. *an quod.* Dein ψ *commodorum mal. appetivit.* Leid. 4. *appetiverit.* '*Appetierit*, non *acquisierit* legend. præter Lamb. cui plurimum tribuo, Gryph. tribus exemplaribus eandem lect. tuentibus, quibus Leonic. ed. suffragatur.' *Brut.* '*Appetierit*] Haud aliter Mss. et nostri et Gulielmii, item edd. antiquæ: posteriores *acquisierit:* longe deterius.' *Grut.* 'Firmant *appetierit* Erf. et Duisb. quamvis in hoc legatur, *an quod comm. mal. appetiverit.* Edd. *num quod comm. mal. acquisiverit.*' Græv. *Appetierit* etiam in Ms. Traj. *Acquisierint* in Ald. Gothofr. et al.—8 G L *aut amoris;* et A *libedinis.* '*Aut am. aut ejusmodi lib.*] Sic leg. e Mss. sex et ed. Omnib. In Leid. 4. *aut am. alicujus lib.* Vulgo deest primum *aut;* et editur *hujusm.*' Oud. Tur. et Orell. *ejusmodi lib.* Schutz. susp.

NOTÆ

consilia; facultatem locus, tempus, occasio; factum conjuncta, consequentia, et antecedentia.

[d] *Probabile est*] Ex hoc loco probat egregie Tullius Miloni struxisse insidias Clodium, in Milon. § 32. 'Quonam igitur pacto probari potest insidias Miloni fecisse Clodium?' &c.

plere: aut num quod[9] incommodum vitarit, inimicitias, infamiam,[10] dolorem, supplicium. III. 4. Hic accusator in[11] spe commodi cupiditatem ostendet[12] adversarii, in vitatione[13] incommodi formidinem augebit: defensor autem negabit fuisse causam,[e] si poterit,[14] aut eam vehementer extenuabit; deinde iniquum esse dicet, omnes,[15] ad quos aliquid emolumenti ex aliqua re pervenerit, in suspicionem maleficii devocari:[16] deinde vita hominis ex ante factis spectabitur.[17] 5. In quo primo considerabit[18] accusator, num quando[19] simile quid fecerit. Si id non reperiet,[20] quæret num quando venerit in similem suspicionem;[1] et in eo debebit esse occupatus, ut ad eam causam peccati, quam paulo ante exposuerit, vita hominis[2] possit accommodari, hoc modo: Si dicet pecuniæ causa fecisse,[3] ostendet eum semper avarum fuisse; si honoris, ambitiosum; ita poterit animi vitium cum causa peccati conglutinare.[g] Si non poterit par animi vitium cum causa reperire,[4] reperiat dispar. Si non poterit[5] avarum demonstrare,

[g] *Conjungere.*

libidinem.—9 Erf. *aut non quod:* A *quoddam.* Tum ψ *vitare;* Leid. 4. et ed. Omnib. *vitaverit.*—10 A *infamias.*

Cap. III. 11 Voss. 3. *cum spe.*—12 '*Cup. ostendet, &c.*] Robustiora omnia forent, expuncto illo *ostendet*, ut ad 'augebit' et prius membrum referretur.' *Grut.* Eam vocem Schutz. delevit.—13 G *evitatione.*—14 A, Voss. 3. et ed. Med. *si potuerit.*—15 A *omnis.*—16 ψ *vocari.*—17 Erf. *ex antefactis exspectabitur:* Duisb. et Leid. 4. *ex ante actis spectabitur:* ed. Med. *ex ante malefactis:* ψ non habet *ex.*—18 A *Id enim primum. In quo,* quæ verba Orell. uncis inclusit, ab R, Erf. et Leid. 1. 3. *primo* paucæ edd. *primum* omnes Mss. et editi ante Grut. præ se ferunt, quos Græv. sequitur; et sic G L R ψ, Ms. Traj. omnes Mss. Oud. et edd. pr. cum Schutz. 'bene,' ait Oud. *primum* non est in A. Vid. Nott. Varr. Pro *considerabit*, G *spectabit.*—19 R *numquid sim.*—20 'Voss. 1. Leid. 1. *reperierit:* Voss. 3. *reperiretur:* Leid. 2. *reperiret:* Leid. 3. *repereret.* Vere.' *Oud.*—1 A *suspectionem.* Mox L *ad eandem causam.*—2 Edd. vett. teste Græv. *vita omnis poss.* ψ *hom. ejus poss.*—3 Voss. 3. *fecisse maleficium ostendet.* Voss. 1. Leid. 1. *ostendat:* Erf. *ostendam.* Dein abest *eum* a Voss. 2.—4 '*Cum causa pecc. congl. Si non pot. par vit. cum causa reperire*] Erf. *cum causa reperire*, ceteris omnibus omissis. Cauch. *cum vita pecc. congl.* Lamb. ed. *Si non poterit par animi vitium.*' Græv. 'Voss. 3. *potuerit.* Dein *par* abest Leid. 2. 3. *animi* a Leid. 4. m. pr. ed. Med. In optimis Mss. *animi vit. cum causa rep. par:* sed in Voss. 3. *an. vit. cum causa compar. rep.*' Oud. *Animi* non habet G R ψ et Schutz. qui ait, 'recte omissum in cod. Aug. ed. Ald.'—5 R *Ut si.* G L *potuerit:* ψ deest. Tum

NOTÆ

[e] *Defensor negabit fuisse causam*] Hunc locum ejusque partes prope omnes adhibuit Tullius, quo parricidii suspicionem a Roscio amoliretur:

[*p.* 7.] demonstret corruptorem vel[6] perfidiosum,[f] si quo[7] modo poterit; denique aliquo aut quamplurimis vitiis contaminabit personam;[h] deinde[8] qui illud fecerit tam nequiter, eundem hoc tam[9] perperam fecisse non esse mirandum. Si vehementer castus et[10] integer[i] existimabitur adversarius, dicet facta, non famam spectari oportere;[11] illum ante occultasse sua flagitia; se planum facturum, ab eo maleficium non abesse. Defensor primum demonstrabit vitam[12] integram, si poterit: id si non poterit,[13] confugiet ad imprudentiam, stultitiam, adolescentiam, vim, persuasionem: quibus de rebus vituperatio eorum, quæ extra id crimen[14] erunt, non debeat assignari. Sin vehementer[15] hominis turpitudine impedietur et infamia,[k][16] prius dabit operam, ut falsos rumores dissipatos esse dicat[g] de inno-

[h] *Ostendet esse infamem.* [i] *Probatis moribus.*
[k] *Quod si vita rei polluta sit criminibus.*

‘ *Demonstrare*] Ab hoc verbo, alia sequuntur, quæ Lamb. edidit, *quem pecuniæ caussa dicat maleficium fecisse;* quæ in nostris et excusis, et Mss. desiderantur.’ *Brut.* Vid. Nott. Varr.—6 Exulat *vel* ab A G L R ψ, Voss. 1. 3. Leid. 1. 3. 4. Dein *perfidum* A G L R ψ, Ms. Traj. Erf. Pith. Voss. 1. 3. Leid. 1. 2. 3. cum edd. pr.—7 A L R, Voss. 2. Leid. 2. 3. 4. et edd. pr. *si quoquo modo:* ‘bene,’ ait Oud. G *potuerit.*—8 A *quam pluribus*, et L *contaminet.* Lamb. ed. *contaminet pers.: deinde dicat qui illud fec.* Erf. *contaminare.* Pro *deinde* A R *denique.* Tum Voss. 3. *aliud fecerit:* ψ *illud fecit.*—9 Tur. *eundem hoc tam.* Edd. ante Ern. *eund. hunc tam.* ‘ *Eundem hoc tum*] Pro *hunc* dedi *hoc* e Mss. nostris et edd. vett. quarum tamen prima 1474. habet *nunc*, et mox addit *hoc:* quod si quis malit, patiar.’ *Ern.*—10 Erf. *castus integer:* et Duisb. *extimabitur adv.*—11 Voss. 3. *famam exspectari, non facta.* ψ habet *exspectari*, et non agnoscit τὸ *oportere.* Mox Erf. *illum occ. ante.*—12 Pal. 1. *famam integram.*—13 ‘ *Si poterit: id si non poterit*] Voss. 3. Leid. 2. *potuerit* bis: primo loco *potuerit* Leid. 4. *si poterit. Sin autem* in Voss. 1. quod notandum.’ *Oud.* L in utroque loco *potuerit.* Vocula *id* in G deest. Schutz. sequitur Voss. 1.—14 Schutz. et Wetzel. *quibus rebus.* Orell. *de* uncis inclusit, ut mox *non* ante *debeat.* Pro *quæ* A *qui*, et pro *id crimen* R *caussam* habet. Tum L *assignari.* ‘ *Quibus rebus . . . erunt, debeat assig.*] Ita emendavi vulg. *quibus de rebus . . . . non debeat assig.* Cf. de Inv. II. 12.’ *Schutz.*—15 ‘Tres Mss. ed. Omn. *Si veh.* male. *Hominis vita turp.* ed. Med.’ *Oud.* ψ *vehementis.* Lamb. Schutz. et Wetzel. *veh. vitæ hom.* Tur. Græv.-Burm. et Orell. eandem habent lect. ac Ern. et sic vulg. Vid. Nott. Varr.—16 A *infamiam.* Tum ed. vett. ap. Græv. *primum dab. op.* Voss. 3. *prius*

NOTÆ

§ 39. ‘Patrem occidit Sext. Roscius,’ &c.

[f] *Perfidiosum*] Eum scilicet qui contra fidem datam illos decipit, quibuscum iniit societatem sive privatam sive publicam.

[g] *Falsos rumores dissipatos esse dicat*] Sic in orat. pro Cœlio veneficii

cente; et utetur loco communi, rumoribus credi non oportere.[17] Sin nihil horum fieri poterit,[18] utatur extrema defensione, et[19] dicat, non se de moribus ejus apud censores, sed de criminibus adversariorum apud judices[20] dicere. IV. 6. Collatio[h] est, cum accusator id, quod adversarium fecisse criminatur, alii nemini, nisi reo, bonum fuisse demonstrat;[1] aut alium neminem potuisse perficere, nisi adversarium; aut eum ipsum aliis rationibus aut non[2] potuisse, aut non æque[3] commode potuisse, aut eum fugisse alias[4] rationes commodiores propter cupiditatem.[l] Hoc loco[5] defensor demonstret, oportet, aut aliis quoque bono[6] fuisse, aut alios quoque id, quod ipse insimuletur,[7] facere potuisse. Signum[i] est, per quod ostenditur idonea perficiendi[8] facultas esse quæsita: id dividitur in partes sex; locum, tempus, spatium, occasionem, spem perficiendi,

[l] *Eum non expectasse alias occasiones commodiores propter desiderium sceleris faciendi.*

clamabit op.—17 ψ *oportet.*—18 R, plerique Mss. Oud. et ed. Med. *Si nihil.* Omnes Mss. Oud. et edd. pr. *eorum.* Lamb. *Si nihil eorum fieri pot.* Erf. *Sin nihil eorum fieri pot.* Duisb. *Sin nihil horum fieri potest.* Leidd. Voss. 3. *potest.*—19 A G R et Leid. 1. 2. *dicat* sine *et.* Ceteri Mss. Oud. et edd. vulg. *et dicat.* 'Delevi copulam, fidem secutus Erf. et Pith.' *Græv.*—20 A *judicem.*

Cap. IV. 1 G L, unus Leidd. Mss. cum Lamb. Græv.-Burm. Schutz. Wetzel. et Orell. *bono.* Leid. 3. *bono nisi reo fuisse demonstret.* A R ψ, omnes Voss. tres Leidd. et edd. pr. *bonum;* et sic vulg. Vid. Nott. Varr.—2 ψ *rat. non pot.* Pith. *rat. aut non æque pot.* Lamb. *rat. facere aut non pot.*—3 Erf. *aut neque comm.* Pith. *aut non comm.*—4 A L R ψ, Voss. 1. 2. Leid. 1. 4. ed. Med. (teste Oud.) Grut. Oliv. et Lall. *effugisse.* '*Fugisse*] Sic pro *effugisse* . . . dedimus, auctoribus Mss. pluribus etiam nostris, et edd. vett. ut Med. Junt.' *Ern.* '*Alias* abest a Leid. 1. Bene.' *Oud.* L *alias illas.* Vid. Nott. Varr.—5 Leid. 2. *propt. commoditatem.* *Hoc modo.* Tum vulgg. teste Grævio, *def. ut dem.* sed Mss. et edd. non agnoscunt τὸ *ut.* '*Def. dem. op.* sine *ut*, edidimus; quod ratio elegantior Latini sermonis postulat; et præter Lamb. nostri etiam Mss. confirmant.' *Brut.*—6 A, Leid. 2. et edd. pr. *bonum.*—7 Voss. 1. 2. Leid. 2. *quo de ins.* Vid. Nott. Varr.—8 R post *perfi-*

NOTÆ

reo, eum de impudicitia purgat Tullius antequam accusationis caput convellat: § 6.

[h] *Collatio*] Collationis et signi exempla sunt passim in Cœliana, Miloniana, et aliis conjecturalibus.

[i] *Signum*] Huc multa transferri possunt egregia ex Aristot. Rhet. I. 12. ubi indicat quibus causis moveri soleant qui aliis injuriam inferunt, quibus inferant, et in quibus inferant.

spem celandi. 7. Locus quæritur,[9] celebris,[m] an desertus; semper desertus,[10] an tum, cum id factum sit, fuerit in eo loco[11] solitudo; sacer, an profanus; publicus, an privatus fuerit; cujusmodi loci attingant;[12] num, qui est passus,[13] perspectus aut[14] exauditus esse possit.[n] Horum quid reo, quid accusatori conveniat, perscribere non gravaremur,[15] nisi facile quivis,[16] causa posita, posset judicare: initia enim inventionis ab arte debent proficisci; cetera facile comparabit[17] exercitatio. Tempus ita quæritur: qua parte anni; qua hora: noctu, an interdiu: qua diei, qua noctis hora[18] factum esse dicatur, et cur ejusmodi temporibus.[19] Spatium ita consideratur,[20] satisne longum fuerit

[m] *Frequens.*

[n] *Videndum est, ut melius capiantur conjecturæ, quales sint loci in quibus gesta res est, an qui in hujusmodi locis accepit injuriam, potuerit videri vel audiri ab aliquo.*

ciendi habet *vel probandi* sup. lin.—9 ψ *Locus quare, cel.*—10 Lamb. non habet *desertus.* In A G *an tunc.* Vid. Nott. Varr.—11 Deest verbum *fuerit* Erf. Voss. 1. Leid. 1. 3. *loco* exulat a Voss. 2. Tum Pith. *fuerit sacer an prof.*—12 Edd. vett. teste Græv. *adtingunt.*—13 G R *numquid.* 'Voss. 3. *num quid qui est passus:* Leid. 3. *num quid passus:* ed. Med. *num qui passus:* Omnib. *num quid est passus.* Fors. *num quid patrasse.*' Oud. In Tur. quoque *num quid qui est passus.* 'Ed. 1474. *numquid qui est passus*, quod non spreverim. Sic et Mediol. in qua tamen abest *qui*, ut in codd. Grævianis, qui *nunquid* habebant.' *Ern.* Schutz. *num qui quid est passus.* Vulg. *num qui est passus.*—14 Leid. 4. *prospectus.* Tum ψ, omnes Mss. Oud. excepto Voss. 3. et edd. pr. *et exaud.* Erf. *persp. exaud.*—15 A *graveremur.*—16 A *quævis:* R *quis.* Mox A *poterit jud.*—17 Ed. Grut. *facile eam parabit exercitatio.*—18 Erf. *Tempus ita quær., quid anni, qua hora:* Duisb. *Tempus quær., quod anni, qua hora.* Voss. 3. *qua parte anni, qua hora, noctu an interdiu:* Leid. 4. *qr. anna quæ hora sit noctis aut in.* Leid. 2. *quot anni, &c. aut.* 'Vulgg. *et qua diei, et qua noctis hora:* Erf. et Cauch. *qua die, quantis horis:* Pith. *et qua die, qua noctis hora:* Duisb. *qua diei, quota hora:* meus cod. *qua die, quota noctis hora:* ed. Cratand. *qua die quota hora:* in marg. est *qua die, qua hora noctis:* Lamb. ed. *quota diei, quota noctis hora.*' Græv. Ms. Traj. *noctu an interdiu: qua diei, quota noctis hora:* A *noctu aut interdiu.* Pro *qua diei* A G L R ψ *et qua die.* Dein A *quota noctis hora:* G ψ *et quota:* R *et qua.* '*Qua diei, qua noctis hora*] Voss. 1. 2. Leid. 1. 3. præmittunt *et.* Tum Mss. omnes et edd. pr. *die.* Item *quota* Voss. 3. Leid. 2. 3. 4. edd. pr. Vox *noctis* abest a Leid. 3. 4. ed. Med.' *Oud.* '*Qua hora*] Hæc verba spuria puto. Omnino est confusio hoc loco tanta in libris, ut eum refingere cum fiducia non sim ausus: servavique quod erat in ed. Gronovii.' *Ern.* '*Qua parte anni; qua die; noctu, &c.*] Sic correxi vulg. *qua hora*, quod h. l. est ineptum. Cf. de Inv. I. 26. Orat. Partit. c. 11.' *Schutz.* quem Wetzel. sequitur. 'Locus corruptus: turbant codd. v. c. Tur. *qua parte anni: qua hora: noctu an interdiu: et qua die: quota hora* (a m. sec. ad marg. add. *et quantis horis*) *factum.* Lamb. del. *qua hora.* Mihi *parte* gloss. videtur rarioris sed Latinæ formulæ, *anni hora*, legendumque, *quær., qua anni hora: noctu an interdiu: qua die: quota hora factum.*' Orell. Vid. Nott. Varr.—19 A et pauci alii Mss. cum Lamb. *cujus-*

ad eam rem transigendam, et potueritne scire,[1] satis ad id perficiendum spatii futurum. Nam parvi refert satis spatii fuisse ad id perficiendum,[2] si id ante sciri et ratione provideri non potuit.[3] Occasio[k] quæritur, idoneane fuerit ad rem adoriendam,[4] an alia melior, quæ aut præterita sit, aut non expectata.[5] Spes perficiendi[l] quæ fuerit, spectabitur[6] hoc modo: si, quæ supra dicta[7] sunt signa, concurrerint;[8] si præterea ex altera parte vires, pecunia, consilium, scientia, apparatio videbitur fuisse;[9] ex altera parte imbecillitas, inopia, stultitia, imprudentia, inapparatio demonstrabitur[10] fuisse: quare scire potuerit,[11] utrum diffidendum, an[12] confidendum fuerit. Spes celandi[m] quæ fuerit, quæritur ex consciis, arbitris,[13] adjutoribus, liberis aut servis,

modi: L et ejusmodi. '*Et cur ejusm. temp.*] Sic optime dat Voss. 1. omnia desunt Voss. 2. *et cur* exsulant a Leid. 4. *cum* Leid. 1. 3. *cur* abest a Voss. 3. Leid. 2. *et cujusm. temp.* edd. pr.' *Oud.* Vid. Nott. Varr.—20 A G L R ψ, Erf. sex Mss. Oud. et edd. pr. *considerabitur.*—1 '*Et pot. scire*] Voss. 1. Leid. 1. ed. Omnib. *scieritne.* Abest *et* a Leid. 3.' *Oud.* '*Et potueritne scire*] *Scient ne satis* Gryph. B C. *scierit ne, et potuerit ne scire* A. Nos lect. vulgatam retinuimus.' *Brut.* Pro *scire*, Tur. et A G R habent *scieritne;* Schutz. et Wetzel. habent *sciri.*—2 A *ad perf.* omisso *de.* Voces *ad id perf.* desunt Voss. 3. Leid. 4. Eas voces Schutz. delevit. Wetzel. et Orell. uncis incluserunt.—3 A, Voss. 3. et ed. Omnib. cum multis edd. teste Græv. *potuerit.* Lamb. ed. Grut. Oliv. Lall. Schutz. et Wetzel. *potuit.*—4 Lamb. ed. *idoneane satis f. ad rem aggrediendam.* Vid. Nott. Varr.—5 '*Aut non exsp.*] Liber quidam Ms. post has voces habet *propter agendi cupiditatem:* quem ideo non sum secutus, quod suspicer hæc verba ex ora libri in contextum esse translata, neque esse Ciceronis.' *Lamb.*—6 A R, Leid. 1. 4. ed. Omnib. *hæc quæ f.* nisi quod *quæ fuerit* desint Leid. 4. Vid. Nott. Varr.—7 Voss. 3. *quæ prædicta sunt.*—8 A G L R, Leid. 1. 2. *concurrent:* ed. Med. *concurrunt:* Leid. 3. 4. *occurrerint:* Voss. 1. *præcurrent.* Dein Erf. non habet *ex* ante *altera.*—9 ψ *apparitio.* Ald. Lamb. et Schutz. omiserunt *vid. esse.* Vid. Nott. Varr. Tum ψ *et ex alt. parte.*—10 Schutz. habet *videbitur*, et ait, 'Vulgo *demonstrabitur:* sed *videbitur* aptius refertur ad præcedens *spectabitur.*'—11 G *qua de re:* Voss. 3. *per quæ rescire pot.* Leid. 2. *qua re sciri pot.* Ed. Med. *sciri poterit.* Vulg.

NOTÆ

[k] *Occasio*] *Ὥσπερ γὰρ ἡ παροιμία, προφάσεως δέεται μόνον ἡ πονηρία· Ut enim proverbio dicitur*, inquit Aristot. Rhet. l. I. *occasio sola malitiæ sufficit.*

[l] *Spes perficiendi*] Nemo id aggreditur quod se perficere posse desperat.

[m] *Spes celandi*] Facile abstinet a scelere qui divulgandum videt. Aristoteles loco superius laudato recte adjungit 'spem impunitatis,' quæ mirum quantum ad facinus impellat. Observat autem eos potissimum impunitatem sperare, qui dicendi facultate præstant, et in rebus gerendis forensibusque causis sunt exercitati, et amicis atque opibus abundant: his enim præsidiis muniti ex judiciorum laqueis expediri se posse confidunt.

aut utrisque.[14] v. 8. Argumentum[n] est, per quod res[15] coarguitur[o] certioribus argumentis,[16] et magis firma suspicione. Id dividitur in tempora tria; præteritum, instans, consequens.[p][17] In præterito tempore oportet considerare, ubi fuerit, ubi visus sit, quocum visus sit; num quid apparavit,[18] num quem convenerit, num quid[19] dixerit, num quem habuerit de consciis, de adjutoribus, de adjumentis;[q][20] num quid in loco præter consuetudinem fuerit,[1] aut alieno tempore. In[2] instanti tempore quæritur, num visus sit,[3] cum faciebat, num qui[4] strepitus, clamor, crepitus exauditus sit,[r][5] aut denique, num quid aliquo sensu perceptum sit,[6] aspectu, auditu,[7] tactu, odoratu, gustatu:[8] nam quivis

[o] *Probatur.* [p] *Præsens et futurum.*

[q] *Instrumentis ad scelus faciendum.*

[r] *An fuerit auditus aliquis sonitus pedum, aut vociferatio, aut sonus ex collisione excitatus.*

ut Ern. Vid. Nott. Varr.—12 R *aut conf.*—13 Vid. Nott. Varr.—14 Erf. *aut utrumque.*

Cap. v. 15 Ern. suspicatus est pro *res* legendum esse *reus*, quia seqq. pertinent fere ad reum; Schutz. et Orell. receperunt illam correctionem. —16 Pro *certioribus* R habet *acrioribus arg.* 'Offenduntur viri docti merito in *argumentis*, quia est in definitione argumenti, quod est vitiosum. Sed nulla varietas est in libris. Gronov. conjiciebat *inventis* e definitione Cic.' *Ern.* Schutz. e sua conj. *indiciis.* Vid. Nott. Varr.—17 G *instans, et conseq.*—18 Tur. A *apparat:* G *præparaverit.*—19 A *num quid conv.* Tum Erf. *num dix.* sine τῷ *quid.*—20 Erf. *num quid hab.* '*Quem de consciis*] Ante *de adjumentis:* nisi malis hæc verba temere repetita tanquam glossam proscribere, supple *num quid*, ut sit 'aliquid adjumentorum.' Illud recepit Schutz.' *Wetzel.* '*De adjumentis*] *De administris* Lamb. ubi *de audimentis* alii, legit. Gryphii quidem duo B et C ita habent: *num quid habuerit. de consciis de adjutoribus, de adjumentis.*' Brut. Vid. Nott. Varr. 'Lamb. conj. *administris:* sed verum est *adjumentis.* Cf. Cic. de Inv. II. 7.' *Schutz.*—1 *Quo in loco* L ψ, Grut. Oliv. Lall. Schutz. et Wetzel. *quid in loco* dedit Ern. e Mss. et edd. pr. usque ad Ald. Dein pro *fuerit* A G R ψ, Tur. et Lamb. habent *fecerit.* Voss. 1. Leid. 1. 3. cum ed. Omnib. *quid in loco præter cons. fecerit:* Voss. 2. *quid quo in loco præter cons. fuerit vel fecerit:* Leid. 4. *quo loco præter cons. fuerit vel fecerit:* ed. Med. *fecerit.*—2 'Pall. duo *Instanti temp.* et vero unus ex iis, Pal. 1. scilicet, supra quoque habebat *astans*, non *instans*, ut forte aliquid adhuc subsit mendosi.' *Grut.* A G L R, 'Erf. Pith. Duisb. et alii Mss. *Instanti temp.* sed prius *in* sequens absorpsit.' *Græv.*—3 Erf. *num quid visus sit.*—4 A G et 'Erf. *num quid strep.* Edd. *num quis strep.*' Græv. Quinque Mss. Oud. et edd. pr. *numquid strep.* Vulg. *num qui strep.*—5 Abest verbum *sit* ab A L R, omnibus Mss. Oud. et ed. Med. ac Schutz. 'Bene,' ait Oud. —6 ψ *quid alio sensu.* Leid. 3. *aliquid aliquo sensu.* '*Aut denique num quid*

NOTÆ

[n] *Argumentum*] Hæc omnia cum per se clara sunt, tum majorem etiam lucem accipient ex l. II. de Inv. § 36. &c. et l. II. de Orat.

horum sensus potest[9] conflare suspicionem. In consequenti[10] tempore spectabitur, num quid re transacta relictum sit, quod indicet aut factum esse maleficium, aut a quo sit factum.[11] Factum esse, hoc modo: si tumore et[12] livore decoloratum est corpus mortui, significat eum veneno necatum.[13] A quo factum sit, hoc modo: si telum, si vestimentum, si quid ejusmodi relictum, aut vestigium repertum fuerit,[14] si cruor in vestimentis,[15] si in eo loco comprehensus,[16] aut visus transacto negotio, quo in loco res gesta dicitur.[17] Consecutio est, cum quæritur, quæ signa nocentis et innocentis[18] consequi soleant. Accusator dicet, si poterit, adversarium, cum ad eum ventum sit, erubuisse,[o] expalluisse,[19] titubasse, inconstanter locutum esse,[20] con-

aliquo sensu perceptum sit] Blanditur mihi quod est in Pal. 1. *aut denique aliquid sensu,* omissis ceteris.' *Grut.*—7 Verba *aspectu, auditu* delevit Schutz. qui ait, 'Vulg. additur inepte *asp., aud.* De his sensibus jam locutus erat auctor, et *aliquo* est pro *alio quo.*' Ea verba Wetzel. uncis inclusit.—8 A L R ψ, Erf. Pith. Cauch. Duisb. omnes Mss. Oud. et edd. pr. *odore.* Tum A G L R ψ, Tur. Duisb. et omnes Mss. Oud., Leid. 1. excepto, *gustu;* et sic Lamb.—9 G R *quis horum.* Leid. 3. Schutz. et Wetzel. *sensuum,* et sic Lamb. malit legi. Dein Leid. 4. *poterit.*—10 Voss. 1. *In sequenti.*—11 Voss. 3. *aut ab aliquo factum sit.* Erf. *aut ob quod sit factum.* Lamb. quoque *factum sit.*—12 Leid. 3. ed. Omnib. et al. ap. Græv. *aut liv.* Deest copula *et* in A et Voss. 3.—13 ψ *significet,* et G cum Lamb. *esse necatum.*—14 Voss. 3. ed. Med. *hujusm. relictum,* sine verbo, quod abest etiam ab Erf. et Leid. 4. *hujusm. rel. fuerit* Leid. 4. '*Relictum*] Delevi *sit,* quod abest a quibusdam Mss. et edd. pr.' *Ern.* quem Schutz. Wetzel. et Orell. sequuntur. Tum '*Aut vest. rei rep. fuerit*] Voss. omnes, Leid. 1. 4. ed. Med. *aut si vest.* Exsulat *rei* a Voss. 1. 3. Leid. 1. 2. 3. *reperitur* Leid. 3. 4. *perspectum fuerit* Voss. 2. *Fuerit* abest quoque a Voss. 1. Leid. 1. *est* Voss. 3.' *Oud.* Græv-Burm. Schutz. et Orell. *aut vest. rei rep.* R *vestimentum rei reperietur.* A *reperitur.* Edd. recentt. *vestigium repertum fuerit.* Vid. Nott. Varr.—15 Lamb. *ut cruor.* Vid. Nott. Varr.—16 Voss. 3. ed. Med. et Lamb. *aut si, &c. deprehensus* ed. Med. *Fuerit* addunt Leid. 3. 4. et edd. pr. sive post *compr.* sive post *visus.* Tum Erf. *visus sit.*—17 Al. *dicatur,* teste Græv.—18 ψ *signa animi noc.* Leid. 4. *nocentes et innocentes.* Ed. Med. *nocentis animi aut innocentis.* A R ψ *noc. aut innoc.* Grut. Oliv. Lall. Schutz. Wetzel. et Orell. *noc. et innoc.* Vid. Nott. Varr.—19 A *et expalluisse:* R *et palluisse.* Vid. Nott. Varr.—20 Voss. 3. *loc. fuisse.*

NOTÆ

[o] *Erubuisse*] Anceps omnino signum, et quod in utramque partem perinde valeat. Quis enim ingenuus, si quid turpe etiam falso objiciatur, non statim erubescat? 'erubuit,' inquiebat ille apud Terent. 'salva res est.' In simili causa rubore non suffundi, non est nisi bene ac naviter impudentis. Erubescere, inquit Seneca Epist. XI. 'non accidit ab infirmitate mentis, sed a novitate rei, quæ inexercitatos etsi non concutit, movet naturali in hoc facilitate corporis pronos.'

cidisse, pollicitum esse aliquid: quæ signa conscientiæ[s] sunt.[1] Si reus horum nihil fecerit, accusator dicet, eum usque adeo præmeditatum fuisse, quid sibi esset usu venturum,[2] ut confidentissime[t] resistens responderet:[3] quæ signa confidentiæ, non innocentiæ sunt.[4] Defensor, si pertimuerit, magnitudine[5] periculi, non conscientia peccati, se commotum esse dicet.[6] Si non pertimuerit, fretum innocentia[p] negabit esse commotum. VI. 9. Approbatio est, qua utimur ad extremum, confirmata suspicione.[u] Ea habet locos[q] proprios atque communes. Proprii sunt, quibus, nisi accusator, et, quibus, nisi defensor, nemo potest uti.[7] Communes sunt, qui alia in causa ab reo, alia[8]

[s] *Malæ mentis.* [t] *Audacissime.*
[u] *Postquam facta est probabilis suspicio propriis argumentis.*



—1 Erf. et Tur. *consc. sint.* Tum Lamb. *Si reus nihil horum.*—2 A *usu futurum:* Voss. 3. *usui:* Leid. 1. 3. *eventurum:* ed. Omnib. *usui futurum.*—3 'Voss. 3. Leid. 2. *confidenter resisteret et:* Voss. 1. Leid. 1. *confidentissime et constanter.* Forte *conf. resisteret et constanter resp.* Cf. superiora.' *Oud.* '*Resistens resp. &c.*] Locus in libris scriptus est valde conturbatus et varius. Oud. corrigit *resisteret et resp.* quod est frigidum. *Resistens* recte se habet: est qui manet, nec defugit sermonem ac defensionem.' *Ern.* 'Vulg. *ut confidentissime resistens resp.* In Ms. Lamb. est *consistens.* Pro *confidentissime,* quod ferri nequit, quia mox sequitur ' quæ signa confidentiæ sunt,' dedi *constantissime.*' Schutz. qui habet *consistens resp.* Vid. Nott. Varr.—4 R *et non innocentiæ.* Dein A, Tur. Voss. 1. et Leid. 1. *sint:* et sic h. l. ut paulo ante, Erf. et edd. pleræque ante Grut.—5 A *magnitudinem.*—6 G *pecc. comm. esse:* ψ *pecc. eum comm. esse.* 'Erf. *pecc. secum motum fuisse:* al. *pecc. comm. esse.*' Græv. Tum Duisb. *dicat.*

CAP. VI. 7 G *Prop. sunt hi, quibus:* R ψ *Prop. sunt ii, quibus.* '*Proprii sunt, quibus*] Male Leid. 4. addit *loci, quibus.* Edd. pr. *hi quibus.*' Oud. '*Proprii sunt ii, quibus, &c.*] Τὸ *ii* nuspiam mihi in scriptis apparet.' *Gron.* 'Edd. *pr. sunt ii, quibus;* Duisb. *pr. sunt loci, quibus.* Erf. delet *ii,* quem sequor: nec Gron. *ii* in suis vidit.' *Græv.* '*Proprii sunt, &c.*] In vulgg. est *sunt ii .... et ii.* Primum abest a pluribus Mss. et ed. Med. 1474. Oudendorpius deleri vult utrumque: et sic est in Junt. quam secutus sum.' *Ern.* quem Schutz. Wetzel. et Orell. sequuntur. '*Quibus nisi acc., et ii quibus nisi def., nemo potest uti*] Mss. VI. et ed. Med. *quibus nisi acc. nemo potest uti, et hi quibus nisi def. non potest uti;* nisi quod a Voss. 2. desint in fine *non potest uti,* et contra in Med. ed. auctius legatur *defensor aliquis.* Leid. 2. *quorum aliquo*

NOTÆ

[p] *Fretum innocentia*] Cum enim pudor sit affectio mentis illibatam volentis existimationem suam, et ejus imminuendæ periculum opinione sua subeuntis; qui fuerit notæ adultæque integritatis adversus calumnias facile sese confirmabit a metu securus; et quod in aliis impudentia videri posset, in eo constantia merito censebitur.

[q] *Locos*] Sedes esse et tanquam domicilia omnium argumentorum ait

ab accusatore tractantur. In causa conjecturali proprius locus accusatoris est, cum dicit malorum misereri non oportere, et cum auget peccati[9] atrocitatem. Defensoris proprius locus est, cum misericordiam captat, et cum accusatorem calumniari criminatur. [*p.* 8.] Communes loci sunt cum accusatoris, tum defensoris, a testibus[r] contra testes, a quæstionibus contra quæstiones, ab argumentis contra argumenta, a rumoribus[10] contra rumores. A testibus[r] dicemus secundum auctoritatem et vitam testium, et constantiam testimoniorum. Contra testes,[s] vitæ turpitudinem, testimoniorum inconstantiam: si aut fieri non potuisse dicemus, aut non factum esse quod dicant,[11] aut scire illos non potuisse, aut cupide dicere,[x] [12] et argumentari. Hæc et ad improbationem et approbationem[13] testium

[x] *Mala voluntate.*

nemo nisi acc. uti potest; item quibus nisi def. non potest uti. Ed. Omnib. *q. n. acc. potest uti, et hi q. n. d. uti nemo potest.* Simpliciter legend. opinor, '*proprii sunt, quibus nisi accusator, et quibus nisi defensor, potest uti.*' Oud. A G L ψ *acc. nemo potest uti.* L *def. non pot. uti.*—8 '*Alia in caussa ab reo, alia*] Voss. 3. ed. Omnib. *alia caussa.* Leid. 1. *alia in causa ab reo, alia in causa.* Ed. Med. *non alia.*' Oud. A *reo, ab acc.* omisso *alia.*—9 Ms. Cort. et ed. Schutz. *facti atrocitatem;* quod non displicet Ernestio. Vulg. *peccati.*—10 Erf. et Voss. 1. *ab testibus; ab quæstionibus;* et mox *ab rumoribus.* Leid. 1. habet *ab test.* A et Leid. 2. *ab quæst.* In Leid. 1. 2. etiam *ab rum.*—11 Schutz. *secundum vitæ turpitudinem;* et paulo post, A G L *dicunt.*—12 Janus Wowerius annotavit malle se *putide dicere:* a quo Grut. et Græv. dissentiunt. Vid. Nott. Varr. Tum *et* ante *argumentari* non est in A G R. Pro *argumentandi,* Orell. quærit annon *argutari* legendum sit.—13 Tur. Voss. 1. 3. Leid. 1. et Schutz. *ad probationem et ad inprob.* Voss. 2. Leid. 2. *ad inprob. et ad argumentationem.* Pro *approbationem,* G ψ habent *probationem,* et L *argumentationem.* Vid. Nott. Varr. Dein Voss. 3. *permanebunt.*

NOTÆ

Cicero de Orat. l. II. Sed consulenda Topica, in quibus dedita opera cum de locis disserat, et nos, quæ loca præcipue spectant, notis illustranda eo rejecimus; satis interim fuerit institutionibus Herennianis selecta quædam oratorum exempla subjungere.

[r] *A testibus*] De loco a testibus consule Top. § 74. et Part. Orat. § 49. Insignis est Tullii locus pro Q. Rosc. Com. § 42. 'Quo teste igitur hoc planum faciam? Venerat, ut opinor, hæc res in judicium. Certe. Quis erat petitor? Fannius. Quis reus? Flavius. Quis judex? Cluvius,' &c.

[s] *Contra testes*] Sic Tullius testium fidem elevat in orat. pro L. Flacco: § 6. 'At a testibus læditur. Antequam dico a quibus, qua spe, qua vi, qua re concitatis, qua levitate, qua egestate, qua perfidia, qua audacia præditis,' &c.

pertinebunt. VII. 10. A quæstionibus[t] dicemus, cum demonstrabimus, majores[14] veri inveniendi causa tormentis et cruciatibus[15] voluisse quæri, et summo dolore homines cogi, ut quicquid sciant, dicant. Et præterea confirmatior hæc erit disputatio, si quæ dicta erunt argumentando, iisdem viis, quibus omnis conjectura[16] tractatur, trahemus ad verisimilem suspicionem; idemque hoc in testimoniis facere oportebit. Contra quæstiones[u] hoc modo dicemus: primum majores[17] voluisse certis in rebus interponi[y] quæstiones, cum, quæ[18] vere dicerentur, sciri;[19] quæ falso in quæstione pronuntiarentur, refelli possent,[20] hoc modo: Quo in loco quid positum sit,[1] et si quid esset simile, quod videri, aut aliquo simili signo percipi posset:[2] deinde, dolori credi non oportere, quod alius alio recentior[z 3 x] sit in dolore, quod ingeniosior ad comminiscendum,[4] quod deni-

y *Adhiberi.* z *Constantior.*

CAP. VII. 14 Vocem *nostros*, quæ, hic et paulo infra, ψ et vulgg. addunt post *majores*, delevit Ern. (quem Schutz. Wetzel. et Orell. sequuntur,) quia abest a Mss. pluribus ap. Oud. et Cortiano, edd. 1474. Junt. '*Maj. nostros*] A Mss. omnibus et Med. abest vox *nostros*. Optime.' *Oud.* Deest etiam in A G L R ψ et Tur.—15 A G L R ψ, Voss. 1. 2. 3. Leid. 1. 2. Erf. et tres Mss. ap. Gron. cum edd. pr. *cruciatu*. Mox A habet *a summo dol.*—16 Leid. 2. *omnis conjecturalis*. Vid. Nott. Varr.—17 '*Maj. nostros*] Rursus Mss. omnium et ed. Med. auctoritate ejiciatur τὸ *nostros*.' Oud. Abest etiam ab A G L R et Tur. Vide paulo supra in hoc capite.—18 A *cum, vere* omisso *quæ*.—19 Voss. 1. Leid. 4. *scire:* Tur. Pith. Leid. 1. 3. et L R ψ, cum ed. Ald. *servari:* A *servare:* Voss. 3. et Manut. *probari*. Vulg. *sciri*. Vid. Nott. Varr. —20 A *false*, et mox G *pronuntiantur*. Tum A *refelli possunt:* quidam lib. Ms. *ref. non possent*.—1 '*Positum sit*] Consecutio temporum postulat *esset*. Malim deleri.' *Ern.* Schutz. *pos. esset*.—2 Vocem *aliquo* G non habet. '*Simili signo*] Prima vox deest Leid. 4. al. *signo sim.*' Oud. Schutz. delevit vocem *simili;* quam Wetzel. uncis inclusit. Pro *simili signo* Lamb. malit legi *simili sensu*. Vid. Nott. Varr. Denique A ψ habent *possit*.—3 '*Recentior sit in dol.*] Leid. 3. *tenerior in dol.* et suprascr. in Leid. 2. quo facit et glossa Voss. 3. *debilior*.' Oud. *Reticentior* Lallem. qui sic adnotat: '*Reticentior*] Ita plerique editi, et firmat e Mss. Gronovius. Alii *recentior*.'

NOTÆ

t *A quæstionibus*] Quæstio in foro est diligens criminis etiam per tormenta inquisitio. Quæ pro quæstionibus confirmandis aut infirmandis dici soleant, habes in Top. § 74. et in Partit. Orat. § 50.

u *Contra quæstiones*] Idem in orat. pro Sylla § 78. quæstionem eleganter infirmat: 'Quæstiones nobis servorum ac tormenta accusator minitatur,' &c.

x *Recentior*] Nonne rectius alii, quanquam codicum fide destituti, *reticentior?*

que sæpe scire, aut suspicari possit, quid quæsitor[a] [5] velit audire; quod cum dixerit, intelligat sibi finem doloris[6] futurum. Hæc disputatio comprobabitur,[7] si refellemus, quæ in quæstionibus erunt dicta probabili argumentatione; idque[8] partibus conjecturæ, quas ante exposuimus, facere oportebit. 11. Ab argumentis, et signis, et ceteris locis, quibus augetur suspicio, dicere, hoc modo convenit:[9] Cum multa concurrant argumenta et signa, quæ inter se consentiant, rem perspicuam, non suspiciosam[b] videri oportere:[10] item plus oportere signis et argumentis credi, quam testibus: hæc enim eo modo exponi, quo re vera sint gesta;[11] testes corrumpi posse vel pretio, vel gratia, vel metu, vel simultate.[c] Contra argumenta et signa et ceteras suspiciones dicemus hoc modo: si demonstrabimus,[12] nullam rem esse, quam non suspicionibus quivis[13] possit criminari; deinde, unamquamque suspicionem extenuabimus, et dabimus operam, ut ostendamus, nihilo magis in nos eam, quam in alium[14] quempiam convenire; indignum esse facinus,[15] sine testibus conjecturam et suspicionem firmamenti[16] satis habere. VIII. 12. A rumoribus[17] [y] dicemus,

[a] *Præfectus quæstionum.* [b] *Suspicionibus tantum nixam.*
[c] *Privatis odiis.*



Vulg. *recentior.* Vid. Nott. Varr.—4 ψ *reminiscendum.*—5 Duisb. Voss. 3. et Leid. 4. *quæstor.*—6 Erf. habet *cum dixeris:* et verba *intell. sibi fin. dol.* absunt ab eodem Ms. *Intelligat reus* ed. Med. et *dolori* Voss. 3.—7 R *comprobatur:* G *optime et maxime comprobatur.* ‘*Hæc disp. comprobabitur*] Duisb. *hæc disp. confirmabitur;* ut paullo ante, ‘Et præterea confirmatior erit hæc disputatio.’ Pith. *hæc disp. optime et maxime comprobabitur.*’ Græv. Dein A habet *refellimus.*—8 Leid. 4. *idque ex partibus:* Duisb. *idque ex partibus.* Tum in ψ legitur *quas autem exposuimus.*—9 Leid. 4. Duisb. et Lamb. ed. *conveniet.* Mox Leid. 4. et Duisb. habent *inter se conveniant.*—10 ‘*Non susp. videri oportere*] Duas priores voces non agnoscit Leid. 3. Ultima carent Voss. 3. Leid. 2.’ *Oud.* Pro *oportere* Duisb. et Lamb. ed. habent *debere.*—11 ‘*Hæc enim eo modo exp. quo modo*] Voss. 1. Leid. 1. *hoc modo exp. quo modo.* A Voss. 3. abest *modo.*’ Oud. G habet *exponi possunt;* A G L *quomodo;* et A R *sunt gesta.* Tur. Lamb. Græv.-Burm. et Schutz. in ed. prima, *quo modo re vera.* Al. edd. *quo revera.* Vid. Nott. Varr.—12 Voss. 1. Leid. 2. *demonstramus:* L *demonstremus.*—13 Voss. 3. et Pith. *quis.*—14 G *alterum.*—15 A *et indignum.* Vid. Nott. Varr.—16 Vid. Nott. Varr.

NOTÆ

[y] *A rumoribus*] Rumor inter paucos, fama inter plurimos dissipatur. Scite Plin. Paneg. c. 62. ‘Persta, Cæsar, in ista ratione propositi, ta-

si negabimus[18] temere famam nasci solere, quin subsit aliquid; et[19] si dicemus causam non fuisse, quare quispiam confingeret et comminisceretur;[20] et præterea, si ceteri falsi soleant esse, argumentabimur[1] hunc esse verum. Contra rumores[z] dicemus primum, si docebimus[2] multos esse[3] falsos rumores, et exemplis utemur, de quibus falsa fama fuerit; et aut inimicos nostros, aut homines natura malevolos et maledicos[4] confinxisse dicemus: et aut aliquam fictam fabulam[5] in adversarios afferemus,[6] quam dicamus[7] omnibus in ore esse; aut verum rumorem proferemus, qui illis aliquid turpitudinis afferat, neque tamen ei rumori nos fidem habere dicemus;[8] ideo quod quivis homo possit quemvis[9] turpem de quolibet rumorem proferre, et confictam fabulam dissipare.[d] Verumtamen si rumor vehementer probabilis esse videbitur,[10] argumentando famæ fidem[11] po-

[d] *Spargere in vulgus.*

Cap. viii. 17 Voss. 1. *ab rum.*—18 Pal. 1. et Lamb. *neg. ita temere.*—19 ‘*Quin subsit aliq.; si dic.*] Erf. *quin sumpsit aliq.; et si dic.*’ Græv. Pro *et* A habet *etiam.*—20 Duisb. *conf., quare reminisceretur:* Voss. 3. *et recomminisceretur:* Leid. 4. *et quare reminisceretur.* In Leid. 2. *comminisceretur, confingeret:* Leid. 3. ed. Med. *comm. et conf.*—1 ψ *soleant rumores esse;* et Erf. *argumentabitur.*—2 Voss. 1. Leid. 1. *si proferemus.*—3 *Esse* ante *falsos* in G deest.—4 Erf. *fama fuerit; et aliquos aut omnes nat. malivolos et maled.* Omnes Mss. Oud. *malivolos;* et sic Schutz. dein Voss. 2. *maleficos.*—5 R *et aliq. aut conflictam fab.* Voss. 2. 3. *et aliq. confictam fab.* Voss. 1. Leid. 2. 4. ed. Omnib. *et aliq. aut fictam fab.* Leid. 3. *et aliq. fab. confictam.* Lamb. *et aut aliq. confictam fab.* A Med. ed. Leid. 1. et G abest etiam *aut.*—6 Voss. 3. Leid. 2. 4. *in adv. proferemus.*—7 Leid. 4. et ed. Med. *dicemus.* ‘*Dicemus*] Sic scripsi ex Duisb. sic enim sæpe in his capitibus loquitur. Alii cum vulgg. *dicamus.*’ Græv.—8 ‘*Qui illis aliq. turp.*] Erf. *qui illi aliq. turp.* In Pith. hæc verba non leguntur, ut et seqq. *neque tamen ei rum. nos fidem habere dic.*’ Græv. Vox *tamen* in L deest.—9 Voss. 3. *quod quis non possit.* Erf. et Cauch. *quod quivis unus homo possit.* Vid. Nott. Varr. Dein ψ, Voss. omnes, et Leid. 1. 2. *quamvis turpem.*—10 A *Verum tamen,* et paulo post R *videatur.*—11 Erf. *argumentandi forma fidem.* Pro *fidem* R habet *firmam*

NOTÆ

lesque nos crede, qualis fama cujusque est. Huic aures, huic oculos intende, ne respexeris clandestinas existimationes, nullisque magis quam audientibus insidiantes susurros. Melius omnibus quam singulis creditur; singuli enim decipere et decipi possunt: nemo omnes, neminem omnes fefellerunt.’

[z] *Contra rumores*] Haud scio an alibi vehementius eos exagitet Tullius quam oratione pro Planc. § 56. &c. ‘Illud vos magnopere oro atque obsecro, judices, cum hujus quem defendo, tum communis periculi causa, ne fictis auditionibus, ne disseminato dispersoque sermoni fortunas innocentium subjiciendas putetis,’ &c.

terimus abrogare. Quod et difficillima tractatu[12] est constitutio conjecturalis, et in veris[13] causis sæpissime tractanda est,[14] eo[15] diligentius omnes ejus partes perscrutati[16] sumus; ut ne parvula quidem titubatione[e] aut offensione[17] impediremur, si ad hanc rationem præceptionis, assiduitatem exercitationis accommodassemus.[18] IX. 13. Nunc ad legitimæ constitutionis partes[19] transeamus. Cum voluntas scriptoris[a] cum[20] scripto dissidere videbitur, si a scripto dicemus,[b] his locis utemur, secundum narrationem:[1] primum scriptoris collaudatione: deinde scripti recitatione:[2] deinde percunctatione,[f][3] scirentne adversarii id scriptum

[e] *Dubitatione.* [f] *Interrogatione.*

fidem. sup. lin.—12 ψ *Quo et diff.* Pith. et Voss. 3. *difficillimi tractatus est.* —13 Voss. 3. *in veris quoque caussis.*—14 Ms. Cort. cum Schutz. et Wetzel. omittit *est;* quod non displicet Ernestio.—15 ‘*Eo dilig.*] Al. *ideo dilig.*’ Græv.—16 ‘*Perscrutati sumus*] Quidam legend. putant *persecuti sumus;* quibus propemodum assentior. Verum tamen nihil muto.’ *Lamb.* Schutz. *persecuti sumus.*—17 ψ, Pith. Leid. 3. et Gryph. Mss. B. C. habent *offensatione.* —18 ‘*Si ad hanc rationem . . . accommodaremus.* Nihil hic monerem, nisi omnes nostri Mss. monerent legend. esse *accommodassemus.* Sic Erf. Pith. Cauch. sed Duisb. *accommodavissemus.*’ Græv. In ψ *exercitationis* deest. *Accommodamus* G habet: *accommodaremus* A L R ψ. ‘*Accommodaremus*] Leid. 3. et ed. Omnib. *accommodassemus:* Leid. 4. et ed. Med. *accommodavissemus.* In quinque antiquioribus Mss. vulgatum legas.’ *Oud.* ‘*Accommodassemus*] Sic Mss. plures et edd. pr. usque ad Aldum. Itaque recepimus pro vulg. *accommodaremus.*’ Ern. quem Schutz. et Wetzel. sequuntur.

CAP. IX. 19 ψ *partem.*—20 A *Quod vol.* Tum Leid. 4. et Duisb. *a scripto diss.* Voss. 3. caret præpositione.—1 Tur. a m. sec. Leid. 3. et Schutz. omittunt voces *secundum narrationem.* Orellius eas uncis inclusit. Vid. Nott. Varr. —2 ‘*Deinde scripti recitatione*] Desunt Leid. 1. *narratione* Voss. 3. *utemur* addunt Voss. omnes, Leid. 2. 3. et edd. pr.’ *Oud.* *Utemur* addunt quoque A G L.—3 Pro *percunctatione,* Erf. habet *per collationem;* et pro *scierentne*

NOTÆ

[a] *Cum voluntas scriptoris, &c.*] Hunc statum scripti et voluntatis appellant rhetores, cum alter affert verba legis, alter legislatoris sententia se tuetur: e. g. lege cautum est, ut si peregrinus mœnia conscenderit, moriatur. In obsidione urbis peregrinus quidam conscendit mœnia a quibus hostes longe repellit, et in judicium adducitur. Accusator legislatoris verbis utetur, reus sententia causam defendet. De hoc statu fuse Tullius I. II. de Inv. § 125. et in Partit. Orat. § 132. &c.

[b] *Si a scripto dicemus*] Ostendendum præcipue tum discedi a legibus, cum alium, quam ipsa verba præferant, sensum comminiscimur; et legum dignitas ac necessitas commendanda: quod præstitit Cicero orat. pro Cluent. § 146. ‘Ut tibi concedam hoc indignum esse, quod cujusmodi sit videro,’ &c.

fuisse in lege, aut in testamento, aut in stipulatione,[c] aut in[4] quolibet scripto, quod ad eam rem pertineat:[5] deinde collatione,[g] quid scriptum sit, quid adversarii se fecisse dicant, quid judicem[6] sequi conveniat, utrum id quod diligenter perscriptum[7] sit, an id quod acute sit excogitatum: deinde ea sententia, quæ ab adversariis sit excogitata, et scripto attributa, contemnetur[8] et infirmabitur. Deinde quæretur, quid ei obfuerit,[h][9] si id voluisset ascribere, num non potuerit perscribi.[i][10] Deinde a nobis sententia reperietur,[11] et causa

[g] *Comparatione.* [h] *Quid legislatorem impedierit.*
[i] *Nonne hoc potuerit prius scribi.*

Orell. ait forsan leg. *scierintne.*—4 Erf. *aut test., aut stip.* '*In test.*] Male præpositionem hic et in seqq. omittunt Voss. 3. edd. pr. Hic omittit Leid. 4. sed in seqq. addit.' *Oud.* Tur. quoque ter omittit *et.* Dein '*Aut in quol. scripto*] Edd. et Mss. multi *aut quol. scripto; In* Lambinus primus inseruit his verbis.' *Græv.* G L R non habent *in.*—5 A et Tur. *ad eandem rem pertineat:* G *ad eandem rem pertinebit:* L R ψ *ad eam rem pertinebit.* '*Quod ad eam rem pertinebit*] Sic reposui ex Erf. cod. Cratandri ed. Duisb. et Cauch. Mss. nisi quod Pith. retineat *eandem;* Duisb. vero hanc voc. plane omittat. Vulgg. *quod ad eandem rem pertineat.*' Græv. '*Ad eam rem pertinebit*] Sic etiam Mss. mei, nisi quod Leid. 4. careat τῷ *eam,* et Voss. 2. det *pertineat.* Leid. 1. *pertinet.*' Oud. Orell. vocem *eam* uncis inclusit. '*Ad eam rem pertineat*] Edidi cum Grævio, quem et Oud. sequitur, *eam,* pro *eandem,* quod est alienum. In ed. nostra Med. est *quod ad rem pertineat;* quod et melius puto. Iidem maluerunt *pertinebit,* quod est etiam in duobus nostris et ed. Junt. Nihil interest ad sensum.' *Ern.* quem Schutz. Wetzel. et Orell. sequuntur.—6 Edd. vett. *cum eo quod adv. se fec.* Tum A *judices.*—7 R, ed. Cratand. et al. vett. *dilig. scriptum,* et mox pro *acute* Leid. 3. habet *accurate.*—8 Schutz. et Wetzel. *scriptori attributa.* Dein Schutzius, cod. Aug. secutus, habet *conteretur et infirm.*—9 Duisb. non agnoscit *quæretur.* L habet *Deinde quær., quid periculi fuerit, vel quid ei obf.* ψ *Deinde quær., quid periculi ei obf.* Lamb. *obstiterit.*—10 Tur. et tres Gryph. Mss. *si id vol. adscribere.* A *perscribere, aut non pot. perscribi.* ψ *perscribere, num non potuisset perscribere.* G *adscribere, aut non potuisset perscribi.* R *adscribere, aut oporterit perscribere.* L *adscribere num non pot. perscribere.* '*Num non pot. perscribi*] Mss. omnes, et ed. Med. præponunt *aut.* Leid. 4. omittit *num.* In ed. Omnib. *an non.* Voss. 2. Leid. 2. 3. non habent τὸ *non.* In Voss. 1. 3. est *poterit:* Leid. 2. *potuit:* Leid. 3. *potuisset.* Dein *perscribere* præbent Voss. 1. 2. Leid. 2. 4. ed. Med.' *Oud.* Ald. quem Schutz. sequitur, *scribere, ut non*

NOTÆ

[c] *Stipulatione*] Stipulatio, teste Pomponio, est verborum conceptio sive certa quædam formula, quibus is qui interrogatur, daturum facturumve se quod interrogatus est, responderit: velut, Spondes? spondeo. Dabis? dabo. Stipulationem inde dictam Tribonianus tradit, quod stipulum a veteribus firmum appellabatur, fortasse a stipite, ad quem alligati boves et cetera animalia retinentur. A stipe deducit Varro lib. IV. quod qui stipuletur, pecuniam alliget: at cum stipulatio non modo pecuniæ, verum etiam rerum omnium aliarum esse possit, sententia Triboniani vi-

proferetur, quare id scriptor senserit, quod perscripsit:[12] et demonstrabitur scriptum illud esse[13] dilucide, breviter, commode, perfecte, certa cum ratione.[14] Deinde exempla proferentur, quæ res, cum ab adversariis sententia[15] et voluntas afferretur, a scripto potius judicatæ sunt.[16] Deinde ostendetur, quam periculosum sit a scripto recedere.[17] Locus communis est contra eum,[18] qui, cum[19] fateatur, se contra id quod legibus sancitum,[20] aut testamento perscriptum sit, fecisse, tamen facti quærat defensionem. X. 14. A sententia[d] sic dicemus.[1] Primum laudabimus scriptoris commoditatem atque brevitatem,[k] quod tantum scripserit,[2] quod necesse fuerit: illud, quod sine scripto intelligi potuerit, non necessario scribendum putarit.[3] Deinde dicemus calumniatoris esse officium,[4] verba et literas sequi,

[k] *Commodam brevitatem.*

pot. perscribi. Vid. Nott. Varr.—11 Quædam edd. *aperietur.*—12 Pro *senserit* A et ed. Med. habent *scripserit;* et pro *perscripsit* quatuor Mss. Oud. Cauch. Erf. et Tur. *scripserit:* A G L R ψ, tres Mss. Oud. cum edd. pr. *scripsit.*—13 Al. *scr. esse illud.*—14 Erf. *cum rat. certa.*—15 ψ *cum cum adv.* '*Cum ab adv. sent. redd., et vol. aff.*] Rectius, puto, Erf. Ms. ut et ed. Lamb. *cum ab adv. sent. et vol. aff.* Nam Latini dicunt 'rationem sententiæ reddere,' sed quid sit 'sententiam reddere' ignoro: male igitur Gruterus cum vulgg. *sent. redd. et vol. aff.*' Græv. '*Sent. redd., et vol.*] Ita in vulgg. omnibus legitur. Nos, ut Lambin. verbum *redderetur* sustulimus; quod recte abest a duobus Gryphii B. C.' *Brut.* 'Delevi *redderetur* post *sententia.* Abest a Ms. Lips. et Guelf. sed alia manu inter lineas scriptum.' *Ern.* Eam vocem Schutz. Wetzel. et Orell. omittunt.—16 Voss. 2. et Leid. 1. *ab scripto,* et mox '*Jud. sint*] Voss. omnes *jud. sunt.*' Oud. Vulg. *jud. sint;* et sic A G L R ψ.—17 Erf. *ab scripto;* et Leid. 2. *recedi.*—18 Voss. 3. *contra reum.*—19 Duisb. *qui tum fat.*—20 '*Contra id quod legibus sancitum*] Voss. 1. Leid. 1. omittunt *id.* In Leid. 3. legas *contra quam sancitum.*' Oud. A G habent *sancitum est;* et ψ *sanctum.* Vid. Nott. Varr.

Cap. x. 1 Erf. Voss. 1. Leid. 1. ed. Med. *Ab sent.* et in G *dicemus* deest. —2 Voss. 3. *ideo quod tant. id scrips.* Leid. 3. *qui id tant. scrips.* Crat. et Lamb. edd. *qui tant. scrips.* Cod. Aug. *quod tant. scrips. id;* et sic Schutz. et Wetzel.—3 'Leid. 1. 2. 3. et ed. Med. *necessarium.* Voss. 3. *scribendo.* Utrumque probo.' *Oud.* '*Necessario scribendum*] Prætulerim Pithœanorum Excerptorum scripturam *necessarium scribendum.*' Græv. ψ quoque *necessarium.* Dein G *putaret.*—4 '*Calumn. esse off.*] Sic Mss. omnes: mallem tamen

NOTÆ

detur esse potior.

[d] *A sententia*] Pro sententia contra verba legis cum maxima parte orationis pro Balbo Tullius pugnat, tum in orat. pro Cæcina § 51. 'An hoc dubium est quin neque verborum tanta copia sit, non modo in nostra lingua quæ dicitur esse inops, sed ne in alia quidem ulla, res ut omnes suis certis ac propriis vocabulis nominentur?' &c. Consule l. II. de Inv. § 122.

negligere voluntatem. Deinde id, quod scriptum sit,[5] aut non posse fieri; aut non lege, non more,[6] non natura, non æquo et bono[l] posse fieri;[7] [p. 9.] quæ omnia scriptorem noluisse quam rectissime fieri, nemo dicet:[8] at ea, quæ a nobis facta sint, justissime facta.[9] Deinde contrariam sententiam aut nullam esse, aut stultam, aut injustam, aut non posse fieri, aut non constare[10] cum superioribus et inferioribus sententiis,[m] aut cum jure communi, aut cum aliis legibus communibus, aut cum rebus judicatis dissentire. Deinde exemplorum a voluntate, et contra scriptum judicatorum enumeratione utemur;[11] deinde legum et stipulationum breviter excerptarum,[12] in quibus intelligatur scriptorum voluntas et expositio.[13] Locus communis[14] contra eum qui scriptum recitet,[15] et scriptoris voluntatem non

[l] *Non jure naturali, non æquitate.*
[m] *Non convenire cum sententiis quæ latæ fuerunt in causis majoribus et minoribus.*



deleri ultimam vocem.' *Oud.*—5 G *Deinde, quod* sine *id:* et idem Ms. pro *sit* habet *est.*—6 A L et Mss. plerique ap. Oud. cum edd. pr. *aut non more.* Vulgg. non habent *aut.*—7 '*Non æquo et bono posse fieri*] Postremæ duæ voces non comparent in Pal. 1. et profecto sunt superfluæ.' *Grut.* *Possunt fieri* absunt etiam ab R. 'Al. *non bono et æquo posse fieri: quæ.* Pith. et al. Mss. *non æquo et bono: quæ.*' Græv.—8 '*Noluisse quam rect. fieri nemo dicet*] Ita audenter reposui ex Leid. 1. Voss. 3. et ed. Med. pro *vol.* nam *dicet* est in Mss. omnibus et eadem ed. Pro *dubitet* ed. Omnib. *dubitaret.*' Oud. A G, Ald. Lamb. Grut. Græv.-Burm. et Schutz. *voluisse . . . dubitet.* '*Quæ omnia . . . dicet*] Edidimus, ut voluere J. Gronovius et Oudendorpius. Mss. fere fluctuant inter *voluisse* et *noluisse. Dicet* habent omnes Oudendorpiani, et duo de nostris, non *dubitet.* Totum plane sic habent edd. Med. 1474. et Junt. At ed. 1474. tantum *dicet.* Mediol. 1498. vulgatum, et hinc Ald.' *Ern.* Vulg. *script. nol . . . nemo dicet.* Vid. Nott. Varr.—9 '*A nobis facta sunt*] Præpositio deest Voss. 3. *sunt* in Leid. duobus et ed. Omnib.' *Oud.* A quoque non habet *sunt.* Tum Grævii Ms. *utilissime facta.*—10 Leid. 2. *aut non posse fieri, aut non posse consistere.*—11 '*Et contra script. &c.*] Τῷ *et* carent Voss. 1. Leid. 2. edd. pr. *vel* Voss. 2. In fine suprascr. est Voss. 1. *fiet,* ut exhibetur in Leid. 4. *dabitur* suprascr. in Leid. 2. *enumeratio est* Leid. 1. 3. *enumeratione* Voss. 2. ed. Omnib. et amplius *enumeratione utemur* ed. Med. ac vulgo ante Græv.' *Oud.* A G R ψ *enumeratione.* L *est habenda enumeratio.* Schutz. cod. Duisb. secutus, habet *enumeratio fiat,* et ait, 'Minus apte vulg. *enumeratione utemur.*' Orell. *enumeratio: deinde.* Vid. Nott. Varr.—12 Tur. *leg. ac stip.* Tum '*Excerptarum*] Sic Leid. 2. cum ed. Med. In reliquis *exceptarum.* Quod alibi rectum, hic locum habere nequit.' *Oud.* A G L *exceptarum;* et sic Mss. plures et edd. vett. teste Ern. Vulg. *excerptarum.* Vid. Nott. Varr.—13 G et al. *intelligitur,* et pro *scriptorum* A habet *scriptoris.* ψ, Tur. Lamb. Schutz. et Wetzel. *exp., vol.* sine *et.* '*Intelligatur scriptoris, vol., exp.*] Certissimo ita legend. est; ut præbent Voss. omnes, Leid. 2. *exponere* Voss. 2. pessime vulgo interponitur *et* loco distinctionis. In multis *intelligitur.*' Oud. —14 G R *communis est.*—15 Leid. 3. *retinet:* Voss. 3. Leid. 4. *recitat.* Vid.

interpretetur.[16] 15. Cum duæ leges[e] inter se discrepant,[17] videndum est primum, num qua obrogatio aut derogatio[f] sit.[n][18] Deinde, utrum leges ita dissentiant, ut altera jubeat, altera vetet; an ita, ut altera cogat, altera permittat.[19] Infirma enim erit ejus defensio, qui negabit se fecisse, quod cogeretur, cum altera lex permitteret.[20] Plus enim valet sanctio[g] permissione.[o] Item illa defensio tenuis est,[1] cum ostenditur id factum esse, quod ea lex sanciat, cui legi obrogatum vel derogatum[2] sit; id, quod posteriori lege san-

[n] *An lex omnino rescissa sit, an saltem ex parte.*
[o] *Lex cogens nos magis movere debet quam lex permittens.*

Nott. Varr. Tum Lamb. *et vol. script.*—16 A habet *interpretetur et cetera sequentia.*—17 A, Tur. quatuor Mss. Oud. et ed. Med. *discrepent.*—18 G *vid. est prius, an abrogatio an derog. sit:* A *prim. numquid obrog. an derog. sit:* L *prim. numquæ abrog. an derog. sit:* ψ *prim. an obrog. aut derog. sit.* ‘*Num qua abrog. &c.*] In Voss. 1. Leid. 1. 3. *An abrog. an derog. sit.* Voss. 3. Leid. 2. *num quæ abrog. an der. sit:* Ed. Med. *num quid, &c.* Sed in Leid. 4. exhibetur *an abrog. vel derog. legis alicujus intercesserit.* V. Græv. Edd. aliæ *obrog.*’ Oud. ‘*Obrogatio* legit Lamb. multo commodiore sensu ac veriore adeo, quam quod vulg. habent: *abrogatio* idem paullo post pariter *obrogatum* edidit.’ *Brut.* Tur. et Græv.-Burm. *abrogatio:* sic et mox *abrogatum* plerique. Vulgg. *Num qua obrog. aut derog. sit.* Vid. Nott. Varr.—19 Duisb. *an ita, ut altera dimittat infirma:* Leid. 4. *an ita, ut altera dimittat.*—20 A habet *Infirma autem,* et R *se id fecisse.* Tum ‘*Quod cogeretur*] Addunt Voss. 1. Leid. 1. *ab altera.* Ed. Med. *alterâ.* Dein *permittat* Leid. 4.’ *Oud.* ‘*Se fec. quod cog. cum altera, &c.*] Addit Fabricianus *ab altera,* Pal. 4. *altera, cui altera,* quod item in Pal. 6.’ *Grut.* ‘Pal. 4. et al. *cui altera lex permittat:* Fabric. *ab altera cum altera lex permitteret:* Duisb. *cum altera lex permittat.*’ Græv. Tur. Schutz. in ed. pr. et Wetzel. *cog. ab altera, cum alt. lex permitteret.* ‘Est tamen e gloss. nam deberet esse, *quod cog. ab alt. lege, quum alt. permitteret.*’ Orell.—1 Duisb. et Leid. 4. *def. sit ten.* Ed. Med. *tenuis erit.*—2 ‘Erf. *abrog. aut derog.* et sic vulgg.’ *Græv.* G habet *aliquid abrog.* L R ψ et omnes Mss. Oud. cum Lall. *abrog.* et sex Mss. Oud. *aut.* Abest *legi* a Leid. 3. ed. Med. Vide paulo su-

NOTÆ

[e] *Cum duæ leges*] Status est contrariarum legum, cujus hoc exemplum proponit Hermogenes in partitionibus. Lex una est; Qui tempestate coorta solus in nave remanserit, is navem possideat: altera est; Ne filius abdicatus paterna bona possideat. Remansit in patris navi filius quem pater abdicaverat. Actori dicenti in bona patris exhæredato nullum esse jus, respondebit filius se navim quam conservavit non jure sanguinis, sed virtutis, petere. Vide l. II. de Inv. § 144.

[f] *Obrogatio* [*abrogatio*] *aut derogatio*] Abrogare legem est eam antiquare, quia magistratus populum rogabat, ut lex tolleretur, quo annuente irrita erat: sicut antequam lex ferretur, interrogabatur populus, an vellet juberetque eam sanciri. Abrogatur legi, teste Modestino, cum prorsus tollitur; derogatur, cum pars detrahitur.

[g] *Sanctio*] Pars est legis, qua pœna decernitur iis qui legem violarint.

citum sit,[3] esse neglectum. Cum hæc erunt considerata, statim nostræ legis expositione, recitatione, collaudatione utemur. Deinde contrariæ legis enodabimus voluntatem,[p] et eam[4] trahemus ad nostræ causæ commodum. Deinde de[5] juridiciali absoluta sumemus rationem juris, et quæremus partem juris, utrum cum ea faciat;[6] de qua parte posterius disseremus.[7] XI. 16. Si ambiguum[h] est scriptum, ut puta[8] quod in duas aut plures sententias trahi possit,[9] hoc modo tractandum est.[10] Primum, sitne ambiguum,

[p] *Explicabimus sententiam.*

pra in hoc cap.—3 G R *et id quod.* '*Id quod posteriori*] Voss. 3. *id vero quod.* Tum Mss. omnes et ed. Med. *posteriore.*' Oud. *Posteriore* quoque Erf. Præterea *sanctum sit* duo Gryph. B C, ut etiam supra.—4 Erf. *enotabimus vol.* et Duisb. *et trahemus.*—5 R Pith. et Leid. 3. *a jurid.* Ed. Med. *ex jurid.* Pauci Mss. et Lamb. *de judiciali.* Abest *de* ante *jurid.* a Voss. 3. Leid. 2. et Erf.—6 '*Utemur ratione juris*] Cauch. *sumemus rationem juris.*' Græv. Voss. 3. *asumemus.* Schutz. *sum. rat., et quær. partem juris, utrum cum causa faciant.* '*Et quær. partem juris, utr. cum ea faciat*] Erf. *et quær. partes juris, verum cum faciant:* Pith. cod. et Crat. ed. *quær. partes juris, utrum cum ea parte faciant;* nisi quod *parte* ignoret Crat. In Duisb. omissa sunt hæc verba, *et quær. partem juris,* sed seqq. sic leguntur, *utrum cum ea conveniant.*' Græv. '*Partem juris utrum cum ea faciat*] Mss. omnes et ed. Med. *partes, faciant;* nisi quod a Leid. 4. exsulent verba *et quær. partes juris,* et in eo habeatur *conveniant.*' Oud. A G L R habent *quær. partes,* et A L R ψ *faciant.*—7 Abest *parte* a Leid. 3. sed A G R, Duisb. et Leid. 4. *parte juris.* Ed. Med. *de quibus partibus juris.* Orell. malit vocem *parte* abesse. Dein R *posterius dixerim.*

CAP. XI. 8 A L ψ et ed. pr. cum Lamb. et Lall. *Si amb. esse scriptum putabitur, quod:* R *Si amb. scriptum esse putatur, quod.* '*Est scr., ut puta*] Sic Voss. 1. Leid. 1. ed. Med. præbent. Voss. 2. *putabimus esse scr.* Voss. 3. Leid. 2. 3. 4. ed. Omnib. *esse scr. putabitur;* at illa subdit *ut puta.*' Oud. '*Ut quod*] Quippe quod. Vides igitur *puta* uncis a me inclusum glossam esse, qua quis *ut* explicare voluerit, in quo miror Ernestium, qui tacite illud reliquit, non offendisse. Bipont. ed. quam tacite sequitur Schutz., dedit, *Si amb. esse scr. putabitur, quod.*' Wetzel. Vulg. *Si amb. est scr., ut putabitur.*—9 L R habent *aut in plures,* et A R *trahi posset.*—10 '*Tractandum est*] In edd.

NOTÆ

[h] *Si ambiguum*] Cum innumerabiles sint, auctore Quintiliano, amphiboliæ sive ambigui species, putidum sit omnes colligere. Exemplum unum sit instar omnium: Titius moriens taurum Sempronio legavit: hic servum petit nomine Taurum; contendit hæres bovem legatum esse. Aliud exemplum præmisit hic scriptor l. I. § 20. Ex juris regulis, cum occurrunt ambigua, id præferendum quod est æquius, quod tutius, quod fraudi minus obnoxium, quod vitio caret. Si nihil præferri possit, totum debet rejici, ut colligitur ex ff. lib. XXXIII. Tit. V. L. 'In ambiguo sermone non utrumque dicimus, sed tantum id quod volumus. Itaque qui aliud dicit quam vult; neque id dicit quod vox significat, quia non vult; neque id quod vult, quia id non loquitur.'

quærendum est. Deinde, quomodo scriptum esset, si id,[11] quod adversarii interpretentur,[12] scriptor fieri voluisset, ostendendum est.[13] Deinde id, quod nos interpretemur, et[14] fieri posse, et[15] honeste, recte, lege, more, natura, bono et æquo fieri posse; quod adversarii interpretentur,[16] e contrario:[17] nec esse ambigue scriptum,[18] cum intelligatur, utrum[19] sententia vera sit. Sunt, qui arbitrentur,[20] ad hanc causam tractandam vehementer pertinere cognitionem amphiboliarum[1] [i] eam, quæ a dialecticis[2] [k] profertur. Nos vero arbitramur, non modo nullo[3] adjumento esse,[l] sed potius maximo impedimento: omnes enim illi amphibolias

vett. *est* non legitur.' *Græv.*—11 Voss. 3. Leid. 1. 3. *quando scr. esset:* A G R, Voss. 1. ed. Med. Omn. *quom. scr. est:* L et Leidd. omnes *quom. scr. sit.* Pith. *quom. scr. etsi id:* Erf. *quando scr. est, sed et si id.* A R, Voss. 1. Leid. 2. et edd. pr. *et si id:* Leid. 1. *sed et si id:* Leid. 3. *sed etiam si id.* Vulg. *quom. scr. esset, si id.*—12 *Interpretentur* solus Ms. ψ habet. *Interpretantur* Orell. et edd. ante Ern. qui contra libros dedit *interpretentur*, 'quia et structura orationis desiderat, et in seqq. ter sic est in eadem re:' et sic Lall. Schutz. et Wetzel.—13 Verbum *est* post *ostendendum* Wetzel. uncis inclusit. —14 Erf. non habet *nos* ante *interpretemur.* Tum Duisb. et Leid. 4. habent *et dicemus fieri posse.*—15 *Et* ante *honeste* non est in G. '*Recte, lege, more, natura*] Leid. 1. 2. 3. inferunt ubique *et.* Voss. 3. *et recte.*' Oud. L ψ *et lege, et recte, et more, et natura.* Deinde Erf. *naturæ interpretemur bono et æq.* Lamb. ed. *natura, æq. et bono.*—16 ψ *quæ adv.* Al. teste Græv. *quod adv. interpretantur.*—17 Erf. et omnes Mss. Oud. præter Leid. 4. *ex contr.* et sic ed. Med. Al. teste Græv. *a contrario.*—18 Leid. 4. *non esse;* Leid. 2. 4. *ambiguum;* et Voss. 3. *ambigue dictum.*—19 A G L R, Oliv. Lall. Schutz. et Wetzel. *utra.*—20 Pith. *et sunt qui arbitrantur:* G ψ, Erf. Voss. omnes, et Leid. 1. *arbitrentur;* 'bene,' ait Oud. '*Arbitrentur*] Sic ex legibus certis grammaticis edidimus pro vulg. *arbitrantur*, in quo et Mss. pæne omnes consentiunt. Aliquot tamen codd. Oud. habent *arbitrentur;* quibus judicium nostrum firmatum est.' *Ern.* et sic Schutz. Wetzel. et Orell.—1 A G *amphiboligiarum:* L R ψ *amphibologiarum.* '*Amphiboliarum*] Sic Leid. 1. Ceteri cum edd. pr. *amphibologiarum:* et deinceps.' *Oud.* '*Amphiboliarum*] Ita lege, et infra *amphibolias*, quemadmodum in duobus Gryph. Mss. legitur, qui sunt de meliore nota, et ratio Græcæ linguæ docet unde ea vox manat. Ita etiam edidit Lamb. Alii ex vulgg. *amphibologiarum* legunt, sed male.' *Brut.* Vid. Nott. Varr. Edd. recentt. *amphiboliarum.*—2 A *diolicticis.* Erf. *quæ ab dial. proferatur:* Lamb. ed. *quæ a dial. proferetur:* Tur. Voss. 1. Leid. 3. 4. *proferatur.*—3 ψ *non modo quidem nullo:* Ms. Medic. et Schutz. in ed. prima

NOTÆ

[i] *Amphiboliarum*] Ἀμφιβολία est ambiguitas in sermone.

[k] *Dialecticis*] Dialectica est ars disserendi, cujus finis est verum a falso distinguere.

[l] *Nullo adjumento esse*] Id est, nulli adjumento: quod ne cui videatur insolens, nonnunquam adhibuit ipse Tullius, cum alibi, tum pro Quint. § 5. 'Quodsi tu judex nullo præsidio fuisse videbere, contra vim et gratiam, solitudini atque inopiæ.'

aucupantur,[4] eas etiam, quæ ex altera parte sententiam[5] nullam possunt interpretari. Itaque et alieni sermonis molesti interpellatores, et scripti tum[6] odiosi, tum obscuri interpretes sunt; et dum caute et expedite loqui volunt, infantissimi[7] reperiuntur. Ita dum metuunt in dicendo, ne quid ambiguum dicant,[8] nomen suum pronuntiare non possunt. Verum horum pueriles opiniones rectissimis rationibus,[9] cum voles, refellemus. In præsentiarum hoc interdicere[10] non alienum fuit, ut hujus infantiæ garrulam disciplinam contemneremus. XII. 17. Cum definitione[m] utemur, primum afferemus brevem vocabuli definitionem, hoc modo: Majestatem is minuit, qui ea tollit, ex quibus rebus[11] civitatis amplitudo constat: [quæ sunt ea? quæ capiunt[q]] suffragia populi, et magistratus consilium.[12] Nempe igitur

[q] *Impediunt.*

ullo adj. Vid. Nott. Varr.—4 A G L R *amphibologias.* 'Mss. et edd. multi *amphibologias aucupantur:* edd. vett. *amphibolias nuncupant.*' Græv.—5 Lamb. Schutz. et Wetzel. *parte in sentent.* Vid. Nott. Varr. Tum A *possint interp.* —6 Erf. et Leid. 2. 4. *cum odiosi.*—7 Lamb. solus *expediteque.* Tum Erf. et vett. edd. *infacetissimi reperiuntur.*—8 Erf. *ambiguum ne quid dicant.* '*Ne quid ambiguum dicant*] Debebat esse *ambigue.*' Ern.—9 '*Pueriles opiniones*] Liber unus Ms. habet *puerileis rationes;* alius *puerileis suspiciones.* Deinceps autem, ubi legitur *rectissimis rationibus,* ego legendum puto *certissimis.*' Lamb. 'Pith. *pueriles suspiciones:* Lamb. ed. *pueriles opiniones:* al. *pueriles rationes.*' Græv. Lamb. ed. habet *certissimis rationibus.* Post *opiniones* addunt Voss. 1. et Leid. 4. *et garrulas.*—10 A G L R ψ *præsentiarum.* Lall. et Ox. *præsentia.* Lamb. Wetzel. et Orell. *in præsenti:* Ald. et Schutz. *in præsenti autem.* Tum ψ, Tur. Voss. 1. 2. Leid. 1. 2. 4. *intercedere:* edd. vett. *interserere:* edd. recentt. *interdicere.* Vid. Nott. Varr.

CAP. XII. 11 '*Ex quibus rebus*] Vox *rebus* non conspicitur in Pal. 1. aut 6. neque ea opus erat.' *Grut.* 'Sic duo Pall. Vulgg. *ex quibus rebus civitatis amplitudo constat.* A Duisb. abest *amplitudo. Rebus* Pall. auctoritate delendum esse, sequentia et præcedentia ostendunt.' *Græv.* 'Mss. omnes et edd. pr. *ex quibus rebus,* quam vocem an recte deleverit Grævius, dubito, licet præcedat et sequatur neutrum genus. *Civilis* Voss. 1.' *Oud. Rebus* quoque omittunt Schutz. Wetzel. et Orell.—12 '*Quæ sunt ea*] Ed. Omn. *Hæc sunt ea.* Mihi hæc omnia *quæ sunt ea? quæ capiunt* spuria videntur. Adi Græv.' *Oud.* '*Quæ sunt ea?*] Recte Lamb. post hæc verba, notam interrogandi apponit. Ita autem scriptum reperitur in Gryph. A. *Hæc sunt ea* habet Leonic. liber: quæ non mala lectio est; tolerabilior certe est quam

NOTÆ

[m] *Cum definitione*] Conjecturam excipit definitionis status. Qui enim dicere non potest se nihil fecisse, superest ut dicat, se non id fecisse quod objicitur. Quintiliano definitio est rei propositæ propria et dilucida et breviter comprehensa verbis enunciatio, quæ genere constat et differentia. Ejus exemplum jam allatum est l. I. Herenn. § 21.

tu et[13] populum suffragio et magistratum consilio privasti, cum pontes disturbasti.[n] Item ex contrario: Majestatem is minuit, qui amplitudinem civitatis detrimento afficit. Ego non affeci, sed prohibui detrimento;[r] ærarium enim conservavi, libidini malorum[14] restiti, majestatem omnem interire non passus sum. Primum igitur vocabuli sententia breviter, et ad utilitatem causæ accommodate describetur:[15] deinde factum nostrum cum verbi descriptione conjungetur:[16] deinde contrariæ descriptionis ratio refelletur, si aut falsa erit, aut inutilis, aut turpis, aut[17] injuriosa: id quoque ex juris partibus sumetur de juridiciali[18] absoluta, de qua jam loquemur. 18. Quæritur in translationibus,[19] [o]

[r] *Impedivi quominus damnum pateretur.*

vulg. nisi hac interpunctione utare.' *Brut.* '*Quæ sunt ea, quæ capiunt*] Plane assentior Grævio et Oud. qui hæc spuria et ejicienda putant: quare uncis inclusi.' *Ern.* quem Wetzel. et Orell. sequuntur. Ea verba Schutz. delevit. Vid. Nott. Varr. Tum A R ψ, cum Grut. Oliv. et Lall. *consilia;* sed G L et omnes Mss. Oud. et edd. pr. *consilium.* '*Consilium*] Sic dedi e Mss. quibusdam et edd. pr. Med. Junt. Ceterum res hæc pertinet ad causam Cæpionis, de qua lib. I. dictum.' *Ern.* quem Schutz. Wetzel. et Orell. sequuntur.—13 A *Nempe ergo tu pop.*—14 Lamb. solus *detrimentum.* Dein *enim* deest Leid. 2. et ed. Omnib. *Servavi* Duisb. et ed. Med. Dein Leid. 2. exhibet *libid. morum.*—15 Erf. *et ad util. accommodatæ causæ describitur:* Pith. *et ad util. ac causæ commoditatem describetur:* al. *et ad util. et commoditatem definietur:* Vulgg. *et ad util. causæ accommodatam describetur:* Græv. L non habet copulam *et.* In G *brev., ad util. nostræ causæ et ad commoditatem.* A L R ψ habent *accommodata,* et L *describitur.* '*Et ad util. caussæ accommodate*] Copula abest Leid. 2. ed. Med. In Voss. 1. 2. Leidd. omnibus et edd. pr. *accommodata:* Voss. 3. *ad util. accommoditatem nostræ causæ:* addit etiam *nostræ* Voss. 2. suprascriptum in Leid. 2. Mss. aliquot et ed. Med. *describitur:* Leid. 4. *describeretur.*' Oud. Vulgg. *et ad util. causæ accommodate describetur.* —16 ' Duisb. *cum verbi descriptionis ratione aptabitur.* Est etiam in Erf. *cum verbi descriptionis ratione:* quod non improbem.' *Græv.* Leid. 3. *cum verbi definitione vel descriptione conj.* Leid. 4. *cum verbi et descriptionis ratione aptabitur:* ed. Omnib. *cum verbi descriptione conj. et descriptionis ratione aptabitur.* Abest *verbi* ab G, et *conjungetur* ab R. Pro *conjungetur* A habet *apponetur,* sed in marg. *conjungetur et descriptionis ratione aptabitur.* Vulg. *cum verbi descriptione conjungetur.*—17 A habet *si turpis;* R *aut si turpis;* et Pith. *si injuriosa.*—18 Tur. *Idque ex juris:* Erf. *Id ex juris part. sum. de judiciali:* Lamb. *sum. ac de jurid.* Pro *sumetur* A habet *sentencietur.*—19 Quædam edd. *quæ-*

NOTÆ

[n] *Pontes disturbasti*] Consule notas in lib. superiorem § 21.

[o] *In translationibus*] Neget primum reus crimen, si fas est; sin minus, dicat se non admisisse quod objicitur, aut, quæ honestissima est defensionis ratio, recte factum contendat. Quæ omnia si deficiant, confugiat ad translationem, quam jurisperiti exceptionem vocant; et dicat vel tempus dif-

primum, num aliquis ejus rei actionem, petitionem, aut persecutionem habeat, quem non oporteat;[s 20] num alio modo, tempore,[t] loco; num alia lege;[1] num alio quærente, aut agente.[u 2] Hæc legibus, moribus, æquo et bono reperientur;[3] de quibus dicetur in juridiciali absoluta.[x] In causa rationali[4] primum quæretur, ecquid[5] in rebus

[s] *Utrum is, qui non debet, usurpet jus accusandi vel agendi contra alium, ab eo petendo aliquid, vel actionem persequendo coram certis judicibus, cum ad alios possit transferri.*

[t] *Ante tempus constitutum.* [u] *Quam is qui per leges possit ac debeat.*

[x] *Videbitur ex legibus, consuetudinibus, jure, et æquitate, an hæc liceant, necne.*

ritur. Vulg. *quæretur.* Schutz. *In transl. quæretur.*—20 ‘ *Num aliquis ejus rei act.*] Arbitror scribend. *num alius ej. rei act.* Id desiderant seqq. ‘ num alia lege,’ &c. Ex hac corruptela ortum est additamentum *quem non oporteat*, quod ab plerisque Mss. etiam edd. quibusdam antiquis, ut Juntina, abest.’ *Ern.* ‘ *Per pet. aut persec.*] Præpositio exsulat a Mss. omnibus et edd. pr. recte omnino: *aut pet.* Voss. 2. *exsecutionem* Voss. 1. Leidd. omnes, ed. Omnib. Sed in Leid. 1. *possessionem* a m. pr. et in Leid. 4. *per exsecutionem vel possessionem.*’ Oud. ‘ *Aut persecutionem*] Sic nulla litura officiente, quæ legenti impedimento sit, legitur in Gryph. optimo exemplari B. quam lectionem Lamb. probat, loco ex Æmari Ranconeti conjectura emendato, viri doctissimi.’ *Brut.* R habet *aut petitionem.* Pro *persecutionem* A G R ψ et Tur. exhibent *executionem;* L *executionem* sup. lin. ‘ Delevi *per* ante *petitionem*, quod nec in Mss. plerisque nec edd. pr. reperitur. Mss. et edd. vett. pleræque habent *exsecutionem*, quod idem est cum *persecutionem.*’ Ern. quem Schutz. Wetzel. et Orell. sequuntur. Vid. Nott. Varr. Tum A, Voss. 1. 3. cum ed. Omnib. *quam non op.* Leid. 1. *quæ.* Tria verba desunt ceteris Mss. Oud. ‘ Duo codd. non habent hæc, *quem non op.*’ Lamb. ‘ Nec sunt in Erf. et Duisb. et aliis quos inspexit Grut. Poterunt abesse.’ *Græv.* Oliv. Græv.-Burm. Lall. et Wetzel. eas voces retinent, sed Schutz. delevit. Orell. eas uncis inclusit. Vid. paulo infra in hoc cap.—1 A *alio temp., alio loco:* R *num alio temp., loco:* Voss. 1. *num alio temp., num alio loco, num alia lege:* Leid. 3. *temp., num alio loco, lege.* ‘ *Num alio modo, temp., loco*] Pall. aliquot, *num alio modo, num alio temp., num alio loco;* neque aliter Fabrician. at enim Pal. 4. et 6. solum agnoscit *num alio tempore*, excluso *modo* et *loco.*’ Grut. ‘ Pall. duo, *num alio temp., num alia lege;* Pith. et al. *num alio modo, num alio temp., num alio loco.* Cum Pall. 4. et 6. consentit Erf. et Cauch.’ *Græv.* Ms. Traj. *num alio modo, alio temp., alio loco.* Vulg. *num alio modo, temp., loco; num alia lege.*—2 ψ *quær. an agente.* Verba *aut agente* desunt Leid. 1. 3. ‘ Ed. 1474. *querente:* quod verum puto. *Aut agente* a nonnullis abest.’ *Ern.* ‘ Schutz. corr. *quærente sit agendum:* cf. de Inv. II. 1. ubi tamen verba ‘ quod non is agit’ idem plane sunt quod h. l. *alio agente.*’ Wetzel. Vulg. *quær. aut agente.* Vid. Nott. Varr.—3 A G L R, Pith. sex Mss. Oud. et edd. pr. *leg. et moribus:* et A *de æquo reperiuntur;* L *de æquo reperientur:* Voss. 3. *de legibus:* Voss. 2. *leg. aut moribus.* Leid. 4. *et æquo et bono:* Ed. Omnib. *de æquo et bono:* Erf. *æqua et bona.* Leid. 2. *æquo bono reperiuntur.*—4 ‘ Voss. 1. Leid. 1. 3. ed. Me-

NOTÆ

ferendum, vel mutandum accusatorem, vel alios etiam judices deligendos. Verum hæc et quæ causam rationalem spectant, et quæ plurima hic repetuntur, jam lib. I. exposita sunt.

majoribus, aut minoribus, aut similibus,[6] similiter scriptum aut judicatum sit: deinde, utrum ea res similis sit ei rei qua de[7] agitur, an dissimilis: deinde, utrum consulto de ea re scriptum non[8] sit, quod noluerit cavere, quod satis cautum putarit,[9] propter ceterorum scriptorum similitudinem.[10] De partibus legitimæ constitutionis satis dictum est; nunc ad juridicialem revertamur.[11]

XIII. 19. Absoluta juridiciali constitutione utemur, cum ipsam rem, quam nos[12] fecisse confitemur, jure factam dicemus,[13] sine ulla assumtione extrariæ defensionis.[14] In ea quæri convenit, jurene factum sit.[15] De eo[16] causa

---

diol. *ratiocinali:* optime. V. Græv.' *Oud.* 'Legend. ex Erf. *ratiocinali;* ut legendum vidit ex conjectura Aldus Manutius, quem consule.' *Græv.* 'Mss. Oud. Erf. edd. Med. 1474. et 1498. Junt. *ratiocinali*, quod Græv. et Oud. præferunt, sicque edidit Aldus Manutius: sed quia id verbum nuspiam reperitur, et Quintil. III. 5. 4. habet 'causa rationalis,' id recipere in textum non sum ausus: et *rationalis* idem significare potest.' *Ern.* Aliæ edd. *rationali.*—5 ψ, Voss. 1. 3. Leid. 3. 4. ed. Med. *quæritur.* Pro *ecquid* Pith. habet *si quid;* Erf. et Leid. 2. *et quid;* A L *quod;* G ψ, Voss. omnes, Leid. 3. 4. ac edd. pr. *quid;* R *siquid.*—6 '*Aut similibus similiter scr.*] Optime, Duisb. *aut simil. aut dissimilibus simil. scr.* Erf. *aut dissimilibus*, omissis *aut similibus*, ut in aliis perperam omittitur *aut dissimilibus.*' Græv. '*Aut similibus*] Voss. 1. *aut dissimilibus:* Leid. 4. *aut simil. aut dissimilibus.* Vere.' *Oud.* Add. *aut dissimilibus* Duisb. prob. Grævio: sed tum *aut* ante *similibus* delendum erit. —7 Pith. *utrum illa res.* Tum abest *rei* a Leid. 4. *de qua* Erf. tres Mss. Oud. et edd. pr.—8 G L et Duisb. *scriptum nihil sit.* '*Scriptum non sit*] Abest *non* a Voss. 3. *nihil scr. sit* Leid. 2. 4. ed. Med.' *Oud.*—9 Erf. et Leid. 3. *quod voluerit cav.* ψ *quod nol. canere.* Tria verba absunt a Leid. 1. Tur. et Lamb. Post *cavere* Schutz. inseruit *scriptor.* Tum Erf. *cav., quod satis cautum putarint:* Cratand. ed. *an satis cautum putarit.* L *cav., vel quod satis, &c.* '*An quod satis*] In nullo cod. nec ed. Omnib. legas illud *an.* Bene. Leid. 4. *ideoque satis.*' Oud. '*Quod maluerit cavere, an quod satis, &c.*] Lamb. aliquot verbis sublatis, quæ perturbare sententiam videbantur, locum ita restituit: *scriptum non sit, quod satis cautum putarit.* Nos a vulg. lectione non discedentes, una modo particula *an* sublata, satis commode consuluisse scriptoris sententiæ videmur.' *Brut.* '*Quod satis cautum put.*] Delevi *an*, quod est in vulgg. recentioribus, nam nec in Mss. nec in edd. vett. reperitur. Mss. nostri *eo* addunt, vel *sed.* *An* additum est propter præcedens *utrum;* quod pro *num* sine seq. *an* ponitur interdum.' *Ern.* Grut. Græv.-Burm. Oliv. Lall. et Schutz. habent *an quod;* prius verbum Wetzel. non habet.—10 G caret *scriptorum.* Dein '*Similitudinem* Lamb. subtexuit *an in consulto*, neque tamen meminit in notis suis: impostura insignis. Biga enim isthæc verborum in nullo visitur Msto, in nullo edito.' *Grut.*—11 G L, Voss. omnes et Leidd. tres *revertemur.*

CAP. XIII. 12 *Nos* A deest.—13 Erf. *factum*, et A *dicimus.*—14 A *externæ def.* R, Duisb. Leid. 1. 4. et Lamb. ed. *extraneæ def.* Voss. 3. *extraneæ professionis.* Vulg. *extrariæ def.*—15 Al. *in qua quæri.* Tur. Lamb. *conv. quæri.* Dein '*Jurene factum sit*] Lambinus amplius, *jure an injuria factum sit;* præter Mss. omnes.' *Grut.* Erf. *jurene sit factum.*—16 A R ψ, Erf. *de ea causa.*—

posita dicere poterimus, si, ex quibus partibus jus [p] constet, cognoverimus. Constat igitur [17] ex his partibus; natura, lege, consuetudine, judicato, æquo et bono, pacto.[18] Natura [q] jus est, quod cognationis aut pietatis causa observatur; quo jure parentes a liberis, et a parentibus liberi coluntur. Lege [r] jus est id,[19] quod populi jussu sancitum est: quod genus, ut in jus eas,[20] cum voceris. Consuetudine [s] jus est id,[1] quod sine lege, æque ac si legitimum sit, usitatum est; quod genus,[2] id, quod argentario [t] tuleris [3] expensum, a socio ejus recte repetere [4] possis. Judicatum est id, de quo sententia lata est, aut decretum interpositum.[5] Ea sæpe diversa sunt, ut aliud alii [6] judici, aut prætori,[u] aut consuli,[x] aut tribuno plebis [y] placitum sit; [7]



17 Al. *Const. ig. jus ex his part.*—18 Voss. 3. caret copula ante *bono.* Contra *et pacto* Leid. 4. et Pith.—19 '*Lege jus est id*] Deest *id* Voss. 3. Leid. 3. *Legis jus* ed. Med. sed vide de Inv. II. 53.' *Oud.*—20 A *quod genus est*, et Lamb. ed. *quod genus est, in jus ut eas.*—1 Ed. Med. *Consuetudinis:* et deest *id* Voss. 3. et G. Erf. *Consuetutine jus id est.*—2 Pro *genus* A habet *est.*—3 A *optuleris:* ψ *contuleris.* '*Tuleris*] Ita ex certa ratione et promulgata edidimus. Sic autem scriptum legitur in tribus Gryph. exemplaribus Mss.' *Brut.* Omnes Mss. Oud. et edd. pr. cum vulgg. *tuleris.* Grut. *obtuleris.* Vid. Nott. Varr.—4 Leid. 4. *ab socio ejus;* et sic Erf. qui etiam habet *recte petere possis.* —5 G *interpositum est:* A *impositum est.*—6 Erf. Cauch. Leid. 1. 2. 3. et Voss. 3. *alio jud.*—7 A *præt., cons.* Tum Voss. 3. *trib. plebi sit plac.* Leid.

NOTÆ

[p] *Jus*] Varia juris est significatio. Hic sumitur pro rei cujuspiam vel obtinendæ, vel utendæ, vel fruendæ legitima facultate; quæ, cum sine ratione violatur, injuria fit.

[q] *Natura*] Jurisconsultis est jus commune hominibus ac brutis animantibus, qualis est liberorum procreatio et educatio. Quapropter ejus hic notio nimis restringitur.

[r] *Lege*] Legem rectius definieris regulam morum stabilem ex superioris auctoritate consociationi hominum atque communitati ad ipsius bonum impositam. Quid enim, si populus injustum quidpiam præcipiat, hoccine videbitur lex quæ juris et æqui regula dicitur?

[s] *Consuetudine*] Consuetudo est jus quoddam moribus institutum, quod pro lege suscipitur, cum deficit lex: cum inveteravit, legis abrogandæ, instituendæ, et interpretandæ vim habet.

[t] *Argentario*] Is est apud quem pecuniam deponimus, quam alio vel loco vel tempore nobis reddat.

[u] *Prætori*] Primis Romanæ reip. temporibus, teste Varrone apud Nonium, 'iidem dicebantur consules et prætores: quod præirent populo, prætores; quod consulerent senatum, consules.' Horum tamen appellatio post A. U. C. 388. longe aliter accepta. Cum enim bellis finitimis occupati consules juri dicundo in Urbe præesse non possent, prætor primum creatus est, qui hoc munere fungere-

et fit, ut de eadem re sæpe alius aliud decreverit, aut judicaverit:[8] quod genus,[9] M. Drusus,[z] prætor urbanus, quod[10] cum hærede mandati ageretur, judicium reddidit;[y] S. Julius non reddidit. [*p.* 10.] Item, C. Cælius[11] [a] judex absolvit injuriarum eum, qui Lucilium[b] poëtam in scena[12]

[y] *Drusus prætor judicavit a procuratore qui sumtus mandatoris causa jam aliquos fecisset, posse in jus vocari hæredem illius, qui gerendum quidpiam commisisset.*

4. et Duisb. *trib. populi plac. sit:* Erf. *aut tribus plac. sit.*—8 Voces *et fit* absunt Leid. 4. *Ut fit* Erf. In Voss. 3. *et fit de eadem re, ut sæpe:* Leid. 3. *de ea re:* Leid. 2. *sæpius:* Leid. 4. *sæpius alius sæpe:* Duisb. *sæpius alius aliud, sæpe alius aliud decr. et jud.* Gronov. ex duobus suis Mss. *judicarit;* et sic Tur. '*Judicarit*] Sic legend. e Mss. excepto Leid. 4. non *judicaverit.*' Oud. Vulgg. *et fit, ut de eadem re sæpe alius aliud decr. aut judicaverit.*—9 'Pith. *quod genus est:* Duisb. *quod genus.* Vulgo *est* non legitur. Ex Pithœanis excerptis addidi *est*, ut et paullo post ex iisdem, *quod genus est, ut major annis.* Est autem hic *genus* quod alibi 'exemplum.'' *Græv.* 'Addit Voss. 3. *est*, ut supra addiderat Leid. 4.' *Oud.*—10 ψ *qui cum hær.*—11 Erf. et Cauch. *Cælius* sine prænomine. Voss. 1. Leid. 1. *Aulius Cælius jud.* Voss. 2. *Gajus Julius jud.* Leid. 3. *Aulus Cælius jud.* cum ed. Med. Quædam edd. *C. Cælius jud.* Tur. non habet *judex.*—12 Voss. 2. 3. Leid. 3. et Pith. *Lucium:* Leid. 4. *Lucillum:* Duisb. *Lucillium:* Vulgg. *Lucilium.* Tum Voss. 1. 2. *in*

NOTÆ

tur; tum quod hic peregrinis confluentibus non sufficeret, factus est alius prætor a. 512. Ita prætores duo fuere, urbanus alter qui civibus, alter peregrinus qui peregrinis jus redderet. Livius, &c.

[x] *Consuli*] A. U. C. 245. ante Chr. 509. pulsis Roma regibus, bini deinde singulis annis creati sunt consules, qui scilicet reip. consulerent. Per annos 461. summum imperium tenuere ad tempora Julii Cæsaris; ex quo imperatoribus sibi supremam potestatem arrogantibus, nomen sine auctoritate retinuere. Longo deinde post intervallo, consulum nomen et potestas omnino Romæ sublata est anno Christi 541.

[y] *Tribuno plebis*] Post ejectos reges cum Romani continuis bellis premerentur, et plebs cogeretur æs alienum ad sumtus communes contrahere, ac deinde ab avaris fœneratoribus crudeliter tractaretur, creatus est tribunus plebis A. U. C. 261. ante Chr. 493. qui vim omnem ab ea propulsaret.

[z] *M. Drusus*] M. Livius Drusus urbanam præturam gessit A. U. C. 638. ante Chr. 116.

[a] *C. Cælius*] De quo in Bruto § 165.

[b] *Lucilium*] C. Lucilius eques Romanus, primus poëta satiricus, Aruncæ, quæ urbs est Ausoniæ in Italia, natus est anno 1. Olymp. CLVIII. ante Chr. 148. Neapoli mortuus ætatis anno 46. publico funere elatus est, ut refert Hieronymus in Chron. 'Eum,' inquit Quintil. x. 1. 'quidam non satiricis modo, sed omnibus poëtis præferre non dubitant. Ego quantum ab illis, tantum ab Horatio dissentio, qui Lucilium fluere lutulentum, et esse aliquid quod tollere possis, putat. Nam et eruditio in eo mira et libertas atque inde acerbitas et abunde salis.'

nominatim læserat; P. Mucius eum, qui L. Accium poëtam nominaverat,[13] condemnavit. 20. Ergo, quia possunt res[14] simili de causa dissimiliter judicatæ proferri, cum id usu venerit, judicem cum judice, tempus cum tempore, numerum cum numero judiciorum proferemus.[z] [15] Ex æquo et bono jus constat, quod ad veritatem et utilitatem[16] communem videtur pertinere; quod genus,[17] ut 'major annis LX. et cui morbus causa est,[18] [c] cognitorem[a] det.' Ex eo vel novum jus[19] constitui convenit ex tempore et hominis dignitate.[20] Ex pacto jus est, 'si qui inter se pepigerunt, si quid inter quos convenit.'[1] Pacta sunt, quæ legibus observanda sunt, hoc modo: 'rem ubi pagunt, orato, ni pagunt, in comitio, aut in foro ante meridiem causam conicito.'[b] [2]

[z] *Comparabimus.* [a] *Procuratorem.*
[b] *Quo in loco convenit inter litigatores, in eo causa agatur: si nullum fuerit pactum ante meridiem causa deferatur in comitium, aut in forum.*

cena: G R, Leid. 1. Erf. et Cauch. *in scenam.*—13 Tur. *luserat.* Dein '*P. Mucius*] Leid. 1. *prætor Mucius.* Mss. aliquot *Mutius.*' Oud. '*P. Mucius*] Sic et alii ex Mss. Verum præstans ille Medicæus *que oratius*, h. e. *Q. Horatius.*' Gron. Mox Pith. et aliquot Mss. Oud. *Actium:* deest Leid. 2. *Lucelium Actium* Leid. 4. *L* deletum in Leid. 1. Denique Erf. habet *nominavit.*—14 Erf. *poss. tres sim.*—15 Abest *judiciorum* Voss. 3. a m. pr. Pro *proferemus*, G R, Schutz. Wetzel. et Orell. habent *conferemus.* 'Puto auctorem scripsisse *conferemus*, ut Lamb. conjecit atque edidit.' *Ern.* Vid. Nott. Varr.—16 Erf. *ad veritatem comm.* Lamb. et Orell. *ad ver. et ad util. comm.* Al. edd. et Mss. ut Ern. L. *videretur.*—17 A *quod genus est;* et Lamb. solus *ut* omisit.—18 '*Cui morbus causa est*] Voss. 3. *moribus.* Verbum exsulat ab ed. Omnib.' *Oud.* Vulgg. *et cui morbus causa est.* Vid. Nott. Varr.—19 Deest *vel* a Leid. 3. 4. A G ψ, Tur. et edd. pr. 'Particula *vel* nunc primum e tenebris venit in lucem: eam deprehendi in Pall. tribus et Fabriciano; multumque in ipsa energiæ.' *Grut.* Vulgg. habent *vel;* sed multæ edd. omittunt. Orell. eam uncis inclusit. Pro *jus* A habet *genus.*—20 A G R, Erf. et Cauch. Mss. Cratand. et Lamb. edd. ac Orell. *et ex hom. dign.* Duisb. abest *et.* '*Et ex hom. dign.*] Sic Mss. omnes et ed. Med. nisi quod *et* omissum sit in Leid. 4. Vulgo exsulat *et.*' Oud. Recentt. vulgg. *et hom. dign.*—1 A G L R ψ et Tur. *si quid inter se pep.* et pro *quos* G L ψ, et Duisb. exhibent *aliquos.* 'Duisb. *si qui inter se pepigerint:* Erf. Pith. Cauch. Cratand. et multæ aliæ edd. *si quid inter se pepigerunt.*' Græv. 'Mss. sex et edd. pr. *si quid inter se pep.* Scil. ex Voss. 3. legend. *si qui quid.* Leid. 4. *pepigerint.* Voss. 3. Leid. 3. 4. edd. pr. *inter aliquos conv.* Leid. 4. *si quiddam inter aliquos.*' Oud. Schutz. et Orell. quoque *si qui quid inter se pep.* Vulgg. *si qui inter se pep., si quid inter quos conv.*—2 Schutz. *Sunt pacta quæ.* Mox A *panguntur rationem, pag.* L

NOTÆ

[c] *Cui morbus causa est*] Morbus scilicet sonticus, qui ita gravis erat, ut hominem res suas agere non pateretur; quo, qui laborabat, non poterat ex persona sua in jus vocare.

Sunt item pacta, quæ sine legibus observantur ex conventu,[c] quæ jure [3] præstare dicuntur.[d] His igitur [4] partibus injuriam demonstrari, jus confirmari convenit, idque in absoluta juridiciali faciendum [5] videtur. XIV. 21. Cum ex comparatione [6] [d] quæretur, utrum satius fuerit agere [7] id quod reus dicat se fecisse, an id [8] quod accusator dicat oportuisse fieri: primum quæri convenit,[9] utrum fuerit utilius ex contentione,[e] hoc est, utrum venustius, facilius,[10] con-

[c] *Ex partium concordia.*
[d] *Quibus magis obligari dicimur quam ipso jure.* [e] *Ex collatione.*

pag., orationem, ni pag. R *pag., oratione, ni pag.* ψ *pangunt orationi, pag.* '*Rem, ubi pagunt orato; &c.*] Pro priore *pagunt* in Leid. 1. Voss. 2. est *paciscuntur:* in Voss. 3. 4. edd. pr. *pangunt.* Dein *orationem* est in edd. pr. et Mss. omnibus, præterquam Leid. 3. *orationi;* ut correctum in Leid. 2.' *Oud.* Vulgg. *rem ubi pagunt, orato; qui pagunt, &c.* Vid. Nott. Varr. Mox '*Ante meridiem* male exsulat a Leid. 4.' *Oud.* deest etiam in Duisb. Dein '*Conicito*] *Condicito*, ut videtur Lamb. edi voluisse, legend. est: ferri enim non potest vulgata lectio; qua non multo melior in Mss. habetur. In uno tamen Gryph. B. *conjicito* legitur, ex quo unius literæ mutatione, *condicito*, id quod est a Lamb. factum, perbelle effici potest.' *Brut.* A G L, Tur. et Orell. *conicito:* R *conincito:* Edd. recentt. *conjicito.* Vid. Nott. Varr.—3 *Ex convento* in duobus Gryph. legitur; non *ex conventu.* '*Ex conventu, quæ jure*] Sic exhibui e Mss. omnibus et edd. pr. nisi quod in Leid. 2. 4. ed. Med. sit *de jure.* Al. *convento* et *juri*, quod est in solo Leid. 3. Vid. de Inv. II. 22.' *Oud.* A L R ψ *de jure.* '*Quæ jure*] Sic pro *juri* edidi, ut Græv. et Oud. voluere, e Mss. nostris et edd. Med. Junt. nonnulli scripti et editi, ut ed. 1474. habent *de jure.* Aldus primus edidit *juri.*' Ern. quem Schutz. Wetzel. et Orell. sequuntur. Vulg. *juri.* Vid. Nott. Varr.—4 R *His ergo part.* Lamb. *His igitur e part.*—5 ψ *id quod in abs.* Deest *absoluta* Leid. 2. Tum *faciundum* Voss. 1. *esse faciundum* G. *servandum* A et ed. Omnib.

CAP. XIV. 6 Ante *Cum ex comp.* Schutz. addidit *In assumptiva*, quod vulgo abest. Voss. 3. *de comp.* '*Ex comp.*] Sic recte Cauch. et recepit Grut. Vulgg. *de comp.*' Græv. Edd. recentt. *ex comp.*—7 G L et Lamb. ed. *facere id.*—8 Pro *an*, A G L R ψ, omnes Mss. Oud. et edd. pr. habent *aut.* A Leid. 1. abest τὸ *id.*—9 A G R ψ, Tur. Voss. 3. Leid. 3. et Lamb. ed. ac Orell. *conveniet.* Al. edd. *convenit.* Erf. post *convenit* addit *et.*—10 '*Utrum honestius*] Sic legend. visum est Ranconeto, Memmio, Aurato, cum et vulgg. et Mss. haberent *venustius.*' Lamb. '*Utrum venustius*] Editi a Lambino *utrum honestius*, sed præter Mss. editosque omnes, ex conj. Ranconeti, Memmii, Aurati.' *Grut.* Schutz. Lambinum sequitur. '*Venustius*] Corrupte omnino ... Fuitne *verius*, i. e. justius? quod quum glossemate hoc ipso explicaretur *verius justius*, facile illud *venustius* parere poterat.' *Orell.* Tum Pith.

NOTÆ

[d] *Cum ex comparatione*] Exemplum sit ex historia Livii depromtum, an post Cannensem cladem aliquot milites Romanos superstites ab hostibus interceptos de pretio redemtionis pacisci satius fuerit, quam aperto vitæ discrimine per confertas copias iter rumpere: defendunt deditionem suam Cannenses captivi, accusat Manlius, Livii lib. XXII.

ducibilius. Deinde oportebit quæri, ipsumne oportuerit judicare, utrum [11] fuerit utilius, an aliorum fuerit statuendi [12] potestas. Deinde interponetur ab accusatore suspicio ex constitutione conjecturali, quare putetur non ea ratione factum esse, quo melius deteriori anteponeretur, sed dolo malo [e] negotium gestum.[13] Deinde quæretur, potueritne vitari, ne in eum locum veniretur. Ab defensore contra refelletur argumentatio conjecturalis, aliqua probabili causa, de qua ante dictum est.[14] 22. His ita tractatis,[15] accusator utetur loco communi [16] in eum, qui inutile utili præposuerit, cum statuendi non haberet [17] potestatem. Defen-

habet *fac., convenientius, cond.*—11 Erf. exhibet *oport. judicari,* et G *judicare, utrumne.*—12 A G L R ψ, duo optimi Mss. Gronovii, Ms. Traj. ac Erf. Cauch. et alii Mss. ap. Græv. ut et Cratand. ed. *fuerit utilius stat.* ' *An al. fuerit statuendi pot.*] Exsulat verbum a Voss. 3. Sed Mss. omnes et ed. Omnib. inserunt rursus *utilius* ante vocem *statuendi,* pro qua in Voss. 2. *sanciendi.*' Oud. Vulgg. *utilius* non habent.—13 ' *Deinde interponetur, &c.*] Hic locus in Erf. multis recisis, sic scribitur: *Deinde interp. ab acc. conjectura, quare put. rat. factum esse, quo melius det. antep., si in eo dolo malo neg. gestum.* In marg. Cratandri etiam notatur *conjectura quare putetur.*' Græv. ' *Suspicio . . . conjecturali*] Leid. 3. simpliciter *conjectura.*' Oud. Tur. *ab accusatore conjectura, quare.* Tum Voss. 1. 3. Leid. 1. 4. ed. Omnib. *quod melius,* et Duisb. Leid. 2. 4. ed. Med. *anteponetur.* Præterea A exhibet *negotium esse gestum.*—14 ' *Deinde quæretur*] Mss. omnes, excepto Leid. 3. et edd. pr. præmittunt *de aliqua probabili caussa:* nisi quod Leid. 1. careat præpositione. Sed et Leid. 4. consentit plane cum Erf. et Cauch. de quarum vera lectione vide Græv.' *Oud.* Mox ' *Contra refelletur*] Abest *contra* a Voss. et Leid. 3. *refellatur* Mss. quinque et ed. Med. *referatur* Leid. 2.' *Oud.* Verba *aliqua probabili causa* desunt omnibus Mss. Oud. et edd. pr. excepto Leid. 3. absunt etiam ab A R. Tur. *Aliqua prob. causa ab defensore refellatur argum. conj., de qua, &c.* Vid. Nott. Varr.—15 ' *His locis ita tract.*] Vox secunda non est in cod. Medic. et alio.' *Gronov.* ' Non est in Erf. nec in Medic. ut observavit Gron. In Erf. pro *ita, sic* scribitur: in Pith. est *his tractatis,* ut et in Cauch. ac Cratand. ed. quibus adstipulor.' *Græv.* Ms. Traj. *Hiis itaque tract.* ' Non comparet vox *locis* in Voss. 1. Leid. 1. 3. ed. Omnib. *Sic tractatis* ed. Med. cum Mss. omnibus præter Leid. 3.' *Oud.* A non habet *locis:* in G *His locis sic pertractatis.* ' Delevi *locis,* quod primum in ed. Ald. reperi, abestque ab Mss.' *Ern.* quem Schutz. Wetzel. et Orell. sequuntur. Vulg. *His locis ita tract.*—16 A L *hoc loco comm.* Voss. 1. 2. Leid. 2. edd. pr. *hoc loco comm.* vel *hoc comm. loco.*—17 A *haberet pot.* et ' sic edidi pro *habuerit;* nam Latinitas sic postulat, idque reperi notatum e Ms. Leid. [3.] et in ed. 1474. Med.' *Ern.* et sic Schutz. Wetzel. et Orell. Al. edd. *habuerit pot.*

NOTÆ

[e] *Dolo malo*] Interrogatus Aquilius ' Quid esset dolus malus; respondebat, Cum esset aliud simulatum, aliud actum. Hoc quidem sane luculenter, ut ab homine perito definiendi.' Tullius de Off. l. III. § 60. Triboniano est omnis calliditas, fallacia, machinatio ad circumveniendum, fallen-

sor contra eos, qui æquum censeant[18] rem perniciosam utili præponi, utetur loco communi[19] per conquestionem, et simul quæret ab accusatoribus, et ab judicibus ipsis, quid facturi essent, si in eo loco fuissent; et tempus, locum, rem, deliberationem suam ponet[20] ante oculos. XV. Translatio[f] criminis est, cum ab reo facti causa in aliorum peccatum transfertur.[1] In qua primum quærendum est, jurene[2] in alium crimen transferatur:[3] deinde spectandum est, an æque magnum sit illud[4] peccatum quod in alium transferatur, atque illud quod reus suscepisse se fateatur:[5] deinde, oportueritne in ea re peccare, in qua alius ante peccarit:[6] deinde, oportueritne judicium ante fieri:[7] deinde, cum factum judicium non sit de illo crimine, quod in alium transferatur, oporteatne de ea re judicium fieri, quæ res in judicium nondum venerit.[8] Locus communis accusatoris,[9] contra eum qui plus censeat vim, quam ju-

Vid. Nott. Varr.—18 G et Lamb. ed. *æquum esse cens.* Pro *censeant* ψ habet *sentiat.*—19 Erf. *simul quærat ab acc., ab jud. ipsis.* Voss. 3. Leidd. 2. 3. 4. ed. Med. *et jud. ipsis.* Vox *ipsis* A deest.—20 Leid. 4. *et ipse temp.* Voss. 3. *et locum et rem et del.* Leid. 4. caret τῷ *suam.* Leid. 2. *ponat ante oc.*

Cap. xv. 1 A *transferetur.*—2 Duo Gryph. exempl. B. C. Leid. 1. 2. 3. Voss. 3. ed. Omnib. cum A G L R ψ et Tur. *verene;* quod Oud. præfert. In marg. R *jure.* '*Verene*] Edd. pleræque omnes et multi Mss. corrupte *jurene.* In Erf. Pith. Cauch. Cratandri ed. legitur *vere ne;* proculdubio verissime, quamquam vulgatam etiam tueri possimus: vide Aldum.' *Græv.* 'Mss. quidam et edd. pr. omnes ad Aldinam usque *verene;* nec tamen ausus sum *jurene* delere; quod res videtur requirere.' *Ern.* Oliv. Lall. Schutz. Wetzel. et Orell. *jurene.*—3 Ed. Omnib. *in alterum crimen.* Vox *crimen* G deest. Dein pro *transferatur* Voss. 3. habet *referatur.*—4 '*Spectandum est, an æque magnum sit illud pecc.*] Mss. omnes et ed. Med. non agnoscunt τὸ *an.* In Voss. 3. legitur *spectandum, si æque, &c.* Egregie sane: dein *id pecc.* et mox *atque id* in eodem.' *Oud.* Vocula *an* in nullo scripto Gronovii apparet: deest etiam in L: G R *si æque;* et sic Schutz. Vulg. ut Ern. Vid. Nott. Varr. —5 '*Atque illud . . . susc. se fateatur*] Ed. Omnib. *ac illud;* prave: *illud* abest Leid. 4. Tum Mss. omnes et ed. Med. *susc. dicatur:* quod mutari non oportuit. *Se* abest ed. Omnib.' *Oud.* A exhibet *susc. fateatur.* G L ψ, Tur. et 'tres libri Mss. habent *susc. dicatur.*' Lamb. 'Edd. et nonnulli Mss. *susc. se fateatur. Dicatur* firmat Pith. et Cauch. cod. necnon Cratandri ed.' *Græv.* —6 '*In ea re*] Leid. 4. *in ea:* ed. Med. *ea re:* Voss. 3. *in eadem re.* Dein *peccavit* et *peccaverit* Mss. quidam.' *Oud.* In edd. vett., teste Grævio, *in quæ alius.*—7 G *proferri:* Voss. 3. Leid. 2. *præferri:* Leid. 3. *ferri.*—8 Erf. *jud. non est.*—9 '*Oporteatne de ea re . . . jud. non venerit*] Duisb. *oportet ne jud. fieri, quæ res non venerit.*' Græv. Voss. 1. habet *in jud. non devenit:* ψ, Leid.

NOTÆ

dum, decipiendum alterum adhibita.

[f] *Translatio*] Luculenti in hunc locum commentarii vicem supplebit Ciceronis lib. II. de Inv. § 78. &c. præter ea quæ jam superius lib. I. dicta sunt.

dicia valere oportere: et ab adversariis percunctabitur accusator, quid futurum sit, si idem ceteri faciant, ut de indemnatis supplicia sumant, quod eos idem fecisse dicant.[10] Quid si[11] ipse accusator idem facere voluisset? Defensor eorum peccati atrocitatem proferet,[12] in quos crimen transferetur;[13] rem, locum, tempus ante oculos ponet, ut ii, qui audient,[14] existiment, aut non potuisse,[15] aut non fuisse utile,[16] rem in judicium venire. XVI. 23. Concessio est, per quam nobis ignosci postulamus.[17] Ea dividitur in purgationem, et deprecationem.[18] Purgatio est, cum consulto a nobis factum negamus. Ea dividitur in necessitudinem, fortunam, imprudentiam.[19] De his primum partibus ostendendum est; deinde ad deprecationem revertendum videtur.[20] Primum considerandum est, num culpa ventum sit in necessitudinem, num culpam veniendi necessitudo fecerit.[1] Deinde quærendum est, ecquo modo[2]

2. ed. Med. *non devenerit:* A ac ed. Omnib. *nondum venit:* Leid. 3. *non venit.* '*Nondum venerit*] Sic edd. pr. usque ad Aldum, etiam Mss. quidam.' *Ern.* et sic Schutz. Wetzel. et Orell. Mss. plerique, Lamb. Græv.-Burm. et al. *non venerit.*—9 Post *accusatoris* Voss. 3. addit *erit.*—10 Lamb. *supplicium sumant.* Mox '*Quod eos idem fec. dicat*] Videlicet, accusator: sed quidam legend. putant *dicant;* ut sit 'dicant ceteri:' quo modo habent aliquot edd.' *Lamb.* 'Duisb. Cauch. Cratandri ed. *eos idem fec. dicat.*' Græv. Pro *idem* ψ *id* habet. Tum Leid. 1. et Voss. 2. *dicant:* ceteri Mss. Oud. et edd. pr. *dicat;* et sic A L R ψ, Tur. Lamb. et Orell. 'Schutz., omissis verbis illis molestis, in quibus sensus commodus vix inveniatur, *quod eos idem fec. dicant*, cetera apte conjungit: *sumant; quid si, &c.*' Wetzel. qui illa verba uncis inclusit.—11 Voss. 3. *Et quid si ipse.*—12 ψ *proferret.*—13 A G L ψ, Erf. Gryph. B C, Leonic. *transferet.*—14 *Oculos* A deest. Dein G L, quatuor Mss. Oud. et edd. pr. *qui audiunt:* Voss. 3. Leid. 4. *audierint.*—15 ψ *aut pot.* omisso *non.* Leid. 3. 4. *non posse.*—16 Erf. *non utile fuisse:* 'Leid. 1. 2. 3. Voss. 3. *inutile fuisse* cum edd. pr. In ceteris *non utile fuisse.*' Oud.

CAP. XVI. 17 G exhibet *per quam nos nobis*, et A *agnosci postul.*—18 '*Et deprecationem. Purgatio est*] Inter hæc verba Erf. hæc interponit: *et deprecationem. His ignoscendi ratio quæritur ex his locis.*' Græv. '*Ea dividitur in purg. et depr. Hic ignoscendi ratio quæritur ex his locis*] Postrema hæc clausula abest ab omnibus aliis et impressis et Mss. in duobus Gryph. B C legitur. Nos vulgatam lectionem retinuimus. Eadem certe dicendi ratione utitur, ubi de deprecatione agit.' *Brut.* Vulg. ut Ern.—19 Duisb. Voss. 2. Leid. 1. 2. 4. *in necessitatem*, et mox A habet *et imprudentiam.*—20 Pith. *part. primum.* G L, Voss. 3. Leid. 2. ed. Med. *partibus prius.* 'Schutz. totum hoc emblema ineptissimum *De his part. . . . videtur* ejecit.' *Wetzel.* qui eas voces uncis inclusit. Vid. Nott. Varr.—1 G R ψ *utrum per culpam;* et sic vulg. '*Consid. est, num culpa*] Sic habent Mss. omnes et edd. pr. pro quo posteriores ediderunt *utrum.* A Voss. 3. abest *τὸ est.*' Oud. '*Num culpa*] Sic duo B C, Leonic. *utrum per culpam* alii excusi habent.' *Brut.* '*Num culpa*] Sic dedi pro vulg. *utrum per culpam,* etsi hoc quoque rectum foret.

vis illa vitari potuerit, ac levari.[f][3] Deinde is, qui in necessitudinem causam conferet,[4] expertusne sit, quid contra facere, aut excogitare[5] posset. Deinde, num quæ suspiciones ex conjecturali constitutione[6] trahi possint, quæ significent, id consulto factum esse, quod necessario accidisse dicitur.[7] Deinde, si maxime[8] necessitudo quæpiam fuerit, conveniatne eam satis idoneam causam[9] putari. 24. Si autem imprudentia reus se peccasse dicet,[10] primum quæretur utrum potuerit scire,[11] an non potuerit. Deinde, utrum data sit opera[g] ut sciretur, an non.[12] Deinde, utrum casu nescierit, an culpa: nam qui se propter vinum, aut amorem, aut iracundiam, fugisse rationem dicet,[13] is animi vitio videbitur nescisse, non imprudentia:[14] quare non imprudentia se defendet,[15] sed culpa contaminabit.[h][16] Deinde conjecturali constitutione quæretur, utrum scierit, an igno-

[f] *Minui.* [g] *Utrum aliquid studiose fecerit.* [h] *Ostendet se reum.*

Mss. meliores et edd. pr. usque ad Aldum, præter ed. 1474. quæ habet *utrum*, habent, ut edidi.' *Ern.* quem Wetzel. et Orell. sequuntur. Dein ψ et Tur. *num per culpam veniendi*: '*Num culpam ven. necessitudo fec.*] Erf. *num culpa ven. necessitudinem fec.* Lamb. ed. *an culpam veniendi necessitudo fec.* Al. *an in culpam ven. necessitudo fuerit.*' Græv. Vulgg. *num culpam.* 'Schutzius sententiam hanc absurdam damnans, duce cod. Erf. ita emendat: *In prima parte cons. est, utrum præter culpam ... an culpa venienti necessitudinem fecerit.*' Wetzel. Vid. Nott. Varr.—2 Voss. 3. et ed. Med. non habent *est* post *quærendum*; Schutz. quoque eam vocem omisit. Tum A, Erf. Pith. Duisb. Cauch. et ed. Cratand. cum omnibus Mss. Oud. et edd. pr. *quo modo*: G L R ψ *quomodo.* Vulgg. *ecquo.*—3 Voss. 3. et edd. Cratand. *devitari.* Duisb. *pot. alleviari*: G *pot. ac aleviari*: L *pot. ac leviari*: Leid. 4. *pot. aut alleviari.*—4 Leid. 1. *Deinde num qui in necess.* Erf. *Deinde in necess.* Margo Cratandr. *Deinde si in necess.* Tum Leid. 4. *caussam profert*: Duisb. *proferet*: G *confert.*—5 Lamb. *ecquid contra fac.* et L *cogitare posset.*—6 *Constitutione* deest in Leid. 4. et Duisb. Mox ed. Med. *id est consulto.*—7 '*Accidisse dicitur*] Erf. non ineleganter *cecidisse; dicitur.* Id scioli mutarunt in *recidisse.*' Græv. Gryph. B C *cecidisse*; et G ac Tur. *dicatur.*—8 G, tres Mss. Oud. et ed. Med. *maxima necess.*—9 G habet *conveniatne eam satis idon. ignoscendi put.* Vulg. ut Ern. Vid. Nott. Varr.—10 Voss. 3. Schutz. et Orell. *Sin autem*, et G *per imprudentiam.* Tum Leid. 4. *sese*; Leid. 2. *peccare*; et Leid. 3. *dicat.* '*Si autem imprud. ... dicet*] Hæc in Erf. non leguntur.' *Græv.*—11 'Erf. *primum quæritur utrum potueritne scire*: videtur *utrum* delendum esse.' *Grævius.* —12 Verbum *potuerit* non est in quinque manuscriptis Oudendorp. et voces *utrum data sit opera, ut sciretur, annon. Deinde* in ψ desunt.—13 Duisb. *aut per iracundiam dicet.*—14 Verba *non imprudentia* absunt a Voss. 3.—15 G *defenderet.*—16 'In Gryph. B C ubi alii *contaminabitur* habent, legitur *contaminabit*; quam lectionem agnoscit Lambinus.' *Brut.* A *contaminabitur*: ed. Omnib. *contaminabitur culpa*: G *certa contaminabitur personam*: R *certa contaminabitur persona*: ψ, omnes Mss. Oud. et ed. Med. *contaminabit personam*: Leid. 4. *contaminabit suam personam.* Vulgg. *contamina-*

raverit; et considerabitur, satisne [17] imprudentia præsidii debeat esse, cum factum esse constet.[18] Cum in fortunam causa conferetur,[19] et ea re defensor ignosci reo dicet oportere, eadem omnia videntur consideranda quæ de necessitudine præscripta sunt.[20] Etenim omnes hæ tres partes purgationis [1] inter se [2] finitimæ sunt, ut in omnes eadem fere possint [3] accommodari. Loci communes in his causis; accusatoris [g] contra eum, qui, cum se peccasse confiteatur,[4] tamen oratione judices demoretur; [5] defensoris,[h] de huma-

bit. Vid. Nott. Varr.—17 Schutz. *satisne in imprud.*—18 '*Constet imprudenter*] Omnino delenda est vox ultima, quam non agnoscit meorum ullus, nec edd. pr. Mallem quoque auctoritate Leid. 2. et 4. legere *cum factum constet.*' Oud. Schutz. quoque *cum fact. const.* L, Grut. Oliv. et Lall. *cum factum esse constet imprudenter.* Al. edd. ut Ern. '*Cum factum esse constet*] Gulielm. addidit *imprudenter*, sane quam male, et contra scriptos plerosque et edd. itaque delevi. Oud. etiam *esse* delebat, quod a codd. quibusdam abest; non male.' *Ern.* Vid. Nott. Varr.—19 Erf. *confertur*, et mox idem Ms. habet *reo et dicet oportet: re eadem:* Pith. *dicet reo eadem.*—20 '*De necessitudine præscripta sunt*] Al. *quæ de necessitate præscr. sunt.* Margo Cratandri *de necessitudine præsumta sunt.*' Græv.—1 '*Etenim omnes hæ tres partes*] Vocem *omnes* recepi in contextum, non quia admiserat Lambinus, sed quia disertim exstaret in Pall. in Gulielmianis, et edd. pr.' *Grut.* 'Vulgg. *etenim hæ tres partes:* Erf. *etenim omnes nostræ partes.*' Græv. 'Deest vox *omnes* ed. Med. et *tres* Leid. 3. qui dat *purgationum.*' Oud. A *omnes hee tres partes:* G *omnis hæ tres partes:* R *omnes partes.* Edd. recentt. *omnes hæ tres partes.*—2 G *ita inter se.*—3 Cratand. ed. *eædem fere possint:* Erf. *eadem fere possunt:* Voss. 3. *eædem res fere possint:* Leid. 3. *eædem res possint.* Vulg. *eadem fere possint.*—4 Erf. *cum peccasse confitetur:* Lamb. ed. *cum se pecc. fateatur.*—5 'Erf. *judicem demoretur:* Lamb. et al. edd. *judices moretur.*' Græv. Lamb. ed. teste Orell.

NOTÆ

[g] *Accusatoris*] Quam acres severitatis aculeos exerebat Cato apud Sallust. cum Catilinæ socios manifesto conjurationis scelere convictos in senatu persequebatur: 'Conjuravere nobilissimi cives patriam incendere: Gallorum gentem infestissimam Romano nomini ad bellum accersunt: dux hostium cum exercitu supra caput est: vos cunctamini etiam nunc, et dubitatis quid intra mœnia deprehensis hostibus faciatis? Misereamini, censeo, deliquere homines adolescentuli per ambitionem, atque etiam armatos illos dimittatis. Næ ista vobis mansuetudo et misericordia, si illi arma ceperint, in miseriam convertetur.'

[h] *Defensoris*] Quam ingeniose Tusculani se purgant de violata pace, cujus Romanis erant suspecti, et pœnas deprecantur: 'In nos quid arma polleant vestra, si patiendo experiundum est, inermes experiemur. Hæc mens nostra est: Dii immortales faciant tam sit felix quam pia. Quod ad crimina attinet, quibus moti bellum indixistis, etsi revicta rebus, verbis confutare nihil attinet, tamen etiam, si vera sint, vel fateri nobis ea, cum tam evidenter pœnituerit, tutum censemus. Peccetur in vos, dum digni sitis quibus ita satisfiat.' Liv. lib. VI.

nitate, misericordia :[6] voluntatem in omnibus rebus [7] spectari convenire, et quæ consulto facta non sint,[8] in iis fraudem [9] esse non oportere.[i] XVII. 25. Deprecatione [i] utemur, cum fatebimur nos peccasse, neque id imprudenter, aut fortuitu, aut necessario fecisse dicemus,[10] et tamen ignosci nobis postulabimus. Hic [11] ignoscendi ratio quæritur ex iis locis, si plura aut majora officia,[12 k] quam maleficia, videbuntur constare; si qua virtus aut nobilitas erit in eo qui supplicabit; si qua spes erit, usui futurum,[13] si sine supplicio discesserit; si ipse ille [14] supplex, mansuetus et misericors in potestatibus [k] ostendetur fuisse; [*p.* 11.] si ea, quæ peccavit, non odio, neque [15] crudelitate, sed officio

[i] *Illa non debere nocere.* [k] *In summa potestate.*

non *moretur*, sed *demoretur*. Leid. 3. *remoretur*.—6 A *def.; humanitatem, misericordiam*. R et Lamb. habent *de misericordia*.—7 Abest *rebus* a Voss. 3. ed. Med.—8 '*Et quæ cons. facta non sunt*] Mss. omnes et edd. pr. bene carent copula. *Sunt* Leid. 3.' *Oud.* Deest copula etiam in Erf. Pith. G L R et Tur. Pro *sint* A habet *sunt*. 'Edd. *et quæ cons. facta non sunt*. In nonnullis Mss. *quæ cons. facta non sunt*.' Græv.—9 '*Ea fraudi esse*] Sic Leid. 2. cum ed. Med. *In iis fraudem* Voss. 1. cum quatuor aliis et ed. Omnib. *in eas fraudem* Leid. 1. *in eisdem fraudem* Voss. 2.' *Oud.* A *in ejus fraudem*: G L ψ *in eis fraudem*: Grut. Oliv. et Lall. *ea fraudi*. '*In iis fraudem*] Restituimus lectionem edd. vett. et Mss. meliorum : quæ in notiorem formam mutata est, primum a R. Steph. quantum scio.' *Ern.* quem Schutz. Wetzel. et Orell. sequuntur. Vid. Nott. Varr.

Cap. XVII. 10 Leid. 4. *id aut imprud.* Erf. *idque imprud.* Pith. *pecc., cumque non imprud.* Tum al. *fortuito*, teste Græv. et sic R. Verba *aut fortuitu . . . dicemus* exulant a Voss. 3.—11 Pro *Hic* Voss. 3. habet *Sibi*.—12 Post *officia* Voss. 1. et Leid. 1. addunt *illius*.—13 Erf. *qui supplicavit*: et mox A G R ψ, Duisb. Voss. 3. Leid. 4. et edd. pr. *usui futura*.—14 Deest *ille* Leid. 3. et *ipse* ed. Omnib. Lamb. habet *ille ipse supplex*.—15 G *ostendatur*,

NOTÆ

[i] *Deprecatione*] Cujus egregium ex Ligariana subjecimus exemplum libro superiore § 24.

[k] *Si plura aut majora officia*] Non alia ratione Horatius pater ad populum provocans filium perduellionis reum e lictorum manibus eripuit; teste Livio lib. I. 'Hunccine quem modo decoratum ovantemque victoria incedentem vidistis, Quirites, eum sub furca vinctum inter verbera et cruciatus videre potestis? Quod vix Albanorum oculi tam deforme spectaculum ferre possent. I lictor, colliga manus quæ paulo ante armatæ imperium populo Romano pepererunt. I, caput obnube liberatori hujus urbis; arbori infelici suspende; verbera vel intra pomœrium, modo inter pila et spolia hostium; vel extra pomœrium, modo intra sepulcra Curiatiorum. Quo enim ducere hunc juvenem potestis, ubi non sua decora eum a tanta fœditate supplicii vindicent?'

et recto studio commotus fecit;[16] si tali de causa aliis quoque ignotum est;[17] si nihil ab eo[18] periculi nobis futurum videbitur, si eum missum fecerimus;[l][19] si nulla aut a nostris civibus, aut ab[20] aliqua civitate vituperatio ex ea re suscipietur. 26. Loci communes, de humanitate, fortuna, misericordia,[1] rerum commutatione. His locis omnibus ex contrario utetur is, qui contra dicet,[2] cum amplificatione et enumeratione peccatorum.[3] Hæc causa judicialis fieri non potest,[m] ut in primo libro ostendimus: sed quod potest vel ad senatum vel ad consilium[4] venire, non visa est supersedenda.[n][5] Cum a nobis crimen removere volemus,[6] aut in rem,[7] aut in hominem nostri peccati causam conferemus. Si causa in hominem conferetur,[8] quærendum erit primum, potueritne tantum, quantum reus demonstrabit, is, in quem causa conferetur, et quonam modo aut honeste, aut sine periculo, potuerit obsistere:[9]

[l] *Si dimiserimus absolutum.* [m] *Deprecatio non habet locum in judicio.*
[n] *Prætermittenda.*

et mox idem Ms. *peccaverit, non odio, non crud.* Alios *non crud.* legere Grævius testatur.—16 *Fecit* ψ deest.—17 '*Aliis quoque ign. est*] Margo Cratandri *donatum est.*' Græv. 'Ed. Med. *alii:* deest verbum Leid. 3. *sit* ed. Omnib.' *Oud.*—18 Verba *ab eo* A desunt. Mox al. *videtur*, teste Græv.—19 Voss. 1. *dimissum fec.* Leid. 3. *manumissum fec.* A *missum faciemus.*—20 '*Si nulla aut a nostris civibus, &c.*] Delevi *aut* auctoritate Pith. et Erf.' *Græv.* 'Prius *aut* exsulat a Voss. 3. Leid. 3. ed. Omnib. Græviique. Quod nollem factum. Sed *alia* deest Mss. omnibus et edd. pr. nec sane necessarium est; licet sæpe addi sciam.' *Oud.* Prius *aut* deest etiam in A G. A habet *aliqua alia*, et R *ab alia civ.* Vulgg. *ab aliqua alia civ.* '*Ab aliqua civ.*] Delevi *alia*, auctoribus Mss. nostris et aliis, item edd. pr. omnibus. *Alia* additum est, ut alibi ab iis qui vim verbi *aliqua*, pro alia qua, assequebantur.' *Ern.* quem Schutz. Wetzel. et Orell. sequuntur.—1 ψ *fort., mira rerum comm.*—2 A *dicit.*—3 L et edd. ante Græv. cum Grut. Oliv. et Lall. *omnium pecc.* Vid. Nott. Varr.—4 ψ *sed quoniam pot.* '*Quod pot. vel ad sen. vel ad cons.*] Leid. 4. *quoniam* et *concilium.* Ed. Med. *quia.* Prius *vel* deest Leid. 3. male.' *Oud.* 'Vulgg. *ad sen. vel ad conc.* Lamb. ed. *pervenire.*' Græv. Edd. recentt. *consilium.*—5 G *est a nobis supersedenda.*—6 Duisb. et Leid. 4. *remov. voluerimus.*—7 Post *rem* Leid. 3. habet *quampiam.*—8 Voss. 2. *conferatur*, et mox rursus: Voss. 3. *confertur*, et mox rursus. G h. l. *conferetur*, et mox *conferatur.*—9 Duisb. *aut quonam modo aut honeste:* Erf. *et quonam modo aut honesti.* A G L R ψ *conf., quonam modo*, sine *et.* 'Mss. omnes et edd. pr. *et quonam modo aut hon.* recte; nisi quod in Leid. 4. sit *aut quonam modo honeste.*' Oud. Grut. Oliv. et Lall. *et ecquonam modo.* '*Et quonam modo . . . obsistere*] Sic edd. omnes ante Aldum, qui dedit *et quonam modo . . . obsisti.* Post fecit aliquis *ecquonam*, nescio an de industria, quod primum in Hervag. reperi. Non habere potest locum *obsisti;* nam deberet etiam esse *potuisset.* Correctio videtur orta ex eo, quod subjectum *reus* remotius est, quod intelligi debet. Ceterum tamen inest ali-

si maxime ita sit, num ea re concedi [10] reo conveniat, quod alieno inductu [o] fecerit. Deinde in conjecturalem trahetur controversiam, et edisseretur num consulto [11] factum sit. Si causa in rem quandam conferetur, et hæc eadem fere, et omnia quæ de necessitudine præcepimus,[12] consideranda erunt.

XVIII. 27. Quoniam satis ostendisse [13] videmur, quibus argumentationibus in unoquoque genere causæ judicialis [14] uti conveniret; consequi videtur, ut [15] doceamus, quemadmodum ipsas [16] argumentationes ornate et absolute tractare possimus: nam fere non difficile est [17] invenire, quid sit causæ adjumento: difficillimum vero est, inventum expolire,[18] et expedite pronuntiare. Hæc enim res facit, ut neque diutius, quam satis sit,[19] in eisdem locis commoremur, neque eodem identidem revolvamur,[20] neque inchoatam argumentationem relinquamus,[1] neque incommode ad aliam deinceps transeamus. Itaque hac ratione et ipsi meminisse poterimus, quid quoquo loco [2] dixerimus, et

[o] *Impulsu.*

quid duri; et quod videtur vidisse, qui dedit *ecquonam.* Si esset *ecquo modo,* nihil offenderet, et fortasse *et quo* factum est ex *ecquo.*' Ern. Tur. Schutz. Wetzel. et Orell. *et quonam modo.* A G L R, Tur. Grut. Oliv. et Lall. *obsisti.* '*Obsisti*] Sic Leid. 1. 3. In ceteris et edd. pr. *obsistere.*' Oud. 'Duisb. Cauch. et multi edd. *obsistere.*' Græv.—10 Ed. Med. *eum rem,* et Leid. 2. *concedere.*—11 '*Et ediss.*] Voss. duo, Leid. 2. 4. ed. Med. *et quæretur:* Voss. 3. *an.* Ed. Omnib. *et disseretur.*' Oud. G L *quæretur:* R *disseretur,* sed *quæretur* sup. lin. Tur. et Leonic. exempl. *et disseretur.* Vulgg. *et edisseretur.* Tum pro *num* A habet *unde.*—12 A *præcipimus.*

CAP. XVIII. 13 Pith. *Quoniam inde satis ostendisse.* A G L R ψ, Schutz. Wetzel. et Orell. *ostendisse,* et 'ita edendum fuerat auctoritate Mss. omnium et edd. pr. male vulgo *ostendere.*' Oud. '*Ostendisse*] Sic pro vulgato *ostendere* edidimus ex libris scriptis et edd. vett. quod et sequens *conveniret* et sensus requirunt.' *Ern.*—14 Erf. *judicialis causæ:* Pith. *causæ juridicialis.*—15 '*Consequi vid. ut doc.*] Ed. Omn. *consequens.* Leid. 2. caret τῷ *ut,* non ineleganter.' *Oud.* Quidam libri Mss. *consequens,* teste Lamb. qui in sua ed. *consequi* habet.—16 Leid. 2. *ipsa per arg.* Erf. *ipsas per arg.* A Pith. abest *ipsas.*—17 Erf. caret verbo *est.*—18 Erf. *inv. experire:* Cauch. *expedire:* Pith. *expolite.* '*Experiri* in duobus Gryph. B et C legitur: *expolire* in omnibus excusis.' *Brut.*—19 Duisb. *quam necessarium satis sit:* Leid. 4. *quam necessarium sit satis:* ψ *quam satis est.*—20 A *eadem,* et A L ψ *revolvamus:* Pith. *neque in eodem ident. revolvamus:* Erf. *nec eodem loco ident. revolvamur.*—1 G *neque in inchoatam:* Voss. 3. *incoactam arg. prorsus rel.*—2 Tur. Erf. et Cauch. *quid quoque loco:* G *quid in imo quoque loco:* L ψ, Duisb. ut et Cratand. et Lamb. edd. *quid in unoquoque loco.* '*Quid quoque loco*] Sic Leid. 2. 3. *quoquo loco* ed. Omnib. In reliquis *quid in unoquoque loco,* ut suprascr. in Leid. 2.'

auditor cum[3] totius causæ, tum uniuscujusque argumentationis distributionem percipere et meminisse poterit. 28. Ergo absolutissima et perfectissima[4] argumentatio[l] est ea, quæ in quinque partes[m] est distributa; propositionem, rationem, rationis[5] confirmationem, exornationem, complexionem.[6] Propositio est, per quam ostendimus summatim, quid sit, quod probare volumus. Ratio est causa, quæ demonstrat verum esse id[7] quod intendimus, brevi subjectione.[p] Rationis confirmatio est ea quæ pluribus argumentis corroborat breviter expositam rationem. Exornatio est, qua utimur rei honestandæ et collocupletandæ[8] causa, confirmata argumentatione. Complexio est, quæ concludit breviter, colligens partes argumentationis.[9] XIX. Hisce igitur[10] quinque partibus[n] ut absolutissime utamur,

[p] *Probatione.*

Oud. Vulg. ut Ern.—3 Erf. *et audito quod totius causæ.*—4 Pith. omittit verba *et perfectissima.*—5 *Rationis* exulat a Voss. 1.—6 G *et complexionem.*—7 Al. *id verum esse.*—8 ψ, Leid. 2. et al. *locupletandæ.* '*Et collocupletandæ*] Ed. pr. usque ad Aldum *atque locupletandæ:* sed codd. in vulgata consentiunt, præter unum Leid. ap. Oud.' *Ern.* Dein Leid. 4. et Duisb. *affirmata arg.*—9 Græv.-Burm. *quæ concl., brev. coll.* Tum Erf. habet *coll. argumentationeis,* voce *partes* omissa.

NOTÆ

[l] *Argumentatio*] Est argumentorum tractatio, de qua fuse et eleganter Tullius I. de Inv. § 51. et seqq. et in Partit. § 46. Argumentum Ciceroni in Topicis est ratio rei dubiæ faciens fidem. 'Arguere,' inquit Agrœcius Grammaticus antiquus, 'est ostendere et patefacere. Virgil. 'Degeneres animos timor arguit.' Unde argumenta dicuntur quæ causam causæ ostendunt;' id est, rationem sententiæ nostræ.

[m] *In quinque partes*] Loquitur de argumentatione oratoria; nam philosophica etiam perfectissima tribus partibus, propositione, assumtione, et conclusione comprehenditur: e. g. omnis virtus est amanda; atqui justitia est virtus; ergo justitia est amanda.

[n] *Hisce quinque partibus*] Quas in ipso, quod affert Cornificius, exemplo oculis subjiciemus: I. *Propositio.* Causa fuit Ulyssi cur Ajacem interficeret. II. *Ratio.* Inimicum enim acerrimum occidere volebat. III. *Rationis confirmatio.* Videbat illo incolumi se incolumem non futurum, et sperabat illius morte se salutem sibi comparare. IV. *Exornatio.* Omnes enim cum minima peccata cum causa suscipiunt, tum vero illa, quæ multo maxima sunt maleficia, aliqua certa utilitate ducti, suscipere conantur. Si multos, &c. V. *Complexio.* Si ergo pollicitus sum me daturum causam, qua inductus Ulysses accesserit ad maleficium, et si inimicitiarum acerrimam rationem et periculi metum intercessisse demonstravi; non est dubium quin confiteatur causam maleficii fuisse.

hoc modo tractabimus argumentationem. Causam ostendemus Ulyssi[11] fuisse, quare interfecerit Ajacem; inimicum enim acerrimum de medio tollere[q] volebat; a quo sibi non injuria[12] summum periculum metuebat. Videbat[13] illo incolumi, se incolumem non futurum; sperabat illius morte se salutem sibi comparare;[14] consueverat, si jure non poterat, quavis injuria inimico exitium[15] machinari; cui rei mors indigna Palamedis[o] testimonium dat.[16] Ergo et metus periculi hortabatur eum interimere, a quo supplicium verebatur; et[17] consuetudo peccandi, maleficii suscipiendi removebat dubitationem.[r] 29. Omnes enim cum minima peccata cum causa suscipiunt,[18] tum vero illa, quæ multo maxima sunt maleficia,[19] aliquo certo emolumento ducti[s][20] suscipere conantur. Si multos induxit in peccatum pecu-

[q] *Vita privare.* [r] *Assuetus sceleri non dubitabat facinus aggredi.*
[s] *Incitati.*



Cap. xix. 10 G L ψ *Hisce ergo quinque.*—11 G R *Ulixi,* et sic Schutz. et Orell. Quædam edd. *Ulyxi.* Vid. inf. in hoc cap. Mox post *Ajacem* ψ exhibet *Propositionis Ratio;* post *metuebat, Rationis Confirmatio;* post *dubitationem, Exornatio.* Vid. Nott. Varr.—12 'Al. *a quo non inj. sibi:* Medic. *sibi non injuriam sed summum:* al. Ms. *a quo non injuria, sed summ.* Omnes mei codd. non recedunt a vulgata.' *Græv.* R et Tur. quoque *non injuriam, sed summ.* Vulgg. *a quo sibi non injuria summ.* Vid. Nott. Varr.—13 G R *Vid. enim.*—14 '*Se sal. sibi comp.*] Deest prima vox Voss. 3. Leid. 3. edd. pr. *posse comp.* ed. Med. in quo mox *consueverat enim.*' Oud. Cauch. *consuerat si jure non poterat.* Vulgg. *consuev. si jure non poterat:* Lamb. ed. *consuev. enim si jure non poterat.* A L *potuerat.*—15 '*Quavis injuria*] Docti quidam legendum putant *quo jure, quave inj.*' Lamb. Dein A et duo Mss. Oud. *exitum.*—16 Leid. 2. *cujus rei.* Pal. 1. *test. præbet.* Vid. Nott. Varr.—17 A *sed cons.*—18 '*Omnes enim cum minima*] His verbis Erf. et Cauch. præmittit, Exornatio. *Omnes enim, &c.* Cratand. et aliæ vett. edd. *min. de caussa pecc. susc.* Duisb. *enim communia pecc. cum causa susc.* Pith. *cum min. pecc. aliqua cum causa susc.*' Græv. A habet *Omnis,* et ψ *aliqua de causa.* 'Leid. 4. *enim communia pecc.* Voss. 3. *de causa.* Edd. pr. *min. de caussa pecc. susc.* Mss. quinque *suscipiant.*' Oud. A G et Tur. quoque exhibent *suscipiant.*—19 A *tum nullo illa.* '*Quæ multo max. sunt maleficia*] Deest *multo* Leid. 3. *quæ maxima sunt* solummodo in ed. Med.' *Oud.*—20 '*Certo aliquo emol. inducti*] Sic Erf. Cauch. Duisb. Pith. ed. Cratand. et pleræque ante Gruterianam, *a qua est certo aliq. emol. ducti.* Si ex Mss. bene.' *Græv.* '*Inducti*] Sic omnes mei et edd. pr. non *ducti:* bene.' *Oud.* A G L R ψ, Tur. Lamb. et Orell. *inducti.*

NOTÆ

[o] *Palamedis*] Hic simulatam Ulyssis ad bellum Trojanum ire detrectantis insaniam arte detexit. Nec multo post perfida Ulyssis calumnia, quasi Græcorum proditor, lapidibus innocens obrutus est.

niæ spes, si complures scelere se contaminaverunt[1] imperii cupiditate, si multi leve compendium fraude maxima commutarunt;[t] [2] [p] cui mirum videbitur, istum a maleficio propter acerrimam formidinem non temperasse?[u] [3] Virum fortissimum, integerrimum, inimicitiarum persequentissimum, injuria[4] lacessitum, ira exsuscitatum,[5] homo timidus, nocens, conscius sui peccati, insidiosus, inimicum[6] incolumem esse noluit: cui tandem hoc mirum videbitur? Nam cum feras bestias videamus alacres et erectas[x] vadere,[7] ut alteri bestiæ noceant; non est incredibile putandum, istius quoque animum ferum, crudelem, atque[8] inhumanum, cupide[y] ad inimici perniciem profectum; præsertim cum in bestiis[9] nullam neque bonam neque malam rationem videamus;[10]

[t] *Dolis maximis tenue commodum sibi comparaverunt.*
[u] *Abstinuisse.* [x] *Promtas et ardentes.* [y] *Vehementer.*

Vulgg. *ducti.*—1 '*Si complures scel. se contam.*] Sic Erf. Cauch. Duisb. sed edd. *si plures se contam.*' Græv. Leid. 2. *sicut plures:* ed. Med. *si quam plures scelere:* Leid. 3. *si plures* sine voce *scelere.* G exhibet *sese contam.* Voss. 3. Leid. 4. *contaminarunt.*—2 A R *commutare;* G L ψ et vulgg. *commutaverunt:* Erf. Cauch. et ed. Cratand. *commutarunt;* et sic omnes Mss. Oud. et edd. pr. cum Schutz. Wetzel. et Orell. '*Commutarunt*] Nihil refert utrum sic, an cum vulgg. *commutaverunt* legatur: sed tamen libros veteres scriptos et edd. secuti sumus.' *Ern.* Tum Pith. *cui nimirum vid.*—3 '*Istum a maleficio, &c. temperasse*] Maluit *istum malef.* Gulielmius.' *Grut.* 'Pith. *se intemperasse:* sed ibi correctum est, ut habetur in Cratand. ed. *non se temp.*' Græv. 'Legend. fortasse *sibi non temp.*' Lamb. A habet *non se obtemperasse,* et Ms. Traj. et ed. Omnib. *non se temp.* Schutz. et Wetzel. *sibi non temp.*—4 G *in inj. lacess.*—5 Gryph. A B C, Leonic. et 'Voss. 2. Leid. 2. 3. cum edd. pr. *exsuscitatum.* Bene.' *Oud.* '*Exsuscitatum*] Sic fere Mss. et edd. vett. usque ad Aldum, qui dedit *excitatum.* Vetus tamen et post quidam edidere.' *Ern.* quem Schutz. Wetzel. et Orell. sequuntur. A exhibet *exsuscitatum.* G L R ψ, Grut. Græv.-Burm. Oliv. et Lall. *excitatum.* Vid. Nott. Varr.—6 A *incidiosus.* Malit Lambinus ita legi; *ira excit., inimicum, homo tim., nocens, consc. sui pecc., insid., incol. esse nol.* Vid. Nott. Varr. 'Pro *inimicum* J. Gronov. legi volebat *inimicus;* quod mihi quoque placet. Et hæserat quoque Lambin.' *Ern.* Schutz. habet *inimicus.*—7 Erf. *alacres et electe suadere.* Pro *vadere* Voss. 3. exhibet *ire.*—8 Erf. *animum ferocem, crud.* Tum 'Voss. 3. *et inhumanum:* Leid. 3. *ac inhum.* male.' *Oud.* Porro G *profectum esse.* Vid. Nott. Varr.—9 Leid. 4. et Duisb. *in beluis.*—10 '*Esse videamus*] Deleatur verbum *esse* auctoribus Mss. septem et ed. Mediol.' *Oud.* abest etiam a G L R, et Tur. 'Delevimus *esse,* quod ab edd. pr. et Mss. melioribus abest: idque melius.' *Ern.* Schutz. Wetzel. et Orell. eum sequuntur. Al. edd. *esse vid.*—

NOTÆ

[p] *Commutarunt*] Translatum ex mercium commutatione vocabulum, quam ante inductum pecuniæ usum veteres adhibebant.

in isto plurimas et pessimas[11] rationes[z] semper fuisse intelligamus. 30. Si ergo pollicitus sum, me daturum causam, qua inductus Ulysses[12] accesserit ad maleficium, et, si inimicitiarum[13] acerrimam rationem, et periculi metum, intercessisse demonstravi; non est dubium, quin confiteatur causam maleficii fuisse. Ergo absolutissima est argumentatio ea, quæ ex quinque partibus constat; sed ea non semper necesse est uti. Tum enim complexione supersedendum est,[14] si res brevis est, ut[15] facile memoria comprehendatur: tum[16] exornatio prætermittenda est, si parum locuples ad amplificandum et exornandum res videtur esse. Sin et[17] brevis erit argumentatio, et res tenuis, aut humilis; tum et[18] exornatione et complexione supersedendum est. In omni argumentatione de duabus partibus postremis, hæc, quam exposui, ratio est habenda.[19] Ergo amplissima est argumentatio quinquepartita; brevissima est[20] tripartita;[q] mediocris, sublata aut exornatione aut complexione, quadripartita.[r]

[z] *Fraudes.*

11 Voss. 3. *isto plures pess.* Erf. *plurimas et per summas rat.* Dein G habet *intelligebamus.*—12 ‘ *Me daturum caussam*] Legend. fortasse est *me allaturum caus.* vel *me dicturum caus.*’ Lamb. In Duisb. est *me laturum caus.* sed in Pith. clare *me dicturum caus.* Vulgg. *daturum.*—13 ‘ *Et si inim.*] Copula *et* abest a Duisb. et commode potest abesse.’ *Græv.* ‘Copula *et* caret Leid. 4. non male. *Si* abest a m. pr. Voss. 3. suprascr. *sin.*’ Oud. Pro *inimicitiarum* G habet *injuriarum.*—14 ‘Voss. 1. 3. Leid. 2. 4. ed. Med. *sed tum compl.* In Voss. 2. *Est compl. supers.; si.* Ed. Omnib. *Tum exornatione et compl. sup. est.* Apage *τὸ enim.* Voss. 3. *complexioni.*’ Oud. Duo Gryph. *Est cum compl.* G L ψ *Sed tum compl.* R *Tum compl.* Vulgg. *Tum enim compl.* Vid. Nott. Varr. Post *supersedendum* et post *prætermittenda* Schutz. omisit *est*, quod vulg. additur.—15 A et ed. Med. *si res brevior est.* Verba *si res brevis est* in ψ desunt. Vid. Nott. Varr.—16 ‘Duo Gryph. *Est cum exorn. prætermest;* quæ mihi videtur lectio multo esse, quam vulgata, venustior, et elegantior.’ *Brut.* A habet *mittenda est.* Denique Duisb. habet *parum locuplex.*—17 Erf. *Si nec brevis.*—18 A G et Tur. *tum exorn.* et sic vulgg. teste Græv. sed edd. recentt. *et* retinent.—19 G caret verbis *supersedendum est.* Dein Lamb. *In omni autem arg.* Denique ‘*Hæc quam exposui, &c.*] Al. edd. *hæc, quam exposuimus, ratio hab.* Pith. *hæc, quam exposui, ratio adhibenda.* Probo Pithœi excerpta, in quibus est *hæc, quam exposui, ratio est adhibenda.*’ Græv. Vulgg. *hæc, quam exposui, ratio est hab.* Verba *In omni . . . est habenda*, quæ Schutz. ejecit, quia ineptissime hic addebantur, Wetzel. uncis inclusit.—20 *Est* post *brevissima* Schutz. omisit. Tum al. *et mediocris*, teste Grævio.—

NOTÆ

[q] *Brevissima est tripartita*] Fallitur hic Cornificius. Ut enim omittam enthymema, quæ bipertita est argumentatio ipsis etiam oratoribus usita-

XX. 31. Duo genera [2] sunt vitiosarum argumentationum: unum, quod ab adversario reprehendi potest; idque pertinet ad causam: [3] alterum, quod tametsi nugatorium [r] est,[4] tamen non indiget reprehensionis.[5] [*p*. 12.] Quæ sint, quæ reprehensione confutari conveniat, quæ tacite contemni atque vitari sine reprehensione,[6] nisi exempla subjecero, intelligere dilucide non poteris.[7] Hæc cognitio vitiosarum argumentationum duplicem utilitatem afferet: nam et vitare in argumentatione vitium admonebit, et ab aliis non vitatum commode reprehendere docebit.[8] Quo-

1 *Quadripartita* deest Leid. 2. *quadr. est* habent Voss. 1. Leid. 1. 3. *id est quadr.* Leid. 4.

CAP. XX. 2 Al. *duo sunt gen.* al. *Genera duo sunt.*—3 Erf. Voss. 3. et var. lect. Leid. 2. *id quod pert.* Duisb. *idque pert. ad causas.*—4 'Al. *quod etsi nug.*' Græv. Pro *est* Voss. 3. habet *sit.*—5 'Exsulat *non* a Leid. 4. *reprehensionis* Voss. 3. non male.' *Oud.* Tur. Grut. Oliv. Græv.-Burm. et Lall. *reprehensione.* '*Reprehensionis*] Vulg. *reprehensione.* Illud J. F. Gron. reperit in Mss. Medic. Oudendorpius in aliis, nos in Ms. Cort. quod est, ut Gron. monuit, consentiens consuetudini auctoris in struendo verbo 'indigere.' Favet etiam contextus, cum mox sequatur 'reprehensione.'' *Ern.* Schutz. Wetzel. et Orell. exhibent *reprehensionis.* Vid. Nott. Varr.—6 Verba *Quæ sint . . . sine reprehensione* non leguntur in Erf. Leid. 1. 2. 3. *conveniat* abest ab ed. Med. *quæ vero tacite* exhibet ψ, et *sunt* R, Voss. 3. Leid. 4.—7 '*Si exempla subjecero*] Voss. 1. Leid. 1. 3. 4. *nisi*, et mox *non poteris.* Verissime, unde et ed. Omnib. præbens *si* male, tamen habet *non pot.* utrumque deest Leid. 2. Dein *exemplum* est in Mss. omnibus et ed. Med. quod cur spernamus?' *Oud.* '*Intell. pot.*] Mss. quatuor, ut dixi, et Med. ed. *int. non pot.* Voss. 3. *intell. o Herenni, pot.*' Oud. *Exemplum* est in A L ψ, et *non pot.* in ψ, Tur. Schutz. Wetzel. et Orell. '*Nisi . . . non pot.*] Fecimus *nisi* e *si*, et addidimus *non* e Mss. optt. et edd. pr. ut 1474. Med. 1474. et 1498. atque ita placebat Grævio et Oudendorpio.' *Ern.* Vid. Nott. Varr.—8 Pith. Voss. 3. et ed. Med. *util. adfert:* Leid. 4. *confert:* Duisb. *auferet.* Mox Cratandri margo, *vit. commovere et reprehendere doc.* Pro *reprehendere* G habet *comprehendere.* Verba

NOTÆ

ta; ejus certe sententiam falsitatis revincit epicherematis brevissimæ ratiocinationis usus, cujus partes omnes in unam conferuntur. Cic. pro Dejot. 'En crimen, en causa cur regem fugitivus, dominum servus accuset.' Hæc enim vehemens et acris argumentatio unica propositione comprehensa tres in partes facile resolvetur hoc modo: Sine causa non debet dominum servus accusare; hic medicus est servus Dejotari; non debet igitur sine causa dominum accusare.

[r] *Nugatorium*] Cum puerilia et nugatoria argumenta statim concidant, ludat operam qui velit pluribus refutare; sufficiet indicare ea sapientum omnium consensu rideri; ut si quis alterius dignitatem ac virtutem opum ac servorum affluentia metiretur. Ceterum cum hic vitiosarum argumentationum exempla congerantur, non est otii nostri colligere quæ recentiora præsertim legentibus ad nauseam fortasse suppetent.

niam igitur ostendimus, perfectam et plenam argumentationem ex quinque partibus constare, in unaquaque parte argumentationis quæ vitia vitanda sint,[9] consideremus: ut et ipsi ab his vitiis recedere, et[10] adversariorum argumentationes hac præceptione in omnibus partibus tentare,[a][11] et ab aliqua parte labefactare possimus. 32. Expositio vitiosa est, cum ab aliqua[12] aut a majore parte ad omnes confertur[13] id, quod non[14] necessario est omnibus attributum; ut si quis[15] hoc modo exponat: Omnes, qui in paupertate sunt, malunt maleficio parare divitias,[16] quam officio[17] paupertatem tueri. Si quis hoc modo exposuerit argumentationem, ut non curet quærere,[18] qualis ratio aut rationis confirmatio sit, ipsam facile reprehendemus expositionem, cum ostendemus, id,[19] quod in aliquo paupere improbo sit, in omnes pauperes falso et injuria conferri. 33. Item vitiosa expositio est,[20] cum id, quod raro fit, fieri omnino negatur, hoc modo: Nemo potest uno aspectu, neque[1] præteriens, in amorem incidere: nam cum nonnemo devenerit in amorem uno aspectu, et cum ille neminem dixerit omnino, nihil differt[2] raro id fieri, dummodo

[a] *Affligere.*

Hæc cognitio . . . repreh. docebit uncis a Wetzelio inclusa Schutzius ejecit, quia emblema sunt glossatoris cujusdam, et eadem statim ornatius dicuntur. —9 Lamb. *plenam et perfectam arg.* Mox Voss. 3. *in arg. unaq. parte:* Leid. 3. *et unaq. in parte arg.* Leid. 4. et Duisb. *in unaq. parte orationis.* Deinde ‘*Quæ vitia vitanda sunt*] Sic libri omnes olim editi, nedum scripti, nisi quod Pal. 1. destituatur illo *vitia;* et abesse potest. Stephanus atque Manutius *vitia evitanda.*’ Grut. ‘Duisb. *quæ ea vitanda sunt:* Steph. et Manut. ed. *quæ vitia evitanda sunt.*’ Græv. ‘Abest *vitia* a Leid. 3. 4. in ultimo *ea quæ.* Voss. 1. caret τῷ *vitanda:* in eo et Leid. 1. 3. *sint.* Bene.’ *Oud.* A G L R, Tur. Grut. Græv.-Burm. Oliv. et Lall. *sunt.* ‘*Vitanda sint*] Pro vulg. *sunt,* quod ratio primum docuit, post e Ms. Cort. et apud Oud. e Mss. Leidd. notatum reperi. Itaque recepi.’ *Ern.* et sic etiam Schutz. Wetzel. et Orell.—10 Duisb. et ‘Voss. 3. Leid. 4. ed. Omnib. *ac advers.* male.’ *Oud.* Tum ψ habet *argumentationem.*—11 Erf. *part. temptare,* et mox R *possumus.*—12 Erf. *cum ab aliquo.*—13 Voss. 3. *aut majore ad omnes.* G L et ed. Med. carent præpositione. Ed. Omnib. habet *majori.* Voss. 1. exhibet *ad omnes vel transfertur:* A et Voss. 2. *ad omn. transfertur:* Leid. 1. *conferetur.*—14 A *quod necess.* sine *non.*—15 A et Leid. 2. *ut si qui.*—16 Erf. *sunt, malle malef.* et Lamb. ed. *divitias parare.*—17 Voss. 3. *quam in off.*—18 Erf. *ut non curemus quær.* ‘Voss. 3. *curet reddere:* alii Mss. *quærere non curet.*’ Oud.—19 *Id* abest a Voss. 3. Leid. 2. et ed. Med. ac Lamb. et mox Voss. 3. et ed. Med. ac Lamb. habent *id in omn. paup.* Leid. 3. *et in omn. paup.*—20 Erf. *vit. est exp.*—1 G *adspectu, viam præteriens.*—2 Lambin. *omnino dixerit;* et idem cum

aliquando fieri aut posse fieri [3] intelligatur. XXI. Item vitiosa expositio est,[4] cum omnes res ostendimus [5] nos collegisse, et aliquam rem idoneam præterimus,[6] hoc modo: Quoniam igitur hominem occisum constat esse, necesse est aut a prædonibus, aut ab inimicis occisum esse, aut abs te, quem ille hæredem testamento ex parte fecerat.[7] Prædones illo loco nunquam sunt visi: [8] inimicum nullum habebat: relinquitur,[9] si neque a prædonibus, neque ab inimicis occisus est, quoniam [10] alteri [b] non erant, alteros [c] non habebat, ut abs te sit interemtus.[11] Nam in hujuscemodi [12] expositione, reprehensione utemur,[13] si quos præter eos, quos ille dixerit,[14] potuisse suscipere maleficium ostenderimus: [15] velut in hoc exemplo, cum dixerit necesse esse [16] aut a prædonibus, aut ab inimicis, aut a nobis occisum esse; dicemus [17] potuisse vel a familia, vel a cohæredibus nostris. Cum hoc modo illorum collectionem [18] dis-

[b] *Prædones.* [c] *Inimicos.*

Schutz. *nihil refert raro;* vulgg. *nihil differt raro.* Vid. Nott. Varr.—3 A, Erf. et Voss. 2. *aut posse modo fieri.*

CAP. XXI. 4 A *Iterum vitiosa.* Al. *vit. est exp.* teste Grævio.—5 Pro *res* G habet *rationes* sup. lin. '*Ostendimus*] Sic Voss. 3. a m. pr. In ceteris et edd. pr. *ostendemus.*' Oud. A G L R habent etiam *ostendemus.* Vulgg. *ostendimus.*—6 Duisb. *et aliquas res idoneam.* Pro *præterimus* G *poterimus* exhibet.—7 '*Ille hær. test. ex parte faciebat*] Exsulat pronomen a Leid. 3. *ex test.* Leid. 4. *fecerat* bene Voss. 3. ed. Omnib.' *Oud.* Duisb. *ex test.* G *in test.* et *fecerit*, adnotans in marg. 'al. *faciebat.*' 'Pith. *fecerat;* bene.' *Græv.* A L R ψ, Tur. Grut. Oliv. Græv-Burm. Lall. *faciebat.* '*Fecerat*] Etiam sine libris sic corrigendum erat. Sed est sic in Mss. quibusdam et edd. Omnib. (1475.) Med. 1498. Vulg. *faciebat.*' Ern.—8 A *Præd. autem in illo loco nunq.* G R ψ *Præd. in illo loco nunq.* L *Præd. in illo loco nusquam.* '*Illo loco nunq. visi sunt*] Mss. omnes et edd. pr. *in illo:* Voss. 2. *autem in illo:* Voss. 1. Leid. 1. *nusquam.* Abest *sunt* a Leid. 2. Bene. In omnibus verborum ordo variatur.' *Oud.* In Lall. est *in illo.*—9 L ψ et Cort. *habuit*, quod melius putat Ern. Tum A et Pith. *relinquitur ergo, si neque:* G *relinq. ut si:* Voss. 1. Leid. 1. *relinq. ergo, ut si.*—10 ψ *excisus est, quod alteri.* In quatuor Mss. Oud. etiam et Lamb. legitur *quod alt.*—11 G *interfectus.*—12 Erf. *et in hujusc. exp.* ψ *hujusmodi exp.*—13 *Utemur* non est in Cauch.—14 Cauch. Leid. 1. Voss. 3. *si quos præter eos, quam ille dix.* Erf. *si quos præterea, quam elexerit.* Lege *si quos præterea, quam ille dixerit.* Voss. 1. et Leid. 2. a m. sec. et Leid. 4. *si quos præterea quam quos ille dix.* Voss. 2. Leid. 2. a m. pr. et Schutz. ac Orell. *si quos præterea quam ille dix.* 'bene,' ait Oud. Dein *dixerat* Voss. 1. *collegerat* ed. Med. *colligerit* G habet in marg. et L *collegerit.* Vulg. *si quos præter eos quos ille dix.* et sic Tur.—15 Pith. et ed. Lamb. *susc. pot. malef. ostendemus.* *Ostendemus* etiam est in G L R.—16 A R Erf. Leid. 3. et ed. Med. *necesse est.* —17 A *dic. occidi pot.*—18 Voss. 3. *collationem:* G *ad collationem.* Erf. *con-*

turbaverimus,[d] nobis latiorem locum defendendi relinquemus. Ergo hoc quoque vitandum est in expositione, ne quando, cum omnia collegisse videamur, aliquam idoneam partem reliquerimus.[19] 34. Item vitiosa expositio est, quæ constat ex falsa enumeratione: ut si, cum plura sunt,[20] pauciora dicamus, hoc modo: Duæ res sunt, judices, quæ omnes ad maleficium impellunt,[1] luxuries et avaritia. Quid amor? inquiet[2] quispiam: quid ambitio? quid irreligio?[3] [s] quid metus mortis? quid imperii cupiditas? quid denique alia permulta? Item falsa enumeratio est,[4] cum pauciora sunt, et plura[5] dicimus, hoc modo:

[d] *Destruxerimus.*

jectionem.—19 Cauch. *locum def. relinquimus:* Leid. 3. *locum dicendi.* Edd. quædam *reliquerimus,* et sic A L ψ, sex Mss. Oud. et ed. Med. In R est *relinquerimus.* Vulg. *relinquemus.* '*Relinquemus*] E septem Mss. notatum, nosque ipsi in duobus reperimus *reliquerimus:* item ed. Med. 1474. Vicissim in seqq. pro *reliquerimus* reperimus etiam in edd. pr. *relinquemus.* Non audeo reficere *reliquerimus* in primo. Ceterum totum illud *Ergo .... reliquerimus* abest a Ms. Cort. Et potest commode hæc conclusio abesse, cum cetera genera nullam similem habeant.' *Ern.* Verba *Ergo hoc ... partem reliquer.* Schutz. delevit. Wetzel. et Orell. ea uncis incluserunt. G R habent *partem relinquerimus.* Al. *relinquamus,* teste Grævio.—20 Deest *ut* in A, Leid. 2. 4. edd. pr. *sint* Voss. 3. Leid. 3. et Tur. *aut plura* Leid. 4. *si aut complura sunt* Erf. *ut si cum plurima sunt* G. *ut si cum plura sint* Lamb. ed.—1 Erf. *duæ res sunt videlicet quæ.* Tum Erf. et Cauch. *quæ omnes ad mal. impellant:* Crat. et Lamb. ed. *quæ homines ad mal. impellunt.* Schutz. et Orell. quoque habent *homines.* '*Quæ omnes, &c.*] Præmittunt Voss. et Leid. 1. *videlicet.* Tum *homines* exhibent Voss. 1. et ed. Omnib. quod præfero cum *inpellant* e Voss. 1. aliisque.' *Oud.* Vulgo *quæ omnes ad malef. impellunt.*—2 A *inquam:* ψ *inquit ei quisp.*—3 L ψ, et Grut. Oliv. Græv-Burm. Lall. Schutz. et Orell. *religio:* G R et Erf. *inreligio:* A, Pith. Tur. et ed. Cratand. *irreligio.* 'Mss. omnes et edd. pr. *inreligio* vel *irreligio.* Hinc 'irreligiosus,' &c.' *Oud.* '*Irreligio*] Cum hæc lectio in pluribus Mss. in Oudendorpianis omnibus, item in edd. pluribus primis, 1474. Med. (1474.) 1475. Junt. Ald. et aliis reperiatur, non dubitavi recipere pro vulg. *religio;* quæ forte in editis post Aldum orta est e vitio Aldinæ, in qua est vitio operarum *irreligio.* Etsi scio religionis notionem esse ambiguam, ut Lambinus [Gruterus] ait, tamen nil posset aliud significare, quam superstitionem, quæ est ab h. l. aliena.' *Ern.* 'Schutz. lectionem *religio* tenuit, cum dubitari possit an illud Nostri ætate jam in usu fuerit, explicans *δεισιδαιμονίαν, inanem Deorum metum.*' Wetzel. Vid. Nott. Varr.—4 L, Voss. 3. Leid. 2. 3. et ed. Med. *alia multa.* Dein A caret *est* post *enumeratio.*—5 Erf. *et plura sunt dic.* G *et plurima dic.* In Tur. *dicemus.*

NOTÆ

[s] *Irreligio* [*religio*] Nihil non audent qui susceptis religionibus obstringuntur. Recte igitur Lucretius lib. I. descripta Iphigeniæ cæde, hanc subjunxit acclamationem, 'Tantum religio potuit suadere malorum.'

Tres res sunt,[t] quæ omnes homines solicitant;[6] metus, cupiditas, ægritudo.[e] Satis enim[7] fuerat dixisse metum et[8] cupiditatem; quoniam ægritudinem cum utraque re conjunctam esse necesse est. XXII. Item vitiosa expositio est, quæ nimium longe repetitur, hoc modo: Omnium malorum stultitia est mater, quæ parit immensas cupiditates:[9] immensæ porro cupiditates infinitæ et immoderatæ sunt: hæ[10] pariunt avaritiam: avaritia porro hominem ad quodvis maleficium[11] impellit. Igitur avaritia[12] inducti adversarii nostri, hoc in se facinus admiserunt.[13] Hic id,

[e] *Perturbatio animi.*

—6 '*Tres res sunt*] Erf. *Tres sunt, quæ omn. hom. sollicitent.* Pith. *tres pestes sunt:* optime.' *Græv.* 'Abest *omnes* a Voss. 3. *sollicitent* Leid. 2. 3. Bene.' *Oud.* Tur. Schutz. et Orell. non habent vocem *omnes*, et Wetzel. eam uncis inclusit. Vulgg. *Tres res sunt, quæ omn. hom. sollicitant.*—7 Al. edd. *Satis fuerat,* teste Grævio.—8 In A G L R ac Erf. *et* deest.

CAP. XXII. 9 '*Stult. est mater, quæ præ ceteris parit*] Sic dant Voss. 2. Leid. 1. 3. ed. Omnib. sed in Voss. 1. *mater atque materies. Ea parit.* Leid. 2. *mater atque materies. Parit.* Leid. 4. *mater, atque ea materies, quæ parit.* Duas lectiones junxit Voss. 3. *mater atque materies, quæ præ ceteris parit,* et ed. Med. *stult. mater est, et materies, cum ea præ ceteris pariat.* Lambini et Grævii judicium sequor.' *Oud.* '*Mater, pestis præ cæteris ea parit*] Ita legitur in Gryph. B. In C quidem aliquanto clarius, post vocem *mater, quæ præ cæteris parit:* quomodo etiam habetur in Leonic. exemplari; et Lamb. postremus edidit. Equidem suspicatus non temere hæsisse in libro longe optimo Gryphii, vocem *pestis,* ita legi non male posse contenderim, *quæ pestis præ cæteris,* aut *pestis, quæ præ cæteris parit.* Verisimile autem est, inductum *pestis* verbum ab imperito librario, propter litterarum similitudinem, quæ in duabus vocibus seqq. *præ ceteris* habentur, verito nimirum, ne male bis inculcatum idem verbum esset.' *Brut.* G L ψ *mater atque materies.* A *parat,* et G L R ψ, cum Tur. Lamb. et Græv.-Burm. *parit præ ceteris.* Vulgg. *stult. est mater, quæ parit immensas cupid.* Vid. Nott. Varr.—10 Vox *porro* exulat a Leid. 4. Dein Erf. quatuor Mss. Oud. et ed. Omnib. *infin. immod. sunt:* 'sic et cod. Traj. Vid. Drakenb. ad Liv. III. 9.' *Burm.* *Infinite immoderatæ sunt* ed. Med. Verba *infin. et immod. sunt: hæ* Wetzel. uncis inclusit: Schutz. ea delevit quia inficete hic addantur e glossemate. Tur. ea omisit. Pro *hæ* ψ *hæc* habet.—11 Vox *porro* hic etiam exulat a Leid. 3. *Homines* Voss. et Leid. 1. *Ad aliquod malef. imp.* Erf. *ad quodvis imp.* Pith.—12 'Mss. omnes et ed. Med. *Ergo avaritia.* Cur id mutarunt editores?' *Oud.* et sic A G L, Tur. Schutz. in ed. prima, et Orell. *Ergo inducti advers.* Erf.—13 A ψ, Voss. 3. ed. Omnib. *inter se;* 'prave,' ait Oud. '*In me* volebat Ruhnken. ad Rutil. pag.

NOTÆ

[t] *Tres res sunt*] Hic partitionis vitium est, non enumerationis, ut observat Mannuccius: nam hic genus speciei commiscetur, quod ægritudo genus sit ad metum et ad cupiditatem. Et esse partitionem vitiosam satis ex Cic. constat lib. II. de Fin. cum dicit vitiosum esse partem in genere numerari: quo nomine carpit Epicurum.

quod extremum dictum est,[14] satis fuit exponere, ne Ennium [u] et ceteros poëtas imitemur,[15] quibus hoc modo loqui concessum est:[16]

Utinam ne in nemore [x] Pelio [17] securibus
Cæsa cecidisset abiegna [18] ad terram trabes:
Neve inde navis inchoandæ [19] exordium
Cœpisset,[20] quæ nunc nominatur nomine
Argo,[y] qua vecti Argivi delecti viri,
Petebant illam pellem [1] [z] inauratam arietis,

83. Perperam omnino.' *Orell.* Deinde A habet *fac. admisere.*—14 G *Nam hic,* et A *dictum sit.*—15 Leid. 3. *et cet. poëtas videamur velle imitari.*—16 Leid. 4. et Duisb. *loqui permissum est.*—17 ψ *Pelie.*—18 A G R ψ, *Cæse cecidissent abiegne.* 'Erf. *Cæsæ cecidisset abiegna:* Pith. *Cæsæ cecidisset abiegnæ:* Duisb. *Cæsæ excidissent abiegnæ:* vulg. *Cæcæ cecidissent abiegnæ.*' Græv. '*Accidissent abiegnæ*] Ita Gryph. exempl. B C quomodo etiam in Topicis, quod semel admonuimus.' *Brut.* '*Cæsæ cecidissent abiegnæ*] Sic Mss. omnes cum ed. Omnib. nisi quod in Leid. 4. sit *excidissent.* Sed vide Inv. I. 49. *Cæsa cecidisset abiegna* agnoscit ed. Med. Legendum puto *cæsa accidisset ab.*' Oud. et sic Schutz. et Orell. legunt. '*Cæsa, &c.*] Mss. nostri et alii pluralem numerum in his exhibent, *Cæsæ, &c.* et sic omnes edd. pr. Quia tamen alibi, Inv. I. 49. et Nat. D. III. 30. singularis est, recipere non sum ausus: vid. ibi.' *Ern.* Vid. Nott. Varr.—19 A *inchoandi:* L et Voss. 1. *inchoandum.*—20 R *Cœpissent.* Deest *nomine* a Mss. omnibus Oud. præter Leid. 1. et edd. pr. abest etiam ab A L R ψ, et in G punctis subnotatur. Vulgg. *nomine* habent.—1 A *Argo, quam vecti Arg. in eadem lecti viri.* Vox *vecti* R deest. ψ *Argos* habet, et *ubi* pro *viri.* In lin. seq. *illam* abest ab A G L ψ,

NOTÆ

[u] *Ennium*] Q. Ennius Calaber poëta res Romanas versibus persecutus est, et plures scripsit tragœdias. Natus A. U. C. 515. septuaginta annos natus obiit Olymp. CLII. an. 4. A. U. C. 585. ante Chr. 169.

[x] *Utinam ne in nemore*] Nota est Jasonis fabula, quem patruus Pelias, invadendi regni sibi commissi spe, Colchos ad vellus aureum rapiendum navigare jussit. Animo non cecidit Jason: constructa Argo navi venit Colchos; Medeam regis filiam sibi devincit, cujus artibus instructus domat tauros æripedes, et draconi pervigili somnos inducit. Patris iram verita Jasonem in Græciam Medea secuta est. Hinc illa nutricis comploratio, quam ex Euripidis Medea ad verbum fere Ennius expressit: sic enim nutrix apud Euripidem ipso tragœdiæ aditu.

[y] *Argo*] Prima navis fuisse perhibetur Minervæ artificio constructa, qua Argonautæ Græci heroës Jason, Castor, Pollux, Hercules, &c. in Colchidem ad vellus aureum referendum navigarunt. Diodorus a velocitate dictam putat, ἀργὸς enim *velox* est. Tullius Tusc. Quæst. l. I. iis assentitur, qui ab Argivis nomen deducebant, citatque veteris poëtæ versiculos; quæ est nominata, inquit, 'Argo, quia Argivi in ea delecti viri Vecti petebant pellem inauratam arietis.'

[z] *Pellem*] Poëtæ aureo vellere adumbrarunt ingentem auri vim, quod

Colchis,[2] [a] imperio regis Peliæ per dolum :
Nam nunquam hera errans mea domo efferret pedem [3]
Medea, animo ægra, amore sævo saucia.[4] [f]

Nam hic satis [5] erat dicere (si id modo, quod esset satis, curasset poëta [6])

Utinam ne hera errans mea domo efferret pedem [7]
Medea.[8]

[f] *Utinam arbores abiegnæ in sylva Peliæ nunquam sectæ ferro dejectæ fuissent in terram, neque ex iis cœpisset exstrui navis, quæ nunc nomine appellatur Argo, qua vecti selecti viri ex Græcis per fraudem jussu regis Peliæ e Colchide petebant illud vellus aureum arietis: nam domina mea Medea nunquam domo egressa esset vagabunda, animo perturbata, et vulnerata amore crudeli.*

' Leid. 4. *quam Arg. del. viri vecti:* ed. Omnib. *in quam Arg. del. viri vecti:* in Leid. 3. *qua Arg. del. viri vecti:* Leid. 1. *qua Arg. del. viri L. vecti.* Dein Voss. 1. *L. pet. illam pell. inaur.* Vox *illam* deest Leid. 1. 2. 4. Voss. 3. *pellem illam* ed. Omnib. *auratam* Leid. 1. Vide Comment.' *Oud.* ' *Illam pellem*] *Villo pellem* Lambin. legit probata Ranconeti conjectura : alii *illam pellem,* et impressi et Mss. retinent.' *Brut.* Schutz. cum Græv.-Burm. habet, *qua Arg., mille del. viri, Vecti pet. pellem inaur. ar.* Vulgg. *Argo, qua vecti Arg. del. viri Pet. illam pellem.* Vid. Nott. Varr.—2 Voss. 1. *Colchi.* Quædam edd. *Cholcis.*—3 ' *Nam nunquam, &c.*] Fortean rectius *Nam nusquam:* noti scriptorum loci, ubi hæc copulantur in re eadem, *nusquam domo* et *nusquam pedem.* Ita Gulielmius.' *Grut.* Duisb. *Nam Medeam hera in ea domo eff. ped.* Pith. et Cauch. *Nam nunq. hera errans mea ped. domo eff.* Voss. 1. *hera mea Medea errans a domo eff. ped.* Voss. 2. *hera errans Medea, domo :* Leid. 2. *errans Medea,* suprascr. *mea hera :* Leid. 4. *Medeam hera eff. ped. mea domo :* ed. Med. *hera errans mea Medea:* ed. Omnib. *hera mea errans Medea.* Tum edd. pr. *ped. eff. domo.* A *Utinam nunq. hera errans, domo eff. ped.* R *Nam nunq. hera errans, eff. ped.* ψ *Nam nusquam hera errans mea, de domo eff. ped.* Vulgg. *Nam nunq. hera errans mea domo eff. ped.*—4 *Medea, animo . . . sævo saucia* nec in Erf. nec in Pith. leguntur; et ' desunt Voss. 1. 2. Leid. 2. 3. 4. ed. Med. In Leid. 1. solummodo est *Medea;* contra in ed. Omnib. solum *ægra amore saucia.* Certo ejicienda est vox *Medea,* mera *heræ* glossa, quæ in textum irrepsit, vel, ut senarius suppleretur, inserta est, tam hic quam infra.' *Oud.* ' *Animo ægra*] Hæc in Ms. Cort. et ed. 1474. reperiuntur in altero breviori carmine : in edd. pr. utroque loco. Sed vitiose. Græv. tamen *amore saucia* addit e Ms. Pith. quod Oud. sequitur, sed et Medeæ nomen tollit.' *Ern.* A G L R ψ solum *Medea* habent. Tur. *Medea ægro amore saucia.* Vulgg. totum vs., ut nos, retinent.—5 Erf. *Nam id satis erat.* A non habet *satis,* neque *id* ante *modo.*—6 G *satis esset dicere.* ψ *satis erat dicere, curasset dicere poëta.* Pro *curasset* A habet *curaret.* ' *Satis esset, curasset poëta*] *Est* Leid. 2. *erat* Leid. 4. cum edd. pr. Sed in Leid. deleto *erat* substitutum est *esset* sine τῷ *satis.* Leid. 1. *satis esset dicere.* Tum *curassent poëtæ* Voss. 1. 2. Leid. 1. 4. et ed. Med. *curaret poëta* Leid. 2.' *Oud.* Vulgg. *quod esset satis, curasset poëta.* Vid. Nott. Varr.—7 Pith. *Utinam nunquam hera errans mea*

NOTÆ

per rivos e monte Caucaso dilapsum villosis pellibus soliti erant quasi retibus piscari. Strabo lib. XI.

[a] *Colchis*] Colchi Asiæ populi ad oram maris Euxini orientalem, quorum regio Colchis ; nunc *Mingrelie* ab Europæis, ab incolis *Odisci* dicitur.

Ergo hac quoque ab ultimo repetitione in expositionibus magnopere supersedendum est.[9] Non enim reprehensione,[g] sicut aliæ complures, sed sua sponte vitiosa est.[10] XXIII. 35. Vitiosa ratio est,[11] quæ ad expositionem non est accommodata, vel propter infirmitatem, vel propter vanitatem.[12] Infirma ratio est, quæ non necessario [h] [b] ostendit ita esse, quemadmodum expositum est: velut [13] apud Plautum,

Amicum castigare ob meritam noxiam,[14]
Immane [15] [c] est facinus: verum in ætate [d] utile
Et conducibile.[i] [16]

[g] *Cum non pertineat ad causam, non est necesse eam refellere.*
[h] *Sufficienter.*
[i] *Ingratum est officium punire amicum propter admissum peccatum; verum aliquando utile est et expedit.*

domo: Duisb. *Ut. ne hera errans de domo:* Leid. 3. *Ut. ne errans Media domo.* Leid. 4. *eff. ped. de domo.* Multi Mss. Oud. *ped. eff. domo.* Vox *mea* A non habet.—8 ‘ *Medea amore saucia*] Voss. 1. 2. Leid. 2. ed. Med. Omnib. *Medea animo ægro* (Voss. 2. Leid. 2. *ægra.* Ed. Omnib. *ægra et*) *amore saucia.* Verum in Voss. 3. *Medea ergo am. saucia.* In Leid. 1. simpliciter *Medea:* ut in aliis edd. At in Leid. 3. legas nihil. Cum Grævio retineo quidem *amore saucia;* sed tollendam puto vocem *Medea.*’ Oud. G ψ *Ægra animo Medea et amore saucia:* L *Medea animo ægro amore sautia:* R *Medea egro amore saucia.* Vulgg. habent *Medea* solum. Vid. Nott. Varr.—9 A G ψ *quoque ultima rep.* R *quoque ab ultima rep.* Dein edd. pr. *in expositione.* Leid. 3. *summopere sup.* Leid. 1. *magno opere supp.* Schutz. totam hanc sententiam, *Ergo hac quoque . . . vitiosa est* tanquam ineptum corollarium ejecit. Wetzel. et Orell. eam uncis incluserunt.—10 G *eget reprehensione.* Vulgg. carent τῷ *eget.* Vid. Nott. Varr. Tum ‘ *Sicut aliæ complures, sed*] Voss. 1. ed. Med. *quam plures.* In eadem non comparet *sed.* At optime Leid. 4. cum Duisb. *sed, sicut aliæ complures.*’ Oud. Vid. Nott. Varr.

Cap. xxiii. 11 Al. teste Græv. *Vitiosa est ratio.* Cauch. non habet *est.* Schutz. et Wetzel. *Ratio vitiosa est.*—12 Erf. *vel propter inanitatem.* Verba *Vana ratio est . . . confiteremur* Schutz. inseruit post *vanitatem,* dicens ea male vulgo trajecta esse post *ratiocinatur.*—13 G *ut apud.*—14 Al. teste Grævio, *ob meritam malam noxam:* Duisb. ψ, omnes Mss. Oud. et edd. pr. *noxam.*—15 ‘ *Immane*] Lege *Immune,* i. e. improbum, ut docet Festus hoc ipso Plauti

NOTÆ

[b] *Necessario*] Quam bene hic A. Mannuccius necessitatem ait appellari sufficientiam, quod probabiles oratorum rationes, quæ necessario non probant, infirmæ essent habendæ; tam male sequentem Plauti locum a vero sensu detorquet; quasi poëtæ sit hæc sententia: Quamvis aliquando in ætate provectiori conducibile sit castigare amicum, non tamen semper, utpote quod sit immane facinus.

[c] *Immane* [*Immune*] Quid esset jam olim grammatici disceptarunt. *Immune* pro improbo dictum videtur Festus sentire. Nonius *immune* ‘ sine officio, sine munere ’ interpretatur, quasi officioso contrarium. Germana

Hæc expositio est: videamus,[17] quæ ratio afferatur:

Nam ego amicum hodie meum [18]
Concastigabo pro commerita noxia.[19]

Ex eo quod ipse facturus est, non ex eo [20] quod fieri convenit, utile quid [1] sit, ratiocinatur. Vana ratio est, quæ ex falsa causa constat,[2] hoc modo: Amor fugiendus non est: nam ex eo verissima [3] nascitur amicitia. [*p.* 13.] Aut hoc modo: Philosophia vitanda est; [4] affert enim secordiam [5] atque desidiam. Nam hæ rationes nisi falsæ essent, expositiones quoque earum veras esse confiteremur. 36. Item infirma ratio est,[6] quæ non necessariam causam affert expositionis: velut Pacuvius,[e]

Fortunam [7] insanam esse et cæcam et brutam perhibent philosophi,
Saxoque illam instare globoso prædicant volubilem: [8]

versu.' *Lall.* '*Immane*] Frustra hic viri docti corrigunt *immune*, idque recepit Grævius pro 'improbum,' ut ante Lambinus, decepti loco Festi; quem vitiosum esse bene docet Dorpius, V. C. in Obss. p. 148. Locus Plauti est Trin. I. 1. 2.' *Ern.* Græv.-Burm. Schutz. Wetzel. et Orell. *Immune* habent. '*Immune*] Malui Græv. sequi quam Ern. qui alteram lect. *Immane* recepit, quamquam inf. Inv. I. 50. tacite nostram in textu reliquit.' *Wetzel.* Vid. Nott. Varr.—16 A *Et conducibile est.*—17 ψ *videatur.*—18 Sex Mss. Oud. et ed. Omnib. *am. meum hodie:* Leid. 2. ed. Med. *hodie am. meum.*—19 'Mss. omnes et edd. pr. *Non cast. pro commissa noxa,* nisi quod in ed. Med. sit *ob meritam noxam.* Vid. Inv. I. 50.' *Oud.* A *Non cast. pro commissa noxia:* et sic G L R ψ, nisi quod *noxa* habent. '*Concastigabo*] Mss. et edd. vett. fere habent *Non cast.* sed id sensus non admittit.' *Ern.* Oliv. Lall. Schutz. Wetzel. et Orell. *Concastigabo pro commerita noxia.* Tur. *Hodie castigabo.* Alium versum addidit Lamb. e Plauto: *Invitus, ni id me invitet, ut faciam fides.* Vid. Nott. Varr.—20 Voss. 3. *Quia ex eo, quod fact. est, non in eo.*—1 Erf. *utile quod sit.*—2 Verba *Vana ratio ... confiteremur* Schutz. transposuit post *vanitatem* ad init. hujus cap. Dein Leid. 4. *causa consistit.*—3 A *ex ea.* Leid. 2. *nam veriss. nasc. am.* Ed. Med. *maxima nasc. am.*—4 Al. *Phil. est vit.* Duisb. *Philosophiam vitanda est.*—5 'Voss. 3. *itfert socord.* f. pro *infert.* Quædam edd. *secordiam;* al. *socordiam.*' Oud.—6 Erf. *confiteamur.* *Itemque inf.* etiam A ψ et Tur. habent *Itemque.* Dein verba *ratio est* in Cauch. non extant.—7 R *Fortunam ipsam.*—8 'Voss. 1. Leid. 2. *Saxeoque instare globo:* suprascr. in Voss. 1. *Saxeique instar globi:* Leid. 1. 3. ed. Med. *Saxique instar globosi:* Voss. 3. *Saxique admodum globosi:* Leid.

NOTÆ

videtur expositio quam ex eruditissimis expressimus.

[d] *In ætate*] Elegans locutio; 'interdum,' 'aliquando' significat. *Turnebus.*

[e] *Pacuvius*] M. Pacuvius Q. Ennii nepos, tragicorum poëtarum, auctore Tullio, facile primus, floruisse dicitur Olymp. CLVI. A. U. C. 600. ante Chr. 554. prope nonagenarius obiit. Ejus epitaphium refertur a Gellio I. 24.

Ideo quo saxum impulerit fors, cadere eo[9] fortunam autumant.

Cæcam ob eam rem esse iterant, quia nihil cernat, quo sese applicet:[10]

Insanam autem aiunt, quia atrox, incerta, instabilisque sit:[11]

Brutam, quia dignum atque indignum nequeat internoscere.[12]

Sunt autem alii philosophi, qui contra fortunam negent[13] [f]

4. *Saxoque instare:* ed. Omnib. *Saxique ad instar globosi.* In nullo est *illam.*' Oud. '*Prædicant volubilem*] Leid. 1. *esse dicunt:* Voss. 3. *esse:* deest verbum Leid. 2. *dicunt* Leid. 4. Ed. Omnib. *prædicant esse.* Tum *volubile* Leid. 1. *volubili* Voss. 1. 2. Leid. 1. 4. Sed in Voss. 1. suprascr. *volubilem.*' Oud. '*Saxique ad instar globosi prædicant esse volubilem* Leonic. *Saxoque instare in globo posse dicunt volubili* duo Gryph. B C. *Saxoque instare eam globoso prædicant volubili* Lambin. *Saxoque instare globoso prædicant volubili* Ald. Victor. Lugdun. ut fere impressi omnes.' *Brut.* A G R ψ et Tur. *Saxique instar globosi.* A *et volubilem:* G *prædicant volubilem:* R ψ *prædicant esse volubilem:* Tur. *esse dicunt volubilem.* L *Saxeoque instare globo prædicarit volubili.* 'Pæne omnes melioris notæ Mss. item edd. quædam vett. ut 1474. Med. &c. habent *Saxique illam instar globosi.* Sed nec *instar* bene Latine sic dicitur, nec sequentia patiuntur; unde patet Fortunam fingi stantem in globo.' *Ern.* Schutzius, cod. Erf. Cauch. et ed. Ald. secutus, habet *volubili.* Vulgg. *Saxoque illam instare globoso prædicant volubilem.* Vid. Nott. Varr.—9 A *Ideo dicunt volubile quod:* L et Tur. *quia:* R ψ *Id eo dicunt esse volubilem quod.* 'Erf. *Id quod saxum imp. fors:* Vulgg. *Ideo quo sax. imp. sors:* Cratand. ed. *quia eo sax. imp. fors:* Pith. *Ideo quia quod imp. sors eo.*' Græv. '*Ideo quo saxum*] Sic est in Leid. 2. In Voss. 1. *Ideo quia sax. quo:* Voss. 2. *Ideo quod qn. sax.* Voss. 3. *Ideo quia quo saxum.* Leid. 1. 3. *quia quo sax.* Leid. 2. *volubili, ideo quia quo sax.* Ed. Med. *Ideo dicunt quia quo sax.* Omnib. *Ideo dicunt esse volubilem, quia quo sax.*' Oud. Tum L *sors,* et R *eo eadem re.* 'Leid. 4. edd. pr. *sors.* Mss. omnes et edd. pr. *eo cadere,* nisi quod in Leid. 3. sit *eo vadere.*' Oud. Tur. *eo cadere:* Schutz. metri causa *eo* delevit. Recentt. vulgg. *Ideo quo sax. imp. fors, cadere eo.*—10 L *ob eam rationem,* et verba *quia . . . aiunt* in A desunt. '*Ob eam rem esse iterant*] Voss. 2. Leid. 4. *rem autumant:* Leid. 3. *rem esse aiunt:* ed. Med. *ob eam caussam autumant esse:* Omnib. *ob eam rem esse vocant.*' Oud. Pith. *ob eam rem dicunt.* '*Esse iterant*] *Memorant* edidit Lambin. ex Aurati conj. ut carminis ratio constet sine verbo *esse.* Veteres aut *esse iterant,* aut *vocant,* ut Leonic. habent.' *Brut.* Vid. Nott. Varr. Mox R et Schutz. *se applicet.*—11 Voss. 1. 3. Leid. 2. ed. Med. *Ins. autem esse aiunt:* Leid. 3. *Ins. esse perhibent.* Deinde Leid. 4. *instabilis.* Margo Leid. 2. *t. insatiabilis.*—12 Lamb. *Brutam autem quia.* Ed. Med. *neque dign. neque indign. valeat int.* Omnib. *aut indign.*—13 Leid. 4. et Duisb. *Sunt autem et alii:* Ed. Omnib. *Sunt item phil.* Tum L, Schutz. et Wetzel. *fortuna.* G R

NOTÆ

[f] *Fortunam negent* [*negant*] Fortunam a temeritate sive casu distinguebant illi philosophi: quod inter utrumque sit discriminis explicamus in notis ad Top. § 63. Epicurei omnia casu fieri contendebant, cum Stoici in contrariam partem inclinantes nihil non to tribuerent.

Miseriam esse ullam, sed temeritate omnia regi.[14] Id magis
Verisimile aiunt; quod usus reapse experiundo[15] edocet:
Velut Orestes modo fuit rex, modo mendicus factus est:[16]
Naufragio res contigit. Nempe ergo haud fortuna obtigit.[k] [17]

[k] *Philosophi dicunt fortunam esse fanaticam, sine oculis et ratione, et aiunt illam versatilem insistere globo saxeo: propterea putant fortunam eo ferri, quo casus incitaverit globum. Repetunt ideo illam esse sine oculis, quia non videt, quo se ferat. Fanaticam dicunt, quia crudelis est, dubia, et inconstans; sine ratione, quia non potest discernere dignum et indignum. Sunt alii philosophi, qui contra fortunam negant miseriam esse ullam, sed omnia casu gubernari. Affirmant id esse magis verisimile, quod usus et experientia reipsa monstrat. Exempli gratia, Orestes modo fuit rex, modo factus est mendicus: hoc accidit naufragio; non igitur evenit fortuna.*

ψ, Tur. Erf. Grut. Lall. et Schutz. *negant.* ' Voss. 3. Leid. 2. ed. Med. *negent;* bene.' *Oud.* et sic A L, Wetzel. et Orell. ' *Qui contra fortunam*] In h. l. ita variant libri scripti et editi, ut nihil certi esse possit. Itaque ne frustra laboraremus, aut lectoribus molesti essemus, eum intactum prætermisimus. *Negent* dedimus e Mss. et ed. Med. pro *negant.*' Ern. Vulgg. *contra fortunam negant.*—14 ' *Miseriam esse ullam, &c.*] Vox *miseriam* abest a Voss. 2. Leid. 1. 3. 4. edd. pr. recte. In Voss. 1. *Mis. ullam esse:* Voss. 3. *Ullam esse mis.* Leid. 2. *ullam mis. esse.* In ceteris *ullam esse.* Dein Voss. 1. *sed autumant tem. regi omnia.* In ceteris et edd. pr. *sed tem. omnia regi* (vel *regi omn.*) *autumant;* vel *omn. autumant regi.* Id verbum loco *miseriæ* est admittendum.' *Oud.* A *Esse ullam miseracionem aut humanitatem:* G *Esse ullam miseriam atque humanitatem* cum punctis: L *Esse ullam miseriam:* R ψ et Tur. non habent *miseriam.* Deinde A G L ψ *regi autumant,* et L *Idque.* Oliv. et Lall. *Esse ullam sed:* Schutz. Wetzel. et Orell. *Miseriam esse ullam.* Vid. Nott. Varr.—15 Erf. et editi nonnulli *Verisimile esse aiunt, usus.* Græv. A G L R ψ *Verisimile esse aiunt;* et sic omnes Mss. Oud. et edd. pr. Vulgg. *Verisimile esse aiunt.* In A *usus* deest. Tum pro *reapse* A exhibet *absens res;* G ψ *re ipsa ab se;* R, Tur. et Leid. 3. *re ipsa;* Pith. *ipse ab se;* ed. Med. *re ipsa ab se;* ed. Omnib. *usu res ipsa a se.* Præterea A *ex periculo:* ψ *experiendo;* et sic etiam sex Mss. Oud. et edd. pr. *experimendo* Voss. 3.—16 A *Horestes. Fuit* et alterum *modo* absunt ab L. ' *Modo mend. &c.*] Mss. tres *factus est mend.* in aliis *factus est modo mend.* Sed optime Voss. 2. Leid. 2. 4. et ed. Omnib. *factus est mend. modo.*' Oud. Erf. Cauch. Pith. *factus est mend. modo:* Pal. 6. *Medicus homo naufragus.* Vulgg. *modo mend. factus est.*—17 ' *Naufragio res contigit nempe*] Voss. 1. *nauf. nempe ista res cont.* Voss. 3. *n. contingit nempe istas res:* Leid. 1. *Naufr. nempe res cont.* Leid. 2. 3. 4. ed. Med. *naufr. nempe res ista contigit:* ed. Omnib. *naufr. nempe res ista obtigit:* sine dubio verbum hic delendum.' *Oud.* ' *Ergo haud fort. obt.*] Voss. 1. 2. 3. Leid. 1. 2. *Ergo id non forte aut fort. obt.* Leid. 3. *Ergo id sorte non aut fort. obt.* Leid. 4. *Ergo id factum non sorte aut fort. obt.* ed. Omnib. *Ergo id non forte nec fort. obt.* cuncta exsulant a Med. Forsan legend. est, *Naufragio res ista nempe. haud forte fort. obt.* vel simili modo.' *Idem.* A *Naufragiis nempe res ista cont.* L *Naufragio nempe res ista cont.* G *Naufragio nempe res Iª cont.* R *Naufragio nempe res ista contingit.* Dein pro *haud* A G L R ψ habent *id non forte aut.* Denique A *obtingit,* et L *optigit.* Vulgg. *Naufr. res cont.: nempe ergo haud fort. obt.* Vid. Nott. Varr. et var. lectt. in h. l. Plau-

Nam hic Pacuvius infirma ratione [18] utitur, cum ait,[19] verius esse temeritate,[20] quam fortuna res regi: [1] nam utraque opinione philosophorum fieri potuit, ut is, qui rex fuisset, mendicus fieret.[2] XXIV. 37. Item infirma ratio est, quæ [3] videtur pro ratione afferri, sed idem dicit,[4] quod in expositione [5] dictum est, hoc modo: Magno malo est hominibus [6] avaritia; idcirco quod homines magnis [7] et multis incommodis conflictantur propter immensam pecuniæ cupiditatem. Nam hic aliis verbis idem per rationem dicitur, quod dictum est per expositionem. Item infirma ratio est, quæ minus idoneam, quam res postulat, causam subjicit expositionis,[8] hoc modo: Utilis est sapientia, propterea quod [9] qui sapientes sunt, pietatem colere consuerunt.[10] Item utile est amicos veros habere: habeas enim quibuscum jocari [11] possis. Nam hujusmodi in rationibus,[12] non universa,[13] neque absoluta, sed extenuata ratione expositio confirmatur. Item infirma ratio [14] est, quæ vel alii expositioni [15] potest accommodari, ut facit Pacuvius, qui eandem

---

ti.—18 ψ *infirmatione.*—19 'Voss. 3. *cum ait hoc s.* i. e. *scilicet.*' Oud.—20 Lamb. solus *verisimilius;* et G *ex temeritate.*—1 A G R ψ, Tur. Erf. Voss. omnes, Leid. 1. 2. 3. et edd. pr. *res geri.*—2 Voss. 3. *rex esset, mend. fieret:* Leid. 4. et Duisb. *rex fuerat, mend. fieret:* ed. Med. *rex fuisset, mend. factus fuisset.* Tur. Lamb. Græv.-Burm. et al. *rex fuisset, mend. factus esset.* '*Mend. fieret*] Sic correximus vulg. *factus esset*, e Mss. duobus ap. Oud. et e lege Latinitatis. *Factus esset* repetitum est temere e superioribus.' *Ern.* quem Schutz. Wetzel. et Orell. sequuntur.

Cap. xxiv. 3 A G ψ, Tur. Erf. et Cauch. *cum videtur.*—4 *Sed idem dicit* in A et Tur. desunt, et in G verba *sed dicit* punctis subnotantur. ψ *idemque.* Pro iis vocibus Voss. 3. habet *id est*, et Leid. 3. *dici.* Cauch. *idem quod.*—5 *Quod* abest ab ψ, et *in expositione* ab Leid. 4. *In propositione* Voss. 1. exhibet.—6 Voss. 3. *Magnum malum*, et G ψ cum ed. Omnib. pro *hominibus* habent *omnibus;* et sic al. teste Græv.—7 Voss. 2. non agnoscit *homines.* In Voss. 1. *et ex magnis*, et in ψ, Voss. 1. Leid. 1. 2. 4. ed. Med. *afflictantur.*—8 L ψ, Voss. 1. 3. Leid. 2. 4. edd. pr. *expositioni;* sic etiam vulgg. teste Græv. Edd. recentt. *expositionis.*—9 Tur. *Utile est sup.* Tum Leid. 3. *pr quod hi qui:* Leid. 4. *propter quod qui:* ed. Omnib. *pr. quia qui.*—10 Omnes Mss. Oud. præter Voss. 3. et edd. pr. *consueverunt;* et sic Lamb. Oliv. Lall. et Schutz.—11 Vulgg. *habes enim quibuscum:* Duisb. *habeas quibus.* Edd. recentt. *habeas enim quibuscum.* Tum R *jocare.*—12 Ed. Omnib. *hujusm. in rat.* In ceteris Mss. Oud. et ed. Med. ac Steph. et Lamb. *in hujusm. rat.* Voss. 2. *in ejusm. rat.*—13 Leid. 3. *sed univ.* R, ed. Med. et Lamb. *non universali:* ed. Omnib. *non universalis:* Voss. 3. *non universa non æqua.* '*Non universa*] Sic Erf. Cauch. et Cratand. et Grut. edd. sed vulgg. *non universali.*' Græv. Edd. recentt. *universa.*—14 A *exten. ratio est. Item.* Voss. 1. *oratione exp.* In Erf. hæc verba non habentur: *rat. exp. conf. Item infirma.* Pro *infirma* ψ, Tur. et Leid. 2. 3. *vitiosa;* A *viciosa.* Deest *ratio* Leid. 4. et

affert rationem, quare cæca, eandem, quare bruta fortuna dicatur.[16] 38. In confirmatione rationis, multa et[17] vitanda in nostra, et observanda in adversariorum ratione sunt[18] vitia; propptereaque diligentius consideranda,[19] quod accurata confirmatio rationis[20] totam vehementissime comprobat argumentationem.[1] Utuntur igitur studiosi in confirmanda[2] ratione duplici conclusione, hoc modo:

Injuria[g] abs te afficior indigna, pater.
Nam, si improbum Cresphontem existimaveras,[3]
Cur me huic locabas nuptiis?[l] sin est probus,[4]
Cur talem invitam invitum cogis linquere?[5]

[l] *Quare me dabas huic nuptum?*

Duisb.—15 '*Quæ vel alii*] Voss. 3. *quæ etiam vel al.* Abest *vel* a Med. ed.' *Oud.* Deest etiam in Tur. Pro *expositioni* ψ *rationi* habet.—16 Voss. 3. *quare et bruta fort. dic. eamdem.* Tum R *dicitur.*—17 Al. *multa vitanda* sine copula, teste Græv.—18 G L ψ, Voss. 3. ed. Med. *oratione.* Vox *sunt* ante *vitia* non est in Erf.—19 '*Diligentius cons. sunt*] Ed. Med. *diligenter. Sunt* abest ab Voss. omnibus, item Leidd. tribus. Bene. In Leid. 4. *sunt cons.*' Oud. '*Consideranda*] Delevi *sunt*, quod et a nostris Mss. et a multis ap. Oud. et Græv. abest, temere huc e proximo tractum: item ab ed. Junt.' *Ern.* quem Schutz. Wetzel. et Orell. sequuntur. Deest etiam in A R, Tur. et Erf.—20 Erf. Leid. 3. et ed. Omnib. *accurata affirmatio.* Quædam edd. *obfirmatio.* Abest *rationis* a Med.—1 Erf. *tota veh. compr. argumentatio.*—2 G *Utimur ig. studiosi in firmanda rat.* '*Utuntur igitur studiose*] Sic legendum, et ita habent duo libri Mss. Vox *studiosi* autem, quæ est in vulgg. inepta est hoc loco.' *Lamb.* '*Utuntur ig. studiose*] Sic Leid. 1. In ceteris et edd. pr. *studiosi.* Ed. Med. *Utantur ig. studiosi.*' Oud. '*Studiosi*] Sic pro *studiose* dedimus, e Mss. nostris et aliis ap. Oudendorpium, edd. antiquis. Lambinus induxit *studiose* e duobus scriptis, ineptum judicans h. l. *studiosi*: quod miror in illa viri elegantia. *Studiosi* sunt eloquentiæ cultores. Ceterum non nego, et vulgatum bene dici, ut *utuntur* absolute dicatur. Sed plures et meliores libri sunt audiendi.' *Ern.* Schutz. Wetzel. et Orell. *studiosi.* Al. edd. *studiose.*—3 '*Si impr. Cresph. existimaveras*] Erf. *si impr. esse Cresph. existimas*: sic et Cauch. nisi quod in illo *existimans.* Duisb. *si indignum Tresphontem existimas.* Multi alii Mss. *existimas*, aut *existimans*: leg. *existimaras*: et sic paullo post ibidem scribendum, ubi etiam Erf. *existimas.*' Græv. A G L ψ et Tur. *improbum esse*; et A G L R ψ ac Tur. *existimabas.* 'Mss. omnes et edd. Omnib. *esse Cresph.* Tum *existimas* Leid. 2. a m. pr. cum Leid. 4. In ceteris et edd. pr. ut et m. sec. Leid. 2. *existimabas*, vel *extimabas.*' Oud. Schutz. *si Cresph. existimabas improbum.* Vide mox in hoc cap.—4 A R Voss. 2. Leid. 1. 2. 4. et edd. pr. *hujus locabas*: Tur. *huic locasti*: al. *hujus collocabas*, teste Grævio: Voss. 3. *huic homini loc.* Deinde Voss. 1. *sin probus*, sine *est*: Erf. *sive si probus est.*—5 '*Cogis linquere*] Quatuor libri Mss. habent *cogis relinquere*; quam scripturam si probabimus, *s* consonans erit elidenda.' *Lamb.* Lamb. ed. *cogis relinquere*, et sic A G L R. '*Cogis linquere*] Sic Leid. 2. et

NOTÆ

[g] *Injuria*] Ennii versus ex Cresphonte tragœdia, cujus meminit Gellius VI. 16.

Quæ hoc modo concludentur, aut ex contrario convertentur,[h] aut ex simplici parte reprehendentur.[6] Ex contrario hoc modo:

Nulla te indigna, nata, afficio injuria,[7]
Si probus est, collocavi: sin autem improbus,[8]
Divortio te liberabo[9] incommodis.

Ex simplici parte reprehendentur, si ex duplici conclusione alterutra pars diluetur,[10] hoc modo:

Nam si improbum Cresphontem existimaveras,[11]
Cur me huic locabas nuptiis? Duxi[12] probum.
Erravi: post cognovi, et fugio cognitum.[13]

ed. Med. In ceteris *relinquere.*' Oud.—6 Leid. 3. *convertantur,* et *reprehendantur;* ed. Med. *converteuntur,* et *reprehenduntur.* Vox *ex* ante *simplici* in A deest.—7 Erf. *nate aff. inj.* Cauch. *nata aff. injuriæ:* Leid. 2. 4. Tur. Lamb. et Orell. *o nata aff. injuria.* Al. Mss. et edd. *nata aff.*—8 *Te collocavi* G: *locavi* L ψ: *collocans* R. '*Bene locavi*] In nullo Ms. nec in ed. pr. est *bene.* Sed in Mss. quinque et ed. Omnib. *collocavi.* Lego *te locavi.* Quod in Pith. est, *te collocavi,* metro officit.' *Oud.* '*Collocavi*] Mss. habent vel *collocavi,* ut edd. vett. vel *te collocavi,* quod et ed. 1474. habet. Puto cum Oudendorpio, optimum esse *te locavi,* sed libros plures secutus sum. *Bene* est glossa, quam primus induxit Aldus.' *Ern.* Ald. Grut. Lamb. Oliv. et Lall. *bene locavi.* Schutz. et Orell. *te locavi;* Wetzel. *collocavi.* Tum G R et Lamb. ed. ac Orell. *sin est improbus:* L et Tur. *sin autem est impr.* 'Voss. 3. Leid. 4. *sin autem impr. est.* Ed. Omnib. *sin autem est inprobus.* Lege *sin est inprobus.*' Oud. Vulgg. *sin autem impr.* Vid. Nott. Varr.—9 Voss. 2. *Divortiis:* Erf. *Divortii te libero inc.* Lamb. ed. *Devortio te liberabo inc.* In A R et Duisb. est etiam *libero.* Voss. 3. Leid. 3. *liberabo te ab inc.* Leid. 4. *libero te inc.*—10 A G L R et Erf. *reprehendetur.* Mox A G L R ψ, Tur. Grut. Lamb. Oliv. et Lall. *diluitur.* '*Diluetur*] Sic et Erf. Lamb. ed. Vulgg. *diluitur.*' Græv. '*Diluetur*] Voss. 3. *dividitur.* In ceteris et edd. pr. *diluitur.*' Oud. '*Diluetur*] Sic correxi vulgatum *diluitur,* necessario, ut responderet superioribus, ubi sunt futura, et e cod. Voss. ap. Oud.' *Ern.* et sic Schutz. Wetzel. et Orell.—11 Erf. *Nam si improbum Crespontem existimas:* Duisb. *Si improbum Tresphontem existimaveras.* G R *improbum esse:* ψ *Trespontem:* et A G L ψ *existimabas;* R *existimas.* '*Cresph. existimaveras*] Mss. omnes et edd. pr. *esse Cr. existimabas,* nisi quod in Leid. 4. sit *existimas.* Vide supra. Legendum utroque loco opinor, *Nam si Cresph. existimabas inprobum. Existimaras* enim, quod reponi volebat Grævius, admitti nequaquam potest, nisi itidem invertas, ut feci, voces, ne in metri peccetur leges.' *Oud.* Vulgg. *Nam si impr. Cresph. existimaveras.* Schutz., ut supra, *Nam si Cresph. existimabas impr.*—12 A R et ed. Omnib. *Cur me hujus loc. nupt.* L *Cur in his loc. nupt.* Ed. Med. *Cur me loc. nupt.* Deinde ψ *Dixi.*—13 G L ψ *et fugio nunc:* R *effugio.* '*Et fugio cogn.*] Pith. et Cratand. ed. *fugio nunc cogn.* nisi quod in Cratand. legatur copula *et,* ut in vulgg.' *Græv.* 'Leid. 4. *effugio.* Voss. 1. Leid. 1. 4. item a m. 2. Leid. 2. *et fugio nunc cogn.* Voss. 3. *et fugito nunc cogn.* Forsan 'duxi probum,'

NOTÆ

[h] *Ex contrario convertentur*] Cujusmodi argumenta ἀντιστρέφοντα Græci, 'reciproca' Latini appellant.

XXV. 39. Ergo reprehensio hujus[14] conclusionis duplex est; acutior[15] illa superior, facilior hæc posterior ad excogitandum.[16] Item vitiosa est confirmatio[17] rationis, cum ea re, quæ plura significat, abutimur pro certo unius rei signo,[18] hoc modo: Necesse est, quoniam pallet,[i] ægrotasse: aut, necesse est peperisse, quoniam sustinet puerum[19] infantem. Nam hæc sua sponte[k] certa signa non habent, si non cetera quoque similia concurrant.[20] Quod si concurrerint, nonnihil illiusmodi[1] signa adaugent suspicionem. Item vitiosum est, cum vel in alium, vel in eum ipsum,[2] qui dicit, id, quod in adversarium dicitur, potest convenire, hoc modo:[3]

&c. est responsio patris ad filiam pro 'existimavi probum esse.' Tunc legendum foret, *Erravi: post cognovi: effuge nunc cogn.*' Oud. Vulgg. *et fugio cogn.*

CAP. XXV. 14 G L ψ, Tur. Erf. Cauch. et Lamb. *hujusmodi concl.* et sic quinque Mss. Oud. et ed. Med. *Hujuscemodi* A et Leid. 3. *Hujus* vulg. Tum *est* G non habet.—15 ψ *acuratior illa:* Erf. *auctior illa.*—16 Leid. 3. *ista post. ad cogitandum:* G, Pith. et ed. Med. *hæc inferior ad excog.*—17 Erf. *Item vit. firmatio est rat.*—18 A G, Tur. Lamb. et Orell. *plures res sign.* '*Plura sign.*] Leid. 3. 4. *plures.* Voss. 1. 2. Leid. 1. 2. ed. Omnib. *plures res.* Bene.' *Oud.* '*Quæ plures res sign.*] Vulgg. *quæ plura sign.* Erf. Cauch. et Cratand. ed. *quæ plures res sign.* Seqq. verba sic in Pith. scribuntur: *abutuntur pro certo hujus rei signo:* utrumque non est improbandum. In Duisb. est etiam *hujus* pro *unius.*' Græv. *Hujus* etiam Leid. 4. habet.—19 In Leid. 4. et Erf. vox *puerum* deest.—20 '*Hæc sua sponte, &c.*] Med. *hæc certa signa non sunt sua sponte.* Mox omnes tres *nonnihil illius modi.*' Gron. *Sunt* etiam pro *habent* A ψ et Ms. Traj. Dein Erf. *sin in ceteris quoque similia concurrunt.*—1 '*Quod si concurrerint*] Cratand. ed. *concurrerent.* In Erf. hæc verba non leguntur.' *Græv.* Leid. 4. *quæ si non conc. nihil.* Tum 'Voss. 1. 2. Leid. 1 2. 3. cum ed. Med. *illius modi signa.* Verissime.' *Oud.* Erf. ut nonnulli alii Mss. *non nihil illiusm. signa,* teste Græv. *Hujusmodi* A G L R, Tur. Grut. Lamb. Oliv. Græv.-Burm. et Lall. '*Illiusmodi*] Sic Mss. plures, etiam edd. pr. 1474. Med. ejusdem anni, idque elegantius vulgato *hujusmodi.*' Ern. *Illiusmodi* etiam ψ, Schutz. Wetzel. et Orell.—2 ψ *quando vel in alium.* '*Cum vel, &c.*] Voss. 1. 2. Leid. 2. 4. *quod vel in alium.* Ed. Omnib. *quando vel una.* In eadem paullo ante *vitiosa.* Deest *vel* ed. Med.' *Oud.* '*In eum ipsum*] Ultima vox non est in Voss. 3. Leid. 2. *in eumdem* ed. Omnib.' *Idem.* Erf. *quod vel in alium, et in eum ipsum.*—3 '*Qui dicit id, quod, &c.*] Erf. *qui dicit, quod in adv. dicit, pot. hoc modo conv.* Duisb. cum editis consentit, nisi quod *dicitur* in illo non legatur.' *Græv.* Deest *id* Leid. 4. et ed. Omnib. item *di-*

NOTÆ

[i] *Necesse est, quoniam pallet*] Vitiose colligitur morbus ex pallore, qui ex metu, inedia, et aliis quampluri-mis causis oriri potest.

[k] *Nam hæc sua sponte, &c.*] Quæ signa singillatim sumta minime rationem confirmant; si colligantur, multum habent ponderis: e. g. si quis ex pallore morbum conjiciat, levi utetur argumento; verum pallori ac-

Miseri sunt,[1] qui uxores ducunt: at tu duxisti alteram.[4]

Item vitiosum est id,[5] quod vulgarem habet defensionem, hoc modo: Iracundia inductus[6] peccavit, aut adolescentia, aut amore. Hujuscemodi enim deprecationes[7] si probabuntur, impune maxima peccata dilabentur.[8] Item vitiosum est, cum id pro certo sumitur, quod inter omnes non constat, quia[9] etiam nunc in controversia est, hoc modo:

Eho tu, Dii,[m] quibus est potestas motus[10] Superum, atque Inferum,
Pacem inter sese conciliant, et conferunt[11] concordiam.[m]

[m] *Agesis, debes mecum reconciliari: nam Dii, qui et in cœlo et in inferis regnant, inter sese faciunt pacem et ineunt concordiam.*

citur non exhibetur in Leid. 4. Pro *dicitur* A L habent *dicit.*—4 Erf. *si ux. duc.* Tum Cauch. et Cratand. ed. *at tu induxisti alt.* Duisb. et Leid. 4. *at tu dux. uxorem.* Lamb. Schutz. Wetzel. et Orell. sic distinguunt: *ducunt. At tu dux. alt.* quasi duo personæ loquentes; altera *Miseri ... ducunt;* altera respondens *At tu dux. alt.*—5 Pronomine *id* carent Duisb. et Leid. 3. et verba *vit. est id* desunt Leid. 4.—6 '*Irac. ind.*] Sic omnes, nisi quod in Voss. 2. sit *ductus.*' Oud. A etiam et Tur. habent *ductus.* Vid. Nott. Varr.—7 '*Hujuscemodi depr.*] Duisb. *Hujusmodi depr.*' Græv. Tur. Leid. 4. ed. Omnib. et Lamb. *hujusmodi enim depr.* Voss. 3. *hujus modi depr.* Leid. 3. *hujus depr.*—8 'Voss. 2. 3. Leid. 3. ed. Med. [1474.] *in max. pecc.* Voss. 1. Leid. 2. a m. sec. item Leid. 4. et ed. Omnib. *diluentur:* Voss. 2. *delabentur:* Voss. 3. Leid. 2. a m. pr. *dilabuntur:* vel leg. *max. pecc. diluentur,* vel *in max. pecc. delabentur:* prius malo.' *Oud.* ψ et Schutz. in ed. prima *in max. pecc.* et ψ *diluent.* 'Duplex hujus loci lectio in Tur. est conjuncta ita: *impune max. pecc. diluentur in contentione in max. pecc. dilabentur.*' Orell. '*Dilabentur*] Quidam libri *diluentur,* quod non sinit vox *impune.* Ortum vitium e scriptura vitiosa *dilubentur,* quæ est v. c. in ed. 1474. placebat tamen Oudendorpio.' *Ern.* Vulgg. *imp. max pecc. dilabentur.* Vid. Nott. Varr.—9 Erf. *est, quod id pro quo sum., quod inter omnes constat:* A *sum., quasi quod inter omn. constet, quod etiam:* ψ *quod inter omn. constat, quod etiam.* '*Quod inter omn. non constat quia*] Ms. nullus agnoscit τὸ *non* præterquam Voss. 1. a m. sec. et pro *quia* legunt *quod,* vel ut in Leid. 3. *quoniam.* Puto scribend. *quasi int. omn. constet, quod.* Pro *nunc* Leid. 4. *non,* et supra in Voss. 3. *id quod pro certo.*' Oud. cujus conjecturam Orell. in textum recepit. '*Quia etiam nunc in contr. est, hoc modo*] Erf. *quod etiam nunc in contr., hoc modo:* Pith. *quod etiam nunc in contr.* Edd. nonnulli *quod etiam nunc contr., hoc modo.*' Græv. G exhibet *contr. sit.* Vulg. ut Ern.—10 '*Eho, tu, Dii, quibus, &c.*] Erf. *Studii, quibus est potest aut motum.*' Græv. 'Leid. 4. *aut motus.* Ed. Omnib. caret voce

NOTÆ

cedat macies, infirmitas, ciborum fastidium, hæc fuerint prope certa morbi qui præcesserit, indicia.

[1] *Miseri sunt*] In miserias conjugum declamantis rationes omnes evertat, qui objecerit eum ipsum, qui sic invehatur, conjugem secundam duxisse.

[m] *Eho tu, Dii, &c.*] Quotus enim quisque non poëtarum modo, sed So-

Nam ita pro suo jure hoc exemplo usum Cresphontem Ennius induxit, quasi jam satis certis rationibus,[12] ita esse,[13] demonstrasset. 40. Item vitiosum est, quod jam quasi sero,[n] atque acto negotio, dici videtur,[14] hoc modo: In mentem[15] mihi si venisset, Quirites, non commisissem, ut hunc in locum res veniret; nam aut hoc, aut hoc fecissem;[16] sed me tum hæc ratio fugit.[17] Item vitiosum est, cum id, quod in aperto delicto positum est, tamen aliqua levi tegitur defensione,[18] hoc modo:

Cum te expetebant[19] [o] omnes, florentissimo
Regno reliqui:[20] nunc desertum[1] ab omnibus,

motus. Vide Inv. I. 49.' *Oud.*—11 Leid. 1. et Erf. cum Græv.-Burm. *Pacem enim inter se.* Tur. et ed. Omnib. *inter sese,* et sic edd. quidam, teste Græv. '*Pacem, &c.*] Hic versus est mancus uno pede. Mss. quidam et edd. pr. habent *sese,* ut est de Inv. I. 49. Sed ne sic quidem plenus est versus. Item edd. 1474. Med. Junt. *conferuntque:* sed id metrum non admittit. Edidi quod est in Ms. Lips. *et conferunt,* præsertim cum copulam illæ edd. agnoscant.' *Ern.* quem Wetzel. sequitur. Orell. *Pacem enim inter sese.* Schutz. *sese* habet, sed *et* delevit. Vulg. *se,* et *conferunt* sine *et* aut *que.*—12 Erf. et Cauch. *exemplo utuntur Thesprotum Ennius ind., quæsitam satis certas certionibus.* Vox *jam* in A deest.—13 L et 'Leid. 2. ed. Med. *id ita esse dem.* Bene.' *Oud.*—14 Lamb. ed. *vit. est id, quod,* et mox *et peracto neg.* Vet. Steph. *exacto neg.* Leid. 4. et Duisb. *neg. geri vid.* Ed. Omnib. *videbitur.*—15 Duisb. *in mente.*—16 A m. pr. Leid. 4. et ed. Med. *res venisset.* Dein A G R ψ, Tur. Lamb. Oliv. Græv.-Burm. *nam hoc* sine *aut;* et A *fecissem et* cum spatio. Erf. *fecisset.* '*Nam aut hoc, &c.*] Prius *aut* addidi e Ms. Cort. ed. 1474. quod et consuetudini auctoris similius est.' *Ern.* Sic etiam Schutz. Wetzel. et Orell.—17 'Erf. *sed me tam hæc ratio fecisse.* Pith. non male, *sed me tum hæc ratio fefellit.*' Græv. A *fugit mecum hæc ratio fecisset:* G pro *fugit* habet *fefellit;* in marg. *fugit.* '*Hæc ratio fugit*] *Hæc* abest Ms. Cort. quod verum puto: nam simpliciter alias dicitur, *me ratio fugit.*' Ern.—18 Leid. 4. et Duisb. *cum aliqua levi:* Erf. *tamen al. tegitur def.*—19 '*Expetebant*] Meliores scripti *exspectabant,* quod longe verius judicabat Gulielm.' *Grut.* sic etiam G L ψ, Pith. et ed. Omnib. 'Mss. plures et Cort. item ed. 1474. 1475. Med. Junt. *exspectabant:* idque placebat Gulielmio, sed metrum repugnat, cui consentit *expetebant.*' Ern.—20 '*In regno*] Mss. sex et ed. Med. *in regno;* ut jungas præced. versui. Voss. 3. Leid. 4. *reliqui te.*' Oudendorp. *In regno* etiam G L R ψ.—1 A G *nunc desertus es ab om-*

NOTÆ

craticorum, concordes esse Deos concesserit?

[n] *Quasi sero*] Vulgatum proverbium, Sero sapiunt Phryges, in eos quos stulte factorum serius pœnitet. Quod decimo post anno de restituenda Helena cepere consilium Trojani, si perfecissent citius, innumeras clades et urbis excidium avertissent.

[o] *Cum te expetebant*] Verba Atrei ad Thyestem, ex Ennio in tragœdia Thyeste. Aut levis aut nulla est defensio: omnes te suffragiis adjuvabant; mea opera non erat adeo utilis; te deserui.

Summo periculo sola ut restituam paro.[n] [2]

XXVI. Item vitiosum est, quod in aliam partem,[3] ac dictum sit, potest[4] accipi. Id est hujusmodi, ut, si quis potens ac factiosus in concione[5] dixerit, [*p.* 14.] Satius est uti regibus, quam[6] malis legibus. Nam et hoc tametsi rei augendæ[7] causa potest sine malitia dici, tamen propter potentiam ejus, qui dicit,[8] non dicitur sine atroci suspicione. 41. Item vitiosum est, falsis aut vulgaribus definitionibus[9] uti. Falsæ sunt hujusmodi, ut si quis[10] dicat, injuriam esse nullam, nisi quæ ex pulsatione[p] aut convicio

[n] *Ego te deserui, cum te omnes in florentissimo regno dominantem diligebant: nunc te desertum ab omnibus aggredior summo meo periculo in tuum regnum restituere.*

nibus. L *nunc cum desertus est ab omnibus.* R *nunc cum desertus es ab omnibus.* Pith. *nunc cum desertus ab omnibus.* Duisb. *nunc cum desertum res ab omnibus.* 'Leid. 1. modo habet *desertus:* Voss. 2. 3. Leid. 2. 3. 4. ed. Med. *cum desertus es* vel *es desertus ab omn.* In ed. Omnib. *deserto ab omn.*' Oud.—2 Quædam edd. *periclo;* et sic in Orell. '*Sola ut restituam paro*] Abest prima vox a Leid. 4. In ceteris et edd. pr. *solus,* nisi quod in Leid. 2. sit *solam* suprascr. vel *solus.* Latet quid: ac *sol. restitutionem paro* dant Voss. 2. 3. Leid. 3. 4. Conferendæ sunt variæ lectt. horum vss. in Inv. I. 48.' *Oud.* '*Solum ut rest.* unus Gryph. lib. B habet.' *Brut.* A G L R ψ exhibent *solus;* A *restitutionem,* sine *ut;* et G *ut rest. te paro.* Vid. Nott. Varr.

Cap. XXVI. 3 Erf. *quod aliquam in partem:* Tur. Lamb. Orell. et al. edd. *quod alium in partem.* Vulg. ut Ern.—4 A et Voss. 3. *dictum est.* Duisb. *part., quam sit addictum:* Leid. 4. *quam addictum sit:* Tur. *ac dictum est.* Tum R *poterit accipi.*—5 Verba *potens ac fact. in conc.* non sunt in A et Erf.—6 '*Uti regibus*] Hoc malo, quam Lambinianum *bonis regibus:* sic enim nulli Mss. nostri, solum aliqui *malis regibus.*' Grut. 'Lamb. ed. *bonis reg.*' Græv. A L etiam, et Leid. 3. *malis reg.* Deinde G L R, Voss. 1. 2. Leid. 2. edd. pr. *quam uti malis leg.* Vulgg. *uti reg. quam malis leg.*—7 Voss. 3. Leid. 3. *nam hoc:* A *nam et hec.* Tum '*Tametsi rei arguendæ*] Sic restitui, libb. vett. secutus, cum vulgg. omnes, quos vidi, haberent *rei augendæ.*' Lambin. Libri fere calamo exarati *augendæ,* placuitque Lambino: nam Gulielm. rescribi voluit *agendæ.*' Grut. Lamb. ed. *nam et hoc tametsi.* '*Arguendæ*] *Augendæ,* et ratione adductus, et auctoritate duorum vett. Gryph. exemplarium, curavi excudendum: alii *arguendæ* legunt.' *Brut.* ψ, Grut. Oliv. et Græv.-Burm. *arguendæ.* A G L R, omnes Mss. Oud. et edd. pr. *augendæ;* et sic etiam Lall. Schutz. Wetzel. et Orell. '*Augendæ*] Edidi *augendæ,* quod Mss. omnes et edd. pr. pleræque habent, Vetus *arguendæ* edidit etiam Lamb. quod hic commodum sensum non habet. Ms. Cort. habet *agendæ,* ut Gulielm. conjiciebat: sed *augendæ* est aptius.' *Ern.*—8 A *ejus de quo id dicitur:* Leid. 2. *ej. de quo dicitur id:* G L, Voss. 1. et Leid. 4. *ejus qui dicit id, non dic.* Erf. *ej. quod id non dicitur.* Vulg. *ej., qui dicit, non dic.*—9 G L, et al. teste Græv. *falsis ac vulg.* Leid. 4. et Erf. *vulg. defensionibus.*—10 Erf. *si qui dicat.* '*Ut si quis*] Mss. quidam, etiam nostri, edd. 1474. Mediol. utraque, Junt. Ald. &c. addunt *ut,* quod recepi. Sic enim noster sæpe, etsi non est necessarium,

NOTÆ

[p] *Nisi quæ ex pulsatione*] Potest enim præterea fieri furto et rapina.

constet.[11] Vulgares sunt, quæ[12] nihilo minus in aliam rem transferri possunt: ut si quis dicat, Quadruplator,[q] ut breviter describam, capitalis[o] est:[13] est enim improbus, et pestifer civis. Nam nihilo magis[14] quadruplatoris, quam furis, quam sicarii, aut proditoris attulit[15] definitionem. Item vitiosum est, pro argumento sumere, quod in disquisitione positum est:[p] ut si quis quem furti arguat, et dicat,[16] eum esse hominem improbum, avarum, fraudulentum; ei[17] rei testimonium esse, quod sibi furtum fecerit. Item vitiosum est, controversiam controversia dissolvere,[18] hoc modo: Non convenit,[r] censores,[19] [s] istum vobis satisfacere ex eo,[q] [20] quod ait, se non potuisse adesse ita, ut

[o] *Morte puniendus.* [p] *Id de quo disputatur.* [q] *Se excusare apud vos.*

v. c. infra c. 29.' *Ern.* ψ, quinque Mss. Oud. et ed. Med. *ut si quis.* Alii Mss. et edd. non habent *ut.*—11 Leid. 1. Voss. 2. *pulsione*, et mox G *constat.*—12 G *qui nih.*—13 '*Ut brev. descr., cap. est. Est enim, &c.*] Scripti omnes *ut brev. scribam.*' Gron. Erf. *ut brev. scribam cap. Est enim, &c.* '*Scribam* est etiam in Pith. et multis aliis libris. Sed Duisb. *ut brev. dicam cap. est. Est enim:* etiam codices quos inspexit Gron. *ut brev. scribam.*' Græv. G L R ψ, Voss. 1. Leid. 1. 2. *scribam:* Voss. 3. Leid. 4. *ubi brev. dicam.*—14 Leid. 4. et Duisb. *nihilominus quadrupl.*—15 Ern. putavit *attulerit* legendum: quæ conjectura confirmata est ab Tur. qui cum Orellio habet *attulerit.*—16 Erf. *si qui quem furti arguat et ita dicat.* Leid. 3. et ed. Omnib. *furti quem arg.* Voss. 1. *et ita dicat eum:* Leid. 1. *et indicat, eum:* Tur. ed. Med. et Græv.-Burm. *et dicat, eum:* Leid. 2. *dicat ita, eum.* '*Et dicat*] Addidi *et* e Mss. quatuor et edd. 1474. Med. prima. Nam hoc necessarium est, nisi malis aut *eum dicat* scribere, aut *eum* post *dicat* delere, quod tamen in omnibus libris est.' *Ern.* quem Schutz. Wetzel. et Orell. sequuntur.—17 A *et ei rei:* G *ejus rei:* R *et ejus rei.* Lamb. *ei rei testimonio esse.*—18 Voss. 3. *solvere.*—19 A *Non venit:* Duisb. *Num quid conv. censorem.* Dein Tur. *istum nobis.*—20 Verba *ex*

NOTÆ

[q] *Quadruplator*] Criminum publicorum delator, cui pro delationis præmio quarta pars e bonis damnati cedebat.

[r] *Non convenit*] Hic litem, ut dicitur, lite resolvit accusator. Admittenda non est, inquit, a censoribus ejus excusatio, qui juratus non venit ad exercitum; nam a tribunis militum non admitteretur. Hoc ipsum inquiritur an legitime impeditus, ne ad exercitum veniret, non debeat excusari sive a censoribus, sive a tribunis, sive a quibuslibet aliis.

[s] *Censores*] Instituti sunt A. U. C. 311. ante Chr. 443. cum variis distenti negotiis consules populum censere non possent. Censorum auctoritati par erat severitas: ut solebant in singulorum vitam ac mores diligentius inquirere, ita eis et civem ignominia notare, et senatorem loco movere, et equiti equum et annulum adimere licebat, si quid honestati contrarium deprehenderent. Hinc vulgo dicebantur magistri morum. Duo tantum utplurimum consulares quinto quoque anno eligebantur.

juratus fuerat:[r] [1] quod si ad exercitum non venisset, idne[2] tribuno militum[t] diceret?[3] Hoc ideo vitiosum est, quia non expedita aut judicata res,[4] sed impedita, et[5] in simili controversia posita, exempli loco profertur.[6] 42. Item vitiosum est, cum id, de quo summa controversia est, parum expeditur, et quasi transactum sit,[7] relinquitur, hoc modo:

Aperte[u] fatur dictio,[8] si intelligas.
Tali dari arma,[x] qualis, qui gessit, fuit,[9]
Jubet, potiri si studeamus Pergamo:[10] [y]
Quem ego profiteor esse me: me æquum est frui[11]

[r] *Ut juramento promiserat.*

eo desunt Erf. Voss. 3. et Leid. 3.—1 Erf. Duisb. et Leid. 4. *jur. fuerit.*—2 '*Quod si, &c. id ne tribuno*] Erf. Duisb. et Lamb. ed. *quid si, &c. de omni tribuno.* In Cauch. est *etiam de omni.* In Pith. *tm id tribuno.*' Græv. '*Quid si* ex Gryph. lib. duobus B C edi jussimus; quæ etiam lectio probatur Lambino.' *Brut.* '*Quod si, &c. idne*] Leid. 3. *quia, si, &c. num idem:* Leid. 4. *quid si.* Ab ed. Omnib. abest *ne.*' Oud. 'Mss. duo *quid si;* quod non spreverim.' *Ern.* Schutz. et Orell. *quid? si.* ψ habet *idne idem tribuno.* Vulg. *quod si, &c. idne tribuno.*—3 A *diceretur.*—4 A non habet *aut.* Voss. 3. *jud. est res:* edd. pr. *jud. res est.*—5 Pith. *est in sim.*—6 '*Perfertur*] Et quidni *profertur?* quod est in editis prioribus et utique tribus nostris Mss.' *Grut.* 'Grut. ed. *perfertur*, proculdubio vitio typographorum.' *Græv.* '*Profertur*] Sic edatur oportet auctoritate Mss. omnium et edd. pr. Vulgo *perfertur.*' Oud. '*Profertur*] Sic pro vulg. *perfertur* edidi e libris Mss. et edd. pr. et sic etiam sine libris edidissem.' *Ern.* etiam G L R, Lall. Schutz. Wetzel. et Orell.—7 A *trans. et tractatum, rel.* Erf. *trans., rel.*—8 Schutz. *Apertæ,* i. e. Apollinis, ex emend. Erici Memmii a Lamb. probata; et sic edd. Lamb. '*Aperte fatur dictio*] Male a quibusdam *Pythius* hoc loco pro *dictio* emendatum fuit: posita enim est vox *dictio* pro responso Apollinis et oraculo. Liv. l. VIII. 'Data erat dictio ab urbe,' &c.' *Fulv. Ursinus.* Vulg. *Aperte fatur dictio.* Vid. Nott. Varr.—9 '*Talis dari arma, qualis qui gessit, fuit*] Erf. *Tali fuit.* Pith. *Tali dari arma jubet, qualis ille qui gessit fuit.*' Græv. '*Dari arma*] Subjiciunt *a me* Leidd. 1. 2. *jubet* Voss. 1. Leid. 4. mox id verbum omittentes. In ed. Omnib. *si intelligam tali dare arma.*' Oud. A, Voss. 1. et Leid. 3. *ille qui gessit:* G R *ipse fuit.* Voss. 3. *fuit ille qui gessit.*—10 Ed. Med. *Pergama.*—11 G *mei profiteor:* R *esse mea arma:* ψ *esse in ea.* A G L ψ

NOTÆ

[t] *Tribuno militum*] Tribuni militum, qui primi a summo exercitus duce rem militarem administrabant, ex eo nomen habuere, inquit Varro, quod terni ex tribus tribubus Ramnium, Lucerum, Tatiensium, olim ad exercitum mittebantur.

[u] *Aperte* [*Apertæ*] Aperta dicitur Apollo, inquit Festus, quia patente cortina responsa ab eo dentur. Legunt alii, *Aperte fatur dictio.*

[x] *Tali dari arma*] Achillis arma intellige, de quibus referendis mira fuit Ajacem inter et Ulyssem contentio. Consule Ovid. Met. l. XIII.

[y] *Pergamo*] Quæ fuit arx Trojæ in monte Ida.

Fraternis armis,[z] mihique [12] adjudicarier,
Vel quod propinquus, vel quod virtutis æmulus.' [13]

Item vitiosum [14] est, ipsum sibi in sua oratione dissentire, et contra ea, quæ [15] ante dixerit, dicere, hoc modo:

Quare accusem hunc, nequeo exputando evolvere.[16]

[s] *Apollinis oraculum, si percipias, hoc dicit: Si velimus capere Trojam, jubet Achillis arma illi danda esse qui fuerit talis qualis ille qui tulit. Contendo hæc arma esse mea: nam justum est me habere arma fraterna, et mihi ascribi, vel quia um ejus propinquus, vel quia sum pari virtute præditus.*

me enim æq. Tres Mss. Gronovii *esse mea: me enim æq. est frui;* et sic Ms. Traj. ‘Voss. 1. 2. Leid. 4. *est enim æq. me frui:* Leid. 1. 2. edd. pr. *me enim est æq. fr.* Voss. 3. *me id est æq. fr.* Leid. 3. *me est æq. fr.* In Grævii emendatione semel abundat *me.* Legend. *Quem ego prof. esse. Me, me æq. est frui.* In Voss. 3. *confiteor.*’ Oud. ‘*Quem ego . . . me: me*] Hanc lect. e Mss. confecit Oud. quam recepi. Vulgata *quæ . . . mea* sensum non habet aptum rei: nam non *profiteri* debebat, arma esse sua: judicari hoc debebat: sed se esse eum, cui ex oraculo debeantur. Versus ultimus non convenit metro. Putavi alterum *quod* delendum. Oud. putat legend. *virtute*, aut *virtutum*, quod magis placet; nisi vero ultima litera in *virtutis* elidenda est.’ *Ern.* Schutz. et Wetzel. Grævium secuti, habent *Quem ego prof. esse me: me æq. est frui.* Vulg. *Quæ ego prof. esse mea: me æq. est fr.* Vid. Nott. Varr.—12 Auratus legend. censet *Paternis armis.* Vid. Nott. Varr. Erf. *Fraternis mihi quæ adjud.*—13 Pith. *Vel quod prop. ejus sum, vel.* L *Vel quia prop.* G *prop. sum:* Voss. 2. *prop. sim.* Dein L *vel quia ejus virt. æm. sum:* A ψ *virt. ejus æm.* G *virt. ejus æm. sum.* ‘Edd. *virtute æm.* Erf. *virtute remulus:* Duisb. *virtutum ego sum æm.*’ Græv. ‘Voss. 2. et Leid. 1. a m. pr. *virtute æm.* Voss. 3. Leid. 3. *ejus virt. æm. sum.* Voss. 4. *virtutum ego sum æm.* Addunt *sum* etiam Voss. 1. Leid. 1. 2. inepte. Omnino legend. *Vel quod prop. vel quod virtute æm.* aut *virtutum æm.*’ Oud. Ald. Schutz. et Wetzel. *virtute æm.* Tur. et Orell. *virtutum æm.* Vide notam Ern. paulo supra. Vulg. *Vel quod prop., vel quod virtutis æm.*—14 Erf. *Item et vit. est.*—15 G L *ratione.* Mox ‘Bene Erf. *contra atque ante dix.*’ Græv. In Tur. quoque *contra atque ante dix.*—16 A *Qua de causa acc. hunc:* G L R ψ *Qua causa acc. hunc;* et sic omnes Mss. Oud. et edd. pr. ‘Lamb. et Grut. edd. *Qua re acc. hunc:* aliæ edd. *Qua causa acc. hunc.* Erf. et Pith. *Qua causa acc. hunc tum id exponendo evolv.* unde conj. Gronov. *metuo exput. evolv.* pro *nolo exputando evolvere.* Edd. pleræque, *neq. expendendo evolv.* Cratand. margo, *neq. disputando evolvere.*’ Græv. Ms. Traj. *Tum id disputando evolvere nequeam.* ‘*Quare acc. hunc*] Ita legit Lamb.’ *Brut.* Pro *nequeo exputando evolvere,* A habet *vel ergo tum id disponendo evolvere: vel hic exputare tum id disponendo evolvat;* G *tum id exputando evolvere;* L *nequeo mecum id disputando evolvere, vel tum id exputando evolvere;* R *tum id disputando evolvere;* ψ *tum id expugnando evolvere.* Tres Mss. Lambini *neq. exput. evolv.* Et vir doctus ap. eund. conjecit *neq. putando evolv.* Vid. Nott. Varr. ‘*Neq. exput. evolv.*] Voss. 1. Leid. 2. 3. ed. Med. *tum id exp. ev.* Voss. 2. ed. Omnib. *tum id disp.* quod suprascr. est in Voss. 1.

NOTÆ

[z] *Fraternis armis*] Ajax Telamonius, qui his versiculis arma poscit, Achillis patruelis erat. Patrueles autem, consuetudine Hebræis recepta, nec ignota Græcis, fratres dicuntur. Hinc apud Ovid. Met. lib. XIII. idem Ajax, ‘Frater erat, fraterna peto.’

Nam si veretur, quid eum accusem, qui est probus?[17]
Sin inverecundum animi ingenium possidet,[18]
Quid eum accusem, qui id parvi auditu existimet?[s][19]

XXVII. Non incommoda ratione videtur sibi ostendisse, quare non accusaret. Quid? postea quid ait?[20]

Nunc ego te ab summo jam detexam exordio.[t]

43. Item vitiosum est, quod dicitur contra judicis voluntatem, aut eorum, qui audiunt, si aut partes quibus illi student,[u] aut homines quos illi caros habent, lædantur, aut aliquo hujusmodi vitio lædatur[1] auditoris voluntas. Item vitiosum est, non omnes res[2] confirmare, quas pollicitus sis in expositione. Item verendum est, ne de alia re dicatur,[3] cum alia de re controversia sit, inque hujusmodi[4] vitio considerandum est, ne aut ad rem addatur quid, aut quidpiam de re detrahatur;[5] aut tota causa mutata in aliam causam[6] derivetur: uti apud Pacuvium Zethus[7]

[s] *Non possum recogitando dicere quare hunc accusem; nam si verecundus est, cur eum accusem, qui est bonus? si impudentis est ingenii, cur eum accusem, qui hoc non curet audire?*

[t] *Nunc ego jam ab initio manifestabo tua vitia.* [u] *Favent.*

Voss. 3. *cum id exponendo ev.* Leid. 1. *tum ex disputando id ev.* Leid. 4. *neq. id mecum exp. ev.* Verbum *nequeo* superscriptum est in Voss. 1. post *exputando.* Gronovii conj. *timeo* [pro *nequeo*] non displicet.' *Oud.* 'et id sane facit sensum meliorem,' ait Ernesti. Vulg. *Quare acc. hunc, nequeo exput. ev.*—17 'Erf. *Quid eum accuses, qui est probus?* Duisb. *Si est.* Pro *Sin inverecundum,* Erf. *Sin verecundum.*' Græv. Leid. 4. *si est probus.*—18 G *Si inverec.* ψ *Sin verec.* '*Si inv. an. ing. poss.*] Voss. 3. *Cum si verec. possidebant ing.*' Oud.—19 '*Existimet*] Ed. Med. *æstimet.* Vid. Inv. I. 49.' *Oud.* Schutz. habet *parvi id auditum æstimat;* quæ vox *auditum* est etiam in Tur. et cod. Voss. c. sch. In A R *id* deest, et in L legitur *esse exist.* Vulg. *accusem, qui id parvi auditu exist.* Vid. Nott. Varr.

CAP. XXVII. 20 ψ *accuset,* et G L ψ *Quid postea? quid ait?* 'Mss. omnes, ed. Med. *quid postea? quid ait.* Optime.' *Oud.* Grut. Lamb. Oliv. Græv.-Burm. et Lall. *quid quod postea ait.* '*Quid? postea quid ait?*] Sic Mss. plures, etiam nostri, et ed. Med. pr. eleganter. Vulgo, *quid quod postea ait.*' Ern. quem Schutz. Wetzel. et Orell. sequuntur. In lin. seq. pro *detexam* ψ habet *dexteram.* Vid. Nott. Varr.—1 Voss. 1. 2. Leid. 1. 2. et Erf. *ejusm. vitio.* Tum tres priores cum G R, Leid. 4. et ed. Med. *læditur:* Erf. *lædetur.* '*Lædatur* commode abfuerit,' ait Ern.—2 'Cratandri margo, *non omnes partes conf.* non male.' *Græv.*—3 A habet *verecundum est,* et G *ne de re illa dic.*—4 Leid. 3. *idque in hujusm.* ψ *in ejusm. vit.* Erf. et omnes Mss. Oud. *inque ejusm. vit.* Dein abest verbum *est* a Voss. 1.—5 G L ψ, Voss. 3. Leid. 2. ed. Med. *addatur quiddam:* R et Leid. 4. *add. aliquid.* Verba *de re* in A desunt. Erf. *add. quidam aut de re detr.*—6 Edd. Cratand. et al. *aut tota caussa in al.* teste Græv. '*Mutata in aliam caussam*] Prima et ultima vox desideratur in Leid. 3. *causam* etiam exsulat ab ed. Omnib.' *Oud.*—7 A *Veluti ap. Pac.*

cum Amphione, quorum controversia cum de musica inducta[x] sit,[7] disputatio in sapientiæ rationem et virtutis utilitatem consumitur.[y] [8] Item considerandum est,[9] ne aliud accusatoris criminatio contineat,[10] aliud defensoris ratio purget; quod sæpe consulto [b] multi [11] ab reo faciunt, angustiis [12] causæ coacti: uti, si quis, cum accusetur,[13] ambitu magistratum petiisse, ab imperatoribus sæpenumero se apud exercitum donatum[z] esse dicat.[14] Hoc si diligenter in adversariorum oratione [15] observaverimus, sæpe deprehendemus, [et in hujusmodi deprehensione ostendemus,] eos, de [ea] [16] re quid dicant, non habere. 44. Item vitiosum est, artem aut scientiam aut studium quodpiam [17] vituperare propter eorum vitia,[18] qui in eo studio [19] sunt: veluti, qui rhetoricam vituperant, propter alicujus

[x] *Incepta.* [y] *Desinit.* [z] *Honestatum muneribus.*

Zephus.—7 Erf. *controv. de mus. ind. est. Inducta est* etiam G L R ψ et Tur. '*Ind. sit*] Sic solus Leid. 4. cum ed. Omnib. In ceteris *ind. est.* Ed. Med. *indicta est.*' Oud. Vulg. *ind. sit.*—8 '*Consumitur*] Legend. fortasse est *consummatur*, i. e. κεφαλαιοῦται, συντελειοῦται. Sic in marg. Lambinus.' *Græv.* et sic Tur. Schutz. et Orell. In A *consumatur.*—9 Verbum *est* non est in Erf. Voss. 3. et Leid. 4.—10 Erf. *continere.* Mox '*Ratio purget*] Ita Leid. 2. In reliquis Mss. et edd. pr. *purgatio purget.*' Oud. *Purgatio* habent etiam A G L R, Tur. et Pith.—11 L *vel sæpe.* '*Consulto multi ab reo*] Ed. Omnib. *multo.* Voss. 3. *cons. multi in caussa accusati ab reo.*' Oud.—12 A *angustia.*—13 'Erf. et Cratand. ed. *uti quis cum acc.* Dein uterque *petisse* pro vulgato *petiisse.*' Græv. '*Uti si quis cum acc.*] Deest *si* a Mss. sex et edd. pr. In Voss. 3. *ut si quis acc.* non male.' *Oud.* Vox *si* deest etiam in A R ψ.—14 Leid. 3. *sese ap. exerc. Se* in A, et *dicat* in R deest: ambo voces in Erf. desiderantur.—15 Lamb. ed. *Hoc in adv. orat. si dilig.*—16 Verba *et in huj. depr. ostend.* absunt ab A R ψ, Tur. Erf. Cauch. Leid. 1. 3. In tribus Mss. Oud. et ed. Omnib. *ejusm. depr.* Voss. 3. *reprehensione.* Ed. 1474. *defensione.* Hæc verba 'sunt sine dubio insititia . . . itaque uncis inclusi. Post delendum est, *ea: eos, de re quid dicant, non habere;* quod facile quivis rectum sentiat.' *Ern.* Schutz. voces *in huj. depr. ost.* et *ea* delevit. Wetzel. et Orell. eas uncis incluserunt. Tum *eos* in Duisb. non habetur. '*Quid dicant*] Ita Leid. 3. cum edd. pr. sed ceteri præbent *quod dicant.*' Oud. *quod dicant* Erf. quoque habet.—17 Pith. *artem aut sententiam.* Dein Duisb. et Leid. 4. *aut quippiam vitup.* Ed. Med. *studium quippiam.*—18 Pro *vitia* A habet *vitari.*—19 Vox *in*

NOTÆ

[a] *Zethus*] Jovis ex Antiopa filius, frater Amphionis, cui in condendis Thebis operam commodavit.

[b] *Quod sæpe consulto, &c.*] Artis est persæpe, cum causa nimium laborat, alio defensionis rationem sensim flectere. Accusatur aliquis perfidiæ? pro reo dicat orator eum claro genere natum, a majorum gloria, quam etiamnum sustinet, nunquam degenerasse, multos esse qui ejus fidem prædicent, &c.

oratoris vituperandam vitam. Item vitiosum est, ex eo, quod perperam factum esse constet, putare ostendi, a quo homine factum sit,[a] [20] hoc modo: Mortuum deformatum, tumore præditum, decoloratum [1] fuisse constat: ergo veneno necatus est.[2] Deinde, si sit usque in eo occupatus (ut multi faciunt),[3] venenum [4] datum, vitio non mediocri conflictetur.[b] Non enim factumne sit, quæritur, sed a quo factum sit. XXVIII. 45. Item vitiosum est, in comparandis rebus alteram rem efferre,[c] [5] de altera [6] mentionem non facere, aut negligentius disputare: ut si comparetur,[7] utrum satius sit [c] populum frumentum accipere, an non?[8]

[a] *Si quis ex ipsa qualitate facti, putet demonstrari posse auctorem facti.*
[b] *Laborabit.* [c] *Prædicare.*

A deest, et pro *studio* G *viciosi*, Erf. *studiosi* habet.—20 Erf. *qui perp. factum constat esse, putari ost. accepto omine factum esse hoc modo.* ψ, sex Mss. Oud. et Wetzel. ac Orell. *constet:* alii Mss. et edd. exhibent *constat.* Tum G ψ *putari*, et Leid. 2. *a certo hom. factum est;* suprascr. *a quo.* Ed. Med. *factum sit*, et sic Lamb. Schutz. Wetzel. et Orell. Al. edd. et Tur. habent *factum est.*—1 '*Tumore præditum, corpore decoloratum*] Vox *corpore* abest a duobus Mss. et meo quidem judicio delenda est.' *Lamb.* 'Sic Bruil. sic Pal. 4. ac 6. Antea cusi, *præd. corp. decol.*, quod *corpore* aberat item aliquot Lambinianis.' *Grut.* 'Mss. et edd. multæ *tum. præd., corp. decol.* consentit Erf. In aliis *tum. præd., col.*' Græv. '*Tum. præd., col.*] Mss. sex et edd. pr. *tum. præd., corp. decol.* Leid. 3. *tum præd. decol.* Quod certe compositum non fuerat mutandum. Supra cap. 5. 'si tumore et livore decoloratum est corpus mortui,' significat eum veneno necatum.' *Oudend.* *Coloratum*, Gruter. Oliv. Lall. et al. *Decoloratum* A G L R ψ, Tur. Schutz. et Orellius. '*Decoloratum*] Sic edidi e Mss. et edd. pr. . . . Supra cap. 5. 'si tumore,' &c. Sed addunt etiam *corpore;* quod pariter aut servandum, aut pro eo *livore* legend. puto: ita oratio fit æqualior et concinnior: *tum. præd., livore decol.*' Ern. Wetzel. *livore decol.* exhibet.—2 Cauch. *ergo ven. necatum esse.* Margo Cratand. *ergo constat ven. necatum:* Leid. 4. *constat ergo ven. necatum.* Ed. Omnib. *constat ergo necatum esse ven.* A L ψ et Leid. 3. *ergo ven. necatum.* Vulg. *ergo ven. necatus est.*—3 Voss. 1. Leid. 4. *in eo usque adeo:* Voss. 2. 3. Leid. 2. edd. pr. *usque adeo in eo.* A G L ψ *adeo occ.* R *usque occ.* Vulg. *si sit usque in eo occ.* Lamb. ed. etiam habet *quod multi fac.* Vid. Nott. Varr.—4 L ψ *ut ven. datum:* Lamb. *ut ven. datum esse contendat.*

CAP. XXVIII. 5 '*Alteram rem afferre*] *Efferre* alii habent. Ald. Victor. Leonic. Gryph. C *effundere*, ejusdem, B ut videtur, pro, disserere et disputare effusius, atque latius. Lamb. *afferre.*' Brut. Vox *rem* in G deest. Vulg. *efferre.*—6 A *et de alt. re:* G L *de alt. re.* '*De alt. ment.*] Erf. Cauch. et Cratandri ed. *de re alt. ment.* Duisb. *de alt. re.* Cur hanc voculam omiserint ceteri editores, caussa nulla est.' *Græv.* '*De alt. re*] Sic vel *de re alt.* Mss. omnes et edd. pr.' *Oud.* Vulg. *re* omittitur.—7 Tur. Erf. et Voss. 3. *ut si cum comp.* et sic Schutz. et Orell. Ed. Omnib. *ut compararetur.* Vulg. *ut si comparetur.*—8 G L R, Duisb. Cauch. Cratand. et aliæ edd. teste

NOTÆ

[c] *Utrum satius sit*] In exemplum affert, quod id ætatis aliquando con-

quæ commoda sint in altera re, cures enumerare: quæ in altera incommoda sint, velut depressa,[d] prætereas; aut ea, quæ minima sint, dicas.[9] Item vitiosum est, in rebus comparandis necesse putare alteram rem vituperari,[10] cum alteram laudes: quod genus, si quæratur, utris[11] major honor habendus sit, Albensibus,[d] an Venusinis,[12] [e] quod

[d] *Nullius momenti.*

Grævio, *an non accipere.* '*An non*] Ita Leid. 3. In ceteris et edd. pr. *an non accipere.* Voss. 1. *aut.*' Oud. Vulg. *accipere* deest.—9 '*Quæ commoda sint, &c.*] *Quæ incomm. sint, et quam* in duobus Gryph. B C habetur; pro quo ego *quæ incomm. sint et quanta* lego.' *Brut.* Deinde Med. *curet enarrare:* Tur. et Orell. *curet enumerare;* et sic vulg. Præterea Voss. 3. *veluti depr.* Leid. 4. *velut deprehensa.* Verba *velut depressa* Ernestio spuria esse videntur. Denique Erf. *quæ min. sit:* edd. ante Ern. *quæ min. sunt.* '*Quæ comm. . . . curet . . . prætereat . . . dicat*] Ratio Latinitatis et auctoris nostri hic jubet legere *cures . . . prætereas . . . dicas:* nam nullum subjectum est, unde pendeat *curet,* &c. quod in omnibus exemplis est ceteris, ubi tertia persona utitur, ut statim post, 'et is, qui dicit alteris, alteros lædat:' contra paullo ante, ubi nullum est subjectum, secunda; 'vitiosum est . . . putare . . . cum alteram laudes;' item post in his, 'fieri potest,' &c.' *Ern.* Schutz. *quæ incomm. sunt, et quæ velint depr. prætereat, aut ea quæ min. sunt, dicat.* Wetzel. legit totam sententiam, ut Ern. Orell. habet, *quæ in alt. incomm. sint, velut depr. prætereat: aut ea quæ min. sint, dicat.* Vulg. *quæ in alt. incomm. sint, velut depressa prætereat; aut ea, quæ min. sunt, dicat.* Vid. Nott. Varr.—10 'Erf. Cauch. meus, et Cratand. ed. *necesse putari.*' Græv. Pro *necesse* G habet *debere.* '*Nec. putari, &c.*] Mss. omnes et ed. Med. *nec. putari.* Abest id verbum ab ed. Omnib. Contra *vituperare* dant Mss. quinque vetustiores.' *Oud.* A G L *putari.* Vulg. *necesse putare.*—11 Voss. 3. *quod genus est.* '*Quod genus est, utris*] Cauch. *quod genus, utris.*' Græv. Erf. *utrius maj.* A *utrum maj.*—12 G *ad Vegentis:* L ψ *Vegentinis:* R *aut Venusinis aut Pernersibus:* Tur. *an Venusinis an Pennensibus:* Ms. Cort. *Vejentanis:* 'Voss. 1. 2. Leid. 1. 2. 3. ed. Omnib. *an Vegentinis:* Leid. 4. *Vegientinis:* Voss. 3. *Venusanis:* sed addit ille *an peanensibus:* Voss. 2. *an penensibus.*' Oud. Schutz. et Orell. habent *an Vestinis Pinnensibus.* Vulg. *an Venusinis.* Vid. Nott. Varr. Tum '*Reip. populi Romani profuerunt*] Mss. omnes et edd. pr. *reip. et po. Ro.* perperam. Sed in iisdem præter Leid. 4. et in ed. Med. *profuerint.* Recte.' *Oud.* *Profuerint* etiam ψ exhibet. '*Reip. pop. Rom., &c.*] Sic edidi pro *reip. et populo Rom.* cum Grævio e Mss. ejus, nam sic dicunt semper Latini, nunquam 'resp. et populus Rom.' Deinde dedi *profuerint* e Mss. ap. Oud. et ed. Med. 1474. . . . Porro *is qui dicat* pro *dicit* e Mss. et edd. pr. . . . Denique *is, qui dicat alteris, alteros lædat,* vitiosum Grævio videtur, qui *alteris* delet; quod sane non habent Mss. plures, etiam nostri, nec edd. vett. primus dedit

NOTÆ

tingebat. Ingravescente annona, plebi largitionem frumenti offerebat senatus. Aderant statim tribuni plebis, ab accipiendo frumento deterrebant plebem, objiciebant incommoda, verbi gratia, summum jus in eam a senatu usurpandum: contra supprimebant incommoda, inopiam, ac famem.

[d] *Albensibus*] Alba Longa in Latio, antiquissima civitas Italiæ, cujus nulla supersunt vestigia.

[e] *Venusinis*] Venusia, sive Venusium, urbs olim Apuliæ Peucetiæ, nunc regni Neapolitani in provincia Basilicata; dicitur *Venosa.*

reipublicæ populi Romani profuerint, et is, qui dicat alteris, alteros lædat: non enim necesse est, si alteros præponas, alteros vituperare.[13] Fieri enim potest, ut, cum [14] alteros magis laudaris, aliquam alteris laudis partem attribuas, ne cupidius [15] pugnasse contra veritatem puteris. Item vitiosum est, de nomine et vocabulo ejus rei [16] controversiam struere, quam rem consuetudo potest optime judicare: [17] velut Sulpicius,[f] qui intercesserat, ne exules, quibus causam dicere non licuisset, reducerentur,[e] idem posterius, immutata voluntate,[18] cum eandem legem ferret, aliam sese ferre dicebat, propter nominum [19] commutationem: nam non exules, sed vi ejectos se reducere aiebat; perinde quasi [20] id fuisset in controversia, quo illi nomine appellarentur a [1] populo Romano, aut perinde [2] quasi non omnes,

[e] *Qui prohibuerat ne revocarentur exules, quibus non permissum fuerat se defendere.*

Aldus. Non tamen ausus sum delere, quia commode intelligi potest, si modo interpungas post *dicat*, ut fecimus: 'is, qui dicit alteris' . . . nam et in seqq. semper bis est.' *Ern.* Schutz. Wetzel. et Orell. *reip. populi Romani profuerint.* Vulg. *reip. et populo Rom. profuerunt.* Mox Tur. Grut. Græv.-Burm. *qui dicat, alt. lædat.* '*Is qui dicat, alteros lædat*] Sic etiam Mss. omnes, et edd. pr. nisi quod omnes addant *et is,* temere ejectum a Grævio.' *Oud.* A *de hiis dicat alteris:* G L ψ *dicat alteris, alteros læd.* Lall. vet. lib. Ursini secutus habet *et is, qui dicit ab alt., alteros læd.* Schutz. et Orell. *et is, qui dicat ab alt., alteros læd.* Wetzel. Ernestium sequitur. Vid. Nott. Varr. —13 A *vituperares:* Tur. et Voss. 1. *vituperes.*—14 *Enim* non est in Erf. nec *ut* in Leid. 4. neque *cum* in Erf. Pro *cum* A *quo* habet.—15 '*Laudis partem tribuas*] Erf. *partem laudis tribuas.*' Græv. Leid. 4. quoque *tribuas.* Deinde vulg. *cupide pugn.* 'Ed. Omnib. *cupidius pugn.* Bene, si e Mss.' *Oud.* '*Ne cupidius pugn.*] Sic Mss. plures et edd. pr. pro *cupide*, quod primus dedit Aldus, et nostri Mss. habent. Ed. Junt. *cupiditate ab alteris.*' Ern. *Cupidius* Schutz. Wetzel. et Orell.—16 '*De nom. et vocab. ejus rei*] Voss. 3. *de proprio nom.* Voss. 2 *et de voc.* Tum *ejus* exsulat ab ed. Omnib. *ejus rei* a Mss. Voss. et Leid. 2.' *Oud.* A *nominatione* habet, et verba *ejus rei* in A R desunt. Tur. Schutz. et Orell. *et de vocab.* Vulg. ut Ern. Vid. Nott. Varr. —17 Voss. 1. Leid. 1. *contr. statuere.* Deinde *rem* abest ab L, Voss. 1. 3. Leid. 2. et ed. Cratand. Porro ψ et Leid. 4. *dijudicare.*—18 Voss. 1. 3. Leid. 2. ed. Med. *sed idem posterius:* Leid. 4. *postremo.* ψ *mutata vol.* Duisb. *postremo immutata sententia.*—19 Erf. *aliis se ferre diceret.* A, Leid. 3. et ed. Med. *se ferre dicebat:* R *se ferre diceret:* G *legem ferre diceret.* Tum pro *nominum* G habet *nominis.*—20 G *sese red.* Erf. *red. dicebat proinde.* '*Perinde quasi*] Mss. omnes, si excipias Leid. 4. bis cum edd. pr. *proinde quasi;* nisi quod ultimo loco *aut proinde* absint ab Omnib. ed.' *Oud.*—1 Erf. *quod illi nom. app. aut pop. Rom.* In A *appellarent* legitur.—2 Verba *aut perinde* in

NOTÆ

[f] *Sulpicius*] De quo jam egimus lib. 1. § 25. legem de revocandis exulibus tulit hoc ipso anno, quo occisus est, nimirum A. U. C. 666. ante Chr. 88.

quibus aqua et igni interdictum [g] est, exules appellentur.[3] [*p.* 15.] Verum illi fortasse ignoscimus, si cum causa fecit: nos tamen intelligamus,[4] vitiosum [h] esse intendere controversiam propter nominum mutationem.[5]

XXIX. 46. Quoniam exornatio constat ex similibus, et exemplis, et amplificationibus, et judicatis, et ceteris rebus,[6] quæ pertinent ad exaggerandam et collocupletandam [7] argumentationem, quæ sint iis rebus vitia,[8] consideremus. Simile vitiosum est, quod ex aliqua parte dissimile [i] est, nec habet parem rationem comparationis, aut ipsi obest,[10] qui affert. Exemplum vitiosum est, si aut

A R desunt, et *perinde* Schutz. delevit.—3 A *uti aqua*, et *ignis interdictus est*, R *ignis interdictum est*. Deinde A *appellarentur*.—4 G *intelligimus*: Erf. *non tamen intelligamus, vit. est int.*—5 G R ψ, Duisb. Leid. 4. et Omnib. Rob. Steph. ac Lamb. edd. *commutationem*; et sic Orell. Al. edd. *mutationem*.

Cap. XXIX. 6 ' Erf. *amplif. et cet. rebus, quæ pert.* Grut. ed. *et ampl.*, *ex jud.*, *et cet. rebus*: Lamb. ed. *ampl. et rebus jud.*, *et cet. rebus*. Omnes mei et Gronov. Mss. *et jud.*' Græv. et Ms. Traj. ' Mss. omnes et ed. Med. *et rebus jud.* In tribus ponitur hic ordo, *et rebus jud. et amplif.* Ed. Omnib. *et jud.*' Oud. ' Mss. plures *et jud.* vel *et rebus jud.* item edd. ut Junt. quod adeo reposui.' *Ern.* Schutz. et Wetzel. re suadente et Ern. probante, ejecerunt *et amplif.* quæ verba Orell. uncis inclusit. Schutz. habet *et jud.* Wetzel. ex Mss. pluribus et edd. vett. *et jud. rebus*; Orell. *et rebus jud.* Vulg. *et amplif.*, *ex jud.*, *et cet. rebus.*—7 A *aggerandam*: G *exaugendam*, in marg. *exaggerandam*: L ψ, duo Gryph. B C, Voss. 1. Leid. 1. 3. 4. ed. Med. *exaugendam*: Leid. 2. *exaugerandam*: Voss. 2. *augendam*. Erf. Pith. et margo Cratand. *exaugendam et collocupl.* Lamb. et Rob. Steph. edd. *exaggerandam et locupl.* L et edd. vett. etiam habent *locupl.* Vulg. *exagger. et collocupl.*—8 ' *Quæ sint iis rebus vitia*] Leid. 2. *q. s. generibus his v.* Leid. 3. *q. s. in his rebus v.* Leid. 4. *q. rebus s. in hiis v.* ed. Med. *q. sunt in his generibus v.* Voss. 3. *indicia.*' Oud. ' Pith. *q. sint hujus generis vitia*: Duisb. *q. sint in iis rebus vitia*: Cauch. *q. sint his rebus vitia*: Cratand. ed. *q. sint his generibus vitia*: Lamb. ed. *q. sint in iis generibus vitia.*' Græv. Lall. *quæ sint iis rebus vitia*: Orell. *quæ sint his generibus*: Tur. *quæ sint his rebus.* Vulg. *quæ sint in iis rebus vitia.*—9 Erf. *Sim. vitium est.* ' *Sim. vitiosum est quod*] Voss. 1. 3. Leid. 2. ed. Med. *Sim. vit. est id quod.* Non male, ut infra.' *Oud.*—10 Erf. *aut sibi ipsi qui aff.* Pith. *aut ubi sibi ipsi ob. qui aff.* Lamb. *aut ipsi ob., qui aff.* Vulg. *aut sibi ipsi ob., qui aff.* Ern. Schutz. Wetzel. et Orell. sequuntur Lambinum, quanquam contra

NOTÆ

[g] *Aqua et igni interdictum*] Si quis olim in Romana republica videretur exilio dignus, ei nulla facta exilii mentione, tecto, aqua, igni interdicebatur, ut rerum quæ ad vitam conservandam maxime necessariæ sunt, usu privatus, solum vertere cogeretur.

[h] *Vitiosum*] Sententia ex Aristotele sumta, εὐλαβητέον τὸ πρὸς τοὔνομα διαλέγεσθαι.

[i] *Ex aliqua parte dissimile*] Quicquid simile est alteri, nisi aliqua ex parte ab eo differat, non simile, sed idem fuerit. Vitium similitudinis erit, si quid in ea ipsa re discrepet, in qua cum altero comparatur. Contendat

falsum est, ut reprehendatur; aut si[11] improbum, ut non sit imitandum; aut majus aut minus, quam res postulabit.[12] Res judicata vitiose profertur, si aut dissimili de re proferatur;[13] [k] aut de ea re, qua de[14] controversia non est; aut si improba;[l] aut[15] ejusmodi, ut aut plures aut magis idoneæ res judicatæ ab adversariis proferri possint.[16] Item vitiosum est, id[17] quod adversarii factum esse confiteantur, de eo argumentari, et planum facere[18] factum esse: nam id tantum augeri oportet.[19] Item vitiosum est, id augere, quod convenit doceri, hoc modo:[20] ut si quis quem arguat,[1] hominem occidisse, et antequam satis



libros.—11 A non habet *est* post *vitiosum*. Tum ed. Med. exhibet *ita ut repreh.* et verbum *si* ante *improbum* deest in A G L R, Tur. Erf. Leid. 3. et ed. Omnib. ac Lamb.—12 Schutz. et Wetzel. *aut si majus*. Deinde ψ *ut res post.* '*Postulabit*] Erf. Duisb. Cauch. *postulat;* et vere quidem.' *Græv.* '*Postulabit*] Ita Leid. 2. cum ed. Med. In Mss. ceteris et ed. Omnib. *postulat*. Bene omnino.' *Oud.* Tur. et A G R *postulat*. Vulg. *postulabit*.—13 '*Vitiose profertur*] Mss. tres *proferetur*. Abest verbum a Voss. 3.' *Oud.* Tum A L R et Erf. *diss. de re proferetur*. 'Leid. 4. *diss. de ea re*. In Mss. omnibus et ed. Omnib. *proferetur*, vel *profertur*.' Oud. Vulg. *diss. de re proferatur*.—14 '*Aut de ea re*] In Erf. non extat *aut*.' Græv. Tum '*De qua controv.*] Medic. et alius *qua de controv.*' Gron. 'Grut. et vulgg. *de qua contr.* Erf. Pith. Cauch. *qua de contr.* Sic et, teste Gron. Medic.' *Græv.* '*De qua contr.*] Sic Leid. 3. et ed. Omnib. Sed in ceteris et ed. Med. *qua de contr.* verissime, ut passim Cic. 'quo de agitur.'' *Oud.* '*Qua de*] Sic pro *de qua* Mss. plures, etiam Cort. tum ed. 1474. et Med. pr.' *Ern.* quem Schutz. Wetzel. et Orell. sequuntur. A G L R ψ, Grut. Lamb. Græv.-Burm. Oliv. et Lall. *de qua*.—15 A, Erf. et Leid. 3. carent τῷ *si* ante *improba*. Lamb. ed. *aut si imp. aut si ejusm.* Præterea A non habet *aut* ante *plures*.—16 A *possunt*.—17 *Id* in A, Tur. a m. pr. Lamb. ed. Schutz. et Orell. deest. ψ *id augere*.—18 Post *planum facere* addit Voss. 1. *quod constat*.—19 '*Id tantum augeri*] Mediam vocem ubique abesse notavi.' *Gron.* 'Erf. et Duisb. *id aug. op.* Lamb. ed. *id aug. op. tantum*.' Græv. *Tantum* abest ab A R ψ, et A habet *non oportet*.—20 *Augere* G deest. Tum '*Quod conv. taceri*] Erf. *tacere*.' Græv. A R *conv. docere:* ψ *docere hoc modo;* quæ duo ultima verba A G L R, Oliv. et Lall. omittunt. —1 '*Si quis quem arg.*] Vulgg. *si quis aliquem arg.* Erf. *si qui quem arg.*'

NOTÆ

aliquis ut morbis corpus, ita pravis affectibus animum extingui posse, vitio similitudinis peccabit; non enim ut corporis temperatio, sic animi natura dissolvi potest.

[k] *Si aut dissimili de re proferatur*] Ex hoc capite Bulbi et ceterorum judicium Cluentio nocere non debere ostendit Tullius pro Cluent. § 97. 'At etiam Bulbus est condemnatus. Adde, majestatis,' &c.

[l] *Aut si improba*] Vitium improbitatis in præjudiciis adversus Cluentium arguit Cicero, dum pro eo perorat § 95. 'Quam quidem rationem vos, judices, diligenter pro vestra sapientia et humanitate cogitare et penitus perspicere debetis,' &c.

idoneas argumentationes attulerit,[2] augeat peccatum, et dicat, nihil indignius esse quam hominem occidere:[3] non enim, utrum indignum sit,[4] annon, sed factumne sit, quæritur.

Complexio vitiosa est, quæ non, ut quodque primum dictum est, primum[5] complectitur, et quæ non breviter concludit,[6] et quæ non ex enumeratione[7] certum et constans aliquid relinquit, ut intelligatur, quid propositum[8] in argumentatione sit, quid deinde ratione, quid confirmatione,[9] quid tota argumentatione demonstratum.[10]

XXX. 47. Conclusiones, quæ apud Græcos ἐπίλογοι[m] nominantur, tripartitæ[f][11][n] sunt; nam constant ex enume-

[f] *Tres habent partes.*

Græv. Edd. recentt. *si quis quem arg.*—2 Leid. 3. 4. *rationes attulerit.*—3 L, Duisb. Voss. 3. Leid. 2. 4. *hom. occidisse.*—4 Pith. *verum indign. sit.* Verbum *sit* exsulat a Leid. 4.—5 A *quæ quodcunque quod pr.* L R *quæ non quidque quod pr.* ψ *quæ non ut quomodo quidque.* '*Ut quidque pr.*] Mss. omnes carent τῷ *ut.* Pro ea voce in Voss. 3. est *quo;* in Leid. 3. *quod;* in Leid. 4. *id.* Sed in Leid. 1. *ordine:* in Voss. 1. *quo ordine.* Tum pro *quidque* in Voss. 3. est *quoque:* Leid. 4. et ed. Med. *quod:* ed. Omnib. *quodque.* Abest *primum* a Leid. 3. *Dictum sit* Voss. 2. Leid. 4. Pro seq. *primum*, quod ibi Voss. 2. 3. et ed. Omnib. omittunt, in Leid. 4. est *eodem modo.* Placet mihi, *quo ordine quidque pr. dictum est compl.*, vel *ordine quo quidque.*' Oud. 'Edd. 1474. 1475. Med. 1498. Junt. etiam *primum* omittunt, quod magis placet.' *Ern.* G, Schutz. et Wetzel. quoque *ut quodque.* R *dictum sit,* et alterum *primum* in A G deest. Vulg. *non, ut quidque pr. dict. est, pr. compl.* Vid. Nott. Varr.—6 '*Concludit*] Mss. omnes et edd. pr. *concluditur.* Melius, ni fallor.' *Oud. Concluditur* quoque A L et Erf.—7 '*Ex enum.*] Deest præpositio Voss. 1. Leid. 1. 2. 3. *Ex numeratione* Voss. 3. hic et infra.' *Oud.* A G etiam habent *numeratione.*—8 '*Intell.; quid prop.*] Leid. 4. *intell. id quod prop. ratione, &c.* Ubique *in* addit Leid. 3.' *Oud.* G *quod prop.* '*Quid prop.*] Fortasse legend. *quid positum.*' Lamb. 'Margo Cratand. *quid positum.*' Græv.—9 '*Ratione, quid conf.*] Erf. *rat., quid conf.* Duisb. *rat. quod conf.* Lamb. ed. *in rat., quid in conf.*' Græv. A *rat., et quid de conf.* Vulg. *rat., quid conf.*—10 G et Lamb. ed. *quid in tota arg. dem.* Pith. *dem. est:* Voss. 1. Leid. 1. 3. *dem. sit.*

NOTÆ

[m] Ἐπίλογοι] Recte Græci ultimam orationis partem ἐπίλογον appellant; ἐπιλέγειν enim rebus jam ante dictis aliquid subjungere. Latini perorationem dicunt.

[n] *Tripartitæ*] Perorationis quatuor partes statuit Aristot. Rhetor. l. III. auditoris conciliationem, amplificationem, commotionem affectuum, et enumerationem. Cicero in Partit. § 52. ad duas restringit, amplificationem et enumerationem: sub amplificatione si dicatur et benevolentiam et commotionem affectuum comprehendisse, cum Aristotele consentiet. Neque cum ipso difficilius erit scriptorem Herennianum conciliare.

ratione, amplificatione, et commiseratione. In quatuor locis uti possumus conclusionibus; in principio, secundum narrationem, secundum firmissimam argumentationem, in conclusione.[12] Enumeratio[o] est, per quam colligimus et commonemus, quibus de rebus verba[13] fecerimus, breviter; ut renovetur, non redintegretur[14] oratio:[g] et ordine, quicquid erit dictum, referamus,[15] ut auditor, si memoriæ mandaverit, ad id,[16] quod ipse meminerit, reducatur. Item[17] curandum est, ne aut ab exordio, aut a narratione repetatur orationis[18] enumeratio. Facta enim, et dedita[19] opera comparata,[p] oratio videbitur esse,[h] aut artificii significandi, aut ingenii venditandi, aut memoriæ ostentandæ causa.[20] Qua-

[g] *Ut summa orationis capita retractentur, non ut integra oratio repetatur.*
[h] *Apparebit oratio composita et instructa summo studio.*

Cap. xxx. 11 Al. *tripertitæ.*—12 R, Erf. et Cauch. *Quatuor locis,* sine *in.* In Cauch. super *quatuor* adpositum erat *in.* Lamb. ed. *Quatuor in locis.* Deinde Erf. *uti poss. principis cum narratione, sec. firm. arg., in concl.* Voces *in conclusione* ψ non habet; et verba *In quatuor locis* usque ad *in conclusione* in A desunt: Schutz. et Orell. ea deleverunt, sed Wetzel. uncis inclusit. '*In quatuor locis, &c. conclusione*] Tota hæc periodus deest Leid. 1. a m. pr. et Voss. 2. *In* abest a Voss. 3. Leid. 2. *Quattuor in locis* ed. Med.' *Oud.*—13 Voss. 3. *de reb. sermonem fec.*—14 Leid. 2. 3. *non ut red.* ψ *redintegratur:* A G R, Leid. 4. et edd. pr. *reintegretur.* Vulg. *redintegretur.*—15 Tur. *ut quidquid erit dict.* Tum G ψ *referemus:* Schutz. *referimus.* Vulg. *referamus.* Vid. Nott. Varr.—16 'Cauch. et Erf. non inepte, *ad idem, quod ipse.*' Græv. et sic A G R ψ.—17 Voss. 2. et ed. Omnib. *Item cur. est.* In ceteris Mss. Oud. cum G L ψ, Tur. ed. Med. et Lamb. ac Orell. *In qua cur. est.*—18 Voss. 3. *exordio aut narr.* sine præpp. A G R, Erf. et Leid. 2. *ab exord. aut narr.* Tum A habet *repetitur.* Schutz. delevit vocem *orationis:* Wetzel. eam uncis inclusit. Orell. ait, 'Fuitne *oratio* pro *orationis enumeratio?*'—19 Plerique Mss. et edd. teste Græv. *Ficta enim.* Duisb. *Facta enim.* '*Facta enim, &c.*] Sic etiam Leid. 4. In ceteris *ficta.* Vid. Græv. *Debita* Voss. 2.' *Oud.* Vulg. *Ficta.* Schutz. et Wetzel. sequuntur Ern. Vid. Nott. Varr.—20 *Aut* ante *ar-*

NOTÆ

[o] *Enumeratio*] Fit quatuor modis, ut tradit Aristoteles: vel simplici ac brevi repetitione, ut in orat. pro Quintio § 86. 'Ostendi quam multa ante fieri convenerit, quam hominis propinqui bona possideri postularentur,' &c. Fit præterea peroratio per contentionem: pro Rosc. Am. § 145. 'Prædia mea tu possides,' &c. Deinde per interrogationem: in eadem peroratione § 152. 'Dubium est,' &c. Denique per ironiam, cujus exemplum habes extrema oratione de Leg. Agr.

[p] *Dedita opera comparata*] Artis oratoriæ caput est latere, ut in l. II. de Orat. dicemus.

propter initium enumerationis sumendum est[1] a divisione: deinde ordine breviter exponendæ sunt res,[2] quæ tractatæ[3] erunt in confirmatione et confutatione. Amplificatio est,[4] quæ per locum communem instigationis auditorum causa[i] sumitur.[5] Loci communes ex decem præceptis[q] commodissime sumuntur adaugendi criminis causa.[6] 48. Primus locus sumitur ab auctoritate, cum commemoramus,[7] quantæ curæ ea res fuerit[k] Diis immortalibus, aut[8] majoribus nostris, regibus, civitatibus, nationibus,[9] hominibus sapientissimis, senatui. Item maxime, quo modo de his rebus legibus sancitum sit.[10] Secundus locus est, cum consideramus, illæ res, de quibus criminamur,[11] ad quos pertineant: utrum ad omnes, quod atrocissimum est, an ad superiores, (quod

[i] *Ad movendos auditores.*
[k] *Quam aliquis crimine violaverit.*

tificii in A G L R ψ et Tur. deest. Tum A *sign., ingeniique non indicandi:* G *sign., et ingenii vend.* L ψ *sign., ingenii vend.* Præterea A L et Tur. *et mem.* G et Lamb. *vel mem.* ψ *vend., mem.* et A *ostendendæ.* '*Aut art. sign., &c.*] Primum *aut* deest Mss. omnibus et edd. pr. *signandi* ed. Med. Tum rursus *aut* deest Mss. omnibus et edd. pr. Sed in Voss. 1. 2. Leid. 1. ed. Omnib. est *ingeniique.* Pro tertio *aut* Mss. sex et edd. pr. dant *et.* Abest a Leid. 3. *Ostendendæ* Voss. 1. 2. Leid. 1. 3. 4. *ostentandi* Voss. 3.' *Oud.* Vulgg. *aut art. sign., aut ingenii vend., aut mem. ostentandæ causa.* Vid. Nott. Varr.—1 Duisb. et Leid. 4. *init. orationis;* et Lamb. ed. *est sumend.*—2 '*Ordine brev.*] Leid. 1. *ex ord. brev.* Leid. 2. 4. ed. Med. *brev. et ord.* Leid. 3. Voss. 3. *brev. ex ord.* Voss. 1. *brev. et ex ord.* Bene.' *Oud.* G L *brev. deinde et ord.* Erf. *brev. ord. exp. res sunt.*—3 '*Res quo tract. erunt*] Grut. et al. edd. *res, quæ tract. erunt.* Duisb. *res quo fract. erunt.*' Græv. Vulg. *res quæ tract. erunt.*—4 '*Ampl. est, quæ*] Sic legi debet, auctoribus Mss. Voss. 1. 3. Leid. 1. 2. 3. ed. Med. Inepte additur *res* in ceteris et vulgo.' *Oud.* A G L R, Grut. Oliv. Græv.-Burm. et Lall. etiam *res* habent. 'In vulgg. additur *res*, quod auctoribus Mss. pluribus, ed. Med. 1474. delevimus.' *Ern.* cui Schutz. Wetzel. et Orell. assentiuntur. Vid. Nott. Varr.—5 Pith. *caussa consumitur.*—6 A G ψ *sum. ad augendi crim. causam:* L. et Pith. *sumentur ad augendi crim. causam:* Tur. *sumentur adaugendi crim. causa:* Leid. 4. *ad augendam crim. causam.* In Voss. 3. etiam *causam.* Vulg. *adaugendi crim. causa.*—7 ψ *cum mem.* Erf. *cum commemoria cum quantæ curæ.*—8 Erf. et Voss. 1. *ac maj.*—9 *Nationibus* non est in ψ et Pith.—10 A G, Voss. 2. Leid. 3. 4. ed. Med. *in leg.* Voss. 2. *sancitum est.* Deest *sit* in Voss. 3. ψ et Cauch. *sanctum sit.*—11 Margo Cratand. *cum consideratur.* Tum Leid. 4. et Duisb. *illas de quibus:* ed. Med. *illas res*

NOTÆ

[q] *Ex decem præceptis*] Cicero l. I. de Inv. § 101. et seqq. indignationis excitandæ quindecim locos profert, quos, si cum illis contuleris, scriptorem utrumque iisdem ex fontibus hausisse institutiones manifeste deprehendes. Cicero paulo fusius rem explicuit; quapropter exempla, quibus illustraretur, eo rejecimus.

genus[r] ii sunt, a quibus auctoritatis locus communis[12] sumitur,[l]) an ad pares, hoc est,[13] in eisdem partibus animi, corporis, fortunarum positos;[14] an ad inferiores, qui omnibus his rebus antecelluntur.[15] Tertius locus est, quo percunctamur,[16] quid sit eventurum, si omnibus idem[17] concedatur: et ea re neglecta, ostendimus quid periculorum atque incommodorum consequatur.[18] Quartus locus est, quo demonstratur, si huic sit remissum, multos alacriores ad maleficia futuros,[19] quos adhuc expectatio judicii remoretur.[20] Quintus locus est, per quem ostendimus, si semel[1] aliter judicatum sit, nullam rem fore, quæ incommodo mederi,[2] aut erratum judicum[3] corrigere possit. Quo in loco non

[l] *Cujus generis sunt illi quorum auctoritas læsa excitat indignationem.*

de quibus. Pith. *criminatur:* Erf. et omnes Mss. Oud. *criminantur.*—12 G *a quibus auctoritate:* L R ψ, Leid. 3. Pith. et Cratand. ed. *a quorum auctoritate.* Deinde '*Locus communis*] Abest *communis* a Ms. Lips. recte, ut arbitror.' *Ern.*—13 '*An ad pares, &c.*] Erf. *si a paribus, hoc est in eisd.* Duisb. *an ad pares, id est in eisd.*' Græv. '*Hoc est*] Leid. 4. *id est,* ac mox *et fortunarum.*' Oud. —14 A *et corporis,* et Erf. *fort. positis.*—15 Erf. *qui his omn. rebus ant.* Duisb. *qui omn. his rebus antecellunt.* '*Qui omnibus, &c.*] Voss. 3. *his qui omn. ant.* Leid. 4. *quibus his omn. rebus antecellunt.* Nota passivam hujus verbi formam.' *Oud.* Vulg. *qui omn. his rebus antecelluntur.*—16 Al. *percontamur.*—17 Leid. 4. *venturum.* Deinde vox *omnibus* in Duisb. et *idem* in A deest.—18 '*Et ea re negl. ostendimus*] Sic Erf. et Lamb. ed. Vulgg. *et ea re negl. ostendemus.* Pith. *ea re negl. ostendemus.*' Græv. A *ostendamus.* Grut. et vulg. *ostendemus.* Tur. Schutz. Wetzel. et Orell. *ostendimus.* Tum *atque incomm.* A G L R ψ, Tur. Erf. Cauch. Mss. Cort. edd. pr. et omnes Mss. Oud. præter Leid. 3. qui habet *et incomm.* Tur. Schutz. Wetzel. et Orell. quoque exhibent *atque.* Vulg. *aut.* Porro G *consequamur;* in marg. 'al. *consequatur.*' Voss. 3. *sequatur.*—19 Erf. *si huic permissum sit, multo alacr. . . . quod adhuc exp.* Voss. 1. *sit repromissum:* Leid. 1. *sit permissum.* Voss. 3. *multo alacr.* Voss. 1. ed. Med. *acriores:* Voss. 2. Leid. 3. *alacres.* Tum ψ et Leid. 2. *maleficium,* et A *futuros esse.*—20 Omnes Mss. et edd. ante Ern. habent *remoratur.*—1 A *est, quum ost.* G *ostendemus,* et A ψ, Leid. 3. et ed. Med. *ost., ab* vel *a sententia al.* 'Erf. *si sententia al.* Alii, ut ex marg. Cratandri ed. apparet, *si a sententia al.* Cogitent acutiores.' *Græv.* In uno lib. Ms. *non recte jud.* pro *al. jud.* teste Lambino.—2 'Erf. *nullam rem facere, quæ non commodum erit, aut err.* Pith. *nullam rem fore, quæ aliquo modo med.* Duisb. *nullam rem fore, quæ hinc incomm. med.* leg. *huic.* Pith. *nullam rem fore, quæ incomm. mederi queat.*' Græv. A *non illam rem, quæ aliquo med.* Voss. 3. Leid. 4. *huic incomm. med.* et sic Schutz. Wetzel. et Orell. Leid. 3. et Tur. *aliquo modo med.* Vulgg. *nullam rem fore, quæ inc. med.*—3 '*Med., aut perperam factum, aut erratum*] Unus

NOTÆ

[r] *Quod genus, &c.*] Interpretatio nostra nititur Tullii verbis l. I. de Inv. § 101. 'Secundus,' inquit, 'locus est, per quem illa res, ad quos pertineat, cum amplificatione per indignationem ostenditur, . . . an ad superiores, quales sunt ii quorum ex auctoritate indignatio sumitur.'

incommodum erit, uti ceterarum[4] rerum comparatione, ut ostendamus, alias res posse aut vetustate[5] sedari, aut consilio corrigi; hujus rei aut[6] leniendæ aut corrigendæ nullam rem [adjumento[7]] futuram. 49. Sextus locus est, cum ostendemus ex consulto factum, et dicemus,[8] voluntario facinori nullam excusationem,[9] imprudentiæ justam[10] deprecationem paratam. Septimus locus est, quo ostendemus[11] tetrum facinus, crudele, nefarium, tyrannicum[12] esse: quod genus, injuria[13] mulierum, aut earum rerum aliquid, quarum rerum[14] causa bella suscipiuntur,[15] et cum

lib. Ms. non habet *aut perp. factum.*' Lamb. 'Nec extant illa verba in ullo cod. quos consului. Duisb. et edd. vett. *err. judicium:* Pith. *judicium aut err.* Rob. Steph. et Colin. edd. *aut perp. factum, aut err. judicium.*' Græv, '*Aut err. judicum*] Voss. 3. *an ppelleät jud.* Leid. 3. *aut ppam judicium.* Edd. pr. *aut perperam factum aut err. judicium.* In reliquis etiam *judicium.* Quid lateat, extricent acutiores.' *Oud.* A ψ *perperam judicium err.* Tur. *aut pperum* (sic) *judicium corrigere p.* 'Fuitne, *aut perperam judicatum corr. possit,* cujus glossa fuerit, 'erratum judicium?'' *Orell.* Wetzel. *judicium.* Vulg. *err. judicum.*—4 Pith. Voss. 3. Leid. 4. *certarum rerum.* Mox Erf. *ut ostendam al. res.* —5 A *vetustati.*—6 '*Hujus rei aut len.*] Legend. fortasse est, *huic rei, &c.*' Lamb. et sic Wetzel. censet legend. esse. Pith. *hujus rei len.* A et Voss. 3. *hujus vero rei.*—7 Vocem *adjumento,* quam Ern. Wetzel. et Orell. uncis includunt, quia credunt esse spuriam, Schutz. delevit.—8 '*Cum ostendimus ... dicimus*] Voss. 1. 3. Leid. 2. 3. ed. Omnib. *cum ostendemus.* Tum *ex consulto,* sine verbo *esse,* Mss. omnes, nisi quod in Leid. 3. sit *ex cons. esse factum.* Ed. Omnib. *et consulto fact.* Grævianæ ed. accidit ed. Med. Mihi *ex consulto* verius videtur. *Dicemus* Voss. 1. 2. Leid. 2. ed. Omnib.' *Oud.* '*Esse consulto*] *Ex cons.* vulgg. habent, pro quo Lamb. *ex consilio* edidit. Gryph. Mss. *et consulto,* ut videatur *et* ante verbum *ostendemus* esse revocandum.' *Brut.* G ψ, Tur. et Orell. *ostendimus;* L *et ex cons.* G L ψ, Tur. et Orell. *dicimus.* '*Ex consulto*] Blanditur correctio Grævii e cod. Pith. *esse cons.* quod et ed. Med. 1474. habet. ... Pro *ex* libri Mss. et edd. vett. plures habent *et.*' Ern. quem Orell. sequitur. Græv.-Burm. Schutz. et Wetzel. *esse consulto.*—9 '*Nullam exc.*] Edd. multæ *nullam esse exc.* sed in Mss. non reperitur *esse,* quod Lamb. inseruit. Erf. *nullam exc.*' Græv. 'Mss. omnes præter Leid. 4. *null. esse exc.* Ed. Med. *nullam exc. esse.*' Oud.—10 '*Impudentiæ, &c.*] Erf. *imprudentiam et just. depr.* Duisb. ed. Cratand. et al. edd. *sed imprudentiæ just. depr.*' Græv. 'Leid. 4. *sed inprudentiæ.* Voss. 3. *justamque.* Voss. 1. Leid. 1. 2. 3. *inprudentiæ et just.* Bene pro *etiam et quidem.*' Oud. G *etiam justam:* L ψ *et justam.* Vulg. *imprudentiæ justam depr.*—11 '*Quo ostendemus*] Voss. 1. Leidd. omnes et ed. Med. *quo ostendimus.* Bene. Ed. Omnib. *cum ostendimus.*' Oud. Etiam A habet *cum* et G L R, ac Erf. *ostendimus.* Vulgg. *quo ostendemus.* —12 Erf. *tyrann., nef. esse.*—13 Erf. Cauch. et Duisb. *quod genus injuriarum aut earum:* Pith. et Cratand. ed. *quod gen. injuria mul.* '*Quod gen., injuriæ mul., &c.*] Voss. 2. *q. gen., ut injuria:* Leid. 3. *injuria mul.* Leid. 4. *injuriarum:* ed. Med. *injuria mul. est.* Omnib. *injuriam mul.* In ceteris Mss. simpliciter *injuria,* a m. pr. Rectissime: *injuria* scil. cujuscumque sit speciei. Solet auctor sæpissime ita dicere. *Quod genus* pro 'cujus generis est.'' *Oud.* G L R ψ *injuria.* '*Injuria*] Sic correxi *injuriæ,* quia in plerisque Mss. etiam nostris, et edd. vett. est vel *injuria* vel *injuriam.*' Ern. quem Wetzel. et Orell. sequuntur. Schutz. *injuriæ.*—14 '*Earum rerum aliquid, quarum rerum*] Leid. 3. *ear.*

hostibus de vita dimicatur. Octavus locus est, quo ostendimus,[16] non vulgare, sed singulare esse maleficium, spurcum, nefarium, inusitatum, quo maturius et atrocius vindicandum sit.[17] Nonus locus[18] constat ex peccatorum comparatione, quasi cum dicemus, majus esse maleficium stuprare ingenuam, quam sacrum legere:[19] [s] quod propter egestatem alterum,[20] alterum propter intemperantem[1] superbiam fiat. Decimus locus est, per quem omnia, quæ in negotio gerundo[2] acta sunt, quæque rem consequi solent, exponemus[3] acriter, et criminose, et diligenter, ut[4] agi res, et geri negotium videatur, rerum consequentium enumeratione. XXXI. 50. Misericordia commovebitur[t] auditoris animus,[5]

aliq. Voss. 3. *aliud quarum causa.* Abest etiam ultimo loco τὸ *rerum* a Leid. 4. et ed. Med. contra perpetuum auctoris stylum.' *Oud.* In ultimo loco 'Duisb. recte delet *rerum,*' ait Græv. Vulg. *aut ear. aliq., quarum rer.*—15 Ed. Med. *bella gerantur.*—16 A *ostendemus.*—17 Duisb. *quod mat. et atr. vind. sit:* Erf. *quo mat. et atr. judicandum sit.* G R ψ, Leid. 2. 4. ed. Med. *quod mat. et atr. vind. est.* Indicativum modum exhibent quinque alii Mss. Oud. L *vind. est:* Voss. 3. *judicatum sit.*—18 '*Nonus locus constat*] Nullum cod. video, quin habeat *Nonus locus est, qui const.*' Gron. et sic ψ, Ms. Traj. Pith. Duisb. Voss. 1. 2. 3. Leid. 1. 2. 4. ac ed. Med. nisi quod in ψ, Duisb. et Voss. 2. non legatur *qui.* Lall. et Schutz. quoque *Nonus locus est, qui const.* Tur. et Orell. *Nonus locus est ex pecc.*—19 Erf. *ingenium; A ingenuas:* et statim ψ, Tur. Leid. 3. 4. ed. Omnib. *sacr. lædere: A ledere,* sed gloss. 'furari.' '*Sacrum lædere*] Quidam legend. putant *sacr. legere.* Quin ego ita scriptum reperi in uno opt. lib. Ms. Supra autem putaverim legend. *quale, cum dicemus, majus esse, &c.* [Wetzel. probante] pro *quasi cum d.* quomodo Græci loquuntur οἷον ὅτε, &c.' *Lamb.* 'Edd. et Duisb. et Erf. *sacr. lædere.* Pith. et al. Mss. *sacram legem.*' Græv. Vide paulo infra.—20 Erf. *alt. propt. eg.*—1 'Voss. 3. *intemperatam sup.* Voss. 2. Leid. 3. *imperantem sup.* perperam. Vid. Græv.' *Oud.* A *intemperantem:* G L R ψ *imperantem sup.* '*Intemperantem*] Pro vulg. *imperantem* dedimus e Mss. melioribus, etiam nostris et edd. antiquis ante Grut. in quibus tamen est *intemperantem.*' Ern. quem Schutz. Wetzel. et Orell. sequuntur. Vid. Nott. Varr.—2 Mss. aliquot et edd. pr. *gerendo.* Leid. 4. *fiunt vel gerendo.*—3 A *expugnemus acr.*—4 Pith. *aut agi.*

Cap. XXXI. 5 'Leid. 1. 2. edd. pr. *comm. auditoribus.* Leid. 3. *auditor.* Voss. 2. *commovebuntur auditores:* scilicet scripserat auctor simpliciter, *mis. commovebitur,* ut est in Voss. 3. quod tam varie interpolarunt.' *Oud.* A G L, Tur. et Orell. *comm. auditoribus, si:* R *comm. auditor, si:* ψ *commovebuntur*

NOTÆ

[s] *Legere*] Hoc loco est furari: quo sensu, teste Servio, Virgil. Æn. x. 79. 'Quid soceros legere, et gremiis abducere pactas?' Atque inde *sacrilegi* nomen.

[t] *Misericordia commovebitur*] Hoc idem argumentum Cicero tractat uberius sub finem l. I. de Inv. § 106. quem in locum varia captandæ commiserationis exempla ad oratorias institutiones exacta congerimus.

si variam fortunarum[m] commutationem dicemus; si ostendemus, in quibus commodis fuerimus, quibusque incommodis simus, comparatione;[6] si, quæ nobis futura sint, nisi causam obtinuerimus, enumerabimus, et ostendemus;[7] [*p*. 16.] si supplicabimus, et nos sub eorum, quorum misericordiam captabimus, potestatem subjiciemus;[8] si, quid nostris parentibus, liberis, ceteris[9] necessariis[n] casurum sit[o] propter nostras calamitates, aperiemus, et simul ostendemus, illorum nos solitudine et miseria, non nostris[10] incommodis dolere; si de clementia, humanitate,[11] misericordia nostra, qua in alios usi sumus, aperiemus; si nos semper aut diu in malis fuisse ostendemus;[12] si nostrum fatum aut fortunam conqueremur;[13] si animum nostrum fortem, patientem incommodorum ostendemus futurum.[14] Commiserationem brevem esse oportet. Nihil enim lacryma[u] citius arescit.

[m] *Opum.* [n] *Affinibus.* [o] *Mali eveniet.*

auditores, si. '*Aud. anim.*] Secundum Mss. et edd. lectiones varias videtur aut *auditor*, deleto *animus*, legendum, aut *auditoribus animus*. Nihil decrevi.' *Ern.* Schutz. Voss. 3. secutus, delevit verba *aud. anim.* approbante Wetzel. qui tamen vulg. retinet. Vulg. *Mis. commovebitur auditoris animus.*—6 Ms. Cort. cum nonnullis edd. *fuerimus:* Grut. Oliv. et Lall. cum aliis edd. *fuimus.* Schutz. et Wetzel. sequuntur Ern. Verba *in quibus comm. fuimus* desiderantur in Erf. Deinde Leid. 2. 4. *quibus incomm.* ed. Med. *et quibus:* Omnib. *et quibus in incomm.* Leid. 2. suprascr. *et in quibus incomm.* Erf. et alii Mss. cum edd. pr. quibusdam *incomm. sumus.* Denique Duisb. *in comp.*—7 G R et Pith. *fut. sint incommoda, nisi.* Leid. 3. *ni caus. obt.* Duisb. *optinuerimus.* Mox Schutz. delevit *et ostendemus*, quia inepte annectebatur; Wetzel. eas voces uncis inclusit.—8 In A *quorum* deest. Tum Erf. *mis. captavimus*, et Duisb. et Erf. *pot. subiciemus:* A, Voss. 3. Leid. 4. ed. Omnib. *potestate.*—9 Leid. 4. *in nostris par.* A ψ, Voss. 1. 3. ed. Med. *nostris proximis, par.* Leid. 2. *nostr. par., lib. proximis.* Præterea A, Voss. 1. Leid. 1. *et ceteris:* Voss. 2. *ceterisque.*—10 '*Solitudine*] Sic Leid. 3. et ed. Omnib. In reliquis *sollicitudine.*' Oud. *Solicitudine* quoque A G ψ et Tur. sic etiam vulgg. teste Grævio. Recentt. vulgg. *solitudine.* Tum Voss. 1. *non pro nostr. inc.*—11 Ed. Med. *humilitate;* et mox L et eadem ed. *usi fuimus.*—12 '*Aperiemus si nos*] Leid. 3. *ap. simul si nos.* Abest *si* ab ed. Med.' *Oud.* Dein Erf. *aut divini fuisse malis ost.*—13 ψ *factum*, et A *fort. conqueremus.*—14 Leid. 4. *fuisse ost. fut.* 'Pith. et Duisb. *incomm. ost. fuisse;* non male.'

NOTÆ

[u] *Nihil enim lacryma*] Dictum Apollonii Rhetoris, *οὐδὲν θᾶσσον ξηραίνεται δακρύου.* Et vere: quippe alienis malis cum vehementissime non afficiamur, miserationi, si qua sit, cito succedit in perpetua rerum omnium vicissitudine alius animi sensus. 'Cum etiam veros dolores,' inquit

Fere locos obscurissimos totius artificii tractavimus in hoc libro: quapropter huic volumini modus[p] hic sit. Reliquas præceptiones, quoad videbitur, in tertium librum transferemus. Hæc si, ut conquisite[q] conscripsimus,[15] ita tu diligenter fueris consecutus,[16] et nos industriæ[r] fructus ex tua scientia[17] capiemus, et tute[s] nostram diligentiam laudabis, tuaque perceptione[18] lætabere: tu scientior eris præceptorum artificio, nos alacriores ad reliquum persolvendum.[19] Verum hæc futura[20] satis scio: te enim non ignoro. Nos deinceps ad cetera[1] præcepta transeamus, ut, quod libentissime facimus,[2] tuæ voluntati rectissimæ morem[3] geramus.

[p] *Finis.* [q] *Accurate.* [r] *Laboris nostri.* [s] *Tu ipse.*

Græv. Schutz. habet *et patientem.*—15 Erf. et Pith. *Hæc sicut conq. conscr.* Lamb. ed. *Hæc si ut nos conq. conscr.* ψ *conq. transcripsimus.*—16 Erf. *ita ut dilig. et nobis et nos:* Duisb. *ita tu dilig. fueris obsecutus et nobis cum sine nobis considerabis, et nos.* Abest *tu* ab A G R, Voss. 2. 3. Leid. 3. 4. ed. Omnib. In A. *dilig. vel perlecta vel descripta fuerint, et nos:* G *dilig. fueris consecutus et nobiscum et sine nobis considerabis, et nos:* L, Voss. 1. Leid. 2. ed. Med. *dilig. et nobiscum et sine nobis considerabis, et nos:* Voss. 2. Leid. 4. *dilig. fueris consecutus* (Leid. *obsecutus*) *et nobiscum et* (deest Leid.) *sine nobis considerabis, et nos:* Voss. 3. *dilig. a te vel perlecta vel descripta fuerint, et nos:* Leid. 3. *dilig. fueris exsecutus.* Vulg. *ita tu dilig. fueris consec., et nos.*—17 A, Erf. Pith. Voss. omnes et Leid. 3. cum Gryph. B C *ex tua conscientia.*—18 Erf. *tua perceptione:* Pith. Leid. 3. 4. ed. Omnib. *tua præceptione.* Voss. 3. *ptitione.* Vid. Nott. Varr.—19 Erf. *præc. artificii.* Deinde Leid. 3. *alacres:* ed. Med. *acriores.* Porro ψ, Leid. 2. 3. ac Erf. *ad periculum persolv.*—20 Duisb. *hæc ventura satis.*—1 Voss. 1. 3. Leid. 2. ed. Med. *sed nos deinceps;* et R *ad alia præc.*—2 G L ψ et Duisb. cum Orell. *ut, id quod,* et ψ et Duisb. *faciemus:* Erf. *faciamus.* 'Voss. 1. 3. Leid. 2. 4. ed. Med. *ut id quod lib. faciemus.* Bene. Futurum exstat etiam in ed. Omnib. et ceteris Mss. si Leid. 3. excipias.' *Oud.*—3 '*Tuæ rect. vol. morem ger.*] Erf. *tuæ rect. voluntatis more ger.*' Græv. Oliv. *rectissime.*

NOTÆ

Fabius vi. 1. 'mitiget tempus; citius evanescat necesse est illa, quam dicendo effinximus, imago.'

RHETORICORUM

AD C. HERENNIUM

LIBER III.

ARGUMENTUM.

Hoc libro Auctor reliqua duo causarum genera, deliberativum et demonstrativum, persequitur, atque adeo a c. II. ad VI. quibus quæque res argumentis suadenda sit aut dissuadenda docet, et a c. VI. ad IX. omnes laudis vituperationisque fontes ac vias aperit. Ita absoluta prima artis, quæ de inventione est, parte, ad reliquas pergit, et primo quo modo cum per integram orationem, tum per singulas argumentationes disponenda sit causa quæque, demonstrat, c. IX. X. deinde, quomodo vox in pronuntiando moderanda et qui motus corporis quoquo loco adhibendi c. XI.—XV. denique, qui locus inprimis notatu dignus atque in hoc genere præcipuus est, de memoria artificiali præcipit, ac non modo esse aliquod hujusmodi artificium, quo naturalis memoriæ vis confirmari augerique possit, sed etiam, quomodo et qui loci inveniendi, et in iis imagines, nam his duabus rebus constat hæc artificiosa memoria, collocandæ sint, fuse ostendit.

I. 1. Ad omnem judicialem[1] causam quemadmodum conveniret inventionem[2] rerum accommodari, satis abundanter, ut arbitror, superioribus libris demonstratum est.[3] Nunc earum rationem rerum[4] inveniendarum, quæ pertinerent[5] ad causas deliberativas et demonstrativas, in hunc librum transtulimus, ut omnis inveniendi præceptio[6] tibi quamprimum persolveretur. Reliquæ quatuor partes erant arti-

Cap. I. 1 Pith. *juridicialem.*—2 ψ *conveniet*, et Erf. *accommodare.*—3 L, Duisb. Leid. 2. 4. et edd. pr. *in superioribus;* et vox *libris* in A deest. Tum *τὸ est* post *demonstratum* non reperitur in Grævii Mss.—4 Erf. *earum rerum rat.*—5 *Pertineant* edd. ante Aldum, qui habet *pertinebant*, et sic vulg. Ern. quem Schutz. et Orell. sequuntur, ex Junt. dedit *pertinerent*. Lamb. et Wetzel. *pertinent*. Deinde Erf. non habet voces *et demonstrativas.*—6 ‘*Inve-*

ficii.[a] De tribus partibus in hoc libro dicemus; dispositione, pronuntiatione, memoria.[7] De elocutione, quia plura dicenda videbantur, in[8] quarto libro conscribere maluimus: quem, ut arbitror, tibi librum celeriter absolutum mittemus, ne quid tibi rhetoricæ artis[9] deesse possit. Interea prima quæque et nobiscum,[10] cum voles, et interdum sine nobis legendo[11] consequere; ne quid impediare, quin ad hanc utilitatem[12] pariter nobiscum progredi possis.[b] Nunc tu fac[13] attentum te præbeas: nos proficisci ad instituta pergemus.[14]

II. 2. Deliberationes partim sunt hujusmodi,[15] ut quæratur, utrum potius faciendum sit; partim hujusmodi, ut, quid potissimum faciendum sit, consideretur.[16] Utrum potius, hoc modo: Carthago[a] tollenda,[17] an relinquenda[c] videatur. Quid potissimum, hoc pacto:[18] ut si Hannibal[b]

[a] *Artis rhetoricæ.*
[b] *Hoc obtinebis ut sine impedimento possis artem illam utilem assequi.*
[c] *Carthago delenda an relinquenda in pristino statu.*

niundi perceptio, &c.] Mss. omnes et edd. pr. *inveniendi.* Leid. 3. *perscriptio tibi quam plurimum.*' Oud. ψ, Erf. et Tur. quoque *inveniendi perscriptio.* Vulg. *præscriptio.*—7 '*De tribus in hoc libro,* sine voce *partibus,* in duobus Gryphii exemplar. scriptum est.' *Brut.* Erf. et Leid. 3. *in h. l. dictum est:* A *dictum erit.* Tum al. teste Grævio, *pronunc. et mem.*—8 Ed. Med. *plurima dic.* et Lamb. *dicentur.* Præp. *in* ante *quarto* non habet A.—9 Voss. 1. *rhet. rationis vel artis.*—10 Verba *et nobiscum* in G desunt.—11 Erf. *legendum cons.*—12 Ern. conj. *subtilitatem.*—13 'Ed. Omnib. *fac, ut att.* prave.' *Oud.*—14 Pith. et Ms. Traj. *pergamus.* Vid. Nott. Varr.

CAP. II. 15 'Erf. et Cauch. *sunt ejusm.* Sic et statim iidem.' *Græv.* Tur. h. l. et mox habet *ejusmodi.*—16 Erf. *faciundum sit.* Tum G *partim ejusmodi.* '*Partim hujusmodi uti, quid potissimum fac. sit consideretur*] Duisb. *partim hujusmodi, quid potissimum sit considerandum:* Erf. et Cauch. *partim ejusm. ut, quid pot. sit considerandum.* *Uti,* quod est in Grut. et sequentibus illam, in nullo Ms. et edito habetur, in omnibus legitur *ut.*' Græv. '*Partem hujusm.*] Mss. omnes hic et mox *partem ejusm.* nisi quod hic Leid. 2. det *hujusm.* Dein Mss. omnes et edd. pr. *ut,* non *uti.*' Oud. Tur. Oliv. Lall. Schutz. Wetzel. et Orell. *partim huj., ut, &c.* Al. edd. *partim huj., uti.* Porro vox *faciendum* abest a Voss. 1. et Leid. 4. in quo est *quod* pro *quid.*—17 A G L R et Oliv. *colenda:* Lamb. ed. *delenda:* al. edd. *tollenda.* Vid. Nott. Varr.—

NOTÆ

[a] *Carthago*] Urbs æmula Romæ, in Africæ littore a Didone condita, tertio bello Punico a P. Cornelio Scipione Æmiliano capta et incensa funditus sublata est A. U. C. 608. ante Chr. 146. subinde restaurata ab Arabibus; denique eversa, nunc dicitur ab incolis *Borsack.*

[b] *Hannibal*] Hic Hamilcaris filius conceptum sacramento odium in Romanos ita fovit, ut eos maximis cladibus affixerit, omnino rem Romanam

consultet,[19] cum ex Italia Carthaginem arcessitur,[20] in Italia remaneat,[1] an domum redeat, an in Ægyptum[c] profectus occupet Alexandriam.[d] Item deliberationes partim ipsæ[2] propter se consultandæ sunt;[d] ut si deliberet senatus, captivos ab hostibus redimat,[e] annon: partim propter aliquam extraneam causam veniunt[3] in deliberationem et consultationem; ut si deliberet senatus bello Italico,[f] solvatne legibus Scipionem,[g] ut eum liceat ante tempus[h] consulem fieri: partim et propter se sunt deliberandæ,[4] et magis propter extraneam causam veniunt in consultationem; ut si de-

[d] *Adhibendæ sunt deliberationes partim propter utilitatem eorum ipsorum qui deliberant.*

18 Pith. Voss. 3. Leid. 3. ed. Med. *hoc modo.*—19 A *ut Hann. consultat.* Ed. Omnib. quoque exhibet *consultat:* Erf. *consulat:* Leid. 4. *consulet.*—20 Erf. et Cauch. *accersatur:* Duisb. et Leid. 4. *appelletur.* Vulgg. teste Grævio, *accersitur* pro *arcessitur.* Vulgg. recentt. *arcessitur.*—1 A L R, omnes Mss. Oud. et edd. pr. *an in Ital.* nisi quod Leid. 4. non habet *in.* Erf. quoque *an Ital.* Præterea Lamb. ed. *permaneat.* '*Remaneat*] *Maneat* ed. Omnib. *permaneat* Leid. 1. 2. Bene.' *Oud.* Vulgg. *in Ital. rem.*—2 *Ipsæ* non est in A. Mox '*Si delib. senatus*] *Ipse* addit ed. Med.' *Oud.*—3 In ed. Med. *fiunt et veniunt.* Tum '*Bello Italico*] 'Exspectabas *Punico secundo.* Vidit jam Wetzelius. Fortasse delend. *bello Italico.*' Orell.—4 Voss. 3. Leid. 3. ed.

NOTÆ

eversurus, nisi Capuæ deliciis Carthaginiensium animi fuissent enervati. Cum Antiochum Magnum Syriæ regem adversus Romanos suscitasset, ne eorum in potestatem veniret, sumto veneno mortem sibi conscivit apud Prusiam Bithyniæ regem A. U. C. 571. ante Chr. 183. Corn. Nepos, Livius, &c.

[c] *Ægyptum*] Celeberrimam Africæ regionem, quam Turci *Elchebitz,* indigenæ *Chibth* appellant.

[d] *Alexandriam*] Urbem Ægypti insignem, quam Alexander Magnus fundavit: nunc dicitur *Alexandreta.*

[e] *Captivos ab hostibus redimat*] Id post Cannensem cladem agitatum in senatu. Captivi cum pro redemtione sua multa dixissent, T. Manlius Torquatus ne redimerentur gravissima oratione perfecit, A. U. C. 538. ante Chr. 216. Liv. lib. XXII.

[f] *Bello Italico*] Marsi Italiæ populi sperato civitatis jure frustrati a populo Romano cum plerisque Italiæ populis defecerunt; unde id bellum Marsicum, et Sociale, et Italicum dictum est. Dubio Marte aliquamdiu pugnatum, donec de iis omnino devictis triumphavit Cn. Pompeius Strabo consul A. U. C. 665. ante Chr. 89. Florus, &c.

[g] *Scipionem*] L. Cornelius Scipio Asiaticus, qui tempore belli Italici florebat, consulatum gessit A. U. C. 671. ante Chr. 83.

[h] *Ante tempus*] Nemini licebat ante quadragesimum tertium ætatis annum ad consulatum provehi.

liberet senatus bello Italico, sociis civitatem[e] det, annon.[5] In quibus causis rei natura faciet deliberationem, omnis oratio ad ipsam rem accommodabitur. In quibus extranea causa conficiet deliberationem,[6] in his ea ipsa causa erit adaugenda, aut deprimenda. 3. Omnem orationem eorum,[7] qui sententiam dicent, finem sibi conveniet utilitatis[i] proponere,[8] ut omnis eo totius orationis ratio conferatur.[9] Utilitas in duas partes in civili consultatione dividitur, tutam et honestam.[10] Tuta est, quæ conficit instantis aut consequentis periculi vitationem[11] qualibet ratione. Hæc distribuitur in vim et dolum;[12] quorum aut alterum separatim, aut utrumque sumemus conjunctim.[13] Vis decerni-

[e] *Jus civium Romanorum.*

Med. *sunt considerandæ.*—5 ψ *an non ad tuendam.*—6 A G L R ψ et omnes edd. ante Ern. præter Cratandr. *omnis ratio.* Ms. Cort. *oratio.* '*Omnis ratio ad, &c.*] Ed. Med. *omn. ratio orationis.* Sed Voss. omnes et Leid. 1. præbent *omnis oratio.* Vere. Deest *rem* Voss. 2.' *Oud.* Ms. Cort. cum Schutz. Wetzel. et Orell. quoque habent *oratio.* Vid. Nott. Varr.—7 *Caussa* post *extranea* non est in A. Deinde 'Docta manus, nescio cujus, allevit margini ed. Lambinianæ, quam possideo, *ea ipsa causa erit ad augendam, aut deprimendam omnem rat. earum. Qui sententiam dicet fidem s. c.* Videbatur ista tam in distinctione, quam in lectione varietas digna, quæ aliorum oculos etiam saturaret.' *Verburg.* '*Ea ipsa causa, &c.*] Voss. 2. 3. Leid. 3. ed. Med. *ex ipsa causa erunt adaugendæ aut deprimendæ.* In Leid. 1. etiam *ex ipsa causa:* deest in ed. Omnib. vox *ea.* Leid. 4. *aut agenda aut depr.*' Oud. G *aut augenda:* ψ *adaugendæ;* et A ψ *deprimendæ omnes orationes.* '*Omnem rationem eorum*] Leid. 3. ed. Med. *omnes rationes eorum,* ut jungantur τῷ *deprimendæ:* pluralis comparet etiam in ed. Omnib. et Voss. 3. qui tamen præbet *orationes.* In Mss. reliquis a m. pr. *omnem orationem.* Bene.' *Oud.* *Omnem orationem* Ms. Cort. et ed. 1475. Schutz. *Omnes, qui sent. dicent.* Orell. sequitur Ernestum. Vid. Nott. Varr.—8 Voss. 3. Leid. 3. et Pith. *qui sent. dicent, is qui sententiam dicet, finem.* G habet *et finem.* Deinde, '*Utilitatis*] Quidam legi volunt *utilitatem.*' Lamb. ψ *præponere.*—9 A *ut omnis eodem tot.* G L ψ *ut omn. ad eam tot.* '*Eo tot. or. ratio*] Voss. 1. 3. Leid. 2. et 1. in marg. *ad eam:* Leid. 4. *ad ipsam:* Voss. 2. Leid. 3. *eodem.* In ed. Med. *omnes tot. or. rationes eo conferantur.*' Oud. Erf. *ut omnis tot. or. eodem ratio conferatur.*—10 Schutz. *rem tutam:* A *in tutam.* A G et Erf. *tutam, hon.* sine *et.*—11 G *evitationem.*—12 '*Hæc distrib. in vim aut dolum*] Erf. *hæc tribuitur in vim et dolum.*' Græv. Vulg. *Hæc distr. in vim et dolum.* Tum deest *aut* post *quorum* in Erf. A R, Voss. 2. Leid. 1. 3. ed. Omnib.—13 Leid. 4. *separate,* et G L R ac Tur. *conjuncte.* '*Conjunctim*] Sic Voss. 1. 2. Leid. 1. cum edd. pr. In ceteris *conjuncte,* nisi quod Voss. 3. det *inconjuncte.*' Oud. 'Pith. *consumemus conjunctim.* Erf. Cauch. et ed. Vict. *conjuncte;* quod et in suis Gronovius vidit, et adstruxit auctoritate Tullii de

NOTÆ

[i] *Utilitatis*] Dum utilitatis duas partes facit securitatem et honestatem, rhetorum sententias conciliat, quorum alii deliberationis finem in utilitate, alii in dignitate, alii in utraque collocant.

tur[14] per exercitus, classes, arma, tormenta,[f] evocationes hominum, et alias hujusmodi res.[15] Dolus consumitur in pecunia, pollicitatione, dissimulatione, maturatione, mentione, et ceteris rebus,[16] de quibus magis idoneo tempore loquemur,[17] si quando de re militari, aut de administratione reipublicæ scribere volemus.[18] Honesta res dividitur in rectum et laudabile. Rectum est, quod cum virtute et officio fit. Id dividitur in prudentiam, justitiam,[19] fortitudinem, modestiam. Prudentia est calliditas,[k] quæ ratione quadam potest delectum[20] habere bonorum et malorum: dicitur item prudentia, scientia cujusdam artificii: item

[f] *Machinas bellicas.*

Inv. I. 7.' *Græv.* et ita Ms. Traj. *Conjuncte* quoque Mss. plures et edd. vett. quædam, teste Ernestio. Vid. Nott. Varr.—14 G, Voss. 1. Leid. 2. *Vis secernitur:* L *Vis se cernitur:* Voss. 3. *Vis de se cernitur:* Leid. 1. *Vis decernitur:* vulg. ut Ern. '*Vis decern.*] Sic in quibusdam legitur, in aliis *secern.* Neutrum probat Lamb. *qui discern.* ut nos, edidit.' *Brut.* Vid. Nott. Varr. —15 '*Evocationes hom., et alias huj. res*] Mss. omnes et edd. pr. *revocationes hom.* Non capio, nec conjecturis incertis indulgere lubet: alioquin in mentem venerunt *devotationes*, vel *interneciones*, pro quo scribebant librarii *internectiones.* Leid. 4. *et alia huj.*' Oud. Pleræque vetustiores edd. et Mss. teste Grævio, *revocationes hom.* et sic A G L R ψ et Tur. Ed. Vict. *avocationes.* Vide Nott. Varr. Præterea Duisb. non habet *res* post *hujusm.*—16 '*In pecunia*] Mss. omnes cum ed. Omnib. *in pecuniam*, præterquam Voss. 2. et Leid. 3. et sic in seqq. In plurali *pollicitationes, dissimulationes, maturationes, mentiones, et ceteras res* habent Voss. 1. 3. Leid. 1. 2. 4. ed. Omnib. nisi quod *et ceteras res* desint Voss. 3., ac Leid. 2. pro var. lect. præbeat *mentitiones.* In eodem cod. *mentiones* exponuntur 'futilitates.' Glossæ: *Mentio*, Ἀνάμνησις καὶ ψεῦσμα. In Leid. 3. *mentitione.* Vid. Græv.' *Oud.* Vid. Nott. Varr. A G L R quoque habent *in pecuniam:* A *pollicitationem, dissimulationem, maturationem, mentionem, et in cet. rebus:* G R *pollicitationes, dissimulationes, maturationes, mentiones, et ceteras res*, nisi quod R det *et pollicitationes:* L *pollicitationes, dissimulationes, maturationes, mentionem, et ceteras res.* Ald. (1519.) *pecuniam ... mentitionem.* Vulgg. *pecunia ... mentione.*—17 G *loquimur.*—18 Leid. 2. *de ministratione reip. scr. vel.* Erf. *de adm. rei scr. vel.* Duisb. et Leid. 4. *scr. volumus.* Ex ed. 1474. *scr. volemus* dedit Ern. quem Schutz. Wetzel. et Orell. sequuntur. Alii Mss. et edd. *velimus.*—19 In G *et justitiam.*—20 '*Dilectum*] Mss. omnes et edd. pr. *delectum.*' Oud. '*Dilectum*] Sic Erf. sed vulgg. *delectum.*' Græv. '*Dilectum*] In duobus Gryphii libris æque scriptum exstat; quam scribendi rationem ita sequitur Lamb. ut tamen hoc loco *delectum* ha-

NOTÆ

[k] *Prudentia est calliditas*] Deteriorem in partem fere semper sumitur a Cicerone calliditas; quod Off. l. I. auctoritate philosophi confirmat: 'Plato inquit scientiam quæ remota est a justitia, calliditatem potius quam sapientiam appellandam.' Prudentiam accuratius definit Aristot. in Ethicis, habitum agendi vera cum ratione, circa ea quæ homini bona aut mala sunt.

appellatur prudentia, multarum rerum memoria et usus complurium negotiorum.[1] Justitia[l] est æquitas,[g] [jus] unicuique tribuens, pro dignitate cujusque.[2] Fortitudo[m] est rerum magnarum appetitio, et rerum[3] humilium contemtio, et laboris cum utilitatis ratione perpessio.[4] Modestia[n] est in animo continens moderatio cupiditatum.[5] III. 4. Prudentiæ partibus[o] utemur in dicendo, si commoda cum incommodis conferemus,[6] cum alterum sequi, vitare alterum cohortabimur:[7] aut si qua in re cohortabimur aliquid,[8] cujus rei aliquam disciplinabilem scientiam[h] poterimus habere;[9] et quo modo, aut qua quidque ratione

[g] *Virtus.* [h] *Usu vel institutione magistri perceptam.*

beatur; fortassis operarum incuria, ejus instituto refragante.' *Brut.*—1 Tur. *Dicitur igitur prud.* Tum in Erf. non est *item* ante *appellatur.* A G habent *et res appell.* ψ, Tur. Leid. 3. et ed. Omnib. ac Lamb. *et app.* Leid. 4. *item et app.* Crat. ed. *et item app.* Paulo post in L legitur *plurium neg.* Verba *Dicitur item . . . compl. neg.* Schutz. in uncis inclusit.—2 Erf. Cauch. et sex Mss. Oud. *jus unicuique rei trib.* Leid. 3. *jus uniuscujusque rei tr.* ψ *jus unicuique rei distribuens:* Ed. Med. (1474.) *jus suum unicuique rei tr.* Edd. Junt. et Lamb. *jus suum unicuique tr.* Wetzelius sequitur Ern. includendo uncis vocabulum *jus*, quod Orell. omisit. Vulgg. *jus unicuique trib.* Deinde Voss. 2. *dign. uniuscujusque.*—3 '*Et rerum humilium*] Pith. *et humil. cont.* Rectius sane *rerum* intelligitur, quam repetitur.' *Græv.* Copula *et* ante *rerum* in A deest. —4 Liber unus Ms. Lambini et ed. Omnib. habent *perpensio.* Vide Nott. Varr.—5 '*Cupiditatem* duo libri Gryph. B C, et quidem rectius.' *Brut.*

CAP. III. 6 ψ *cum commodis conf.* A *comm. inc. conferamus.*—7 '*Vitare alt. cohort.*] Ed. Omnib. *Vitari:* Voss. 1. 2. Leid. 1. 3. 4. Ed. Med. (1474.) *cohortemur.*' Oud. In A quoque et Tur. *cohortemur*, et sic R a 2da manu. Vid. Nott. Varr.—8 '*Si qua in re coh. aliquid*] Ita Mss. omnes et edd. pr. verissime. Adi ad Ovid. Ep. XIX. 187. 'cupio non persuadere, quod hortor.' *Oud.* A G L ψ, quidam Mss. ap. Ern. ac edd. pr. cum Schutz. Wetzel. et Orell. *qua in re coh. aliquid:* R *quam in rem coh. aliquid.* Vulgg. *si quam ad rem coh. aliquem;* et sic Grut. Oliv. et Lall. Vid. Nott. Varr.—9 A R *disciplinalem scientiam.* Brutum et Grævium sequitur Oudendorpius, qui e codd. aliquot protulerunt et probarunt *disciplinam et sententiam*, cum et edd. quædam ve-

NOTÆ

[l] *Justitia*] Ulpiano est constans et perpetua voluntas jus suum unicuique tribuendi.

[m] *Fortitudo*] Definitur ab Aristotele, mediocritas circa metum et audaciam, id est, virtus quæ in metu et audacia moderandis consistit.

[n] *Modestia*] Temperantia vocatur ab aliis: posita est in voluptatibus sensuum et doloribus moderandis, sed potissimum in temperanda tactus et gustus delectatione, quæ major est. Quare ab Aristotele definitur, mediocritas circa tactus gustusque voluptates et circa dolores.

[o] *Prudentiæ partibus*] His Mutianus apud Tac. Ann. l. XVII. egregie utitur, cum Vespasiano imperium capessendum esse suadet.

fieri oporteat, ostendemus:[10] [*p.* 17.] aut si suadebimus quidpiam, cujus rei gestæ aut præsentem aut auditam memoriam poterimus habere:[11] qua in re facile id, quod velimus, exemplo allato persuadere possimus.[12] Justitiæ partibus[p] utemur, si aut innocentum aut supplicum[13] dicemus misereri oportere; si ostendemus bene merentibus gratiam referri convenire;[14] si demonstrabimus ulcisci male meritos[q] oportere; si fidem magnopere censebimus conservandam; si leges et mores civitatis egregie dicemus servari oportere;[15] si societates atque amicitias studiose dicemus coli convenire;[16] si, quod jus in parentes, Deos, patriam,[17] natura comparavit, id religiose colendum demonstrabimus; si hospitia, clientelas, cognationes, affinitates caste colendas[18] esse dicemus; si nec pretio,[19] nec gratia, nec periculo, nec simultate a via recta ostendemus de-

teres habeant idem, sed sine copula. ‘Ex auctoritate duorum lib. Gryph. B C, *disciplinam aut scientiam* edidimus, non *disciplinabilem;* quod vix dignum verbum doctis auribus, ne dum ejus sæculi elegantia, haud probabile videtur a politissimo scriptore usurpatum.’ *Brut.* Schutz. etiam *disciplinam aut scientiam.* Vulgg. *disciplinabilem scientiam,* et sic Mss. omnes Oud. et edd. pr. Deinde Lamb. ed. *possimus habere.* Vide Nott. Varr.—10 ‘*Et quo modo . . . ostendemus*] Copulam non agnoscunt Leid. 1. 3. Voss. 2. edd. Med. Omnib. sicut et verbo *ostendemus* carent Mss. iidem et Leid. 4. Bene omnino. Vid. Græv. *quodque* Leid. 4. *fieri possit* Voss. 1. Leid. 2.’ *Oud.* Pro *quidque* A habet *quid,* et G ψ *quicquam.* Tum ψ exhibet *oportebit,* et vox *ostendemus* in A et Tur. deest. Vid. Nott. Varr.—11 Lamb. ed. *cui similis rei gestæ, &c.* Leid. 3. et Tur. *præsentis aut auditæ.* Vulgg. *cujus rei gestæ aut præsentem, &c.* Vid. Nott. Varr.—12 Voss. 2. Leid. 3. edd. 1474. 1475. Med. (1474.) Junt. *pers. poterimus,* quod melius putat Ern. Leid. 2. *pers. possumut:* ψ et Tur. *pers. possumus.*—13 Erf. Cauch. Voss. 1. Leid. 4. *innocentium:* ed. Med. (1474.) *innocentiam.* Tum Leid. 1. Voss. 1. et edd. pr. *supplicium.* Tur. et Lamb. *misereri dicemus.*—14 A *ostendimus;* et Erf. *ostendemus in merentibus grat. ref. oportere.* Voss. 3. Leid. 3. *grat. referre.*—15 Erf. *oportere servari:* Lamb. ed. *egregie serv. dic. op.*—16 Lamb. ed. *am. dic. stud. coli:* ψ *studuisse dic.* et ed. Med. (1474.) *coli debere.*—17 Erf. *in patrium:* A *deos, naturam natura.*—18 ‘*Clientelas, cognationem*] Erf. *clientelam, cognationes.*’ Græv. Mox Erf. *colendam esse.* ‘*Colendas esse*] Leid. 1. *colende:* Voss. 1. *colenda esse:* quod non displicet. Verbum *esse* desideratur in Voss. 2.’ *Oud.*—19 ‘*Si nec prece, nec precio*] Erf. meus Ms. ed. pr. et Med. (1498.) *si nec pretio:* sed in Duisb. non

NOTÆ

[p] *Justitiæ partibus*] Quot sunt Ciceronis orationum epilogi, tot habes exempla, quibus ex variis justitiæ partibus reos aut absolvendos esse suadet aut condemnandos.

[q] *Ulcisci male meritos*] Ultionem non Christiani solum, sed etiam ethnici sapientissimi condemnarunt. Vide notas in lib. II. de Inv. § 66. et lib. I. de Orat. § 32.

duci oportere; si dicemus, in omnibus jus æquabile statui[20] convenire. His atque hujusmodi[1] partibus justitiæ si quam rem in concione, aut in consilio faciendam[2] censebimus, justam esse ostendemus; contrariis, injustam. Ita fiet, ut eisdem locis et ad suadendum, et ad dissuadendum simus comparati.[3] 5. Sin[4] fortitudinis[r] retinendæ causa faciendum quid[5] esse dicemus, ostendemus, res magnas et celsas[6] sequi et appeti[7] oportere: et item res humiles et indignas viros fortes propterea[8] contemnere oportere, nec

sunt *nec pretio.*' Græv. '*Nec prece nec pretio*] Duæ priores voces desunt Mss. sex et edd. pr. contra Leid. 4. non habet duas ultimas.' *Oud.* 'Vulgati addunt *nec prece*, quod abest a Mss. nostris et Oud. et edd. pr. Addidit primus Aldus.' *Ern.* A G L R ψ Tur. Ald. (1519.) Grut. Oliv. Græv.-Burm. Lall. et Schutz. eas voces habent; Wetzel. eas omittit.—20 '*Æquabile jus*] Sic Mss. et edd. pr. nisi quod in Voss. 3. sit *æquale jus.*' Oud. Tur. quoque *æquabile jus.* Vulgg. *jus æquabile.* Pro *statui* A *statum* exhibet.—1 Ms. Cort. *hujuscemodi*, quod Ernestio placet.—2 '*In consilio*] Ed. Med. caret præpositione. Leid. 4. ed. Omnib. *concilio*, male.' *Oud.* A *atque in cons.* Vid. Nott. Varr. Deinde Ern. putat *faciendum* esse glossam, et elegantius esse illam vocem omittere.—3 '*Ad suad. et ad dissuad. simus comp.*] Grut. et edd. *ad suad. et dissuad. simus parati:* Pith. *ad suad. simus comp.* al. *ad suad. simus operati. Ad suad. et ad dissuad. simus comp.* ex suis Gronov. nec aliter omnes mei Mss. et edd. vetustiores. Vulgo *parati.*' Græv. '*Comparati* etiam in cod. Traj. in quo aliqua varietas in vocibus præcedd.' *Burm.* 'Leid. 1. 2. 4. *et dissuad.* desunt illa in Voss. 3. qui male habet etiam *parati.*' Oud. Verba *et ad dissuad.* desunt etiam in A. G et L non habent *ad* ante *dissuad.* Vulgg. *ad suad. et ad dissuad. simus comp.* '*Simus comp.*] Ita duo Gryph. exempl.' *Brut.* Vid. Nott. Varr.—4 ψ *Si fort.*—5 '*Faciendum quid esse*] Vox media nuspiam mihi occurrit.' *Gronov.* 'Vox media nec in Gronovianis, nec Erf. et poterat abesse. Sed in reliquis Mss. et ed. pr. ceterisque legitur.' *Græv.* 'Voss. 1. *faciundum.* Abest *quid* a Leid. 1.' *Oud.* Deest quoque in L.—6 Duo Gryph. exempl. *et excelsas sequi.* '*Celsas*] Al. *excelsas.*' Græv.—7 Schutz. et Wetzel. *appetere.*—8 Ed. Crat. *humiles indignas.* Ern. post *indignas* delevit verba *viris fortibus, vel,* ex auctoritate Mss. et edd. pr. et sic

NOTÆ

[r] *Sin fortitudinis*] Alexander Magnus immensa terrarum spatia jam emensus, cum iisdem, quibus circumscriptus est orbis, limitibus vellet victorias definire, sic milites alloquebatur; Q. Curt. lib. IX. 'Pervenimus ad solis ortum et oceanum, nisi obstat ignavia: inde victores perdomito fine terrarum revertemur in patriam. Nolite, quod pigri agricolæ faciunt, maturos fructus per inertiam amittere e manibus. Majora sunt periculis præmia. Dives eadem et imbellis est regio. Itaque non tam ad gloriam vos duco, quam ad prædam. Digni estis qui opes, quas illud mare littoribus invehit, referatis in patriam; digni qui nihil inexpertum, nihil metu omissum relinquatis. Per vos gloriamque vestram, qua humanum fastigium excediti, perque et mea in vos et in me vestra merita, quibus invicti contendimus, oro quæsoque ne humanarum rerum terminos

idoneas dignitate sua judicare.[9] Item a[10] nulla re honesta, periculi aut[11] laboris magnitudine deduci oportere; antiquiorem[i] mortem turpitudine habere;[12] nullo dolore cogi, ut ab officio recedatur; nullius pro rei veritate[k] metuere inimicitias; quodlibet[13] pro patria, parentibus, hospitibus, amicis, et iis[14] rebus quas justitia colere cogit, adire periculum, et quemlibet suscipere laborem. Modestiæ partibus[s] utemur, si nimias libidines honoris, pecuniæ, similiumque[15] rerum vituperabimus; si unamquamque rem certo

[i] *Meliorem.* [k] *Pro veritate defendenda.*

Schutz. et Wetzel. Vulgg. eas voces retinent: Orell. quoque eas habet. '*Vel viros fortes propterea, &c.*] Addidi e Pal. 4. syllabam *vel;* quod *propterea* illud invenissem in pluribus Palatinis, quod alioquin Gulielmio tollendum videbatur, utpote e libris aliquot exsul: si cui forte *vel* indignum putatur textu, is poterit *propterea* mutare in *præterea*, fide Pal. 1. ac 5.' *Grut.* 'Vulgg. *viros fortes propterea:* Mss. duo *viros fortes præterea.* Asserunt *vel* Erf. et Cauch.' *Græv.* 'Neque *vel* neque *propterea* est in Ms. Traj.' *Burm.* 'In nullo Ms. vel ed. inveni istud *vel.* Abest *propterea* a Leid. 1. 3. Voss. 2. ed. Med. *præterea* legas in Voss. 3.' *Oud.* *Vel* abest quoque ab A G L R ψ, et *propterea* ab A L ψ, et quæ vox in G punctis subnotatur. *Propterea* abest a Mss. pluribus et edd. teste Ern.—9 '*Idoneas pro dign. sua*] Sic reposui, secutus unum lib. Ms. quidam tamen legend. censent *idoneas dignitati suæ:* alii vulg. lectionem retinendam censent, et *idoneas dignitate sua* positum esse pro 'dignas dignitate,' atque idcirco voci *idoneas* eundem casum tributum atque voci 'dignas' tribueretur.' *Lamb.* Erf. *idoneos sua dignitate:* Lamb. ed. *idoneas pro sua dign.*' Græv. Voss. 3. *idonea dign. sua.* '*Idoneas dign. sua*] Vix verum hoc puto. 'Idoneus' cum ablativo nuspiam reperi. Ed. 1474. *idoneas pro sua dign.* unde puto auctorem scripsisse *nec eas pro sua dign.*' Ern. Schutz. edidit *idoneas dignitati suæ.* Vulg. *idoneas dign. sua.* Wetzel. uncis inclusit voces *nec idoneas dign. sua jud.*—10 R, Erf. Cauch. et Lamb. ed. *ab nulla re.* '*Ab nulla re*] Sic Voss. 1. 2. Leid. 2. 3. Vulgo *a nulla re.*' Oud.—11 G *et laboris.*—12 A *morem turpitudinem habere:* G L R ψ et Tur. *haberi;* et sic edd. ante Ern. Erf. *turpitudinem haberi, in nullo dolore.* '*Habere*] Sic edidi necessario pro *haberi;* pendet enim cum sequentibus a *viros fortes.*' Ern. quem Schutz. Wetzel. et Orell. sequuntur.—13 A *inimicitias quaslibet. Et pro patria.*—14 '*Et eis rebus*] Deest copula Leid. 1. 3.' *Oudend.* Erf. *am., iis*

NOTÆ

adeuntem alumnum commilitonemque vestrum, ne dicam regem, deseratis.'

[s] *Modestiæ partibus*] Albutius Silius rhetor apud Senec. in Suasor. lib. Alexandrum Magnum novas in oceano terras, quas subigeret, quærere cogitantem, a consilio sic deterret: 'Terræ quoque suum finem habent, et ipsius mundi aliquis occasus est: nihil infinitum est: modum magnitudini facere debes, cum fortuna non facit. Imperium tuum cludit oceanus. O quantum magnitudo tua rerum quoque naturam supergressa est! Alexander orbi magnus est. Alexandro orbis angustus est. Aliquis etiam magnitudini modus est. Non procedit ultra spatia sua cœlum. Maria intra terminos suos agitantur.

naturæ termino definiemus; si quod cuique[16] satis sit, ostendemus,[l] et nimium progredi dissuadebimus, et modum unicuique rei statuemus.[17] 6. Hujusmodi partes sunt virtutis amplificandæ, si suadebimus; attenuandæ,[18] si ab his dehortabimur, [ut hæc attenuentur,] quæ[19] supra demonstravi. Nam nemo erit, qui censeat a virtute recedendum: verum aut res non hujusmodi dicatur esse,[20] ut virtutem possimus egregiam experiri, aut in contrariis potius rebus, quam in his, virtus constare ostendatur.[1] Item si quo pacto poterimus; quam is,[2] qui contra dicet, justitiam vocarit,[3] nos demonstrabimus ignaviam esse, et inertiam, ac pravam libertatem:[4] quam prudentiam appellarit,[5] inep-

[l] *Si demonstremus quatenus cuique sit satis.*

rebus: A et Lamb. *am.*, *his rebus.*—15 ‘*Pecuniæ, similiumque rerum*] Leid. 1. 2. Voss. 3. *pecuniarum.* Copula deest Voss. omnibus, Leid. 1. 2. *et sim.* Leid. 4.’ *Oud.* Copula abest etiam ab G, Erf. et Duisb.—16 Ed. Med. (1474.) *et si quoad, &c.* Voss. 3. *quoad id quantumque satis sit:* Leid. 3. et edd. 1474. 1475. Omnib. Junt. *quod cuique satis sit.* Vulgg. *si quoad cuique satis sit;* sic etiam Tur. et Orell. Vid. Nott. Varr.—17 ‘*Et nimium, &c. et modum, &c.*] Copula utrobique deest Leid. 3. ed. Omnib. *et si mod.* Voss. 1. Leid. 1.’ *Oud.* A habet *ost., si nim.* et in altero loco copula abest ab A et Erf. qui mox exhibet *statuamus.*—18 ‘*Partes sunt virtutis ampl. si suad., attenuandæ*] Erf. *partes sunt omnibus verbis, atten.* Duisb. *partes sunt omnibus verbis amplif.*’ Græv. ‘*Virtutis ampl., si suad.*] Leid. 1. *omnibus virtutis:* a m. pr. *verbis*, dum cetera exsulant a m. pr. sicut absunt quoque cum seq. *attenuandæ* a Voss. 3. Sed in Leid. 3. scriptum est, *partes sunt ampl. si hortabimur, omnibus vero verbis att.* Leid. 4. *omnibus verbis amplif. si suad.*’ Oud. In G est *omnibus viris atten.*—19 Leid. 3. *et ut atten.* Ed. Med. (1474.) *et hæc atten.* Schutz. delevit verba *ut hæc atten.* Ern. non dubitat insititia esse et e glossa orta; itaque uncis inclusit: et sic Wetzel. et Orell. qui eum sequuntur. Deinde ‘*Quæ supra dem.*] Puto delend. esse *quæ* hac sententia: *ut hæc attenuentur supra demonstravi*, hoc est quomodo eleventur.’ *Græv.*—20 ‘Mss. quatuor et ed. Omnib. *non ejusm.* Voss. 1. ed. Omnib. *dicantur.* Ab eadem abest verbum substantivum.’ *Oud.* A, Tur. et Orell. *dicantur.* Vid. Nott. Varr. Tum Erf. *virt. posuimus egr.*—1 Erf. *constareque ostendantur:* ed. Med. (1474.) *esse ostendatur:* A *constare videatur:* Leid. 3. et Lamb. ed. *constare ostendetur.* Vulg. ut Ern.—2 *Is* non est in G, qui mox cum L habet *dicit.*—3 L R, Erf. Duisb. Voss. 1. 3. Leidd. omnes et ed. Med. (1474.) *just. vocavit:* A et Voss. 2. *vocabit:* G *notavit.*—4 *Et inertiam*, ut h. l. ineptum, Schutz. delevit: Orell. uncis inclusit. Tum ‘*Parvam libertatem*] Mss. Erf. Cauch. Pith. ac omnes edd. veteriores *pravam liberalitatem:* sed *libertatem* tuetur Duisb. Colon. et

NOTÆ

Quicquid ad summum venit, incremento non relinquit locum. Non magis quicquam ultra Alexandrum novimus, quam ultra oceanum.’ Et Avitus: ‘Satis sit hactenus vicisse Alexandro, qua mundo lucere satis est.’

tam, et garrulam, et odiosam scientiam esse dicemus: quam ille modestiam dicet esse, eam nos inertiam et dissolutam negligentiam dicemus:[6] quam ille fortitudinem nominarit, eam nos gladiatoriam et inconsideratam appellabimus temeritatem. IV. 7. Laudabile est, quod conficit honestam, et præsentem, et consequentem[7] commemorationem.[m] Hoc nos eo a recto separamus, non quod hæ quatuor partes,[8] quæ subjiciuntur sub vocabulo recti,[9] hanc honestatis commemorationem[n] dare non soleant:[10] sed quamquam ex recto laudabile nascitur,[11] tamen in dicendo[12] seorsum tractandum est hoc ab illo. Neque enim solum laudis causa[t] rectum[13] sequi convenit; sed si laus consequitur, duplicatur recti appetendi voluntas.[o] [14] Cum igitur erit demon-

[m] *Laudabile est id propter quod fit honorifica mentio alicujus tempore præsenti et futuro.*

[n] *Hanc honorificam mentionem.*

[o] *Non unius laudis causa virtutem amplecti decet, sed si laus adhæreat virtuti, duplici nomine appetetur virtus, et propter honestatem, et propter laudem inde consequentem.*



Lamb. edd. et margo Cratandri.' *Græv.* '*Parvam libertatem*] *Liberalitatem* edidi, hanc lectionem, præter duos Gryphii vetustiores libros, Leonic. approbante.' *Brut.* '*Pravam libert.*] Sic Leid. 4. et ed. Med. (1474.) In ceteris *liberalitatem.* Ed. Omnib. *parvam liberalitatem.*' Oud. G R, Tur. Schutz. Wetzel. et Orell. quoque habent *liberalitatem.* Vulg. *pravam libertatem.*—5 Leid. 4. et Duisb. *qui prudentiam,* et A *appellant.*—6 Voss. 2. *nominabimus, et diss. negl.* In ceteris Mss. Oud. et edd. pr. *negl. esse dicemus,* et sic A L R, Tur. Erf. Lamb. et Orell. In G *negl. esse,* omisso *dicemus.*

CAP. IV. 7 ψ, Grut. Oliv. et Lall. *sequentem;* et sic vulg. *consequentem* A G L R, Tur. omnes Mss. Oud. et edd. pr. Vid. Nott. Varr.—8 '*Hoc nos eo a recto separavimus*] Erf. *Hoc non eo modo sep.* Pith. *Hoc nos eo modo a recto sep.*' Græv. '*Eo a recto separavimus*] Leid. 1. 3. *eo modo sep.* Leid. 2. *separabimus:* Voss. 4. *separamus a recto:* Leid. 4. *non separamus a recto:* ed. Omnib. *superavimus.*' Oud. A *Hæc non modo:* G *Hoc non a recto:* ψ *Hoc non modo:* A G L R ψ, Tur. Grut. Lamb. Oliv. Græv.-Burm. Lall. et Orell. *separavimus.* Schutz. et Wetzel. *separamus.* Tum A *sep., ut quatuor:* G ψ *sep., quod hæ quatuor.* Verba *non quod hæ quatuor partes* non leguntur in Erf.—9 Erf. et Pith. *sub vocabulum recti:* Leid. 2. *sub vocabulum rei.* Vox *sub* in A deest.—10 Erf. *honestatem comm. dare soleant.*—11 Omnes Mss. et edd. præter Tur. Ern. Wetzel. et Orell. *nascatur.*—12 Verba *in dicendo* absunt a Voss. 3.—13 Erf. ac Leid. 3. *recta sequi,* et Leid. 1. a m. pr.—14 '*Consequatur*] Voss. 1. *consequetur:* Leidd. omnes, ed. Omnib. *consequitur:* ed. Med. (1474.) *sequi-*

NOTÆ

[t] *Laudis causa*] Qui laudis causa virtutem colit, ille non virtutis, sed gloriolæ studiosus est. Vere philosophi actiones humanas aiunt ex fine designari. Furatur quis ut effusæ libidini serviat? libidinosum rectius dixeris quam furem.

stratum rectum,[15] laudabile esse demonstrabimus[16] aut ab idoneis hominibus, ut si qua res[17] honestiori ordini placeat, quæ a deteriore ordine[18] improbetur; aut ab aliquibus[19] sociis, aut omnibus civibus, exteris[20] nationibus, posterisque nostris.

Cum hujusmodi locorum divisio sit in consultatione, breviter aperienda est totius tractatio causæ. Exordiri[1] licebit, vel a principio, vel ab insinuatione, vel iisdem rationibus, quibus in judiciali causa.[2] Si cujus[3] rei narratio incidet, eadem ratione narrare oportebit.[4] 8. Quoniam[5] in hujusmodi causis finis est utilitas, et ea dividitur in rationem tutam atque honestam; si utrumque poterimus ostendere,[6] utrumque pollicebimur nos in dicendo demonstraturos esse: sin alterum demonstraturi erimus, simpliciter, quod dicturi sumus, ostendemus[7] At si[8] nostram rati-

---

tur.' Oud. In G quoque *sequitur.* Vulg. *consequitur.* Porro in Erf. legitur *placatur recti:* A, Tur. et Leid. 3. *placet magis recti:* margo ed. Crat. *placet magis recte.* Denique pro *voluntas* G habet *voluptas.*—15 '*Demonstrandum rectum esse*] In solo Leid. 4. est gerundium. In ceteris et edd. pr. *demonstratum;* bene verbum exsulat a Mss. et edd. præterquam Voss. 2.' *Oud.* Grut. Oliv. Græv-Burm. et Lall. *demonstrandum:* A G L R ψ, Tur. Lamb. Schutz. Wetzel. et Orell. *demonstratum;* et A L R *rectum esse.* Vid. Nott. Varr.—16 '*Laudabile esse demonstrabitur*] Sic Mss. omnes et edd. pr. non *demonstrabimus.* Addit Leid. 4. *hoc modo.*' Oud. In L etiam *demonstrabitur.* Grut. Oliv. Lall. Schutz. Wetzel. et Orell. *demonstrabimus.* Vid. Nott. Varr.—17 Præpositio *ab* ante *idoneis* abest a Leid. 4. et R habet *aut si qua res.*—18 Pith. *ord. placeat. At quæ;* et Erf. *a deteriori.* Vox *ordine* non est in A aut Voss. 3.—19 '*Aut aliquibus sociis*] Erf. *aut quibus sociis.*' Græv. '*Aut ab aliquibus sociis*] Non comparet præpositio in Mss. nec ed. Omnib.' *Oud.* deest etiam in A G L R ψ, Tur. et quibusdam edd. vett.—20 G *externis nat.* —1 Erf. *div. sit loc.* Mox A *et brev. aperienda sit:* Erf. *aperienda erit tract. tot. caussæ. Exordio licet.*—2 G L *vel ab his rat.* Schutz. et Wetzel. *iisdem rat.* omisso *vel;* quam voculam Orell. uncis inclusit. Al. *vel ab iisdem,* teste Grævio. Tum Erf. *in judicialem caussam.*—3 ψ *hujus rei.*—4 '*Narrari oportebit*] Vulgg. *narrare oportet.* Erf. Cauch. et edd. prima Mediol. Victor. Crat. aliæque vetustiores omnes *narrari.* Cur mutarunt?' *Græv.* A L ψ, Tur. Græv.-Burm. et Orell. *narrari oportebit:* G R, Grut. Oliv. Lall. Schutz. et Wetzel. *narrare oportebit.* Abest *narrari* a Voss. 3. Leid. 2.—5 Ante *quoniam* Schutz. *In divisione* præfixit, quia hic auctor transitiones non solet obscurare. Lamb. habet *Et quoniam.*—6 Erf. *utrumque pot. ost., si utrumque poll.*—7 '*Sin alt. demonstr. erimus, simpl., quod dict. sumus*] *Dicturi* margo ed. Crat. *sin alt. quid dicturi sumus, ostendemus simpl.* Erf. *si alt. quid dicturi sumus ostendemus. Si alterum,* repete ἀπὸ κοινοῦ *poterimus ostendere,* quid dicturi sumus ostendemus. Multos centones adsutos esse his libris jam sæpe vidimus. Non pauci recisi sunt ab Erfurtensi.' *Græv.* '*Sin alt. demonstr. erimus*] Abest *erimus* a Voss. 3. contra in aliis *erimus dicturi vel demonstr.* In plerisque *erimus dem.* Sed Leid. 1. a m. pr. modo dat *sin alt.* Optime. Vid. Græv.' *Oud.* A L ψ *si alt.* Vox *erimus* abest ab G L, et *demonstraturi erimus* ab L et Tur. Vulg. *sin alt.*

onem tutam esse dicemus, divisione utemur in vim et consilium. Nam, quod in docendo, rei dilucidandæ[p] [9] causa, dolum appellavimus, id in dicendo honestius[10] consilium appellabimus. Si rationis nostræ sententiam[11] rectam esse dicemus, et omnes partes recti incident; quadripartita divisione utemur: si non incident, quot erunt, tot exponemus in dicendo.[12] In confirmatione[13] et confutatione utemur locis, quos ante ostendimus, nostris confirmandis, contrariis confutandis.[14] Argumentationis artificiosæ tractanda[15] ratio de secundo libro petetur. v. Sed si acciderit,[16] ut in consultatione alteri ab tuta ratione, alteri ab honesta, sententia sit,[q] [17] ut in deliberatione eorum, qui a Pœnis[u] cir-

[p] *Ad rem declarandam.*
[q] *In deliberatione unus dicat tutum honesto, alter honestum tuto præferendum.*

dem. erimus, simpl., quod dict. sumus, ostendemus. Ern. ait, 'aut legendum est *alterutrum*, aut *alterum* sic intelligendum ut ap. Cic. Acad. II. 43.'—8 G *Ac si nostr.* ψ et Erf. *Aut si nostr.* Dein Tur. *tutam esse dixerimus.*—9 ψ, Erf. Voss. 3. Leid. 2. edd. pr. *in dicendo.* Tum Voss. 2. Leid. 2. *rei magnificandæ:* Leid. 3. *dilucide et magnificandæ:* A G L ψ *dilucidandæ et magnificandæ:* ed. Med. (1474.) *dilucidandæ magnificandæque.* Vulg. *rei dilucidandæ.* Vid. Nott. Varr. —10 Duisb. Voss. 3. Leid. 4. *in dicendo,* omisso *id.* Tum Voss. 3. *hon. vocabulo cons.* R ψ et Leid. 3. *honestiori vocabulo cons.* Tur. *honestiore vocabulo cons.*—11 ' Edd. *rationis nostræ sententiæ.* Longe rectius Erf. *rationem nostræ sententiæ. Rationem* est etiam in Duisb.' *Græv.* In L quoque *rationem nostræ sententiæ.*—12 A *exp. dicendo,* omisso *in.*—13 ' *In confirmatione*] Abest præpositio a Mss. excepto Voss. 3. Tota periodus usque ad *Argumentationis* exsulat a Leid. 2.' *Oud. In* abest etiam ab A R ψ, Tur. et Erf.—14 ' *Utemur locis, quos ante ost.*] Duisb. *utemur etenim loci nostri quos ante ost.* Erf. *utemur locis nostris quos ante ost.* Pith. *utemur nostris locis, quos ante ost.*' Græv. ' *Utemur locis, q. a. o. nostris confirmandis, contrariis confutandis*] Voss. 1. *utemur, nostros locos, q. a. o. confirmando, contrarios confutando:* Leid. 1. Voss. 3. ed. Med. *utemur, nostris locis, q. a. o. confirmandis, c. conf.* Voss. 2. Leid. 3. *utemur. Ut enim nostri loci q. a. o. confirmandi sunt, ita contrarii sunt confutandi.*' Oud. ' *Nostris confirmandis, contrariis confutandis*] Duisb. *confirmandi ita contrarii confutandi:* Erf. *confirmandis, contrariis confutandis,* sine *nostris.*' Græv. A *utemur nostris in locis:* G L R. *utemur nostris locis.* A ψ *ut enim nostri loci quos ante ostendimus confirmandi sunt ita contrarii confutandi:* G *confirmandi sunt ita contrariis confutandi sunt;* et sic Tur. nisi quod ille habet *sunt conf.* R *confirmandis ita contrarii sunt confutandi.* L, Grut. Oliv. Lall. Schutz. et Wetzel. *utemur locis, q. a. o., nostris confirmandis, contrariis confutandis.*—15 ' *Tractandæ*] Erf. *tractanda.*' Græv. ' *Tractandæ*] Sic Mss. et edd. pr. Male in nova ed. *tractanda.*' Oud. A G L R ψ, Græv.-Burm. Schutz. Wetzel. et Orell. *tractandæ.* ' *Artificiosæ tractanda*] Mss. et edd. pr. *tractandæ;* quod si verum est, erit, ut opinor, scribendum *artificiose.*' Ern. *Tractanda* Grut. Oliv. et Lall.

CAP. V. 16 A *Sed si accesserit.*—17 A *alt. honesta,* et Erf. *sententia est.*—

NOTÆ

[u] *Pœnis*] Carthaginienses Punici, Pœnici, et Pœni, quasi Phœni, dicti,

cumsessi[18] deliberant, quid agant; qui tutam rationem sequi suadebit,[19] his locis utetur: nullam rem utiliorem[x] esse incolumitate: virtutibus uti neminem posse, qui suas rationes in tuto non collocarit;[20] ne Deos quidem esse auxilio iis,[1] qui se inconsulto in periculum mittant;[2] honestum nihil oportere[3] existimari, quod non salutem pariat. 9. Qui tutæ rei præponet[4] rationem honestam, his locis utetur: Virtutem nullo tempore[y] relinquendam; vel dolorem, si is timeatur;[5] vel mortem, si ea formidetur,[6] dedecore et infamia[7] leviorem esse; considerare,[8] quæ sit turpitudo consecutura, at non immortalitatem, neque æternam incolumitatem consequi;[9] [*p.* 18.] nec esse exploratum, illo vitato periculo, nullum in aliud periculum venturos;[10] virtute vel ultro ad mortem[11] proficisci, esse præclarum; fortitu-

18 *In* ante *deliberatione* non est in Erf. qui mox habet *qui penas circumsessi:* A *qui Pœno circumcessi:* G *quæ Pœnis circumsessi:* Tur. et Orell. *qui a Pœno:* al. Mss. et edd. *Pœnis.* Deinde A *aut quid agant.*—19 *Qui* ante *tutam* in A ψ et Erf. deest. '*Sequi suadebit*] Abest infinitivus a Leid. 4. In Voss. 3. *sequi persuadebit.*' Oud. Pro iis verbis A ψ habent *siquis adhibebit;* Erf. *si quis audivit.* Schutz. e codd. Aug. et Goth. legit *qui tutam rat. adhibebit.* Orell. *tut. rat. si quis adhibebit.* Vulg. *qui tutam rat. sequi suadebit.*—20 A *incolumitatibus.* Mox idem Ms. pro *collocarit* habet *locaverat.*—1 '*Ne Deos quidem esse aux. iis*] Erf. *idoneos non quidem aux. iis.* Vulg. *nec Deos quidem aux. iis.*' Græv. 'Leid. 1. *idoneos q. non esse aux. eos;* ac suprascr. in Voss. 1. *nec* Leid. 4. edd. pr.' *Oud.* G L R *nec Deos, &c.*—2 '*Qui se incons. in peric. mittant*] Lamb. ed. *qui se consulto, &c.* Duisb. et ed. pr. *qui se incons. in peric. mittunt.*' Græv. '*Mittant*] Leid. 2. *invitant:* Leid. 4. *mittunt* cum ed. Omnib.' *Oud.* Lamb. *consulto.* Vulg. *inconsulto* et *mittant.*—3 *Honestam nihil* Erf. qui mox habet *quæ non salutem.* Pro *oportere* A *putare* habet.—4 Erf. *præponit.* Tur. omittit *rationem.* Paulo post A exhibet *utitur.*—5 G *relinquendum esse:* Voss. 3. *esse relinq.* et Voss. 1. Leid. 2. *et vel dolorem:* L *et dol.* Præterea A ψ *si timeatur:* Erf. *si is in ea mœreatur.* '*Si is timeatur*] Deest pronomen Leid. 1. 4. Voss. 3. in quo *timeas.*' Oud.—6 Voss. 3. *si eam formides.*—7 '*Dedecore et infamia*] Erf. *decore et inf.* Ed. pr. *dedecore et inf.*' Græv. —8 '*Considerare, quæ sit*] Forte *considerandum, quæ sit.*' Græv. quam conjecturam Schutz. et Wetzel. adoptaverunt. Orell. notavit h. l. ut corruptum. —9 '*At non immort.*] In Erf. non legitur *at.* Pith. *aut non imm., neque æt. cons. incol.*' Græv. In A ψ quoque *aut non imm.*—10 G *illo in tanto periculo.* Mox A R ψ *peric. venturum.*—11 A ψ *virtuti ultro ad mort.* L et Leid. 2. *vir-*

NOTÆ

quia e Phœnicia duce Didone profecti sunt.

[x] *Nullam rem utiliorem*] Nabarzanes lib. v. Curtii a tutis rationibus suadet Dario rerum summam alteri permittat.

[y] *Virtutem nullo tempore*] Quam acres ad confligendum stimulos suis addit Darius eodem Q. Curtii libro petitis ab honestate rationibus.

dini fortunam[12] quoque esse adjumento solere; eum tute[13] vivere, qui honeste vivat, non, qui in præsentia incolumis sit;[14] et eum, qui turpiter vivat, incolumem in perpetuum esse[15] non posse. Conclusionibus fere similibus in his et judicialibus[16] causis uti solemus; nisi quod in his maxime conducit[17] quamplurima rerum ante gestarum exempla proferre. VI. Nunc ad demonstrativum genus causæ transeamus.[18]

10. Quoniam hæc causa[19] dividitur in laudem et vituperationem; quibus ex rebus laudem constituerimus, ex contrariis[20] rebus erit vituperatio comparanda. Laus igitur potest esse rerum externarum, corporis et animi.[1] Rerum externarum sunt ea quæ casu, aut fortuna secunda, aut adversa, accidere possunt; ut genus,[2][a] educatio,[2][a] divitiæ,[b]

tute vel ultra mort. Erf. *virtuti vel ultro ad mort.* Duisb. et Leid. 4. *virtute etiam ultro ad mort.* Voss. 3. *virtute velud ultro ad mort.*—12 'Erf. *formidini fortunam*, pessime.' *Græv.* Deest *quoque* post *fortunam* in Voss. 1.—13 '*Et eum tute*] Lamb. ed. *eum tuto.*' Græv. Grut. Oliv. Lall. Schutz. Wetzel. et Orell. non habent conjunctionem.—14 '*Qui in præsentia incol. sit*] Voss. 3. solummodo *qui incolumis.* Abest *sit* a Leid. 3. ed. Med. *est* Leid. 4.' *Oud.* 'Verbum in nullo scripto notavi: et cur non subintellexit *vivat*, vel *esse possit?*' Gronov. 'Abest *sit* ab Erf. et Pith. et al. Mss. et Gronovianis: in Duisb. legitur *incol. est.*' Græv. G habet *incolimis*, et in A G L R *sit* deest. Edd. *incol. sit.*—15 Erf. *incol. esse in perp.*—16 '*In his et in jud.*] Pith. *in his ut in jud.* Vulgg. *in his et jud.*' Græv. '*In his et in jud.*] Sic cum edd. pr. Msti omnes, excepto Voss. 3. cui deest secundo loco præpositio. Leid. 3. *et in his et in jud.*' Oud. A G L R, Tur. Lamb. et Orell. *et in jud.*—17 '*Nisi quod his*] Abest *nisi* ab Erf. et in vulgg. est *nisi quod in his.*' Græv. Tur. et Lamb. *nisi quod his: ψ sol., et quod in his.* '*In his max. conducit*] Sic Voss. 2. Leid. 4. ed. Med. A ceteris Mss. et ed. Omnib. abest præpositio. *Congruit* Voss. 3.' *Oud.*

CAP. VI. 18 Voss. 3. *ad dem. genus accedamus.*—19 G *hæc demonstrativa causa.*—20 Voss. 1. *quibus de rebus.* '*Quibus ex rebus ... ex contrariis*] Hæc non bene cohæreant. Debebat enim esse *ex earum contr.* An scripsit *si quibus*, i. e. quibusdam?' *Ern.* Schutz. ed. *earum ex contr.* Paulo post A, Tur. et Erf. *vitup. comparata.*—1 '*Rerum ext. et corp. et animi*] Ita vulgg. Pith. *ext., corp., et animi.* Erf. et Cauch. sine copulandi particulis scribunt, *ext., corp., animi;* quibus pareo.' *Græv.* '*Corporis, animi*] Voss. 1. Leid. 4. edd. pr. *et corp. et an.* Leid. 1. *corp. animique:* Voss. 2. 3. Leid. 2. 3. *corp. et an.*' Oud. A L R ψ, Tur. Grut. Oliv. et Lall. *et corp. et an.* G *corp. et an.* Schutz. et Orell. *corp., an.* Ern. delevit *et* ante *corporis*, auctoribus Mss. et Wetzelius eum secutus est.—2 A L et Tur. *genus, educ.* omisso *ut:* ψ et Erf.

NOTÆ

[a] *Genus*] Si clarum fuerit genus, dicemus hominem transmissam a majoribus gloriæ hæreditatem amplificasse; sin obscurum, aut infame, natalium tenuitatem aut infamiam egregie factis compensasse: omnes æquali sorte nasci, sola virtute distingui.

potestates, gloriæ,[c] civitas,[3][d] amicitiæ, et quæ hujusmodi sunt, et ea quæ his sunt contraria.[4] Corporis sunt ea quæ natura corpori attribuit[5] commoda [aut incommoda]; ut[6] velocitas, vires,[e] dignitas, valetudo, et quæ contraria sunt.[7] Animi sunt ea quæ consilio et cogitatione nostra constant; ut prudentia,[8] justitia, fortitudo, modestia, et quæ contraria sunt. [Erit igitur hæc confirmatio et confutatio nobis.[r][9]] 11. In hujusmodi igitur causa principium sumetur[10] aut a nostra,[11] aut ab ejus de quo loquemur, aut ab eorum qui audient, persona, aut ab re. A nostra, si laudabimus, dicemus aut officio facere,[12] quod causa necessitudinis intercedat: aut studio, quod ejusmodi virtutis sit,[13] ut omnes

[r] *Ab his capitibus sumentur argumenta, quibus confirmabimus aut refellemus id quod proposuerimus.*

quod genus, educ. 'male,' ait Orell.—3 '*Potestates, gloriæ, civitas*] Leid. 3. *potestas:* Voss. 3. Leid. 2. et Omnib. *civitates:* Leid. 4. *civilitas.*' Oud. Pro *civitas* A G habent *civitates.* Vid. Nott. Varr.—4 Lamb. ed. *et cetera quæ hujusm. sunt.* Deinde Erf. et Cauch. *et quæ his sunt contr.* Tur. et Lamb. ed. *et ea quæ his contr.*—5 Voss. 3. et Lamb. ed. *corp. tribuit.*—6 Verba *aut incommoda* Schutz. et Wetzel. deleverunt. *Aut* ante *incomm.* abest Ms. Cort. et *ut* ante *velocitas* A et Erf.—7 Voss. 1. *dign., pulcritudo, valitudo, et quæ his contr. sunt.* Ed. Med. *et ea quæ contr.* Leid. 1. 4. *et quæ his contr. sunt.*—8 '*Ut prudentia*] Particula *ut* exsulat a Mss. omnibus et edd. pr. nec requiritur.' *Oud.* deest etiam in A G L et Erf. Mox Lamb. habet *et quæ his contraria.*—9 In A *hæc* deest. Pro *hæc* G habet *his*, et Duisb. ac Leid. 4. *hic.* Voss. 1. et Leid. 1. inserunt *et* ante *hæc.* Erf. et Cauch. non habent verba *et confutatio.* Tum A et Tur. *nobis in hujusmodi causa.* Verba *Erit igitur . . . nobis*, quæ Ern. Wetzel. et Orell. uncis includunt, Schutz. ejecit.—10 Abest *igitur* ab A ψ, Tur. Leid. 1. edd. 1474. 1475. Omnib. Junt. et aliis. '*Sumatur*] Sic Mss. sex: *sumitur* Voss. 2. ed. Omnib. *sumetur* ed. Med. ut vulgo.' *Oud.* In ψ quoque *sumitur.* Grut. Oliv. Lall. Schutz. Wetzel. et Orell. *In hujusm. ig. causa princ. sumetur.*—11 '*Ab nostra*] Sic Pith. et edd. nonnullæ. Vulgo *a nostra.*' Græv. '*Ab nostra*] Sic Mss. quinque meliores, non *a.*' Oud. Mox G R, Voss. et Leid. 3. *loquimur.*—12 '*Dicemus aut off. facere*] Ejiciatur istud *dicemus*, quod nullus Ms. a m. pr. habet. Ed. Med. (1474.) *aut off. facere ostendemus.*' Oud. Verbum *dicemus* in A L R ψ et Tur. deest. G habet *et dicemus.* Tum in A *ab officio.* Grut. Oliv. Lall. Schutz. Wetzel. et Orell. *si laud., dicemus aut off. facere.*—13 '*Ejusmodi virtutis sit*] Sine mora præfe-

NOTÆ

[a] *Educatio*] Laudis erit argumentum si sustinuerimus bonam, si malam correxerimus.

[b] *Divitiæ*] Vide Tullium l. II. de Orat.

[c] *Gloriæ*] Sic in plurali dixit Tullius pro Planc. § 60. 'Honorum gradus summis hominibus et infimis sunt pares, gloriæ dispares.'

[d] *Civitas*] Laude dignum, civitatis illustris illustrem esse civem, civitatis ignobilis nomen virtute sua commendare.

[e] *Velocitas, vires*] Quarum rectus

commemorare debeant velle:[14] aut quod rectum sit, ex aliorum laude ostendere,[15] qualis noster[16] animus sit. Si vituperabimus,[17] aut merito facere, quod ita tractati simus;[18] aut studio, quod utile putemus[19] esse, ab omnibus unicam malitiam atque nequitiam cognosci; aut quod[20] placeat ostendi, quid nobis displiceat, ex aliorum vituperatione. Ab ejus persona, de quo loquemur, si laudabimus, vereri nos dicemus,[1] ut illius facta verbis consequi possimus;[2] omnes hominis illius virtutes prædicare oportere;[3] ipsa facta omnium laudatorum eloquentiam anteire. Si vituperabimus,[f] ea quæ videbimus contraria, paucis[4]

renda est scriptura Pith. et Erf. codicis, *ejusm. virtutes sint.*' Græv. Tres Mss. Oud. *hujusmodi virtutis:* ed. Med. (1474.) *hujusm. virtute.* ψ *ejusm. virtute*, et A ψ *sint.* Vulg. *ejusm. virtutis sit.* Orell. notavit vocem *virtutis* ut corruptam.—14 *Velle* abest ab ed. 1474.—15 'Mss. omnes et edd. pr. *quod rectum sit, aut;* uti legi debet: *rectum est* Voss. 1.' *Oud.* Porro 'Voss. 3. *ex aliorum per comparationem laude.* Addit *per comparationem* quoque Leid. 4.' *Idem.* *Aut* ante *quod* in A G L R deest. A G L *rectum sit. Aut:* R *rectum est. Aut.* Pro *ostendere* R habet *per comparacionem.* Grut. Oliv. Lall. Schutz. Wetzel. et Orell. *aut quod rectum sit, ex aliorum laude ostendere.* '*Velle quod rectum sit:* (*est* Tur.) *aut ex al. laudare* codd. aliq. prob. Græv. Oud. Neque sic tamen locus sanatus esse videtur: ita probabiliter constituendus: *aut studio, quod ejusm. sit, ut omnes comm. deb. velle; aut ex al. laude ost., qualis ipsius an. sit.* *Quod ejusm. sit* glossatoribus quum obscurum videretur, dederunt alii *quod ejusm. virtute sit*, al. *q. e. virtutis sit*, unde *virtutes sint* ortum est: alii denique *quod rectum sit*, id quod alii rursus transposuerunt.' *Orell.*—16 A, Voss. 3. et ed. Omnib. ac Orell. *qualis ipsius animus:* Tur. *qualis noster ipsius.* Vid. Nott. Varr.—17 Erf. *si vituperavimus:* Lamb. et Orell. *sin vituperabimus:* al. edd. *si vituperavimus.*—18 A *qui ita;* G *quia ita;* et A R *tractati sumus.*—19 Erf. *quod ut utile putamus.*—20 ψ *quia placeat ost.*—1 A *de qua loquemur.* Deinde '*Laudabimus, dicemus vereri nos*] Pall. Erf. et alii *laud., vereri nos.* Edd. *laud. ver. nos dicemus.*' Græv. In A quoque *dicemus* deest. —2 '*Ut illius facta verbis cons. poss.*] Voss. 1. *uti:* ed. Med. (1474.) *ne.* Dein Mss. excepto Leid. 2. *cons. non poss.* atque ita recte jam exhibuit ed. Omnib.' *Oudend.* A L R ψ etiam ac edd. vett. *cons. non poss.* 'Vix dubitari potest,' ait Ern, 'a manu auctoris esse, *ne . . . cons. non poss.*' et quod Schutz. habet. Vulg. *ut . . . consequi poss.*—3 '*Omnes homines ill. virtutes prædicare*] Leid. 3. *et omnes homines, &c.* Voss. 2. Leid. 1. 3. *hominis ill. virtutes prædicari.* Voss. 1. 3. *omnes homines ill. virtutes prædicari.* Vid. Græv.' *Oudend.* Tur. *omnes hominis ill. virtutes prædicari op.* A G L R ψ, Grut. Oliv. Græv.-Burm. Lall. Schutz. Wetzel. et Orell. *omnes homines ill. virtutes prædicare op.* Ern. edidit *hominis* ex edd. Med. (1498.) Junt. Vid. Nott. Varr.—4 Lamb. et Orell. *sin vitup.; ea, quæ videb. contrarie:* Erf. *quæ videmus contrarie.* In A G L Duisb. et sex Mss. Oudendorp. est

NOTÆ

tantum usus laudi fuerit.

[f] *Si vituperabimus*] Ab iisdem capitibus quibus laudatio, repetetur mutata ratione vituperatio. Si genus sit infame, dicemus aliquem majorum vestigiis inhæsisse: si sit nobile, ab avorum virtute degenerasse. Cetera simili fere modo persequemur.

verbis commutatis, dici posse, dicemus; ut paulo ante[5] exempli causa demonstratum est. 12. Ab auditorum persona, si laudabimus, quoniam non apud ignotos laudemus,[6] nos monendi causa pauca esse[7] dicturos; aut si erunt ignoti, ut[8] talem virum velint cognoscere, petemus;[9] quoniam in eodem virtutis studio sint,[10] apud quos laudemus, quo ille, qui laudetur, fuerit, aut sit,[11] sperare nos facile[12] iis, quibus velimus, hujus facta probaturos. Contraria vituperatio: quoniam norint, pauca de nequitia ejus nos esse[13] dicturos: quod si ignorent, petemus ut cognoscant, uti malitiam[14] vitare possint: quoniam dissimiles sint, qui audiunt,[15] atque ille, qui vituperatur,[16] nos sperare, illius vitam vehementer improbaturos.[17] Ab[18] rebus ipsis, incertos[g] esse, quid potissimum laudemus: vereri, ne,[19] cum

etiam *videmus*, et in Voss. 1. ac Tur. *contrarie*. Præterea A habet *vel paucis verbis*.—5 ‘ *Paullo supra*] Sic Mss. omnes et edd. pr. non *paullo ante*.’ Oud. *Paullo supra* quoque A G L R ψ, Tur. et Orell. Vulg. *paullo ante*. Vid. Nott. Varr.—6 ‘ *Quoniam non apud ignotos laudemus*] Voss. 3. ed. Med. (1474.) præponunt *dicemus* e glossa, qualis est in Leid. 2. Tum *q. nihil novi nihil apud ignotos laudabimus* est in Voss. 2. *q. nihil novi nihil apud ignaros laudemus* ed. Omnib. *ignaros* etiam Voss. 1. et ed. Med. (1474.) pro var. lect. Leid. 1. 2.’ *Oud*. A *dicemus quoniam nihil novi, nihil apud ignotos*. R et Tur. habent *ignaros*, et sic G superiore linea a m. recentiori. Vulg. *quoniam non apud ignotos laudemus*. Vid. Nott. Varr.—7 *Esse* in A G L R, Erf. et Tur. deest.—8 Nonnulli libri, teste Lambino, et Crat. ed. *erunt ignari*. ‘ Voss. 1. ed. Med. (1474.) et pro var. lect. Leid. 1. et 2. *ignari*. Frustra.’ *Oud*. R quoque et Tur. *ignari*, et sic G superiore linea a m. recentiori. Tum in A pro *ut* legitur *in*.—9 ψ *poscemus*.—10 Lamb. conj. *stadio sint*. Vid. Nott. Varr.—11 ‘ *Quo ille, qui laudatur, fuerit*] Leid. 1. Voss. 2. ed. Omnib. *atque ille*. Voss. 3. Leidd. omnes, ed. Med. (1474.) *laudetur*: Voss. 2. ed. Omnib. *laudatus*.’ Oud. A R ψ, Tur. Gronovii et Lallem. Mss. cum Lall. et Orell. *atque ille*. A G R ψ *laudatus*: Grut. Oliv. et Lall. *laudatur*, et sic vulg. L, ed. Med. (1474.) Schutz. Wetzel. et Orell. *laudetur*: Tur. et Lamb. *laudatus fuerit*. A G L R ψ, Grut. Oliv. Lall. Schutz. Wetzel. habent *aut sit* post *fuerit*. Lamb. eas voces omisit. Vid. Nott. Varr.—12 *Facile* non est in A, qui mox habet *hujusmodi facta*.—13 Deest *nos* Leidd. omnibus, ed. Med. (1474.) et *esse* abest a Voss. 2. *Nos esse* non sunt in Erf. Duisb. et Cort.—14 ‘ *Petemus ut cognoscant*] Duisb. *petimus, uti agnoscant*. In Erf. et Pith. est etiam *uti agnoscant*.’ Græv. ‘ Voss. 1. Leid. 4. ed. Med. (1474.) *uti*. Leid. 1. 4. Voss. 2. 3. edd. pr. *agnoscant*.’ Oud. In A R est etiam *agnoscant*: ψ *ignoscant*. Deinde G *ut malitiam*.—15 ‘ *Sunt qui audiunt*] Al. *sunt qui audiant*; al. *sint qui audiunt*.’ Græv. ‘ *Sint qui audiunt*] Al. *sunt*. Leid. 1. *audiant*.’ Oud. A *sunt qui audiant*.—16 ‘ *Atque ille, qui vituperatur*] Voss. 3. *et ille*. Deest *qui* ed. Omnib. *Vituperabitur* Leid. 2.’ *Oud*. *Ille* in G deest. Erf. habet *vituperat*.—17 ‘ *Vehementer improbaturos*] Voss. 1. 3. Leid. 2. 4. *veh. eos impr*. Pro priore *nos* Voss. 2. *eos* sine verbo *sperare*.’ Oud. A *sperare nos eos*: R *sperare eos*, omisso *nos*. Tur. Schutz. Wetzel. et Orell. inserunt *eos* ante *illius*. G L ψ, Cort. et ed. 1474. ac Lamb. *veh. eos improb*. Vid. Nott. Varr.—18 Erf. Leid. 1. 2. 4. Voss. 3. *a rebus ipsis*.—19 ‘ *Incertos nos esse*] Sic Leid.

multa[20] dixerimus, plura prætereamus, et quæ similes sententias habebunt: quibus sententiis contraria sumuntur[1] a vituperatione. VII. 13. Principio tracto ab aliqua harum, quas ante commemoravimus, rationum,[2] narratio non erit ulla, quæ necessario consequatur: sed si qua inciderit, cum[3] aliquod factum ejus, de quo loquemur, nobis narrandum sit cum laude aut vituperatione, præceptio narrandi de primo[4] libro repetetur. Divisione hac utemur. Primo exponemus[h] quas res laudaturi sumus,[5] aut vituperaturi;

4. Abest *nos* a reliquis Mss. et edd. *Incertum* ed. Omnib.' *Oud.* *Incertum* quoque A G. '*Incertos esse*] Adjeci ex Duisb. *nos*, sententia id requirente. Sed in seqq. verbis *vereri nos* Pith. non agnoscit *nos*, et ibi potest abesse, et *ἀπὸ κοινοῦ* repeti.' *Græv.* *Inc. nos esse* quoque Græv.-Burm. Schutz. Wetzel. et Orell. *Inc. esse* A G L R ψ, Grut. Oliv. et Lall. Deinde pro *potissimum* ψ *notissimum* habet. Denique '*Vereri, ne*] Ita habent cum edd. pr. Msti sex. In solo Leid. 3. *ver. ne nos.* Vulgo, *ver. nos, ne.*' Oud. ψ, Grut. Lamb. Oliv. et Lall. *vereri nos, ne.* Tur. Cort. ed. 1474. Med. (1474.) Junt. Græv.-Burm. Schutz. Wetzel. et Orell. non habent *nos.*—20 ψ *cum tam multa.*—1 Duisb. *contraria sumentur.*

Cap. VII. 2 '*Tractato ab aliqua harum, q. a. comm., rationum*] Deest præpositio Voss. omnibus, Leid. 2. 4. ed. Med. (1474.) *de aliqua* Leid. 1. *ratione* Voss. 1. *narratione* Voss. 3. in quo etiam, ut et ed. Med. (1474.) *ante tractavimus.* In Leid. 2. *attractavimus.* In Leid. 3. *Pr. tum a re, tum ab al. harum, q. a. comm., rationum sumto.*' Oud. '*Princ. tractato ab aliqua harum, quas*] *Princ. tractato tum ab re, tum ab aliqua harum:* ita habet vulg. lectio. Gryph. duo B C, *Principium tractum ab aliqua harum, &c.* Lamb. *Principio tractato ab aliqua harum.*' Brut. *Principio tracto* corr. Ern. quem Wetzel. et Orell. sequuntur. Schutz. *Princ. igitur tracto.* Vulg. *Princ. tractato.* In A L *ab* ante *aliqua* deest. Tum G L pro *commemoravimus* habent *tractavimus,* et L exhibet *rationem supra, narr.* Tur. *Princ. quum a re, tum al. h. q. a. t. rat. sumpto.* Vid. Nott. Varr.—3 '*Si qua inc., cum aliquod*] Erf. *si quod inc., quo aliq.* Al. *si qua inc., ut aliq.*' Græv. Leid. 3. *si quid inc., cum aliq.* A R ψ *siquid inc., cum aliq.* Vulg. *si qua inc., cum al.*—4 Leid. 3. *de secundo libro.*—5 '*Exp. q. res laud. simus*] Sic Mss. mei omnes, cum edd. pr. Vulgo *Primo*

NOTÆ

[g] *Ab rebus ipsis, incertos*] Præstantior est quam ut præteriri possit Latini Pacati locus in Paneg. quem Theodosio dixit: 'Erat,' inquit, 'justæ compensationis occasio ut qui de patriæ tuæ laudibus pauca dixissem, patris saltem virtutibus prædicandis prolixius immorarer. Sed quid faciam? Novam quandam patior ex copia difficultatem. Quid, inquam, faciam? Quæ Rhenus aut Vahalis vidit aggrediar? Jam se mihi Sarmatica cæde sanguineus Ister objiciet. Attritam pedestribus prœliis Bataviam referam? Saxo consumtus bellis navalibus offeretur. Redactum ad paludes suas Scotum loquar? Compulsus in solitudines avias omnis Alamannus et uterque Maurus occurrent. Cum igitur impediat turba delectum; ad hoc viri tanti præstet gesta in summam referre, quam enumerando tenuare.'

[h] *Primo exponemus*] Perfectæ lau-

deinde, ut quæque, quove[6] tempore res erit gesta, ordine dicemus, ut, quid quamque tute cauteque[7] egerit, intelligatur. Sed exponere oportebit animi virtutes aut[8] vitia; deinde commoda aut[9] incommoda corporis, aut rerum externarum, quomodo ab animo tractata sint,[10] demonstrare. Ordinem hunc adhibere in demonstranda vita debemus.[11] Ab externis rebus: genus, in laude; [quibus majoribus natus sit:[12]] si bono genere, parem[s 13] aut excelsiorem fuisse: si humili[14] genere, ipsum in suis, non in[15] majorum virtutibus habuisse præsidium: in vituperatione; si bono genere, dedecori[16] majoribus[i] fuisse: si malo, tamen his[17] ipsis detrimento fuisse. Educatio, in laude; bene et honeste,[18] in bonis disciplinis per omnem pueritiam educatum esse: in vituperatione, contra. **14.** Deinde transire oportet

[s] *Majoribus suis.*

exp. Vid. Græv. Dein *simus* in quinque vetustioribus et ed. Med. (1474.) non *sumus*.' Oud. Vox *Primo* non est in A G L R ψ, Tur. Gryphii Mss. et edd. vett. Grut. Oliv. Lall. Schutz. Wetzel. et Orell. eam retinent.—6 '*Quove tempore*] Leid. 2. Voss. 3. carent τῷ *ve*. Ed. Omnib. *quoque*.' Oud. Vulg. *quove temp.*—7 '*Ut quid quamque tute*] Abest a Leid. 4. τὸ *quid*. Leid. 3. *quidquid*. Voss. 3. *quam tute*.' Oud. Dein Erf. et Gryphii Mss. *tute egerit*: Cauch. *tute ut et egerit*.—8 G L R, Voss. 3. Leid. 2. 3. 4. ed. Med. (1474.) *virt. atque vitia*.—9 Voss. 3. *comm. vel inc.* Leid. 2. 4. *comm. atque inc.*—10 '*Quo modo ab an. tractata sint*] Erf. *qui commodo ab an. tracta sint*. In Cauch. etiam est *tracta*.' Græv. Gryphii Mss. quoque habent *tracta sint*. A *transacta sint*. Vulg. *tractata sint*.—11 Erf. *Ord. hunc adh. ad demonstrandam vitam debeamus*: Duisb. *Ord. hunc in demonstranda vita habere debeamus*.—12 Pithœanus cod. *si genus erit in laude, quibus maj.* Voss. 3. *maj. ortus sit*. Verba *quibus maj. natus sit*, quæ Ern. Wetzel. et Orell. uncis includunt, Schutz. delevit.—13 Erf. *si bono generi*: Duisb. Voss. 1. Leid. 1. 4. *si de bono genere*. Tum ed. Omnib. *patrem*.—14 Crat. et Lamb. *aut excellentiorem*. Mox pro *si humili* A *simili* habet.—15 A *non majorum*, omisso *in*.—16 Duo Gryphii Mss. *dedecorem maj.* Vid. Nott. Varr.—17 Erf. *si male tamen*. Tum *his* in ψ deest.—18 '*Educatio in laude, bene et honeste*] Erf. *educat bene in laude hon.* Ed. pr. *educatio in laude, quod bene et hon.* Crat. ed. *educatio in laude, quod bene hon.* Sed Pith. optime *educatio in laude, quam bene et hon.*' Græv. '*In laude bene et hon.*] Voss. 1. *in l. quid et hon.* Voss. 2. *bene in l. quid hon.* Leid. 1. *in l. quam et hon.* Ed. Omnib. *quam bene et hon.* Optime.' *Oud.* Pro *bene et* A habet *quod*, et G ψ *quod bene et*. Vid. Nott. Varr. in hoc cap.

NOTÆ

dationis specimen habes in orat. Tullii pro Lege Manilia in gratiam Pompeii; absolutæ vituperationis in Verrinis omnibus, in Pisoniana, et præcipue in Philippica II.

[i] *Dedecori majoribus*] Quod ostendit Cicero sub init. Pison. 'Ædilis es factus. Piso est a populo Rom. factus, non iste Piso. Prætura item majoribus delata est tuis: noti erant illi mortui; te vivum nondum noverat quisquam.'

ad corporis commoda. A natura, in laude;[t] [19] si sit dignitas atque forma, laudi fuisse eam;[u] [20] non, quemadmodum ceteris,[1] [k] detrimento atque dedecori: si vires atque velocitas egregia; honestis exercitationibus et industriis dicemus[2] comparata: si valetudo, perpetua diligentia,[3] et temperantia cupiditatum: in vituperatione, si erunt hæc corporis commoda, male his usum[4] dicemus, quæ casu et

[t] *Bona naturalia laude digna sunt.* [u] *Dicendum.*

—19 '*Per omnem pueritiam educatum esse*] Abest verbum a Leid. 2. 3. 4. ed. Med. (1474.) Sed in ed. Omnib. *educatus tota pueritia fuerit.* In vetustissimis Leid. 1. Voss. 1. *totius pueritiæ fuerit:* in Voss. 2. simpliciter *fuerit.* Vid. Græv.' *Oud.* Mox '*In vitup. e contrario*] *In vitup. inde detrahere* duo Gryph. B C.' *Brut.* '*E contrario*] Desunt Mss. omnibus et ed. Med. (1474.) Bene. *Contra* ed. Omnib.' *Oud.* In A *discipl. tocius pueritiæ tempore fuerit: in vitup.* In G L *esse* pro *educatum* deest. Pro *e contrario* e Mss. et edd. pr. *contra* dedit Ern. quem Schutz. Wetzel. et Orell. sequuntur; et sic etiam A R. Vulg. *per omn. puer. educatum esse: in vitup. e contrario.* G L ψ *in vitup., inde se retraxisse aperte ut corp.* '*Deinde transire op. ad corp. commoda*] Voss. 1. Leid. 1. ed. Omnib. *inde se retraxisse aperte. A corporis commodis.* Verissime; sicuti *inde se retraxisse aperte* præbent Mss. omnes et ed. Med. Sed *ad corp. commoda* exhibent quidam: *at corp. commoda* Voss. 2. Leid. 3. ed. Med. (1474.) *ut corp. commoda* Leid. 2.' *Oud.* Deinde '*A natura, in laude*] *A* deest Voss. 3. Leid. 4. Absunt *in laude* a Voss. 1. 2. Leid. 1. 4. ed. Med. (1474.) Bene omnino. Vid. Græv. Voss. 2. *a natura data.*' Oud. Pro vulg. *commoda. A natura, in laude,* G ψ habent *commodis natura,* L *commoda a natura*—20 Erf. *si digna atque forma:* Pith. *si sit dignitas et qua forma.* Pro *atque forma* ψ habet *vel formosa fama.* Deinde '*Laudi fuisse eam*] Erf. *laudi fuisse ea;* non male.' *Græv.* 'Leid. 4. ed. Med. (1474.) *laudi f. ea:* probe.' *Oud.* *Ea* quoque A et Mss. plures, teste Ernestio.—1 Voss. 3. *non sicut cet.* —2 '*Hon. hæc exerc. et ind. dicemus*] Erf. Cauch. et multæ edd. *hon. hæc exerc. et ind. ea dic.* Cur Gruterus delevit *hæc,* quod extat in Pith. Cauch. Erf. et plerisque melioribus edd.? Sic paullo ante Erf. *si sit dignitas atque forma, laudi fuisse ea.*' Græv. '*Industriis dicemus comp.*] Erf. *industriis dic. comp.* Lamb. ed. *industria dic. comp.*' Idem. '*Hon. hæc exerc.*] Sic Mss. omnes et edd. pr. Vulgo male abest *hæc.*' Oud. '*Et industriis*] Leid. 2. *atque industria:* Leid. 4. et ed. Med. (1474.) *et industria.* Sed in plurali quoque usus est Vitruvius I. 1. et I. VII. præf.' A G L ψ et Tur. cum Orell. *honestis hæc;* et G *atque industria:* L *et industria.* Oliv. Græv.-Burm. Lall. Schutz. et Wetzel. non habent *hæc.*—3 '*Si val., perp. dil.*] Ita distinguo. Voss. 1. 3. Leid. omnes, et ed. Med. (1474.) *si valitudo, ex perp. dil.* In Leid. 3. *si val. est ex perp.*' Oud. In G L etiam est *ex perp. dil.* Oliv. et Lall. *si val. perp.; dil.* '*Si val., perp. dil.*] Hæc est vetus interpunctio, a Grutero temere mutata, posito commate post *perpetua;* quam tamen pariter in libris quibusdam antiquis reperi, ut ed. Junt. Illa vetus est in Mss. et edd. pr.' *Ern.* cui Schutz. Wetzel. et Orell. congruunt.—4 Al. edd. *his male usum.*

NOTÆ

[k] *Non, quemadmodum ceteris*] Puta Paridi, Alcibiadi, et aliis, qui ad libidinem forma abusi sunt.

natura,[5] tanquam quilibet gladiator,[1] habuerit; si non erunt, præter formam,[6] omnia ipsius culpa et intemperantia non fuisse dicemus. Deinde revertemur[7] ad extraneas res, et in his, animi virtutes aut vitia quæ fuerint, considerabimus:[8] divitiæ, an paupertas fuerit,[9] et quæ potestates, quæ gloriæ,[10] quæ amicitiæ, quæ inimicitiæ, et quid fortiter in inimicitiis gerendis fecerit; cujus causa susceperit inimicitias,[11] qua fide, benevolentia, officio gesserit amicitias:[12] in divitiis qualis, aut in paupertate[13] cujusmodi fuerit: quemadmodum habuerit in potestatibus gerendis[14] animum. Si interierit, cujusmodi mors ejus fuerit,[15] cujusmodi res mortem ejus sit consecuta. VIII. 15. Ad omnes autem res, in quibus animus hominis maxime considera-

Vid. Nott. Varr.—5 'Al. *casu et fortuna.*' Græv. Vid. Nott. Varr.—6 '*Si non erunt præter formam*] Meus cod. *sin erunt præter f.* Erf. *si non erunt propter f.*' Græv. *Sin erunt* quoque A et Leid. 1.—7 '*Non fuisse dicemus*] Leid. 3. *defuisse dicemus.* *Non* exsulat a Leid. 1. Voss. 3. ed. Omnib. *dicemus accidisse* Voss. 3.' *Oud.* Adverbium *non* in A ψ, Schutz. et Orell. deest, et in R deletur. Pro *fuisse* R ψ et Tur. habent *accidisse;* Schutz. et Orell. *occidisse.* Vid. Nott. Varr. Tum '*Deinde vertemur*] Voss. 2. *dein vert.* In Leid. 1. quoque *vertemur.* In ceteris, ac vulgo *revert.*' Oud. In A quoque et Tur. est *vertemur;* sic etiam quidam alii Mss. teste Ern.—8 '*An. virt. aut vit. quæ*] Al. *an. quæ virt., aut quæ vit. f.* Lamb. ed. *an. virt. atque vit. considerabimus.*' Græv. A habet *quæ an. virt.*—9 A et Pith. *paupertates fuerint.*—10 '*Quæ potestates, quæ gloriæ*] Cauch. *quæ potestas, quæ gl.*' Græv. 'Mss. omnes et ed. Med. (1474.) *quæ potestas:* Leid. 3. 4. *et quæ.* Voss. 1. Leid. 4. *gloria.*' Oud. In A G L R ψ, et Tur. *potestas*, et in R *gloria.* Schutz. delevit *quæ gloriæ* ut barbarum glossema.—11 '*Quid fort. inim. gerundis*] Pith. *quid fort. in amicitiis gerendis.* Vulg. *quid fort. in inim. gerendis.* Rescripsi secutus Erf. et Cauch. *quid fort. inim. gerundis fec.* Sic sexcenties Cicero, ubi in multis locis inculcarunt præpositiones inepti homines.' *Græv.* 'Voss. 2. Leid. 4. ed. Med. (1474.) *in inim.* sed vide Grævium. *Gerundis* deest Voss. 3. a m. pr. *gerendis* Leid. 4. et edd. vett.' *Oud.* In A *quod fort.* Præp. *in* G L R deest; et pro *inimicitiis* ψ *variis* habet. Verba *cujus ... inimicitias,* quæ vulgo collocantur post *gerendis fecerit*, Schutz. transposuit ante *et quid fort.*—12 Leid. 2. Voss. 3. *qua fide, qua ben., quo off.* Pith. *qua f., ben., quo off.* Deinde G habet *gess. inimicitias.*—13 '*Qualis, in paup.*] Vulgg. *qualis, aut in paup.* Hic etiam nixus præsidio cod. Erf. delevi *τὸ aut*, ut rotundior sit oratio.' *Græv.* 'Mss. omnes et edd. pr. dant *aut in paup.* nisi quod *in* desit Leid. 1. Voss. 2. *fuerit* non est in Leid. 2. *fuit* Leid. 3.' *Oud.* Oliv. Lall. Schutz. Wetzel. et Orell. *aut in paup.*—14 '*In pot. gerendis*] Erf. *in paupertatibus gerundis.*' Græv. '*In pot. gerundis*] Sic Voss. 1. Leid. 1. 2. Deest *τὸ gerundis* Voss. 2. Leid. 4. Vulgo *gerendis.*' Oud.—15 Verba *cujusmodi mors ejus fuerit* non leguntur in Erf.

NOTÆ

1 *Gladiator*] Gladiatores, servile genus, ad pop. Rom. delectationem in ludis publicis soliti pugnare, ac mutuis sese vulneribus contrucidare.

tur,[16] illæ quatuor animi virtutes erunt accommodandæ: ut, si laudemus, aliud juste, aliud fortiter, aliud modeste, aliud prudenter factum esse dicamus:[17] sin vituperemus, aliud injuste, aliud ignave, aliud immodeste, aliud stulte factum esse dicamus.[18] [*p.* 19.] Perspicuum est jam nimirum ex hac dispositione,[19] quemadmodum sit tractanda tripartita[20] divisio[m] laudis et vituperationis, si illud etiam assumserimus; non necesse esse nos omnes has[1] partes in laudem aut vituperationem transferre, propterea quod sæpe ne incidunt quidem,[n] sæpe ita tenuiter incidunt, ut non sint necessariæ dictu:[2] quapropter eas partes, quæ firmissimæ

CAP. VIII. 16 Leid. 3. *ad omn. has res . . . considerabitur.* In Erf. quoque *considerabitur.*—17 Erf. *al. mod.*, *et al. prud.* '*Factum esse dicamus*] Leid. 1. 3. *dicemus.* Voss. 1. 3. Leid. 2. 4. ed. Med. (1474.) *prædicemus.* Vere.' *Oud. Prædicemus* etiam G L ψ, Duisb. et Orell.—18 '*Si vituperemus, e contr. al. inj., al. ign., al. immod., al. stulte factum esse prædicemus*] Hæc verba, quæ in nonnullis non habentur, Aldi, Victorii, Leonic. veterem editionem, atque auctoritatem Mss. secuti edidimus, in his Gryph.' *Brut.* '*Sin vituperemus*] Mss. quinque meliores et edd. pr. *si vituperabimus.*' Oud. '*E contr.*] Delendum auctoritate Mss. omnium et edd. pr.' *Idem.* '*Injuste*] Voss. 3. et ed. Med. (1474.) *inique.*' Idem. '*Factum esse dicemus*] Mss. quatuor et ed. Med. (1474.) *f. e. prædicemus:* sed Voss. 1. *factum dicatur prædicemus*, punctis τῷ *dicatur* subductis. *Esse* non comparet itidem in Voss. 2.' *Idem.* Pro *sin* G L R ψ *si;* et pro *vituperemus* G L ψ *vituperabimus.* Verba *e contrario* non sunt in A G L R ψ, nec in Mss. plerisque, neque edd. pr. 1474. et aliis, teste Ern. Pro *injuste* A *indigne;* pro *ignave* A *ignare;* et pro *dicamus* A L *dicemus.* Verba *e contrario* habent Oliv. Lall. et Schutz. qui delevit voces *al. injuste . . . esse dicamus.* Vid. Nott. Varr.—19 Voss. 3. *Persp. est ergo . . . ex hac disputatione.*—20 Al. *tripertita.*—1 *Has* ante *partes* in A deest.—2 '*Pr. quod s. indicant, ut non sint necessaria dictu*] Ita legitur in duobus Gryph. B C.' *Brut.* '*Quod s. ne inc. q.*] Voss. 3. *quod non omnes s. inc.* In solo Leid. 3. est *ne;* al. *non.* A Voss. 2. quoque Leid. 1. 4. edd. pr. abest *quidem.* Leid. 1. a m. pr. *quod s. indicant.* Vid. Græv.' *Oud.* '*S. ita ten. inc.*] Desunt Leid. 1. a m. pr. *quod sæpe, &c.* Voss. 3.' *Idem.* G R ψ *q. s. non inc.* et G ψ *inc. aut.* Tum R *sæpe autem ita*, et A R ψ *necessaria dictu.* Oliv. Lall. Schutz. Wetzel.

NOTÆ

[m] *Tripartita divisio*] A triplici capite laus repetitur: a bonis externis, nempe opibus, amicis, gratia, &c. a bonis corporis; a bonis animi, quæ superius enumerata sunt.

[n] *Sæpe ne incidunt quidem*] Sed quid, si laude dignum nihil occurrat in eo quem extollere velimus? Quid si totus vitiis scateat? Cum vitia virtutibus finitima sint, ut observat Aristoteles, vitiorum loco substituantur virtutes. Sic amicorum vitia laudare docet Horatius Sat. I. 3. 'Parcius hic vivit? frugi dicatur. Ineptus Et jactantior hic paulo est? concinnus amicis Postulat ut videatur. At est truculentior, atque Plus æquo liber? simplex fortisque habeatur. Caldior est? acres inter numeretur. Opinor, Hæc res et jungit, junctos et servat amicos.'

videbuntur, legere[x] oportebit. Conclusionibus brevibus[3] utemur, enumeratione ad exitum causæ:[y] in ipsa causa[4] crebras et breves amplificationes interponemus[5] per locos communes. Nec hoc genus causæ, eo quod raro accidit[6] in vita, negligentius considerandum[7] est. Neque enim id, quod potest accidere, ut faciendum sit[8] aliquando, non oportet velle quam commodissime[9] posse facere.[z] Et, si separatim[10] hæc causa minus sæpe tractatur; at in judicialibus et in deliberativis[11] [o] causis sæpe magnæ partes versantur laudis aut vituperationis: quare in hoc quoque genere causæ[12] nonnihil industriæ consumendum putemus.[13]

[x] *Eligere.* [y] *In fine orationis.*
[z] *Quod potest contingere ut aliquando sit faciendum, oportet velle ut perfectissime fieri possit.*

et Orell. *pr. quod s. ne inc. q., s. ita ten. inc. ut non sint necessariæ dictu.* Vid. Nott. Varr.—3 '*Concl. brevibus*] Sic Leid. 2. 4. ed. Omnib. In ceteris *breviter.*' Oud. *Breviter* quoque in R legitur. Vid. Nott. Varr.—4 '*In ipsa caussa*] Præmittunt *enumeratione ad exitum caussæ* Voss. omnes, Leid. 2. 3. ed. Omnib. *Ex enumerationibus ad exitum causæ* Leid. 4. *enumeratione sed ad exitum causæ* ed. Med. (1474.) Erfurtensi codici accedit Leid. 1. nisi quod præbeat *si nostræ causæ.* Vid. Græv.' *Oud.* Pro *in ipsa causa* ψ *nostræ causæ.*—5 Pro *interponemus* Erf. *interponere;* A R *interponere oportebit;* G *interponemus oportebit.*—6 Erf. et edd. Omnib. ac Lamb. *raro accidat;* Tur. *raro accidet.*—7 '*Considerandum est*] Mss. omnes et edd. pr. *commendandum,* pro *commentandum.* Vid. Græv. *Est* exsulat a Voss. 2.' *Oud.* *Commendandum est* A G R ψ Tur. et Gryph. B C. *Commentandum* edd. Med. (1474.) Junt. Schutz. et Orell. *Commodandum* quidam Mss. et ed. 1474. Vulg. *considerandum.*—8 '*Neque enim id quod potest accidere*] Duisb. *neque enim id quod videri pot. acc.* Ed. pr. et Crat. *quod videri pot. acc.*' Græv. '*Quod pot. acc.*] Voss. 1. 3. Leidd. tres, edd. pr. *quod pot. videri acc.* vel *quod videri pot. acc.*' Oud. A habet *neque enim q. p. indies accidere:* G *neque id q. p. videri acc.* L *neque enim id q. p. videri acc.* Vulg. *neque enim id q. p. acc.* Deinde Voss. 1. *ut faciundum sit.*—9 A *accommodissime:* Tur. et Orell. *accommodatissime;* et sic vulg. Ex edd. 1474. Med. (1474.) Junt. *commodissime* dedit Ern. quem Schutz. et Wetzel. sequuntur.—10 Erf. *et si separatione.*—11 A *tractat,* et ψ *aut in jud.* Voss. 3. *attamen in jud.* Tum copula *et* ante *in* non est in Tur. nec præpositio *in* ante *delib.* in Pith.—12 '*In hoc quoque genere*] Malim legi *in hoc quoque genus causæ, &c.*' Lamb. 'In Pith. *quoque* non habetur.' *Græv.* 'Deest *quoque* Voss. 3. *Caussæ* non legitur in ed. Med. (1474.)' *Oud.* *Causæ* etiam in ψ deest.—13 '*Consummandum putamus*] Voss. 3. Leid. 2. 3. 4. cum edd. pr. *conferendum.* Sed Voss. 1. a m. pr. item Voss. 2. et Leid. 1. dant *consumendum.* Quod unice verum est. *Putavimus* Voss. omnes et Leidd. tres cum ed. Med. (1474.) *putemus* Leid. 1. Bene, ut vidit jam Grævius.' *Oud.* Pro *consumendum* A *ferendum,* G L et Lamb. *conferendum,* R *consumendum esse,* ψ *confutandum,* Grut. Oliv. Græv.-Burm. et Lall. *consummandum.* Vett. edd.

NOTÆ

[o] *At in judicialibus et in deliberativis*] Sic in orat. pro Marcello Cæsaris, in orat. pro Leg. Manil. Pompeii laudes fuse Cicero persequitur.

Nunc, absoluta nobis[14] difficillima parte rhetoricæ, hoc est, inventione perpolita, atque ad omne causæ genus accommodata,[15] tempus est ad ceteras partes[16] proficisci. Deinceps igitur de dispositione dicemus.

IX. 16. Quoniam dispositio est, per quam[p] illa, quæ invenimus, in ordinem redigimus,[17] ut certo quidque loco pronuntietur;[18] videndum est, cujusmodi rationem in disponendo habere conveniat.[19] Genera dispositionum[20] sunt duo: unum ab institutione[1] artis profectum; alterum ad casum temporis accommodatum.[a] Ex institutione artis disponemus, cum[2] sequemur eam præceptionem, quam in primo libro[3] exposuimus, hoc est, ut[4] utamur principio, narratione, divisione, confirmatione, confutatione, conclusione: et hunc ordinem, quemadmodum[5] præceptum est ante, in dicendo sequemur.[6] Item ex institutione[7] artis,

[a] *Unum oritur ab arte quæ docet ordinem, alterum accommodatur ad varios eventus et adjuncta.*

conferendum. Lips. Ms. *consumendum.* Deinde A G ψ, cum Grut. Lamb. Oliv. Græv.-Burm. Lall. Schutz. et Wetzel. *putamus;* R, Tur. et Gryph. B C *putemus;* L et Lamb. *putavimus.* Vid. Nott. Varr.—14 A *Nunc ergo.* Tum '*Absoluta nobis*] Sic Voss. 2. ed. Omnib. In ceteris *abs. a nobis.*' Oud. In A G L ψ quoque ac Tur. *a nobis.* Vid. Nott. Varr.—15 A *accommoda.*—16 '*Tempus est ad cet. partes*] Deest verbum Leid. 2. *ad cet. partes orationis* Voss. 1. Leid. 2. ed. Omnib. *ad cet. partes rhetoricæ* Leid. 1. 4.' *Oud.* A L *ad cet. partes orationis:* Tur. *ad cet. partes vel orationis rhetoricæ prof.* Vulg. ut Ern. Vid. Nott. Varr.

CAP. IX. 17 L *inveniemus.* Deinde '*In ordinem redigimus*] Edd. *in ordinem redigemus:* Erf. *in ordine redigimus.*' Græv. Oliv. Græv.-Burm. Lall. Schutz. Wetzel. et Orell. *in ordinem redigimus.*—18 A et Erf. *ut certo quicquid loco;* et A *pronunciemus.*—19 G L, Tur. Duisb. omnes Mss. Oud. ed. Med. (1474.) Lamb. et al. ed. *nos habere.* Tum A *convenit.*—20 '*Genera dispositionum*] Sic Cauch. Erf. ed. pr. et Crat. Vulgg. edd. *genera dispositionis.*' Græv. '*Dispositionum*] Sic Mss. omnes et edd. pr. non *dispositionis.*' Oud. A L et Ms. Cort. *dispositionum,* et sic Græv.-Burm. Schutz. Wetzel. et Orell. *Dispositionis* G R ψ, Ald. (1514.) Lamb. Grut. Oliv. et Lall. '*Disponendi* Tur. quod minime spernendum.' *Orell.*—1 G *ad institutionem.*—2 Pro *disponemus* A habet *dispositionem,* et *cum* in ψ deest.—3 Voss. 3. *seq. eas præceptiones quas,* et Leid. 3. *in priore libro.*—4 *Ut* non est in ψ.—5 Erf. *et ut hunc ordinem,* et Voss. 3. pro *quemadmodum* habet *sicut.*—6 '*Sequemur*] Ita Leid. 4. et ed. Med. (1474.) In reliquis *sequamur.*' Oud. *Sequamur* quoque ψ, Erf. et Cauch.—7 Pith.

NOTÆ

[p] *Dispositio est, per quam*] Eleganter Quintil. in præf. lib. VII. 'Ut opera exstruentibus satis non est saxa atque materiam et cetera ædificanti utilia congerere, nisi diponendis iis collocandisque artificum manus adhibeatur; sic in dicendo quamlibet abundans rerum copia cumu-

non modo totas causas per orationem; sed per singulas quoque argumentationes disponemus,[8] quemadmodum in secundo libro docuimus, [id est, expositionem, rationem, confirmationem rationis, exornationem, complexionem.[9]] 17. Hæc igitur duplex dispositio est: una per orationes, altera per argumentationes,[10] ab institutione artis[11] profecta. Est autem et alia[12] dispositio, quæ, cum ab ordine artificioso recedendum[13] est, oratoris judicio ad tempus accommodatur; ut si a[14] narratione dicere incipiamus, aut ab aliqua firmissima argumentatione, aut a literarum aliquarum recitatione;[15] aut si[16] secundum principium[b] confirmatione utamur, deinde narratione;[17] aut, si quam hu-

[b] *Post exordium.*

Item in inst.—8 Voss. 3. *per ordinem:* ed. Med. (1474.) *per orationes. Per* ante *orationem* non est in A G L R ψ. Schutz. ejecit *per orationem,* et cum Orell. *per* ante *singulas,* quæ verba Wetzel. uncis inclusit. ‘*Sing. quoque argumentationis partes*] Ed. Omnib. *per sing.* Voss. 3. Leidd. tres, et ed. Med. (1474.) *quasque:* non male. Tum Voss. 2. Leid. 2. 3. 4. edd. pr. *argumentationes.* Verissime. In Leid. 1. *argumentationes partes,* punctis ultimæ voci suppositis.’ *Oud.* ‘*Sed per sing. quoque argumentationes* in Leonic. exemplari legitur. Lamb. *per sing. quoque argumentationis partes,* ut nos edidimus. Sed *singulas* quoque habent vulgati Victor. Ald. Lugduni excusi.’ *Brut.* G L R et Tur. pro *quoque* habent *quasque:* illa vox in A deest. Tum A L ψ *argumentationis partes,* et sic vulg. G, Tur. et Orell. *argumentationes,* et R *argudi,* forsan ut aiunt Oxonienses editores, *arguendi* vel *argumentandi.* Vid. Nott. Varr. Denique pro *disponemus* A *disposicionem.*—9 Pro *id est* ψ *idem* habet. Tum G *in expositionem;* et pro *complexionem* A L ψ, omnes Mss. Oud. et ed. Med. (1474.) *conclusionem,* G *et conclusionem.* Verba *id est, expositionem . . . . artis profecta,* quæ Orell. uncis inclusit, Schutz. delevit. Vid. Nott. Varr.—10 ‘*Una per orationes, altera per argumentationes*] Sic Pall. omnes præter secundum, in quo *orationis, altera per argumentationis partes.* Suffridus noster ait fuisse in suis *orationem* et hoc amplius eodem numero *argumentationem;* quod verius esse, ex superioribus planum putabat Gulielmius.’ *Grut.* In A R ψ *argumentacionis partes:* Voss. 3. et Tur. *argumentationis partes.*—11 Ed. Med. (1474.) *ob institutionem,* et ψ *ab inst. est artis.*—12 ‘*Et alia dispositio*] Copula comparet in solo Leid. 4. Abest a ceteris Mss. et edd. pr. *illa disp.* Leid. 1.’ *Oud.* Copula *et* deest etiam in A G L R, Tur. et Erf. Orell. eam uncis inclusit.—13 A, Erf. et Voss. 1. *ab ord. officioso:* Leid. 3. *ab ord. artificio.* Tum A, Tur. Erf. Cauch. Pith. Voss. 2. Leid. 1. *secedendum est.*—14 ‘*Ab narratione*] Sic Voss. 1. 2. Leid. 1. 2. 4. ed. Med. (1474.) Vulgo *a narr.*’ Oud. Erf. *ab narr.*—15 ‘*Aut a litt. aliq. recit.*] Voss. 1. *ut ab lit.* Leid. 1. Voss. 2. ed. Med. (1474.) *aut ab lit.* Leid. 2. *aut ab aliq. lit.* deest præpositio Leid. 4. In Voss. 3. *aut a lit. aliq. aliarum recit.* Ed. Omnib. *aut aliq. rerum recit.*’ Oud. G habet *ab aliqua literarum recit.* Præpositio in A, Erf. Cauch. et Duisb. deest.

NOTÆ

lum tantum habeat atque congestum, nisi illas easdem dispositio in ordinem digestas atque inter se commissas devinxerit.’

jusmodi permutationem ordinis faciamus;[18] quorum nihil, nisi causa postulet,[19] fieri oportebit. Nam si vehementer aures auditorum obtusæ[20] videbuntur, atque[1] animi defatigati ab adversariis multitudine verborum, commode poterimus principio supersedere,[c] et[2] exordiri causam aut a narratione, aut ab aliqua firma[3] argumentatione: deinde, si commodum erit, quia non semper necesse est, ad principii sententiam reverti licebit.[d] [4] X. Si causa nostra[5] magnam difficultatem videbitur habere, ut nemo æquo animo principium possit audire; a narratione cum inceperimus,[6] ad principii sententiam revertamur licebit.[7] Si narratio parum probabilis est, exordiemur[8] ab aliqua firma argumentatione.[9] His commutationibus et translationibus partium[10] sæpe uti necesse est, cum ipsa res artificiosam dispositionem artificiose commutare[11] cogit. 18. In confirmatione et confutatione argumentationum dispositiones[12] hujusmodi convenit habere: firmissimas argumentationes[q]

[c] *Abstinere.* [d] *Ad ea quæ continebantur in exordio.*

—16 Voss. 3. *vel si secundum.*—17 ψ *narrationem.*—18 Tur. Erf. Voss. 1. 2. Leid. 1. 2. 3. ed. Med. (1474.) *ejusmodi perm.* Tum G L, Erf. omnes Mss. Oud. et ed. Med. (1474.) *faciemus;* ψ *accipiemus.*—19 Erf. *nihil nisi causa postulat:* Medic. *nihil non, causa postulet.* Tur. *nihil ni causa postulet.* Ern. putat auctorem dedisse *nihil non, si causa postulet;* quam lectionem Schutz. recepit, et Wetzel. probavit.—20 Duo Gryph. B C *obtunsæ.*—1 Voss. 3. *et animi.*—2 *Et* ante *exordiri* non est in A L.—3 ‘*Aut a narr., aut ab aliqua*] *A* et *ab* desunt Leid. 1. *ab* a Voss. 1. Leid. 4. ed. Omnib.’ *Oud.* ‘*Aut ab al. firma arg.*] Pith. *aut ab al. firmissima arg.* Cauch. Duisb. et nonnullæ edd. *aut al. firma arg.*’ Græv. *Ab* deest etiam in A R. Leid. 3. et ed. Omnib. quoque habent *firmissima.*—4 Voces *Deinde, si . . . reverti licebit* Schutz. delevit; Wetzel. eas uncis inclusit. A G L ψ, Tur. Erf. Cauch. Duisb. ed. Cratand. *quod non semper;* et sic plerique Mss. Oud. et ed. Med. (1474.) ac Orell.

Cap. x. 5 A *Si causam nostram.*—6 ‘*A narr. cum cœperimus*] Erf. *ab narr. cum cœp.*’ Græv. *Ab narr.* quoque ed. Med. (1474.) et omnes Mss. Oud. præter Leid. 4. in quo *a narr.* Vulg. *a narr. cum incep.*—7 ‘*Revertamur licebit. Si*] Erf. et Pith. *revertemur. Si.* In Duisb. est etiam *revertemur, sed etiam licebit.*’ Græv. ‘*Revertamur licebit*] Mss. omnes et edd. pr. *revertemur.*’ Oud. In A G L etiam *revertemur;* ψ *reverti.* Verbum *licebit* in G L R deest.—8 Erf. et Tur. *prob., exord.* Lamb. *prob. erit, exord.*—9 A *firmissima arg.*—10 *Partium* abest ab A ψ, Erf. et Tur.—11 ‘*Cum ipsa res artificiosam*] Duisb. *cum ipsam artif.*’ Græv. Leid. 3. *cum ipsam artif. disp. res ipsa:* Leid. 4. *cum ipsam artif. disp.* Dein *mutare* Voss. 3.’ *Oud.* A *cum ipsa res artificiosa disp. factam artificiose.*—12 ‘*Arg. dispositiones*] Mihi blanditur Erf. *arg. disputa-*

NOTÆ

[q] *Firmissimas argumentationes*] Hunc locum illustrabit egregia Fabii ob-

in primis et in postremis[13] causæ partibus collocare; mediocres, et neque inutiles ad dicendum, neque necessarias ad probandum, quæ, si separatim ac singulæ dicantur, infirmæ sint,[14] cum ceteris conjunctæ, firmæ et probabiles fiant,[15] interponi et in medio collocari[16] oportet: nam re narrata, statim[17] expectat animus auditoris, ex qua re[18] causa confirmari possit. Quapropter continuo firmam aliquam oportet inferre argumentationem.[19] Et quoniam nuperrime dictum facile memoriæ mandatur,[20] utile est, cum dicere desinamus, recentem[1] aliquam relinquere in animis auditorum bene firmam argumentationem. Hæc dispositio locorum, tanquam instructio militum, facillime in dicendo, sicut illa in pugnando, parare poterit victoriam.[2]

XI. 19. Pronuntiationem multi maxime utilem oratori dixerunt esse, et ad persuadendum plurimum valere. Nos

tiones: hoc est argumentationes, de quibus disserit et verba facit.' *Græv.*—13 Quædam edd. *et postremis.* Mox G habet *collocare convenit.*—14 ' *Infirmæ sint*] Sic Erf. et edd. prima et Cratandr. Al. *inf. sunt.*' Græv. ' *Inf. sint*] Voss. 1. 3. Leidd. ed. Med. (1474.) *inf. sunt.*' Oud. Vulg. *sint.*—15 A *firmæ fiunt:* G *firmæ sint.* Tum ' *Probabiles fiant*] Leid. 4. *stabiles et prob. fiunt.* Leid. 2. 3. *sint:* Voss. 3. Leid. 4. *sunt:* Voss. 1. 2. Leid. 1. *fuerint;* edd. pr. *fiunt.*' Oud. R, Erf. Tur. et al. *fiunt.* Verbum *fiant* in A deest.—16 ' *Fiant, interponi et in medio collocari*] Erf. *fiant, et in medio conculcari.*' Græv. Voss. 3. *et interp.* A *interp. medio et coll.*—17 ' *Nam re narrata, statim*] Erf. *nam re narr.* Lamb. et Crat. edd. *nam statim re narr.*' Græv. ' Mss. omnes et ed. Med. (1474.) *nam et re narr. statim,* vel *nam et statim re narr.* Deest *statim* Leid. 1.' *Oud.*—18 Erf. Leid. 1. 3. Voss. 3. *qua re* sine præpositione. Deinde A *conf. potest.*—19 Pith. *firmam al. et instare arg.*—20 ' *Et quoniam nuperrime, &c.*] Melius Erf. *Et reliquum quoniam nup. dictum facillime mem. mand.* quoniam ejus, de quo modo diximus aut paullo ante, facillime meminimus.' *Græv.* A habet *dictum esse,* et Voss. 3. *facillime mem. mand.*—1 ' *Recentem*] Non legitur in Erf. et Pith. *recentem.*' Græv. Pro *recentem* A *recte* habet.—2 ' *Parare vict.*] Duisb. Crat. et Lamb. edd. *parere vict.* Ed. pr. *patere vict.*' Græv. ' *Parare pot. vict.*] A m. pr. Voss. 1. cum Voss. 2. 3. 4. Leid. 3. et edd. pr. *parere pot. vict.*' Oud.

NOTÆ

servatio lib. v. cap. 12. ' Firmissimis argumentorum,' inquit, ' singulis instandum, infirmiora congreganda sunt: quia illa per se fortia non oportet circumstantibus obscurare, ut qualia sunt appareant: hæc imbecilla natura, mutuo auxilio sustinentur. Itaque si non possunt valere, quia magna sunt; valebunt quia multa sunt . . . ut si quis hæreditatis gratia hominem occidisse dicatur, Hæreditatem, sperabas, et magnam hæreditatem, et pauper eras, et tum maxime a creditoribus appellabaris, et offenderas eum cujus hæres eras, et mutaturum tabulas sciebas. Singula levia sunt et communia: universa vero nocent, etiamsi non ut fulmine, tamen ut grandine.'

quidem unam de quinque rebus plurimum posse non facile dixerimus;[r] nec, egregie magnam esse utilitatem in pronuntiatione, audacter confirmaverimus:[3] nam commodæ inventiones, et concinnæ verborum elocutiones, et partium causæ artificiosæ dispositiones, et horum omnium diligens memoria, sine pronuntiatione, non plus, quam sine his rebus pronuntiatio sola, valere poterit. Quare, quia nemo de ea re diligenter scripsit:[4] [s] nam omnes vix posse putarunt[5] de voce, et vultu, et gestu[6] dilucide scribi, cum hæ res[7] ad sensus nostros pertinerent; et quia magnopere ea pars a nobis[8] ad dicendum comparanda est, non negligenter[9] videtur tota res consideranda.

Dividitur igitur pronuntiatio[10] [t] in vocis figuram et cor-

Cap. xi. 3 ' *Nos quidem unum de quinque rebus plurimum posse, &c.*] Voss. 1. Leid. 3. *nos quid unum de q. r. pl. possit:* Leid. 2. *nos quid unum de q. r. pl. prosit:* Leid. 1. *nos quod est unum de q. r. pl. posse:* Voss. 3. *nos quidem quod unum de q. r. pl. posse:* Voss. 2. ed. Omnib. *nos quidem unam de q. r. pl. posse:* Leid. 4. *nos quidem eam unam de q. partibus rebus pl. posse.*' Oud. Pro *quidem* G habet *quicquid,* R a m. sec. et L *quod:* pro *unam,* quod ψ habet, R a m. pr. *eam,* a m. sec. *unum:* deinde pro *posse* G *possit,* L R *prosit.* ' *Unam*] Vulg. *unum.* Correximus e Mss. quibusdam et edd. pr. *Unum* est ab Aldo.' *Ern.* quem Schutz. Wetzel. et Orell. sequuntur. Præterea Voss. 3. *nec ergo egregie:* Orell. *egregie,* sine *nec* et *ergo.* Schutz. *sed egregie.* Vulg. *nec egregie.* Vid. Nott. Varr. Denique edd. 1474. et aliæ vett. edd. addunt *sola* post *in pronuntiatione.* Verba *nec egregie . . . confirmaverimus* in A desunt.—4 ' *Quare quia nemo*] Voss. 3. Leid. 2. 3. 4. *quare et quia nemo:* bene.' *Oud.* et sic Pith. in quo est *dil. scripserit.*—5 ' *Vix posse putarunt*] Al. *vix putarunt posse.* In Pith. non legitur *posse.*' Græv. G *vix posse putant.*—6 ' *Et vultu et gestu*] Al. *et vultu, gestu.*' Græv. ' Desunt *et vultu* ab ed. Omnib. *dilucide* a Voss. 3.' *Oud.*—7 Cauch. *eæ res.*—8 ' *Et quia magnopere ea pars a nobis*] Erf. et Cauch. *et quia quantopere a nobis:* Duisb. *et quæ magnopere ea pars a nobis.*' Græv. ' *Ea pars a n. comp. est*] Leid. 3. *ea res, &c.* Ed. Med. (1474.) *pars hæc.* Desunt *ea pars* Leid. 1. Voss. 2. in quo *sunt.*' Oud. Voces *ea pars a* non sunt in A et ψ.—9 Pro *non negligenter* ed. Med. (1474.) habet *eo diligentius.*—10 A

NOTÆ

[r] *Non facile dixerimus*] A Cornificio dissentit Tullius in Orat. § 56. et lib. III. de Orat. § 213. ubi sic loquitur: ' Actio, in dicendo una dominatur: sine hac summus orator esse in numero nullo potest; mediocris hac instructus, summos sæpe superare. Huic primas dedisse Demosthenes dicitur, cum rogaretur, quid in dicendo esset primum; huic secundas, huic tertias.' Ut hinc quivis intelligat libros ad Herennium Ciceroni falso supponi.

[s] *Nemo de ea re diligenter scripsit*] Totum hoc genus actionis ait Cicero de Orat. lib. III. oratores qui sunt veritatis ipsius actores reliquisse; imitatores autem veritatis histriones occupasse.

[t] *Pronuntiatio*] De qua consule Tullium locis mox laudatis. Posita est in voce et gestu: vox aures, ges-

poris motum.[11] Figura vocis est,[12] quæ suum quemdam possidet habitum ratione et industria comparatum.[13] 20. Ea dividitur in tres partes;[14] magnitudinem, firmitudinem, mollitudinem. Magnitudinem vocis maxime comparat natura, nonnihil adauget,[15] sed maxime conservat cura:[16] firmitudinem vocis maxime natura comparat, nonnihil adauget,[17] sed maxime conservat exercitatio declamationis:[18] mollitudinem vocis, hoc est, ut eam torquere in dicendo, pro[19] nostro commodo, possimus, maxime faciet exercitatio declamationis.[20] Quapropter de magnitudine vocis, [*p.* 20.] et firmitudinis parte, quoniam altera natura, altera cura comparatur, nihil ad nos attinet commonere,[1] nisi ut

Dividit, et G *ergo pron.*—11 Erf. *in vocis et in corp. motum.* In L R, Tur. Voss. 2. Leid. 2. 3. 4. quoque est *et in corp. motum.*—12 A G R, Erf. Voss. 1. 2. Leidd. omnes, cum ed. Med. (1474.) et Lamb. *Fig. vocis est ea:* Voss. 3. et Tur. *Fig. voc. ea est.*—13 '*Industria comparatum*] *Comparata* duo Gryph. exempl. *comparatum*, ut Lamb. Leoniceni liber, habet.' *Brut.*—14 '*Ea div. in tres partes*] Voss. 1. Leid. 1. 2. ed. Med. (1474.) *Hæc div.* Leid. 4. *Et ea div.* Voss. 3. ed. Omnib. *Div. igitur in tr. p.* simpliciter leg. *Div. in tr. p.*' Oud. In A G R est etiam *Hæc div.*—15 '*Max. comparat natura, non nihil hanc auget*] Cauch. *max. natura non nihil auget.* *Hanc* etiam non extat in Erf.' *Græv.* '*Nonnihil hanc auget*] Leid. 1. *cum nihil.* Deest *hanc* in Voss. 2. Leid. 1. 4. ed. Omnib. *Adauget* cum ed. Med. (1474.) Mss. omn. excepto Voss. 2. Vere.' *Oud.* *Hanc auget* Grut. Oliv. et Lall. *Hanc* G L R ψ, Mss. plures et edd. pr. non habent. G L R *adauget*, et sic plerique Mss. et edd. pr. teste Ern. quem Schutz. Wetzel. et Orell. sequuntur.—16 '*Sed maxime conservat cura*] Lib. unus Ms. habet *cons. accuratio.*' Lamb. 'Duisb. *max. cons. accuratio:* Pith. *max. cons. et amplificat accuratio.*' Græv. 'Voss. 1. *si max.* Voss. 3. Leid. 3. ed. Med. (1474.) *et max.* Tum Leid. 2. *amplificat accuratio.* Leid. 1. *curat. conservat:* Voss. 3. Leid. 3. 4. edd. pr. *accuratio conservat*, vel *cons. accuratio.*' Oud. G R ψ *et max.* L *sed principaliter cons.*—17 Erf. *max. comparata natura, adauget:* A *max. comparatam natura, nonnihil auget.* Schutz. et Wetzel. habent *max. cura comparat, nonnihil adaug.* Orell. vocem *natura* notavit, ut corruptam.—18 Al. *et max.* Tum A, Pal. 2. 4. 6. et Leid. 1. a m. pr. et Tur. *exerc. imitationis.* Schutz. *ratio declamationis.* Vid. Nott. Varr.—19 '*In dicendo nostro comm.*] Duæ primæ voces desunt ed. Omnib. *pro nostro comm.* est in Mss. omn. et edd. pr. delevit præpositionem Grævius, non necessario.' *Oud.* Vid. Nott. Varr.—20 '*Faciet exerc. declam.*] Voss. 3. *fac. exerc. imitationis et declam.* Suprascr. in Leid. 2. *fac. imitationis:* non male.' *Oud.* Schutz. *fac. moderatio declamationis.*—1 '*Altera nat. paritur, alt. nat. comparatur; nihil nos att. comminisci*] Ita ex Gryphii exempl. auctoritate, certa præterea ratione innixi, edidimus.' *Brut.* G, Erf. Pith. Leid. 1. Voss. 2. *alt. nat. paratur, alt.* A *alt. partim natura comparatur, alt. cura comp.* L *alt. natura pariatur, alt.* Vulg. *alt. nat., alt. cura comp.* Deinde '*Nihil nos att. commonere*] Sic Mss. quatuor cum ed. Med. (1474.) In Voss. 2. Leid. 4. cum ed. Omnib. et vulgo *ad nos.* Sed rectius dat Voss. 1. *nihil att. comm.*

NOTÆ

tus movet oculos, quibus duobus sensibus animum subeunt omnes affectus.

ab iis, qui non inscii sunt ejus artificii,[2] ratio curandæ vocis[3] petatur. XII. De ea parte firmitudinis, quæ conservatur ratione declamationis, et de mollitudine vocis,[4] quæ maxime necessaria est oratori, quoniam ea quoque moderatione declamationis comparatur, dicendum videtur. 21. Firmam igitur maxime poterimus in dicendo vocem conservare,[5] si quam maxime sedata et depressa voce principia dicemus:[6] nam læduntur arteriæ,[7] [u] si, antequam leni voce permulsæ sunt, acri clamore compleantur.[8] Etiam intervallis longioribus uti conveniet:[9] recreatur enim vox spiritu,[e] et arteriæ reticendo acquiescunt:[10] et continuum cla-

[e] *Respiratione.*

Vid. Gronov. Sed addit idem cum ed. Med. *res enim communis est:* et Leid. 1. *res enim communis:* Voss. 3. *communis enim res est.*' Oud. *Ad* ante *nos* Orell. uncis inclusit. In A G L, Tur. Lamb. Græv.-Burm. deest. Tum A *commonere cum res est:* G *commonere communis enim res est:* ψ *ammonere res est communis.* Vid. Nott. Varr.—2 Erf. *qui inscii sunt.* Verba *inscii sunt* in A desunt, spatio relicto. Deinde G *hujus artif.*—3 *Vocis* non est in A.

Cap. xii. 4 A *cons. orationis declamacionibus.* Tum '*De moll. vocis*] Ultima vox exsulat a Voss. 3.' *Oud.*—5 '*Firmam igitur max.*] Al. edd. *Firmam ig. quam max.* Cauch. et Erf. *Firmamento max. poterimus.* Cratand. ed. margo, *Firmamento ergo vocis max. pot. in die. cons.*' Græv. A G L *Firmam ergo max.*—6 '*Depressa voce principia dicemus*] Non male Pithœi, *depr. voce principio dic.* in orationis principio.' *Græv.* A *compressa voce.*—7 '*Læduntur arteriæ*] Duisb. *lædi arteria.* Al. Ms. *læditur arteria.*' Græv. 'Voss. 3. *lædetur arteria:* Leid. 2. 3. 4. Voss. 2. a m. sec. ed. Med. (1474.) *læditur arteria.*' Oud. In G L ψ quoque *læditur arteria.* Vulg. *læduntur arteriæ.*—8 '*Leni voce perm. sunt*] Voss. 1. et Leid. 1. a m. pr. cum ed. Omnib. *vox bene permulsa est:* Voss. 2. *vox* (suprascr. *voce*) *leni permulsa est:* Voss. 3. *leni voci vox bene permulsa est:* Leid. 2. 3. 4. ed. Med. (1474.) *leni voce permulsa est.*' Oudend. '*Acri cl. compleantur*] Voss. 2. Leid. 1. a m. pr. *acri labore.* Voss. 3. *compleatur:* Leid. 1. Voss. 1. 2. *complentur:* Leid. 2. 3. 4. ed. Med. (1474.) *completur.*' Idem. Pro *leni voce* A habet *vox bene,* G *leni voce bene,* et Tur. *voce leni:* pro *permulsæ sunt* A G L ψ *permulsa est;* et pro *compleantur,* G L ψ *completur.* Vulg. *si anteq. l. voce permulsæ sunt, acri cl. compleantur.* Vid. Nott. Varr.—9 '*Etiam interv. long.*] Erf. *int. long.* Crat. ed. *et int. long.*' Græv. In ψ, omn. Mss. Oud. et edd. pr. *et int. long.* Tum A *conveniat,* et Voss. 3. *convenit.*—10 Erf. *recr. enim vox, et arteriæ:* Tur. Crat. ed. ac Lamb. *recr. enim spiritu vox.* Deinde A R ψ, Voss. 1. Leid. 1. ed. Med. (1474.) *ret. quiescunt:* Leid. 4. *ret. conquiescunt:* ed. Om-

NOTÆ

[u] *Arteriæ*] Arteria aspera est velut magnus quidam canalis, quo aër in pulmonem invehitur. Hujus arteriæ finis superior tribus constans cartilaginibus præcipuum vocis est instrumentum, diciturque λάρυγξ. Nisi prius leni sermone subacta ac mollita fuerit arteria, clamore exsiccata et exasperata, raucitatem inducit, quæ nimia siccitate non minus quam humore superfluo contrahitur.

morem remittere,[11] et ad sermonem transire[f] oportet: commutationes enim faciunt, ut nullo genere vocis effuso, in omni voce integri simus:[g] et acutas vocis exclamationes vitare debemus:[12] ictus enim fit, et vulnerantur[13] arteriæ acuta atque attenuata nimis acclamatione, et si quis splendor[14] est vocis, consumitur uno clamore universus:[15] et uno spiritu continenter multa dicere in extrema convenit oratione: fauces enim calefiunt, et arteriæ complentur, et vox, quæ varie tractata est,[16] reducitur in quendam sonum æquabilem[17] atque constantem. Sæpe rerum naturæ gratia[h] quædam jure debetur, velut accidit[18] in hac re: nam quæ diximus ad vocem servandam prodesse,[19] eadem attinent ad suavitatem pronuntiationis,[20] ut, quod[1] nostræ voci

[f] *Uti voce quæ conveniat familiari sermoni.*
[g] *Dum nullum genus vocis immoderate adhibemus.*
[h] *Suavitas.*

nib. *conticendo requiescunt.*—11 ‘ *Cont. clamorem remittere*] Sic a m. pr. dat Leid. 2. cum ed. Med. (1474.) sed idem pro var. lect. præbet *omittere*, quod est in Mss. quinque et ed. Omnib. In Voss. 1. *emittere* et suprascr. ‘ l. *obmittere.*’ ’ Oud. Erf. *continuo clamore mittere:* Cauch. *continuum clamorem mittere:* Tur. et Crat. ed. *continuum clamorem omittere.* In A G ψ etiam est *omittere;* et sic Mss. plures et edd. pr. usque ad Ald. teste Ern.—12 Ed. Omnib. *ad serm. redire oportet pariter.* ‘ *In nullo genere*] *Ut multo gen.* alii legunt.’ *Brut.* ‘ *Vitare*] Addunt τὸ *debemus* recte Mss. omnes et edd. pr.’ *Oud.* ‘ *Vitare debemus*] Addidimus *debemus*, quod et Mss. multi habent et edd. pr. omnes.’ *Ern.* cui Schutz. Wetzel. et Orell. congruunt. *Debemus* etiam A G L R ψ: non est in Tur. Grut. Oliv. Græv.-Burm. et Lall. Vid. Nott. Varr.—13 A, Erf. Cauch. Medic. cum Crat. et Ascens. edd. *et vulnus arteriæ;* et sic Schutz. Vid. Nott. Varr.—14 ‘ *Hac acuta*] In nullo Ms. nec ed. pr. est *hac;* quod frustra inseruit Grævius.’ *Oud.* A habet *ex acuta.* Vulg. simpliciter *acuta*, sine *hac.* Vid. Nott. Varr. Præterea Lamb. ed. *nimis exclamatione.* Denique ‘ *Et qui splendor*] Edd. *et si quis splendor.* Splendidæ voci opponitur fusca vox.’ *Græv.* ‘ *Si qui splendor est*] Mss. omnes et edd. pr. *si quis splendor.* Voss. 3. *inest.*’ Oud. Vulg. *et si quis splendor.*—15 ‘ *Cons. uno cl. universus*] Deest ultima vox Voss. 2. 3. Leid. 1. *Universa* Leid. 3. et Voss. 1. a m. sec. *inmersus* Leid. 4.’ *Oud.* ‘ Erf. et Cauch. *universa;* et Duisb. *immersus.*’ Græv. Verba *uno clamore* absunt ab G, et *universus* ab A. *Universa* Tur. et *universui* ψ habet.—16 Crat. margo, *tracta est.*—17 Leid. 4. *æqualem.*—18 ‘ *Sæpe rerum naturæ gratia quædam*] Erf. *quæ sæpe rerum natura gratia.*’ Græv. Mox Leid. 3. Voss. 3. *veluti accidit.*—19 ‘ *Nam quod diximus*] Cauch. *nam quæ dicimus:* in Erf. est etiam *dicimus:* Duisb. *nam ea quæ diximus.*’ Græv. ‘ *Nam quæ, &c.*] Leid. 4. *nam ea quæ d.* Voss. 3. *conservandam.* Deest *prodesse* Leid. 1. a m. pr.’ *Oud.* In ψ *dicimus*, et in L, Lamb. et Orell. *conservandam.*—20 ‘ Leid. 1. a m. pr. *eadem etiam ostentatione fit:* Leid. 3. ed. Med. (1474.) *pertinent:* ed. Omnib. *idem attinent:* Voss. 1. *ad suavitudinem.* Vid. Lambin. et seqq.’ *Oud.* Pro *eadem* G habet *idem etiam*, et pro *attinet*, *valet;* L *attinet.* A, Schutz. et Orell. exhibent *ad suavitudinem pron.* Vulg. *eadem attinent ad suavitatem pron.* Vid. Nott.

prosit, idem voluptate auditoris probetur.[2] 22. Utile est ad firmitudinem vocis, sedata vox in principio:[3] quid insuavius[4] quam clamor in exordio causæ?[x] Intervalla[y] vocem confirmant: eadem sententias concinniores divisione reddunt, et auditori spatium cogitandi relinquunt.[5] Conservat vocem continui clamoris[6] remissio: et auditorem quidem varietas maxime delectat; cum sermone animum ejus retinet, aut exsuscitat clamore.[7] Acuta exclamatio vocem et fauces[8] vulnerat; eadem lædit auditorem: habet enim[9] quiddam illiberale, et ad muliebrem potius vociferationem, quam ad virilem dignitatem in dicendo accommodatum.[10] In extrema oratione continens vox remedio est voci:[i] quid? hæc eadem nonne animum vehementissime calefacit auditoris, in totius conclusione causæ? Quoniam

[i] *In extremis partibus periodorum vox continuata verbis longioribus proderit voci firmandæ.*

Varr.—1 Leid. 4. et Duisb. *ut hoc quod.*—2 '*Voluptate auditoris*] Pith. Ms. pr. Crat. ed. *voluntate auditoris:* Erf. et Cauch. *voluntati auditoris.* Possis tueri, ut sit *volenti auditori. Volenti auditori*, ut, hoc fit 'nobis volentibus.' Opponuntur inviti. Mallem tamen, quod et Cauchius malebat, *voluptati auditoris:* idem cum voluptate audiat auditor.' *Græv.* 'Mss. quinque et ed. Omnib. *voluntate:* Leid. 1. ed. Med. (1474.) *voluntati:* Voss. 3. *voluntati auditoris prodesse probetur.*' Oud. In A G L R ψ *voluntati*, et in R *prodesse probetur.*—3 '*Ad firm.*] *Vocis* addunt Voss. 1. 3. Leid. 2. 3. 4. cum edd. pr. male.' *Oud. Vocis* non est in G ψ aut Tur. Schutz. et Orell. eam deleverunt: Wetzel. eam uncis inclusit. Vulgo *vocis* extat. Vid. Nott. Varr.—4 G ψ *quid enim insuavius.*—5 Erf. *auditoris spatium;* et A *relinquit.*—6 '*Cons. vocem cont. cl.*] Erf. *cum ad rem voce tenui.*' Græv.—7 '*Cum sermone an. ejus retinet*] Erf. *cum ad sermonem an. retineat:* Lamb. ed. *cum aut sermone an. ejus retinet.*' Græv. 'Abest vox *ejus* a Voss. 1. Leid. 1. Pro ea in Voss. 2. est *maxime.* Dein Voss. 1. Leid. 1. *vel exsuscitat.* In ceteris et edd. pr. *et exsusc.* Leid. 4. *et excitat.*' Oud. *Ejus* in G deest; et in A *retineat* legitur. Præterea '*Aut exsusc. cl.*] Erf. *exs. clamores:* Duisb. et Crat. ed. *et exs. clamore.*' Græv. In ψ *ac exs.* et in A G *clamorem.* Vulg. *cum sermone an. ejus retinet, aut exs. clamore.*—8 Verba *et fauces* non sunt in A G R, Cauch. et Erf. Vid. paulo ante.—9 '*Lædit auditorem*] Erf. *lædit creditorem.* Pith. ac Crat. marg. *lædit aud., quod varietas emendat.*' Græv. In A *aud., qui emendat varietas:* G *aud., quod emendat varietas:* Tur. *aud., quæ emendat varietas.* Tum

NOTÆ

[x] *Quid insuavius quam clamor, &c.*] Exordium tamen vehemens et improvisum contentionem vocis exigit. Quis enim oratorem ferat leniter ac placide dicentem, 'Quousque tandem abutere, Catilina, patientia nostra?' &c.

[y] *Intervalla*] Adversus eos qui nimis in dicendo præcipites magno cursu verba convolvunt, quæ non effundunt, sed premunt et urgent, egregie Seneca Epist. 40.

igitur res eædem vocis firmitudini,[11] et pronuntiationis suavitati[12] prosunt, de utraque re simul erit in præsentia dictum, de firmitudine, quæ visa sunt,[13] de suavitate,[14] quæ conjuncta fuerunt: cetera suo loco paulo post dicemus. XIII. 23. Mollitudo igitur vocis, quoniam omnis ad rhetoris præceptionem pertinet,[15] diligentius nobis consideranda est.[16] Eam dividimus[17] in sermonem, contentionem, amplificationem.[18] Sermo est oratio remissa, et finitima quotidianæ locutioni: contentio est oratio acris, et ad confirmandum et ad confutandum[19] accommodata: amplificatio est oratio, quæ aut in iracundiam[20] inducit, aut ad misericordiam trahit auditoris animum.[1] Sermo dividitur in partes quatuor; dignitatem, demonstrationem, narrationem, jocationem.[k] Dignitas est oratio cum aliqua gravitate, et vocis remissione: demonstratio est oratio, quæ docet remissa voce, quomodo quid fieri potuerit, aut non potuerit:[2] narratio est rerum gestarum, aut perinde ut gestarum,[3] ex-

[k] *Sermo quadruplex est, nimirum gravis, demonstrativus, rem gestam exponens, et jocosus.*

Erf. *Haberet enim:* Tur. *Habet etenim.*—10 Erf. *accommodatur.*—11 Voss. 3. *res igitur hæc vocis:* G *ergo res eædem.* Deinde Pith. *vocis fortitudini.*—12 ‘*Pronuntiationis suavitudini*] Al. *pron. suavitati.*’ Græv. A G L R ψ, Grut. Oliv. Græv.-Burm. Lall. et Orell. *suavitudini.* Edd. vett. usque ad Ald. *suavitati;* et sic Tur. Lamb. Schutz. et Wetzel.—13 Lambinus delevit voces *quæ visa sunt.* Vid. Nott. Varr.—14 ‘*De suavitate*] Erf. *de suavitudine.* Al. *et de suavitate.*’ Græv. ‘Leid. 1. *et suavitudini.* Mss. omnes et edd. pr. præmittunt *et.* Voss. 1. etiam *suavitudine,* ut supra *suavitudini prosunt.*’ Oud. In A quoque et Orell. *suavitudine.* G L R ψ, Oliv. Lall. Schutz. et Wetzel. *suavitati.* Amicus quidam Orellii ita emendabat: *de firm. et de suavitudine, quæ conjuncta fuerunt: cetera, quæ divisa sunt, suo loco.* Orell. *de firm. . . . conj. fuerunt* uncis inclusit.

Cap. xiii. 15 ψ et Pith. *perceptionem pert.*—16 ‘*Dilig. nobis*] Pith. *dilig. a nobis.*’ Græv. ‘*Consideranda est*] Voss. 1. Leid. 1. *tractanda est.* Verbum abest Voss. 2.’ *Oud.*—17 Pith. *Ea dividitur:* G *Eam dividemus.*—18 In A *et amplif.*—19 A *Cont. est acr.* omisso *oratio.* G, Pith. et Lamb. ed. *or: acr., ad conf.* Tum G L R et omnes Mss. Oud. *et ad confut.* et sic ed. Med. (1474.) Lall. Schutz. et Wetzel. ‘Grut. et al. *et confut.* Erf. *et ad conf. et ad confut.* quod et in Medicæo legit Jac. Gronovius, et probavit merito.’ *Græv.* ‘Ita et Ms. Traj. Vid. inf. ad Inv. II. 17.’ *Burm.* Vulg. *et ad conf. et confut.* Vid. Nott. Varr.—20 ‘*Ad irac. inducit*] Sic Voss. 3. Sed Mss. ceteri cum edd. pr. *in irac.* quod bene probavit Gronovius. Leid. 4. *adducit.*’ Oud. *In irac.* quoque A G L R ψ et edd. pr. cum Schutz. Wetzel. et Orell. *Ad irac.* Grut. Oliv. Græv.-Burm. et Lall.—1 ‘*Ad mis. trahit*] Ed. Med. (1474.) *in mis.*’ Oud. *Trahit* non est in G. Dein Lamb. ed. *anim. aud.*—2 Verba *et vocis remissione* in G desunt. ψ, Grut. Oliv. Lall. et Schutz. *Dem. est* omisso *oratio.* Vulg. *Dein est oratio;* et sic A G L R et edd. pr. Pro *docet* A habet *decet.* Voces

positio: jocatio est oratio, quæ ex aliqua re risum pudentem[4] et liberalem potest[5] comparare. Contentio dividitur in continuationem et distributionem.[6] Continuatio est orationis enuntiandæ acceleratio clamosa: distributio est in contentione[7] oratio frequens, cum raris et[8] brevibus intervallis, acri vociferatione. 24. Amplificatio dividitur in cohortationem et conquestionem. Cohortatio est,[9] quæ, aliquod peccatum amplificans, auditorem ad iracundiam adducit: conquestio est oratio,[10] quæ incommodorum amplificatione animum auditoris ad misericordiam perducit.[11] Quoniam igitur[12] mollitudo vocis in tres partes divisa est, et hæ partes ipsæ in octo alias distributæ sunt,[13] quæ cujusque idonea pronuntiatio sit, demonstrandum videtur. XIV. Sermo cum est in dignitate,[z] plenis faucibus quam

aut non potuerit absunt ab ed. Med. (1474.) Vid. Nott. Varr.—3 '*Aut perinde ut gest.*] Desunt ed. Omnib. *Proinde* Mss. omnes præter Leid. 4.' *Oud.* 'Erf. et Lamb. ed. *proinde ut gest.*' Græv. '*Aut proinde*] Sic legit Lamb. quemadmodum in Gryphii libris habetur: *aut perinde* in vulgatis legitur.' *Brut.* In A R quoque *proinde gest.*—4 '*Quæ ex aliqua re risum*] Pal. 4. 6. Bruil. *re verisimili risum,* qui libri nihil temere addunt.' *Grut.* 'Tres Mss. quos Grut. vidit, et Cauch. ac meus, *quæ ex aliqua re verisimili risum.*' Græv. Tum Grævii Ms. *risum prudentem.* 'Edd. pr. *ex al. re verisimili:* Voss. 3. ed. Omnib. *prudentem.*' Oud. In A *ex al. re vili:* in G R *ex al. re verisimili.*—5 Pith. *poterit comp.*—6 A L R *et in distrib.*—7 '*Est or. enunc. accel. cl. Distr. est in cont.*] Hæc omnia non sunt in Erf.' *Græv.* Pro *enuntiandæ* Schutz. reposuit *continuæ,* et pro *est in contentione, est concisione.*—8 G *cum variis et brev. int.* Schutz. *cum crebris brev. int.* In A *et* deest.—9 '*Coh. est oratio*] Sic reposui ex Erf. Pith. et aliis Mss. necnon pr. et ed. Cratandri. In vulgatis ac Grut. ed. frustra quæras *oratio.*' Græv. '*Coh. est oratio*] Sic Mss. omnes et edd. pr.' *Oud.* *Coh. est oratio* quoque in A G L R Tur. Græv.-Burm. Wetzel. et Orell.—10 Erf. *ad irac. accludit:* Crat. marg. *ad irac. provocat.* Dein Schutz. et Wetzel. *conq. est,* deleto *oratio.*—11 A et Duisb. *ad mis. adducit:* Pith. *ad mis. inducit.*—12 *Igitur* in G deest. Mox Tur. *partes dividitur.*—13 '*Et hæ partes ipsæ in octo partes*] Erf. *eæ partes ipsæ sunt in octo partes:* Duisb. *et hæ partes ipsæ sunt in octo partes:* Lamb. ed. *et hæ ipsæ partes sunt in octo partes.*' Græv. 'Voss. omnes, Leid. 1. *et hæ tres p.* a Voss. 3. et ed. Med. (1474.) abest vox *ipsæ.* Verbum *sunt* addunt merito Mss. omnes et edd. pr.' *Oud.* Copula *et* non est in A. Pro *ipsæ* A L R *ipsæ sunt.* '*In octo alias distr. sunt*] Hic delevimus primum *partes* post *octo,* auctore Ms. Cort. tum addidimus *sunt,* e Mss. plurimis et edd. pr. denique delevimus, iisdem auctoribus, *harum octo partium,* post *sunt.*' Ern. quibus Schutz. Wetzel. et Orell. astipulantur. *Partes* etiam in G deest: et *harum octo partium* exulant ab ed. Omnib. In Pith. non legitur *partium.*

NOTÆ

[z] *Sermo cum est in dignitate*] Exordiis præcipue convenit, quæ ut lentâ ac depressa voce pronuntientur, sententias et verba longiora exigunt: tale est Milonianæ principium; 'Etsi vereor, judices, ne turpe sit,' &c.

sedatissima et depressissima voce[l] [14] uti conveniet; ita tamen, ut ne ab oratoria consuetudine ad tragicam transeamus. Cum autem est[15] in demonstratione, voce paululum attenuata, crebris intervallis[a] et divisionibus[m] uti oportebit;[16] ut ipsa pronuntiatione eas res, quas demonstrabimus,[17] inserere atque intersecare videamur in animis[18] auditorum. Cum autem sermo in narratione est,[19] tum vocum varietate opus est,[20] ut, quo quidque pacto gestum sit,[1] ita narrari videatur. Strenue[n] quod[2] volumus ostendere factum, celeriuscule[b] dicemus; at aliud otiose,[o] [3] retardabimus.[c] Deinde modo acriter, tum clementer, mœste, hilariter[4] in omnes partes commutabimus,[5] ut verba, ita pronuntiationem.[6] Si qua inciderint in narratione dicta, ro-

[l] *Adhibere tardam et humilem vocem.*
[m] *Frequentibus membris et incisis adhibitis.* [n] *Celeriter.*
[o] *Otiose factum.*



CAP. XIV. 14 '*Quam sed. et depressissima*] Deest *quam* in Leid. 3. et *depressa* habet.' *Oud.* A habet *densissima voce.*—15 '*Cum autem est in dem.*] Erf. *Cum enim in dem.* Duisb. *Cum autem sermo est in dem.*' Græv. 'Abest *autem* a Voss. 3. *est* a Leid. 3. ed. Omnib. Additur *sermo* Voss. 1. Leid. 4.' *Oud.* R habet *est sermo.*—16 Duisb. et al. *uti oportet*, et sic A G L, omnes Mss. Oud. et edd. pr. *Oportet uti* Tur. et Lamb.—17 '*Ut ipsa pron.*] Mss. omnes et ed. Med. (1474.) *ut in ipsa pron.* Bene.' *Oud.* G L et Duisb. etiam habent præp. *in.* Tum Erf. *quas demonstravimus.*—18 '*Intersecare in animis*] Leid. 2. a m. pr. *insectare* vel *injectare.* Abest *in* Voss. 3. a m. pr. *animos* Voss. 2.' *Oud.* A G L R et Oliv. *inculcare.* Grut. Lall. Schutz. Wetzel. et Orell. *intersecare.* Vid. Nott. Varr.—19 Erf. *Cum autem est sermo in narr.*—20 '*Tum vocum var. opus est*] Erf. *vocum var. sunt opus.*' Græv. 'Al. *vocum tunc.* Deest *tum* ed. Omnib.' *Oud.* A habet *varietates.* Tur. *varietates opus sunt.*—1 '*Quo quidque pactum sit*] Duisb. *quo quodque pactum sit.*' Græv. Vulg. *quo quidque pacto gestum sit.*—2 '*Ita narrari videatur*] Voss. 1. Leid. 1. *ita narrare videamur:* Leid. 2. a m. pr. *narrare.*' Oud. Tum Erf. *Strenue quid vol.*—3 G *ut aliud.* '*At aliud otiose, ret.*] In hac lectione interpunctio tollenda videtur, quæ et ab edd. pr. abest. Sed necessario debent esse duo membra, ut in præcedente. An, *at quod otiose?*' Ern. Vid. Nott. Varr.—4 Pro *mœste* A *modeste* habet. Deinde '*Hilariter*] *Hilare*, quæ vox mansit in Mss. reposuimus. *Hilariter* habent impressi.' *Brut.* In Erf. et Tur. quoque *hilare.*—5 G *et omn. partes*, et ψ *commutare.*—6 '*Ita pronuntiationem*]

NOTÆ

[a] *Crebris intervallis*] Hoc præstat Tullius in Milon. § 10. 'Est enim hæc, judices, non scripta, sed nata lex,' &c.

[b] *Celeriuscule*] Quanto impetu ferebatur Cicero, cum Catil. II. diceret, 'Abiit, excessit, evasit, erupit.'

[c] *Retardabimus*] Ita lente pronuntiandus hic Virgilii Æn. VI. versus de Fabio, qui Annibalem ferociter exultantem patientia et cunctatione fregit, 'Tu maximus ille es, Unus qui nobis cunctando restituis rem.'

gata, responsa, si quæ admirationes,[7] de quibus nos narrabimus; diligenter animum advertemus,[8] ut omnium personarum sensus, atque animos voce exprimamus.[9] 25. Sin erit sermo in jocatione, leniter tremebunda voce,[10] cum parva significatione risus, sine ulla suspicione mimæ[11] cachinnationis[p] leviter oportebit a sermone serio torquere ad liberalem jocum vocem.[12] Cum autem contendere oportebit; quoniam id aut[13] per continuationem aut per distributionem faciendum est:[14] in continuatione, adaucto mediocriter sono vocis,[15] verbis continuandis, vocem quoque jungere[16] oportebit, et torquere sonum, et celeriter cum clamore verba conficere, ut vim volubilem orationis vociferatio consequi possit; [*p*. 21.] in distributione ab imis faucibus exclamationem quam clarissimam[17] adhibere

[p] *Amoto risu scurrili.*

Cauch. *item pron.* Pith. *ita etiam pron.*' Græv. 'Leid. 2. 3. *item pron.*' Oud. Tur. *item pron.* In G *pronuntiatione.*—7 '*Si qua inciderint in narratione dicta*] Erf. *si qua inc. in narrationem dicta;* bene. Seqq. verba, *dicta, rogata, si quæ admirationes* in Pith. non exstant.' *Græv.* 'Deest *qua* Leid. 2. *incidunt* Leid. 3. *in narrationem* Voss. 1. 2. Leid. 1. 2. 3. Bene.' *Oud.* In ψ quoque ac Tur. *narrationem.* Tum '*Si quæ admirationes*] Liber unus Ms. habet *si quæ miserationes.*' Lamb. In Duisb. Voss. 3. Leid. 2. 4. *si quæ admiserationes.* A non agnoscit τὸ *si*, et pro *admirationes* ψ habet *animi rationes.*—8 Leid. 3. ed. Omnib. et quædam aliæ edd. *animadvertemus:* Voss. 3. *advertemus animum.*—9 Pith. *voce deprimamus.*—10 '*Leniter tremebunda voce*] Sic Voss. 2. In ceteris Mss. et edd. pr. *leviter.* Leid. 4. *lev. et tr. voce.*' Oud. In Erf. etiam ac Tur. est *leviter;* et Schutz. corr. *tremebundam vocem.*—11 '*Mimæ cachinnationis*] Ita videri posset exaratum in Voss. 2. sed in ceteris codd. et edd. pr. *nimiæ:* quod sequor. Vid. Græv.' *Oud.* In A G ψ *nimiæ:* Grut. Oliv. Græv.-Burm. Lall. Wetzel. et Orell. *mimæ:* Schutz. *mimicæ;* quod Ern. reponendum putat, et dicit, ab eo *mimæ* contractum est.—12 G R, Voss. 1. 3. Leid. 1. 2. ed. Omnib. *leviter oportebit;* et sic Wetzel. et Orell. *Leniter* Tur. Grut. Oliv. Græv.-Burm. et Lall. '*Leviter oport.*] Sic scripsi pro *leniter* e Mss. et edd. pr. . . . In fine *vocem* post *jocum* sane aures meas offendit; sed est in libris omnibus, et '*torquere*' videtur id verbum requirere.' *Ern.* *Levissime op.* Schutz. qui *vocem* delevit. Voss. 1. 2. Leid. 1. exhibent *ab serm. serio:* Tur. *vocem torq. ad lib. joc.* Vid. Nott. Varr.—13 *Aut* in A deest.—14 '*Aut per distrib. fac. est, in cont.*] Non comparent hæc in Leid. 1. Deest *per* Leid. 3. 4. *Sit* Voss. omnes.' *Oud.* *Per* etiam in G deest. A R, Erf. Cauch. *fac. sit,* et A *et in cont.*—15 Erf. *mediocr. sono, voci.*—16 '*Vocem quoque adaugere op.*] Voss. 1. 3. Leid. 2. 3. 4. *adjungere:* ed. Med. (1474.) *augere.* Sed Leid. 1. Voss. 2. ed. Omnib. *jungere:* vere.' *Oud.* G non habet *quoque.* In G ψ *adjungere:* Tur. *augere:* L R, Lamb. Grut. Oliv. Græv.-Burm. et Lall. *adaugere.* A, Schutz. Wetzel. et Orell. *jungere,* et sic nonnulli Mss. teste Ern. etiam Lips. et edd. 1475. Med. (1498.) Junt. Vide Nott. Varr.—17 '*Autem omissis f. exclamationem quam clarissimam*] Voss. 1. 2. Leid. 3. edd. pp. *vocem ab imis f. exclamatione q. clarissima:* ut vulgo.

oportet: et quantum spatii per singulas exclamationes sumserimus, tantum in[18] singula intervalla spatii consumere jubemur.[19] In amplificationibus, cum cohortatione utemur voce attenuatissima,[20] clamore leni, sono æquabili,[1] commutationibus crebris, maxima celeritate:[2] in conquestione utemur[3] voce depressa, inclinato sono, crebris intervallis, longis spatiis, magnis commutationibus. XV. De figura vocis satis dictum est; nunc de corporis motu[4] dicendum videtur.

26. Motus est corporis gestus,[5] et vultus moderatio quædam, quæ pronuntianti convenit, et probabiliora reddit ea quæ pronuntiantur.[6] Convenit igitur[7] in vultu pudorem et acrimoniam[q] esse;[8] in gestu nec venustatem conspicuam,[9] nec turpitudinem[r] esse,[10] ne aut histriones[d] aut ope-

[q] *Vigorem.* [r] *Nec affectatam elegantiam, nec rusticitatem.*

Voss. 3. *vocem ab imis f. et clamatione et quam clarissimam:* Leid. 1. *voces ab imis f. exclamationem q. clarissimam:* Leid. 2. *autem vocis* (suprascr. *vocem*) *ab imis f. exclamationem quam clarissimam:* a Leid. 4. deest *vocem* vel *autem.* Recte Grævius delevit *vocem,* et *exclamationem q. clarissimam* reposuit. Sed *ab imis faucibus* mutatum nollem.' *Oud.* '*Exclamationem quam clarissimam*] Sic Gryph. B C, ut ad vocem referatur, quæ optima lectio est: in iisdem mox *jubemus,* non, ut in vulg. *jubemur.*' Brut. '*Vocem ab imis f. exclamatione quam clarissima*] Sic vulgg. omnes. Delevi cum Grævio e cod. Erf. *vocem,* et *exclamationem quam clarissimam* dedi.' *Ern.* cui Schutz. et Wetzel. congruunt. Vid. Nott. Varr.—18 '*In sing. interv.*] Duisb. *inter sing.* pro vulgato *in sing.* Sed *inter sing.* est etiam in edd. antiquis, prima, Med. (1498.) Ascens. Cratand. recte. Pith. *per sing.*' Græv. R quoque ac Tur. habent *inter sing.*—19 G et Ms. Cort. *cons. jubemus.* Schutz. *cons. debemus* e conj. Ern.—20 '*Voce attenuatissima*] Pal. 4. et 6. *attentissima;* neque aliter Bruil. exemplar.' *Grut.* 'Erf. *attentissime:* Pall. duo et alii *attentissima.*' Græv. *Attentissima* quoque in Voss. 3. *attenuissima* in A. Vulg. *attenuatissima.*—1 '*Clamore leni, sono æquali*] In nonnullis Mss. et ed. Omnib. *cl. levi,* male. Sed mox verissime præbent Mss. omnes et edd. pr. *sono æquabili,* ut sæpe in hoc auctore.' *Oud.* '*Æquabili*] Sic Mss. ap. Oud. nostri et edd. pr. præter 1474. Vulg. *æquali.*' Ern. quem Schutz. Wetzel. et Orell. sequuntur.—2 Vox *crebris* abest ab A, Erf. et Cauch. Deinde Voss. 3. *max. celebritate.*—3 '*Utemur* abest a Ms. Cort. bene, ut arbitror.' *Ern.* Schutz. eam vocem delevit: Orell. uncis inclusit.

Cap. xv. 4 Leid. 3. *vocum.* A Voss. 3. abest *satis.* Tum Leid. 4. et Duisb. *nunc deinceps de motu.* G *de corporum motu.*—5 Schutz. et Wetzel. *Motus corp. est gestus.*—6 '*Pronuncianti convenit et*] Desunt Voss. omn. Leid. 2. 3. 4. ed. Med. (1474.)' *Oud.* '*Et probatiora reddit ea, quæ pronunciantur*] Desunt Leid. 1.' *Idem.* Voces *pronuncianti conv., et* absunt ab G L, et verba *et prob.... pronuntiantur* ab R ψ et Tur. Pro *convenit* A habet *conveniat.* Oliv. Lall. Schutz. Wetzel. et Orell. *mod. quædam, quæ pronuntianti conv., et probabiliora reddit ea quæ pron.* Vid. Nott. Varr.—7 *Igitur* in L et Lamb. deest.—8 G L et duo Mss. Gronovii cum Lamb. ed. ac Orell. *acrim. inesse.*—

rarii videamur esse.[11] Ad easdem igitur partes, in quas vox est distributa, motus quoque corporis[12] ratio videtur esse accommodanda. Nam si erit sermo cum dignitate; stantes in vestigio,[13] levi dexteræ motu loqui oportebit, hilaritate, tristitia, mediocritate[14] vultus ad sermonis sententias accommodata:[s] sin erit in demonstratione sermo; paululum corpus a cervicibus demittemus:[t 15] (nam hoc est a natura datum,[16] ut quam proxime tum vultum[17] admoveamus ad auditores, si quam rem docere eos, et vehementer instigare[18] velimus:) sin erit in narratione sermo; idem motus poterit idoneus esse, qui paulo ante demonstrabatur in dignitate: sin[19] in jocatione; vultu quandam debebimus[20] hilaritatem significare, sine commutatione gestus. 27. Si contendemus[1] per continuationem; brachio celeri, mobili

[s] *Vultus aptandus erit ad sententias sermonis quæ sunt vel hilares, vel tristes, vel mediæ.*
[t] *Caput aliquantulum est inclinandum.*



9 '*Nec ven. conspicuam*] Deest *nec* Voss. 3. Tum Mss. omn. et ed. Med. (1474.) *conspiciendam.* Bene omnino. Vid. Græv. et Burm. ad Quintil. x. 3. 'cultus in oratore conspicitur.'' *Oud.* '*Conspiciendam*] Sic lege, non *conspicuam ;* quæ vox in excusis manet. Ita quidem legitur etiam in Gryph. Mss.' *Brut.* A habet *et venustate:* L *nec vetustatem.* Dein A L R ψ, Tur. Schutz. et Orell. *conspiciendam.* Vulg. *conspicuam.* Vid. Nott. Varr.—10 Lamb. ed. omittit *esse,* et quod Schutz. delevit ut superfluum; et Wetzel. uncis inclusit.—11 Unus Ms. Lambini, et Grævii Ms. *ut aut histriones.* Mox '*Videamur esse*] Voss. 1. Leid. 1. *videantur esse.* Deest verbum substantivum Leid. 4.' *Oud.* 'Non habetur in Duisb. *esse* nec in Pith.' *Græv.*—12 In A *in* ante *quas* non legitur. Mox vocem *corporis* Ern. spurium esse putat. —13 A *si fieret sermo,* et L. *in dignitate.* Tum A *stante in vest.*—14 Erf. *tristitiæ, a mediocritate.*—15 '*Demittemus*] Sic Voss. 2. Leid. 4. In ceteris Mss. et edd. pr. *dimittemus.*' Oud. *Dimittemus* etiam G ψ et Erf.—16 '*Nam hoc est a nat. datum*] Erf. *nam est hoc datum.*' Græv. A *nam hæc de nat.* Voss. 3. *nam hoc de nat.*—17 Pro *proxime* L habet *maxime ;* pro *tum vultum* A *tum multum,* et ψ *tumultum.* Lall. *tum vultum tum manum.* Vid. Nott. Varr.—18 Lamb. ed. *eos docere,* et mox Pith. *instigare eos vel.* G *investigare vel.*—19 '*Sin in jocatione*] Vulgg. *sin erit in joc.*' Græv. Grut. Oliv. Lall. Schutz. Wetzel. et Orell. *sin in joc.*—20 '*Vultu quandam debebimus*] Erf. *vultu quo debemus.*' Græv. *Debemus* etiam G R, Voss. 3. Leid. 3. 4. ed. Omnib. In ψ deest. Vulg. *debebimus.*—1 A L R, aliquot Mss. Oud. et edd. pr. *Sin con-*

NOTÆ

[d] *Histriones*] 'Dicti,' inquit Festus, 'quod primum ex Histria venerint,' actores fabularum personati prodibant in theatrum. At Livius lib. VII. 'Quia hister Tusco verbo ludio dicebatur, nomen histrionibus inditum.'

vultu, acri aspectu utemur: sin contentio fiet per distributionem; celeri projectione brachii,[2] inambulatione,[3] pedis dextri rara supplausione,[4] acri et defixo aspectu uti oportebit.[5] Si utemur amplificatione per cohortationem;[6] paulo tardiore et consideratiore gestu conveniet uti,[7] similibus[8] ceteris rebus, atque in contentione per continuationem: si utemur amplificatione per conquestionem, feminis plangore,[e] et capitis ictu,[9] nonnunquam sedato et constanti gestu, mœsto et conturbato[10] vultu uti oportebit. Non sum nescius, quantum susceperim negotii,[11 f] qui motus corporis exprimere verbis, imitari scriptura conatus sim[12] voces.

tendemus.—2 '*Celeri projectione brachii*] Forte, *cel. projectione brachii:* sic enim loquitur in Perf. Orat. 'brachii projectione in contentionibus.'' *Lambin.* 'Erf. *porrectione celeri brachio:* Cauch. *celeri porrectione pro celeri brachio.*' Græv. 'Voss. 2. 3. *porr. celeris bracchii.*' Oud. G *celeris.* Ern. corr. *projectione,* et sic ediderunt Schutz. Wetzel. et Orell. *Porrectione* vulg.—3 Pro *inambulatione,* A G ψ et ed. Omnib. exhibent *ambulatione.*—4 '*Supplausione*] Sic Mss. omnes et edd. pr. non *supplosione.*' Oud. Vid. Nott. Varr. Vulg. *supplausione.*—5 '*Acri et def. adsp.*] Erf. et Duisb. *acri ac def. respectu.*' Græv. 'Leid. 4. *ac def. respectu.* Voss. 2. quoque *respectu.* Tum *oportet* Voss. omnes, Leid. 1. 2. edd. pr.' *Oud.* ψ *deserto;* A *respectu;* et A G L R *oportet.* —6 Vulg. *Sin utemur:* Lamb. Schutz. et Orell. *Si utemur.* Mox pro *cohortationem,* G *conquestionem.*—7 '*Conveniet uti*] Erf. *uti conveniet.*' Græv. 'Voss. 3. ed. Med. (1474.) *convenit uti.*' Oud. G *conveniret uti;* et ψ *convenit,* omisso *uti.*—8 '*Similibus*] Tres Mss. Erf. Duisb. Pith. et ed. pr. *similius:* posset defendi, sed non recedo hic a vulgata. Med. (1498.) *similiter.*' Græv. 'Voss. 1. 2. Leid. 1. a m. pr. item Leid. 4. ed. Omnib. *similius.*' Oud. In A *similiter,* et in ψ *similius.*—9 Vulg. *sin utemur;* et sic Orell. Dein Tur. omnes Mss. Oud. et edd. pr. *femineo plangore,* et sic vulg. Ern. ex Ms. Erf. dedit *feminis pl.* et quod Schutz. Wetzel. ac Orell. receperunt. Vid. Nott. Varr. Deinde pro *capitis ictu,* ψ et Leid. 1. *captivi luctu.*—10 Voces *et constanti* desunt Leid. 4. et Duisb. '*Gestu*] *Gemitu* Tur. quod haud displicet.' *Orell.* Ab Erf. et Cauch. absunt voces *mœsto et;* et pro *conturbato* L *turbato* habet. —11 Leid. 3. *quantum susc. laboris et neg.*—12 '*Imitari scriptura con. sim*] Mss. omnes et edd. pr. *et im.* bene. *Sum* Voss. omn. Leid. 4. et edd. pr.'

NOTÆ

[e] *Feminis plangore* [*Fœmineo plang.*] Haud scio an quisquam in oratore viro gravi fœmineum ejulatum probaverit. Veteres frontem vel caput manu feriebant, et aliquando femur; quod Athenis primus creditur fecisse Cleon.

[f] *Quantum susceperim negotii*] Nam, ut observat Quintilianus, est quiddam in actione latens et inenarrabile: 'Et ut vere dictum est caput esse artis, decere quod facias; ita id neque sine arte esse, neque totum arte tradi potest. In quibusdam virtutes non habent gratiam, in quibusdam vitia ipsa delectant..... Quare norit se quisque, nec tantum ex communibus præceptis, sed etiam ex natura sua capiat consilium formandæ actionis.'

Verum nec hoc confisus sum posse fieri, ut de his rebus satis commode scribi posset;[13] nec, si id fieri non[14] posset, hoc, quod feci, fore inutile[15] putabam, propterea quod hic admonere voluimus, quid oporteret:[16] reliqua trademus[17] exercitationi. Hoc scire tamen oportet,[18] pronuntiationem bonam[19] id perficere, ut res ex animo agi videatur.[20]

XVI. 28. Nunc ad thesaurum inventorum, atque ad omnium partium rhetoricæ custodem,[1] memoriam transeamus. Memoria[g] utrum habeat quicquam artificiosi,[2] an omnis a natura proficiscatur,[3] aliud dicendi tempus[4] magis idoneum dabitur. Nunc perinde[5] atque constet in hac re multum valere artem et præceptionem, ita ea de re[6] loquemur: placet enim nobis esse artificium memoriæ:[7] quare placeat,[8] alias ostendemus: in præsentia cujusmodi ea[9] sit,

Oud. *Et imitari* quoque A G L R et Tur. *con. sum* G.—13 Erf. *nec enim conf. sum*, et mox idem Ms. *satis commodo scribi possit.*—14 *Non* ante *posset* in A deest.—15 A G L R et Oliv. *utile.*—16 '*Voluimus quod oporteret*] Erf. *voluimus quid oportet:* Duisb. *volumus quid oporteret.*' Græv. 'Voss. 3. Leid 3. 4. *volumus.* Mss. omnes cum ed. Med. præter Voss. 2. *quid*, rectius. *Oportet* Leid. 4.' *Oud.* A L R ψ, Grut. Oliv. Græv.-Burm. et Lall. *quod*, et sic vulg. G, Ernesti Mss. et ed. Med. (1474.) cum Schutz. Wetzel. et Orell. *quid.* Tum G R *oportet.*—17 Leid. 4. et Duisb. *tradamus.*—18 Erf. *Hoc scire oportebit:* Tur. *Hoc scire oportet.*—19 *Bonam* non est in A aut G. Pro *perficere*, Lamb. habet *efficere.*—20 G *videantur.*

CAP. XVI. 1 Cauch. *ad thesauros inv.* Dein '*Atque omnium partium rhetoricæ custodem*] Erf. *atque dominium partium rhet. artis cust.*' Græv. '*Atque ad omnium, &c.*] Inserui *ad* fide Mss. omn. si excipias Leid. 4. *Ad communem* Voss. 3.' *Oud.* In G R etiam ac Tur. est *ad omnium.* Ex Mss. et edd. pr. *ad* inseruit Ern. quem Schutz. Wetzel. et Orell. sequuntur.—2 '*Quiddam artificiosi*] Sic Pal. 4. 6. Gembl. Bruil. et Liliensis. 'Artificiosum,' quod ex arte factum, cui contrarium naturale. Vulgata *artificii.*' Grut. 'Erf. Pith. Duisb. cum vulgatis *quiddam artificii;* quod non mutem. Artificium opponitur naturæ.' *Græv.* 'Vid. Gronov. ad cap. præced.' *Burm.* 'Mss. omnes cum edd. pr. *mem. utr. hab. quiddam artificii;* nisi quod in Voss. 2. sit *Mem. vero utr. hab. aliquit artificiosi.* Rectum omnino est *quiddam artificii.*' Oud. A G R ψ *quiddam artificii;* et Schutz. ac Orell. *quidquam artificii.* Grut. Oliv. Græv.-Burm. Lall. et Wetzel. *quidquam artificiosi.*—3 Voss. 1. Leid. 1. 2. 3. ed. Med. (1474.) *ab nat.* et Voss. 3. *procedat*, pro *proficiscatur.*—4 ψ *dicendi genus tempus.*—5 '*Nunc perinde*] Erf. Cauch. Duisb. Pith. *nunc proinde.* Solus meus cum vulgatis *perinde.*' Græv. '*Perinde*] Sic Leid. 2. In ceteris *proinde.*' Oud.—6 Tur. et ed. Lamb. *de ea re.*—7 *Esse* in A deest, et Leid. 2. habet *artificium memoriam.* Vulg. *esse artificium memoriæ.* Vid. Nott. Varr. —8 Erf. *quare placere.*—9 Al. *in præsenti cujusm.* teste Græv. Tum *ea* non

NOTÆ

[g] *Memoria*] De qua Tullius agit lib. II. de Orat. § 350. ejusque artem a Simonide primum prolatam esse refert.

aperiemus. Sunt igitur duæ memoriæ; una naturalis, altera artificiosa. Naturalis est ea quæ nostris animis insita est, et simul cum cogitatione[10] nata: artificiosa est ea quam confirmat inductio quædam, et ratio præceptionis. Sed quia in ceteris rebus[11] ingenii bonitas imitatur sæpe doctrinam, ars porro naturæ commoda confirmat et auget; ita fit in hac re,[12] ut nonnunquam naturalis memoria, si cui data est egregia,[13] similis sit huic artificiosæ. 29. Porro hæc artificiosa, naturæ commoda retinet, et amplificat[14] ratione doctrinæ. Quapropter et[15] naturalis memoria præceptione confirmanda est, ut sit egregia: et hæc, quæ doctrina datur, indiget ingenii. Nec[16] hoc magis, aut minus in hac re, quam in ceteris artibus fit,[17] ut ingenio, doctrina, præceptione[18] natura nitescat.[u] Quare et illis, qui natura memores sunt, utilis hæc erit institutio: quod tute paulo post poteris intelligere.[19] Quod si illi freti ingenio suo, nostro non indigent,[20] tamen justa causa datur,[1] quare iis, qui minus ingenii habent, adjumento velimus esse.[2] Nunc de artificiosa memoria loquemur.[3] Constat igitur artificiosa memoria ex locis et imaginibus.[4] Locos appellamus eos, qui breviter,

[u] *Ut doctrina ingenium, institutio naturam perficiat.*

est in A.—10 ‘*Simul cum cog.*] Leid. 1. *sine multa cog.*’ Oud. ‘*Et simul cum cog.*] Sic vulg. lectio habet. *Et sine concitatione nata* Gryph. exempl. duo, quemadmodum legendum videtur.’ *Brut.* A habet *sine multa concitatione.* Pauci Mss. et ed. 1474. *sine multa cog.* Vid. Nott. Varr.—11 Voss. 3. et ed. Med. (1474.) *Et quia.* Tum ψ *in cet. legibus.*—12 ‘*Ita fit in hac re*] Erf. *item fit in hac re.*’ Græv. ‘Voss. 3. *ita fit et in hac re.* Bene.’ *Oud.* G et Tur. quoque *item fit in hac re.*—13 ‘Vix dubito auctorem dedisse *cui data est egregie.*’ Ern.—14 Lamb. ed. *retineat et amplificet.*—15 G R et Erf. *Quapr. nat. mem.*—16 ψ *indet ingenii. Nam hoc magis.*—17 R ψ *in cet. rebus fit.*—18 Al. *ut doctrina et præceptione.* Vid. Nott. Varr.—19 ‘*Tute paulo post*] In uno legitur *post paulo.*’ Gronov. ‘Ms. *tute post paulo.*’ Græv. Tum Lamb. ed. *intelligere poteris.*—20 ‘*Quod si illi freti*] Mss. omnes, edd. pr. *Et si, &c.* Cur hoc mutarunt? *Illi* deest Leid. 4.’ *Oud.* ‘*Nostra præceptione non indigerent*] Voss. 2. *suo nostro non indigent*, atque ita ed. Omnib. nisi quod retineat *indigerent.* Voss. 3. Leid. 2. 3. 4. ed. Med. (1474.) *nostri non indigent.* In Voss. 1. Leid. 1. quoque *indigent.* Bene.’ *Oud.* Pro *Quod si* A G L R ψ habent *Et si.* G L R ψ habent *ingenio* sine *suo.* G et Orell. habent *nostri*, omissa *præceptione:* A L R ψ *nostra præceptione.* Ern. e Mss. et edd. 1475. Med. (1474.) Junt. dedit *ingenio suo, nostro non indigent;* et quod Schutz. recepit. Wetzel. *ingenio suo, nostra præceptione non indigent.* Vid. Nott. Varr.—1 Vulg. *daretur.* Schutz. et Wetzel. *datur.*—2 Pro *habent* Voss. 3. habet *sunt.* Tum Erf. *vel. esse adj.*—3 Voces *Nunc . . . loquemur* in R desunt. Pro *loquemur*, Lamb. habet *loquamur.*—4 ‘*Ex locis et imaginibus*] Erf. *ex locis, imag.*’ Græv. Præpo-

perfecte, insignite,[x] [5] aut natura, aut manu sunt absoluti, ut eos facile [6] naturali memoria comprehendere et amplecti [7] queamus, ut ædes,[8] intercolumnium, angulum, fornicem, et alia quæ his similia sunt.[9] Imagines sunt formæ quædam, et notæ,[10] et simulacra ejus rei,[h] quam meminisse volumus: quod genus,[11] equi, leones,[12] aquilæ, quorum memoriam si volemus [13] habere, imagines eorum certis in [14] locis collocare nos oportebit.

30. Nunc, cujusmodi locos [15] invenire, et quo pacto [16] reperire, et in locis imagines constituere [17] oporteat, ostendemus. XVII. Quemadmodum igitur qui literas sciunt, possunt id, quod dictatum est,[18] scribere, et recitare quod scripserunt;[19] ita qui μνημονικὰ[y] [20] didicerunt, possunt, quæ

[x] *Cum variis notis.* [y] *Memorativa.*

sitio deest Voss. 3. Leid. 2. 4. ed. Med. (1474.) *Imaginationibus* Leid. 2.' *Oud.*—5 '*Perfecte, insignite*] Voss. *perfecto:* Leid. 4. *et perf. insigniti:* ed. Med. (1474.) *insigniti:* Voss. 3. Leid. 2. 3. *insigniter.*' Oud. '*Insignite*] Sic Erf. et al. Mss. Nonnullæ edd. *insigniter.*' Græv. *Insigniter* quoque G L R.—6 Erf. *ut eos facie nat.*—7 G R et Duisb. *complecti.*—8 '*Ut ædes*] In Erf. non conspicitur *ut.*' Græv. '*Hedera, ædes*] Ita Gryph. et c. 17. *id quod dictatum est.*' Brut.—9 Lamb. ed. *et alia his sim.*—10 '*Imagines sunt formæ quædam et notæ*] Pulchre Erf. *im. sunt formæ jam notæ*, quamvis vulgata quoque possint ferri.' *Græv.*—11 A *genus est.*—12 A, Voss. 1. 3. Leid. 3. 4. ed. Med. (1474.) *leonis.*—13 '*Quorum memoriam si volemus*] In Erf. non legitur *quorum memoriam.* In Duisb. *quorum* non extat.' *Græv.* 'Prima vox deest Mss. omn. et edd. pr. si excipias Voss. 2. *Memoriam* etiam ignorat Leid. 1. *Volumus* Voss. 2. *velimus* Voss. 3.' *Oud.*—14 Præpositio ante *locis* non extat in Erf. Cauch. Leid. 1. Voss. 1. 2.—15 ψ *ejusmodi locos.*—16 '*Et quo pacto*] Voss. 3. *pacto et quo.* Deest *pacto* Leid. 4.' *Oud.* Deest etiam in Duisb.—17 '*Et in locis imagines constituere*] Ms. Medic. cum alio *continere.*' Gronov. 'Erf. Medic. et al. Ms. *et in locis im. continere:* Pith. *et quibus in locis im. constituere;* ex quo sic restitui. In vulgatis male desideratur *quibus.*' Græv. '*Quibus in locis imag. constituere*] Abest male pronomen a Mss. omnibus et edd. pr. *Collocare* Voss. 1. *continere* Voss. 2. Leid. 1. ed. Omnib.' *Oud.* R *in quibus locis*, et A G *continere:* Tur. *contineri.*

CAP. XVII. 18 '*Quod dictatum est*] Sic Leid. 1. In ceteris Mss. et edd. pr. *dictum:* nec male.' *Oud.* In G L R etiam est *dictum.* Vulg. *dictatum.* Vid. Nott. Varr. in h. l. et in cap. præced.—19 Voces *et recitare quod scripserunt* in A desunt.—20 '*Ita qui μνημονικὰ*] Erf. *item qui μνημονικά:* ed. vetustior ex marg. Cratandri, et Pith. Ms. *qui immodica.*' Græv. 'Mss. omnes et edd. pr. *inmodica*, inepte.' *Oud.* *Immodica* quoque A L R ψ. Lall. habet *μνημονικοῖs*, cum hac notula: '*Μνημονικοῖs*] Lege *μνημονικά.*' Vulg. *μνημονικά.*

NOTÆ

[h] *Simulacra ejus rei*] Si habendus sermo de re militari, et navigatione sit; rei militaris simulacrum fuerit gladius, navigationis anchora.

audierunt,[1] in locis collocare, et ex his memoriter pronuntiare. Loci enim[2] ceræ aut chartæ simillimi sunt;[i] imagines, literis; dispositio et collocatio imaginum, scripturæ; pronuntiatio, lectioni. Oportet igitur, si volumus multa meminisse, multos nobis locos[3] comparare, ut in multis locis[4] multas imagines collocare possimus.[5] Item putamus oportere ex ordine hos locos habere,[6] ne quando perturbatione ordinis[7] impediamur, quo secius[z][8] quoto quoque loco libebit,[9] vel a superiore, vel ab inferiore,[10] vel a media parte imagines sequi,[11] ut ea, quæ mandata locis erunt, videre et proferre[12] possimus.[a] XVIII. Nam ut, si

[z] *Quominus.*
[a] *Ut possimus ea dicere et pronuntiare quæ reposita fuerint in locis.*

—1 '*Possunt qui audierunt*] Pith. *poss. qui didicerunt.*' Græv. '*Quæ audierunt*] Erf. *quod audierunt.*' Idem. '*Poss. ea quæ* Mss. omnes et ed. Med. (1474.) præter Voss. 2. *quod* ed. Omnib. *didicerunt* Mss. quatuor et ed. Med. (1474.)' *Oud.* In A *quod aud.* G *ea quæ didicerunt*, et L *ea quæ aud.* Vulg. *poss. quæ aud.*—2 '*Loci enim ceræ*] Voss. 2. 3. Leid. 2. 3. 4. ed. Med. (1474.) *nam loci ceræ.* Deest τὸ *enim* Voss. 1. Leid. 1.' *Oud.* Deest etiam in Erf.—3 '*Multos locos nobis*] Erf. *multos nobis locos.*' Græv. '*Multos nobis locos*] Voss. 1. 3. Leid. 2. 3. *multos nos nobis locos*: bene.' *Oud.*—4 ψ, Erf. et Cauch. *uti multis locis.*—5 A G *comparare poss.*—6 '*Oportet ex ord. hos locos habere, ne quando*] Erf. *oportet ne quando.* Margo Cratandri, *oportet ex ord. hos locos comparare.*' Græv. '*Ex ord. hos locos habere*] Voss. 3. *h. l. ex ord. comparare.*' Oud. Pro *habere* G habet *haberi.* In Tur. *putamus hos locos ex ord. comparari oportere, ne, &c.*—7 Vocem *ordinis* post *perturbatione* Schutz. delevit; Wetzel. eam uncis inclusit.—8 A non habet *quo secius.*—9 '*Quoque loco libebit*] Voss. 3. *quoquo*: deest hæc vox Leid. 4. et ed. Omnib. *Licebit* Leid. 3.' *Oud.* A *quoque id loco lib.*—10 Erf. *vel ab sup.* A *vel sup.* sine præpositione. Tum G *vel inf.* sine præp.—11 '*Vel a media parte imagines, ut ea*] Erf. et Cauch. *vel a parte im. sequi, et ea.* Lamb. ed. *vel a media parte im. secuti, ea.* Edd. quædam, *vel a media parte im. sequi, ea.*' Græv. '*Vel a media*] Exsulant a Mss. omn. et edd. pr.' *Oud.* '*Imag. sequi*] *Secuti*, ubi hæserat in Mss. et impressis omnibus, *sequi* ex Lamb. ed. ratione id postulante, edidimus: vulgata enim lectio, nisi *et* copula antecedat verbum *sequi*, ferri non potest.' *Brut.* Voces *vel a media* in G L ψ et Tur. desunt. Pro *sequi* G *sequamur* habet, et *ut* ante *ea* in ψ deest. Orell. habet *sequi, et ea.*—12 '*Edere et prof.*] Sic Voss. 2. ed. Omnib. In ceteris et ed. Med. *videre et prof.* Voss. 3. *et videre et prof.* Bene.' *Oud.* '*Videre*] Ita Gruteri codex et Lambiniani. Vulgo *edere.*' Lall. *Edere* A G ψ, Tur. Grut. Oliv. et Græv.-Burm. *cudere* L R: *videre* Mss. et edd. 1474. et Med. (1474.) cum Lall. Schutz. Wetzel. et Orell. Tum verba *et proferre* non sunt in A. Vid. Nott. Varr.

NOTÆ

[i] *Ceræ aut chartæ simillimi sunt*] Sumuntur hic pro libellis ceræ, quod ante papyri usum pugillaribus cera oblitis ad scribendum uterentur. 'Nonne libet medio ceras implere capaces Quadrivio?' Juven. Sat. I. Ceræ imprimebantur stylo ferreo literæ; atque hinc scribendi modus stylus appellatus, et tabulæ pugillares a pungendo dictæ.

in ordine stantes notos complures viderimus,[13] [*p.* 22.] nihil nostra intersit, utrum a summo, an ab imo, an ab medio[14] nomina eorum dicere incipiamus: item in locis[15] ex ordine collocatis eveniet,[16] ut in quamlibet[17] partem quotoquoque loco libebit,[18] imaginibus commoniti dicere possimus id, quod locis mandaverimus. 31. Quare placet et ex ordine[19] locos comparare; et locos, quos sumserimus, egregie commeditari oportebit,[20] ut perpetuo nobis hærere possint:[1] nam imagines, sicut literæ, delentur,[2] ubi nihil illis utimur:[3] loci, tanquam cera,[4] remanere debent. Et, ne forte in numero locorum falli possimus, quintum quemque locum placet notari:[5] quod genus, si in quinto loco manum au-

CAP. XVIII. 13 '*Nam ut si in ord. stantes notos complures*] Erf. *Nam si in ord. st. n. quam plures.* Ed. Lambini, ut et Rob. Steph. et Colin. etiam non agnoscunt *in;* sed in illis est, *nam si ordine stantes.*' Græv. 'Deest *si* Leid. 1. *In* abest Voss. 2. *quam plures* Mss. omnes et edd. pr. *Videamus* Leid. 3. *videmus* ed. Omnib.' *Oud.* *Ut* ab A, et *in* ab G abest; et pro *complures* A G L ψ *quamplures.* Vulg. *Nam, ut si in ord. st. n. compl. viderimus.*—14 '*A summo*] Erf. *ab summo.*' Græv. '*Ab medio*] Lamb. ed. *a medio.*' Idem. Voss. 1. 2. Leid. 1. *ab summo:* Leid. 2. 3. 4. ed. Med. *vel ab imo.* Ab ed. Omnib. desunt *an ab medio.* Voss. 3. *aut a med.* Voss. 1. *an med.* In ceteris *an a medio.*' Oud. Schutz. *a med.*—15 Erf. et Orell. *item in locis.* A *ita locis,* præpositione omissa.—16 A, Erf. Voss. 3. Leid. 2. *veniet:* Leid. 3. *inveniet.*—17 L *quam libebit.* Vid. Nott. Varr.—18 '*Quoto quoque loco lib.*] Voss. 1. 2. *quo loco lib.* Leid. 2. 3. *quoquo loco lib.* deest *quoto* etiam Leid. 4. ed. Med. (1474.) *quoto quoquo loco* ed. Omnib. *vel quoquo l.* Voss. 3.' *Oud.* A non habet *quoto:* pro *quoto quoque,* R *et quotoque.* Tum G *licebit.*—19 '*Quare placet et ex ordine*] Pith. *quare placeat.* In Lamb. ed. *placet* non legitur: in Pith. autem Ms. non habetur *ex ordine.*' Græv. 'Lamb. sublato verbo *placet,* uno est contentus infra posito, 'oportebit;' a quo oratio concludatur. Infra vero, ubi in excusis *commeditari* scriptum invenitur, in Gryph. Mss. *commode notare* legitur: alii *commoditer* habent.' *Brut.*—20 '*Quos sumserimus*] Sic Mss. omnes: *sumsimus* ed. Med. *assumserimus* ed. Omnib. et vulgo.' *Oud.* A G, Grut. Oliv. Græv.-Burm. et Lall. *assumpserimus:* ψ *sumseris:* L R, Schutz. Wetzel. et Orell. *sumserimus.* '*Sumserimus*] Pro *assumserimus* e libris scr. pluribus et nostris.' *Ern.* Tum '*Commeditari op.*] Leid. 1. *commoditer notare op.* Hinc ed. Omnib. *commoditerque notare op.* Voss. 2. *commeditari et notare op.* Ed. Med. (1474.) *commeditari et nosse op.* Vid. Comm.' *Oud.* Tur. *egregie commoditer notare:* A ψ *comoditer notare:* G *comoditer quam notare:* R *commeditari et notare.* Vulg. *commeditari.* '*Oportebit* mallem abesse. Lectio *commeditari* non firmo stat talo, sed est melior vetere *commoditer notari.*' Ern. Vid. paulo ante, et Nott. Varr.—1 A *ut in perp. nob. hær. possunt.* —2 '*Sicut litteræ*] Mss. quatuor et ed. Med. (1474.) *sicuti l.* Leid. 2. *si ceteri l.* Leid. 4. *ut l.*' Oud. Erf. *sicuti l.* Tum A *debentur.*—3 '*Ubi nihil illis utimur*] Dele pronomen auctoritate Mss. omn. et edd. pr.' *Oud.* *Illis* deest quoque in A G L R ψ et Tur. Vid. Nott. Varr.—4 '*Tamquam cera*] Ed. Med. (1474.) *t. charte.*' Oud.—5 '*Quintum quemque placet*] Edd. *quintum quemque locum placet.*' Græv. '*Quintum quemque*] Addunt *locum* Voss. 1. Leid. 4. edd. pr.' *Oud.* A G ψ quoque habent *locum;* et sic vulg. Al. omittunt. Pro *notari* A habet *notare.*—

ream[6] collocemus; et in decimo[7] aliquem notum, cui prænomen sit Decimo,[8] deinde facile erit similes notas quinto quoque loco[9] collocare. XIX. Item commodius est in[10] derelicta, quam in celebri regione[b] locos comparare: propterea quod frequentia et obambulatio[1] hominum conturbat et infirmat imaginum notas; solitudo conservat integras[2] simulacrorum figuras. Præterea dissimiles[3] forma atque natura loci comparandi sunt, ut distincte interlucere possint:[4] nam si quis[5] multa intercolumnia sumserit, conturbabitur similitudine locorum, ut ignoret,[6] quid quoque in loco collocarit.[7] Et magnitudine modica, et mediocres[8] locos habere oportet: nam et præter modum ampli vagas imagines reddunt; et nimis[9] angusti sæpe non videntur

[b] *In regione quæ frequentetur.*

6 Pro *auream* Auratus putat *alteram* legend. Vid. Nott. Varr.—7 '*Et si in decimo aliq.*] Erf. *inde cum eo aliq.* Duisb. *et si in dec. loco aliq.*' Græv. 'Delenda est copula cum Mss. omn. et edd. pr. *Si* etiam abest a Leid. 1. ed. Omnib.' *Oud.* G *si dec.* omissis copula et præpositione: A L *in dec.* omissis *et si.* Grut. Oliv. Græv.-Burm. et Lall. *et si in dec.*—8 '*Cui prænomen sit decimo*] Voss. 1. *nomen:* Voss. 2. *proprium nomen:* ed. Med. (1474.) *pronomen.* Leid. 3. *decumo.*' Oud. In A *Decimum.* Vid. Nott. Varr.—9 '*Deinde fac. erit deinceps sim. notas quinto quoque loco coll.*] Male *deinceps* exsulat ab ed. Omnib. aliisque. *Q. quoquo l.* Voss. 3. Leid. 2. ed. Omnib. *loco* abest a m. pr. Leid. 1.' *Oud.* In A L ψ, Schutz. Wetzel. et Orell. *erit deinceps;* sed Schutz. et Wetzel. *deinde* deleverunt. Ern. in textu omisit *deinceps,* sed in nota ait, '*Deinceps* (καθεξῆς) e libris antiquis scriptis et edd. restituimus, quod et res desiderat: sed credo ex eo factum *deinde;* idque delendum, quo venustior fiet oratio.'

CAP. XIX. 10 A non habet præpositionem *in.*—1 Duisb. Leid. 4. ed. Omnib. *deambulatio.*—2 A ψ, Erf. Tur. et Leid. 1. *cons. integra vi sim.*—3 '*Præterea dissimiles forma*] Pal. 2. 4. 6. *Propterea:* quidam etiam *dissimili.*' Grut. 'Tres Mss. *Propterea dissimiles forma.* Al. *dissimili forma.*' Græv. 'Leid. 3. *Propterea.* Voss. 3. Leidd. omn. *dissimili.*' Oud. In G R quoque *Propterea,* et in R *dissimili.*—4 '*Ut distincti*] Ita lego, ex Gryph. B et C auctoritate. *Ut distincte* legitur in vulgatis; quam minime tamen lectionem rejicimus.' *Brut.* *Distincti* etiam in A G ψ Tur. et Erf. Ern. conj. *interl. possit.* Schutz. habet *distinctio interl. possit.*—5 A, Erf. Leid. 2. 3. *si qui.*—6 In A et Erf. *locorum* non legitur. Tum '*Ut ignoret*] Voss. 1. *aut ignorabit.* Mss. reliqui et edd. pr. *et ignorabit.* Bene.' *Oud.* A habet *ita ut ignoret;* G *ut ignorabit;* L R *et ignorabit.* Vulg. *ut ignoret.*—7 '*Quid in quoque loco*] Erf. *q. in uno quoque l.* Pith. *q. in quoto quoque l.:* edd. nonnullæ, *q. in quoque l.*' Græv. '*Quid quoque in loco*] Voss. 1. 2. ed. Med. (1474.) *q. in quoque l.* Voss. 3. Leid. 2. 4. ed. Omnib. *q. in quoquo l.* Leid. 3. *quid quoquo l.* Leid. 1. *quid in quo l.*' Oud. A *quod,* et L R *in quoquo.* Præterea R habet *collocavit.*—8 A *Nam magn.* Schutz. *Jam et magn.* Mox copula *et* ante *mediocres* abest ab ed. 1474. ac Lamb. Voces *et mediocres* pro glossa repudiant Gulielm. et Ern. Eas Schutz. delevit; Wetzel. uncis inclusit. Vid. Nott. Varr.—9 '*Et nimis*

posse capere imaginum collocationem.[10] 32. Tum nec nimis illustres,[11] nec vehementer obscuros locos haberi oportet,[12] ne aut obcæcentur tenebris imagines,[13] aut splendore præfulgeant.[14] Intervalla locorum mediocria esse placet,[15] fere paulo plus, aut minus pedum tricenum.[c 16] Nam ut aspectus, ita[17] cogitatio minus valet, sive nimis procul removeris,[18] sive vehementer prope admoveris id, quod oportet videri. Sed quanquam facile est ei, qui paulo plura exploraverit,[19] quamvis multos et idoneos locos comparare,[20] tamen si quis ad ista satis idoneos[1] invenire se non putabit;[2] ipse sibi constituat, quam[3] volet multos, licebit. Cogitatio enim quamvis regionem potest amplecti, et in ea situm loci cujusdam ad suum commodum et arbitrium fabricari[4] et architectari. Quare licebit, si hac promta copia contenti non erimus, nosmetipsos nobis cogitatione nostra regionem[5] constituere, et idoneorum locorum commodissi-

[c] *Pedum triginta.*

ang.] Deest copula Voss. 1.' *Oud.*—10 Voss. 1. Leid. 1. *collocationes.*—11 A G *nec minus ill.* Erf. *nec nimis illustris.*—12 A et Erf. *habere oportet.*—13 Edd. Lamb. et Grut. *ne obcæc.* Tum Voss. 3. *ten. locorum im.*—14 Ed. Omnib. *perfulgeant.*—15 Pro *esse placet* ψ exhibet *debent esse.* Vid. Nott. Varr.—16 ' *Aut minus pedum tricenum*] Pal. 2. *trigenum:* Pal. 1. *trecencium:* Pal. 6. retinet quidem vulgatum, sed habet inter lineas *id est trium pedum:* et vero facile inclinaverim in conjecturam Delbenii, malentis *trinum pedum.* Pal. 1. ait esse qui legant *triginta.*' Gruter. ' Duisb. *aut pedum tricenum:* Pal. 2. *aut minus pedum trigenum:* Pal. 3. *aut minus pedum tricencium.*' Græv. ' Voss. 1. *aut m. licet pedum tricenum:* Voss. 3. Leid. 2. 3. *licet pedum tricenum:* Leid. 4. *aut pedum tricenum:* ed. Med. (1474.) *aut paulo minus pedum tricenum:* Leid. 1. *tricenorum.*' Oud. Vulg. *aut minus pedum tricenum.*—17 A L, Tur. et Erf. *item cogitatio.*—18 ' *Removeris*] Al. edd. *amoveris.*' Græv. A *moveris:* G *amoveris.*—19 ' *Sed quamquam, &c.*] Erf. *sed quamquam fac. est, et quid paulo plura, quamvis multos:* Duisb. *sed quamquam fac. est ei, qui paulo plura noverat, et quamvis multos.*' Græv. ' Leid. 3. *et quamquam fac.* Voss. omnes, Leid. 1. a m. sec. item Leid. 2. ed. Med. (1474.) *plura noverit:* Leid. 4. *plura noverat:* ed. Omnib. *exploravit:* Leid. 3. *plura novit vel explorabit.*' Oud. ψ *plura his scilicet, quæ diximus, exploraverit:* G L *plura noverit:* Tur. *paullo exploravit.* Tum A ψ *et quamvis multos.*—20 G *et idon. ad istos locos,* et A *comparavit.*—1 Voss. 3. *undi si quis.* Tum ' *Ad ista satis idoneos*] Duisb. *ad ea satis idon.* Erf. *ab his idon.*' Græv. ' Voss. 3. *ad id idon.* Desunt *ad ista* Leid. 2. 3. *ad ea* Leid. 4. *Satis* abest a Leid. 1. Voss. 2. 3. ed. Omnib. *Idoneum* Voss. 1.' *Oud.* A *ab ista satis:* Tur. *ad ista idoneum inv.* In G *ad ista,* et in ψ *satis* desunt.—2 Voss. 3. *inv. locos non putavit:* A *inv. se non putavit:* G *putaverit.*—3 G *constituit;* et pro *quam* A habet *usu.*—4 ' *Ad suum arbitrium fabricari*] Voss. 1. Leidd. omn. et ed. Med. (1474.) *ad s. comm. et arbitrium:* bene. Leid. 4. *et fabr.* Voss. 3. *fabricare.*' Oud. G L ψ quoque *comm. et arb.* A R, Grut. Oliv. et Lall. *comm. fabr.* E Mss. ap. Oud. et ed. 1474. et Med. pr. *commodum et* addidit Ern. quem Schutz. Wetzel. et Orell. sequuntur. In ψ

mam distinctionem comparare. De locis satis dictum est:[6] nunc ad imaginum rationem transeamus.

XX. 33. Quoniam ergo rerum similes imagines esse oportet;[7] et ex omnibus verbis notas nobis similitudines[8] eligere debemus, duplices similitudines esse debent; unæ rerum, alteræ verborum. Rerum similitudines exprimuntur,[9] cum summatim ipsorum negotiorum imagines comparamus:[10] verborum similitudines constituuntur,[11] cum uniuscujusque nominis et vocabuli memoria imagine notatur.[12] Rei totius memoriam sæpe una nota, et imagine simplici comprehendemus,[13] hoc modo: ut si accusator dixerit, ab reo hominem[14] veneno necatum, et hæreditatis causa factum[15] arguerit, et ejus rei multos dixerit testes et[16] conscios esse: si hoc primum, ut ad defendendum nobis expeditum sit,[17] meminisse volemus; in primo loco rei totius imaginem conformabimus;[18] ægrotum in lecto cubantem faciemus ipsum illum, de quo agetur,[19] si formam ejus detinebimus;[d][20] si eum non agnoverimus,[1] aliquem ægrotum non

[d] *Cognoverimus cujusmodi formæ fuerit.*

quoque *fabricare.*—5 Erf. *regione const.*—6 A *satis est*, omisso *dictum.*

CAP. XX. 7 Pith. *Quon. igitur rer.* et Schutz. *rer. simulacra esse op.*—8 ‘*Et ex omn. verbis*] In Pith. *et* non legitur.’ *Græv.* A quoque copulam non habet. ‘*Notas nobis similitudines*] Erf. *non nobis sim.*’ Græv. ‘*Et ex omn. verbis, &c.*] Deest copula Voss. 3. Leid. 1. ed. Omnib. Tum *nosmet notas nobis sim.* optime præbent Voss. 1. Leid. 2. 3. 4. cum edd. pr. *notas nobis imagines* Voss. 3. *notas nobis similes* ed. Med. (1474.)’ *Oud.* L *nosmet notas nobis.* ‘*Notas nosmet nobis*] *Nosmet* addunt Mss. et edd. pr. Delevit Aldus.’ *Ern.* Schutz. et Wetzel. *et verbis nosmet notas sim.* omissis verbis *ex omnibus.* Orell. conj. *et ex omn. verbis notatas eligere deb.* Vulgg. habent, ut Ern. Dein ‘*Duplices sim.*] Mss. omn. et edd. pr. *dupl. igitur sim.*’ Oud. et sic quoque A G L R ψ et Pith. *Dupl. ergo sim.* Erf. *duplices imagines* Schutz.—9 Erf. Voss. 1. Leid. 1. *una rer., altera verb.* Tum Schutz. *Rerum imagines expromuntur.*—10 Duisb. et Leid. 4. *neg. imag. comparemus:* Schutz. *neg. similitudines comparamus.*—11 Duisb. et Leid. 4. *verb. sim. comparantur et const.* A *verb. autem const.* Pro *constituuntur* R *exprimuntur.* Schutz. habet *verb. imagines const.*—12 ‘*Nominis et vocabuli*] Erf. et Pith. *hominis et vocab.* quod non puto negligendum; cum *nominis* et *vocabuli* hic eadem sit vis et notio.’ *Græv.* ‘Leid. 1. a m. pr. *hominis:* sed a m. sec. additur glossa *rei corporeæ*, atque ita quoque in Leid. 2.’ *Oud.* Dein Schutz. *mem. similitudine notatur:* Voss. 3. *memoriam imag. notamus.*—13 A G L ψ, Erf. et omnes Mss. Oud. cum ed. Omnib. *comprehendimus.*—14 Voss. 1. *hom. aliquem ven. nec.*—15 A *esse factum.*—16 Deest copula Voss. 3.—17 Erf. *si enim primum:* et idem Ms. omittit *sit* ante *expeditum.* A G habent *expeditum est.*—18 ‘*Im. conform., ægr.*] Erf. et ed. pr. *im. confirmabimus ægr.* Lamb. ed. *im. conform. et ægr.*’ Græv. *Confirmabimus* quoque A G L R, Voss. 2. 3. et ed. Omnib.—19 Erf. *ipsum il-*

de minimo loco[e] sumemus,[2] ut cito in mentem[3] venire possit, et reum ad lectum ejus astituemus,[4] dextra poculum,[k] sinistra tabulas,[5] medico[f] [l] testiculos arietinos[m] tenentem.[6] Hoc modo et testium, et hæreditatis, et veneno necati memoriam[7] habere poterimus. 34. Item deinceps cetera crimina ex ordine in locis ponemus: et, quotiescumque rem meminisse volemus, si formarum dispositione, et imaginum diligenti notatione utemur, facile ea, quæ volemus, memoria consequemur. XXI. Cum verborum similitudines imaginibus exprimere volemus, plus negotii suscipiemus,[n] et magis ingenium nostrum exercebimus.[g] Id[8] nos hoc modo facere oportebit: 'Jam domuitionem[9] [o]

[e] *Ex loco insigni.* [f] *Digito annulari.* [g] *Fatigabimus.*

lud: Lamb. ed. *illum ipsum.* Tum post *de quo agetur* addit Voss. 1. *veneno necatum.*—20 '*Formam ejus detin.*] Duisb. *form. illam detin.* Lamb. ed. *form. ejus tenebimus*, quod sane probarem, si ullus Ms. annueret. *Detinebimus:* forte *retinebimus.*' Græv. Leid. 4. *formam illam.* Schutz. Lambinum sequitur.—1 A, Voss. 3. Lamb. Schutz. et Wetzel. *cognoverimus.* Vid. Nott. Varr. —2 'Abest *loco* a Leid. 2. Negativam particulam agnoscunt Mss. omnes et edd. pr.' *Oud.* Vid. Nott. Varr.—3 Pro *in mentem* Voss. 3. habet *in virtutem.*—4 Erf. *adstituamus:* G et ed. Omnib. *statuemus:* R et Voss. 3. *constituemus.* '*Astituemus*] Primus sic edidit Aldus: superiores omnes *statuemus.*' Ern. Vulg. *astituemus.*—5 Leid. 3. *tabellas.*—6 'Leid. 4. *medicum:* ed. Med. (1474.) *digito medico* e glossa. *Tenente* Voss. 2. 3.' *Oud.* A G L R *medio:* Schutz. *medico digito:* ψ et Tur. *medicum.* Vulg. *medico.* Dein A G *tenente.* Vid. Nott. Varr.—7 '*Veneno necati*] Participium deest Voss. 3.' *Oud.* ψ habet *ven. necatum memoria.*

CAP. XXI. 8 Erf. *Idque nos.*—9 '*Jam domuitionem*] Mss. omnes cum edd. pr. *jam domi ultionem;* et in seqq. sed hic Leid. 4. *jam domi vel domum ultionem:* et mox *jam domi vel domum reges* desunt Voss. 3.' *Oud.* In A *domi ulci-*

NOTÆ

[k] *Dextra poculum*] Poculum veneni, tabulæ testamenti, testiculi arietini testium memoriam excitabunt.

[l] *Medico*] Digitum minimo proximum vocant medicum, quod ori, oculis abstergendis quasi mundior adhibeatur.

[m] *Testiculos arietinos*] Scorteas, hoc est, ex testibus arietinis pelliceas crumenas Politianus interpretatur. 'Scortes,' inquit Festus, 'pelles testium arietinorum ab iisdem pellibus dicti.' Pedianus sportas, sportulas, saccos, crumenas, et scorteas ait esse nummum receptacula.

[n] *Plus negotii suscipiemus*] Et quidem frustra: nec tanti est congestis ejusmodi similitudinibus imaginandi vim oblædere. Expertus quisque intelliget multo operosius esse tot imaginibus, quas hic exempli causa profert, animum obruere, quam versiculum memoriæ mandare.

[o] *Jam domuitionem, &c.*] Versus est Pacuvianus ex tragœdia depromtus, in qua Græcorum ex urbe Troja re-

reges Atridæ[p] parant.'[h] In loco[10] constituere oportet manus ad cœlum tollentem[11] Domitium,[12] cum a regibus Marciis loris cædatur.[13] Hoc erit, 'Jam domuitionem[14] reges.' In altero loco Æsopum et Cimbrum subornare Iphigeniam,[q] Agamemnonem, et Menelaum.[15] Hoc erit, 'Atridæ parant.' Hoc modo omnia[16] verba erunt expressa.[i] Sed hæc imaginum conformatio[17] tum valet, si

[h] *Nunc reges Atrei filii Agamemnon et Menelaus parant ire domum suam.*

[i] *In altero loco sibi repræsentare oportet Æsopum et Cimbrum nobiles tragædos, qui personas exhibeant Agamemnonis et Menelai, et solicitent Iphigeniam ad parandum reditum. His imaginibus in memoriam revocabuntur hæc verba, Atridæ parant.*

---

one; et in G L R ψ ac Tur. *domi ultionem.* Vulg. *domuitionem.* Vid. Nott. Varr. '*Domuitionem*] Multi Mss. etiam nostri *domiultionem*; idque bene convenit rei et imagini quæ apponitur, ut monet Gulielmius. *Domuitionem* primus edidit Victorius e Div. I. 33. bene: nam respicitur ad nomen *Domitii*, et e verbis imago fit; quod Gulielmius non cogitavit.' *Ern.*—10 Schutz. Wetzel. et Orell. *In primo loco.*—11 '*Tollentem*] Leid. 3. *tendentem*; nec male.' *Oud.*—12 L *Domitium, i. e. a Remo et Romulo qui eum faventem Amulio eorum avunculo, qui avum Numitorem expulerat a regno, loris cædebant.*—13 '*A reg. Marciis*] Sic per *c* diserte Leid. 1. 3. 4. *Marcus* ed. Omnib.' *Oud.* Vid. Nott. Varr. Tum A *locis cæd.*—14 '*Domuitionem*] Duisb. *domi itionem*, vel *domum.* Lamb. ed. *domitionem*, et sic paullo ante, ubi itidem Mss. *domi ultionem.*' Græv. A G L R *domi ulcionem.*—15 '*Subornare Iphigeniam, Agamemnonem et Menelaum*] Mss. Omn. et ed. Omnib. *subornari.* Tum *vagantem Ephigeniam* Voss. 1. Leid. 2. 4. ed. Med. (1474.) *et Effigeniam vagantem* ed. Omnib. *Ephigeniem* Leid. 2. Voss. 2. *ut ducatur ad Iphig.* Leid. 1. *ut Iphig. in Agam.* suprascr. *vagantem.* Voss. 3. *Ephig. ulciscentes commissum in se Ag.* Dein *ad Ag.* Leid. 3. *Agam. et Menel.* desunt Voss. 1. Leid. 2. In ed. Omnib. *Agamemnona et Men.*' Oud. Voces *Æs. et Cimb. suborn.* Wetzel. uncis inclusit. Pro *et Cimbrium* A habet *Decumbrum*, ψ *Cemprum*, G L R, Oliv. et Lall. *et Cimbrium.* Tum G L ψ *subornari.* Denique pro *Iphig.*, *Ag. et Men.* A habet *vas autem ad Euphigeniam*; G *Ephigeniam Agamemnona et Menelau*, sed tres ultimæ voces punctis subnotantur, et *vagantem* scribitur in marg. L *vagantem Ephygeniam*; R *vagam Effigeniam.* Schutz. *in Iphigenia agentes Agamemnonem et Menelaum.* 'Locus corruptus. Tur. *Æsopum et Cimbrum subornari ut ephigeniam vagantem hoc erit Atridæ parant.*' Orell. Vid. Nott. Varr. —16 L *Hoc modo verba*, omisso *omnia.*—17 ψ, Voss. 3. Leid. 3. 4. ed. Omnib.

NOTÆ

ditum scribebat poëta. Ut autem committatur memoriæ, inquit Cornificius, plures animo sunt imagines informandæ. Constituendus in loco aliquis Domitius, qui a regibus Martiis cædatur loris. Domitius, propter similitudinem nominis, revocabit in memoriam hoc vocabulum 'domuitionem.' Reges Martis filii an Romulus et Remus? facile expriment hanc vocem *reges.* Sed quorsum hic manuum sublatio et lora? ideo apponi putavit Turnebus, quod imago ita sit acrior et actuosior, magisque sensum lacessat, et memoriam ex eo efficacius exsuscitet. *Domuitio* porro idem est quod 'domum itio.'

[p] *Atridæ*] Filii Atrei, qui parentes habuit Pelopem et Hippodamiam.

[q] *Iphigeniam*] Agamemnonis et

naturalem memoriam exsuscitaverimus hac notatione,[18] ut, versu posito, ipsi nobiscum primum transeamus[k 19] bis aut ter eum versum; deinde cum[20] imaginibus verba exprimamus. Hoc modo naturæ suppeditabit[1] doctrina:[l] nam utraque altera separata minus erit firma;[2] ita tamen ut multo plus in doctrina atque arte præsidii sit.[3] Quod docere non gravaremur, ni metueremus, ne, cum ab[4] instituto nostro recessissemus, minus commode servaretur hæc dilucida brevitas præceptionis.

35. Nunc, quoniam solet accidere, ut imagines partim firmæ et ad monendum[5] idoneæ sint, partim imbecilles et infirmæ, quæ vix memoriam possint[6] excitare: qua de causa utrumque fiat, considerandum est; ut, cognita causa, quas vitemus, et quas sequamur imagines, scire possimus. XXII. Docet igitur nos ipsa natura, quid oporteat fieri: nam si quas res in vita videmus[7] parvas, usitatas, quotidianas, eas meminisse non solemus; propterea quod nulla nisi nova, aut admirabili re commovetur animus. At si

[k] *Revolvamus.* [l] *Ars juvabit naturalem memoriam.*

imag. confirmatio.—18 A, Cauch. Voss. 1. 3. *hac annotatione.*—19 Unus Ms. Lambini, *transigamus.* Vid. Nott. Varr.—20 Schutz. delevit præpositionem. —1 '*Suppeditabitur*] Liber unus Ms. habet *suppeditabit;* cum quo Rob. Steph. editio congruit.' *Lamb.* '*Suppeditabit* Duisb. Pith. et al. Mss. vulgati *suppeditabitur.*' Græv. A et Lamb. *suppeditabitur:* ψ *suppeditatur.* Grut. Oliv. Lall. Schutz. Wetzel. et Orell. *suppeditabit.*—2 '*Nam utraque altera separata minus erit firma*] Pall. meliores, *nam cum ex utr. alt. est parata, magis erit firma:* Tos. Gembl. Bruil. *nam cum ex utr. ab alt. est parata, minus erit infirma.*' Grut. 'Lamb. ed. *Utr. ab alt. sep. minus erit firma.*' Græv. 'Leid. 1. *cum ex utr. al. sep. est:* ed. Med. (1474.) *ab altera:* Leid. 4. *superata.*' Oud. In A *cum ex utraque al. est parata magis erit f.* G habet *est firma.* Tur. *Nam quum ex utraq. alt. est sep., minus erit inf.* Schutz. *nam utr. ex al. parata magis erit f.* Vulg. *nam utr. al. sep. minus erit f.*—3 G *tamen non multo.* Mox A *præs. nobis sit.*—4 A *gravarem,* et Duisb. *nisi cum met., ut, cum:* Leid. 4. quoque *nisi cum met.* Dein præpositione ante *instituto* caret Leid. 2.—5 '*Ad monendum idoneæ*] Duisb. *ad movendum idon.* Lamb. ed. *partim acres, firmæ et ad admonendum idon.*' Græv. *Movendum* quoque Voss. 3. Leid. 4. Vid. Nott. Varr.—6 '*Imb. et inf., quæ vix mem.*] Lamb. ed. *imb. et inf., et quæ vix mem.* Duisb. *imb. et inf., quæ nec mem.*' Græv. Gryph. B C *imbecillæ.* Leid. 4. *quæ nec mem.* A *quæ sint vix mem. possunt.*

NOTÆ

Clytæmnestræ filiam, quam, cum pater ad impetrandum Græcis in patriam reditum esset immolaturus, a morte liberatam Diana in Tauricam regionem transtulit. A Lucretio et nonnullis Iphianassa nominatur.

quid videmus, aut audimus egregie turpe, aut honestum, inusitatum, magnum, incredibile, ridiculum,[8] id diu meminisse consuevimus. Itemque quas res ante ora videmus, aut audimus,[9] obliviscimur plerumque; [*p*. 23.] quæ acciderunt[10] in pueritia, meminimus optime sæpe; nec hoc[11] alia de causa potest accidere, nisi quod usitatæ res facile e memoria elabuntur,[12] insignes et novæ manent diutius.[13] 36. Solis exortus,[14] cursus, occasus nemo admiratur, propterea quod[15] quotidie fiunt: at eclipses solis[16] mirantur, quia raro accidunt,[17] et solis eclipses[18] magis mirantur, quam lunæ, quoniam hæ crebriores[19] sunt.[r] Docet ergo

CAP. XXII. 7 A G *viderimus*.—8 ' *Aut hon., inus., magn.*] Duisb. *aut hon., inhonestum, inauditum, magnum:* Pith. *aut hon., inauditum, magnum.*' Græv. Voss. 1. Leid. 2. 4. *honestum in homines.* '*Inusitatum*] Leid. 2. 4. *tum auditum:* Leid. 3. *aut inus., inauditum:* ed. Med. (1474.) *inus., non auditum.* Omnib. caret τῷ *inusitatum.*' Oud. G ψ *inus., inauditum, magnum:* L *hon. in homines, tum in auditum, magnum.* Dein ' *Incredibile, &c.*] Pal. *incredibile, ridiculum, periculosum, id diu:* al. Pal. *incr., periculosum, id diu:* Pith. *incr., ridiculum, periculosum.* Sed in præcedd. idem cod. et Duisb. *aut hon., inauditum, magnum,* nisi quod hic pro *inusitatum* scribat *inhon., inauditum, magnum.* Pithœi cod. non est repudiandus.' *Græv.* '*Ridiculum*] Leid. 2. 3. 4. ed. Med. (1474.) et m. sec. Voss. 1. *periculosum:* Voss. 2. *ridiculosum.* Optime Voss. 3. *ridiculum, periculosum.*' Oud. Pro *ridiculum* L *periculosum,* R ψ *ridiculum, periculosum.* Vulg. *hon., inus., magn., incr., ridiculum.* Vid. Nott. Varr. —9 '*Itemque quas res ante ora videmus aut audimus*] Videtur melior lectio, quæ reperitur in Ms. *aut quod recens audivimus,* pro *aut audimus.*' F. Ursin. ' Pith. *Itaque quas res ante ora videmus, aut audimus, obl.* Car. Stephani, Cratandri, Hervag. *At quod recens audivimus, obl.* Sed prima et Mediol. (1498.) edd. tuentur vulgatam.' *Græv.* ' In ed. Rob. Stephani fere legitur hic locus ut Ursinus repererat in Ms. *at quod recens audivimus:* recte forsan, si servetur *aut,* ubi ille *at* dedit.' *Verburg.* In A *Atque quod recens audivimus, obl.* G L *Itaque:* ψ *Ita.* Tum Leid. 2. et Wetzel. *audivimus.* Tur. *consuevimus. At quod recens audiv.* Schutz. *Itemque quas res ante ora videmus, aut quod recens audivimus.* Orell. e conj. dedit *videmus, aut recens audivimus.*—10 Duisb. et Leid. 4. *et ea quæ acc.* A et ed. Med. (1474.) *acciderint.*—11 Duisb. *nec alia de causa.*—12 ' *E mem. elabuntur*] Præpositio abest Voss. 3. Leid. 2. 3. 4. *a mem.* ed. Med. (1474.) *Dilabuntur* Voss. 3. *labuntur* ed. Omnib.' *Oud.* Præpositio deest etiam in A G L R ψ.—13 ' *Novæ manent in animo diutius*] Ita Leonic. et Lamb. Duæ voces *in animo* in Gryph. Ms. et in Ald. et Manut. editione desiderantur.' *Brut.* ' *Novæ manent diutius*] Voss. 1. 2. Leid. 2. 3. *n. d. in animo m.* cum edd. pr. recte. Leid. 4. *n. res d. in animo m.*' Oud. L R quoque habent *in animo manent.* Vulg. *n. m. d.* Vid. Nott. Varr.—14 ' *Solis exortus*] Voss. 3. ed. Med. (1474.) *ut solis exortus:* Leid. 4. *ortus.*' Oud.—15 L R *miratur.* Tum ' *Propterea quod*] Voss. 3. *quia.* Voss. 1. 2. Leid. 1. *propt. quia.*' Oud. In G L etiam est *propt. quia.*—16 ' *Eclipsis solis*] Grut. et al. edd. *eclipseis solis.* Edd. vett. Cratand. et al. *ecclipsis solis.*' Græv. A G *eclipsis solis:* L *eclipsin lunæ.*—17 G *accidit.*—18 ' *Et solis eclipses*] Pith. sine copula *solis eclipseim.*' Græv. A *at solis eclipsis:* G *et solis eclipsin.*—19 ' *Quoniam hæ cr.*] Voss. 3. *eo quod hæ cr.* Leid. 2. *propterea quoniam hæ cr.* Leid. 1. 3. *propterea quod hæ cr.* Voss. 1. 2. *propterea quia hæ cr.*'

se natura,[20] vulgari et usitata re non exsuscitari;[1] novitate[2] et insigni quodam negotio commoveri. Imitetur igitur ars naturam, et quod ea desiderat, inveniat: quod ostendit, sequatur.[3] Nihil est enim, quod aut natura extremum invenerit, aut doctrina primum: sed rerum principia ab ingenio profecta sunt,[4] et exitus disciplina[5] comparantur.[m] 37. Imagines igitur nos in eo genere[6] constituere oportebit, quod genus manere in memoria diutissime potest.[7] Id accidet,[8] si quam maxime notas[9] similitudines constituemus; si non mutas,[10] nec vagas, sed aliquid agentes imagines[11] ponemus; si egregiam pulchritudinem, aut unicam[n] [12] turpitudinem eis attribuemus; si aliqua

[m] *Initia rerum invenit ingenium, et ars eas ad finem perducit.* [n] *Maximam.*

Oud. A *propterea quod rariores sunt.* G ψ et Tur. *propterea quod cr. sunt.*—20 '*Se natura*] Al. *nat. se.* Abest pronomen ab ed. Omnib.' *Oud.*—1 Duisb. et Leid. 4. *vulgata et usit.* A *usitate.* Tum G *suscitari,* et Voss. 1. *excitari.*—2 '*Nov. vero et ins.*] Lamb. ed. *nov. et ins.*' Græv. '*Nov. vero*] Sic Voss. 2. ed. Omnib. A reliquis Mss. abest particula, bene. *Sed nov.* ed. Med. (1474.)' *Oud.* G L ψ, Schutz. Wetzel. et Orell. non habent *vero,* quam particulam Ern. delevit, quia in Mss. pluribus deest.—3 '*Inveniat; quod ostendit, s.*] Voss. 3. Leid. 3. ed. Omnib. *inveniet, si quod ost., s.* Ed. Med. *quæ ost.* ut et *quæ desid.* cum Leid. 2.' *Oud.* A G ψ *inveniet: si quod.* Dein A *ostendet, sequetur.*—4 '*Sed rerum princ.*] Mss. omnes, edd. pr. *quia rer.* nisi quod in Voss. 3. sit *quia si rer.*' Oud. L *quia rerum,* et ψ *perfecta sint.*—5 A *exitus ex discipl.* ψ *exitus ex eis discipl.* '*Et exitus*] *Et* deleverim.' *Ern.* Eam Schutz. et Wetzel. deleverunt: Orell. uncis inclusit.—6 '*Nos in eo genere*] Voss. 1. *nosmet in eo gen.* bene.' *Oud.* A L *in eodem gen.*—7 '*Manere in mem. diut. potest.*] Duisb. *in mem. diut. haberi potest:* non male.' *Græv.* 'Leid. 2. 3. 4. ed. Med. (1474.) *haberi in mem. diut. potest.* Voss. 3. *poterit.* Ed. Omnib. *in mem. diut. possit remanere.*' Oud. Pro *manere* in L *haberi.*—8 A G, Voss. 1. Leid. 1. *Hæc res acc.* Voss. 2. *Hæc res firmissime acc.* Leid. 4. *Id accidit.*—9 '*Notas similitudines*] Sic Leid. 1. ed. Omnib. In ceteris *notatas sim.*' Oud. In L quoque, Schutz. et Orell. *notatas.*—10 '*Si non mutas*] Duisb. et Rob. Steph. ed. necnon margo ed. Cratandri, *si non multas.*' Græv. 'Mss. omnes et ed. Omnib. *si non multas.*' Oud. '*Si non multas* in duobus Gryph. B et C habetur; quibus convenit cum Leonic. editione.' *Brut.* In A L ψ quoque *multas.* Vulg. *mutas.*—11 '*Sed aliquid notum agentes imagines*] Duisb. *sed aliq. notum significantes:* Lamb. ed. *sed aliq. agentes imag.*' Græv. 'Abest *notum* a Mss. omnibus et edd. pr. *al. significantes* Leid. 4. Voss. 2. Mox *ponamus* Leid. 3.' *Oud.* Deest *notum* etiam in G R ψ. In L *notum* punctis subnotatur. Schutz. Wetzel. et Orell. eam vocem omittunt.—12 ψ *aut attonitam*

NOTÆ

[r] *Hæ crebriores sunt*] In nostro hemisphærio plures accidunt eclipses lunæ quam solis; at qui adversa nobis urgent vestigia antipodes, plures vident solares quam lunares.

re[13] exornabimus, ut si coronis aut veste purpurea,[14] quo nobis notatior[15] sit similitudo; aut si qua re deformabimus,[o][16] ut si[17] cruentam, aut cœno[18] oblitam, aut rubrica delibutam[p] inducemus,[19] quo magis insignita sit forma; aut si ridiculas res aliquas imaginibus attribuemus:[20] nam ea res quoque faciet, ut facilius meminisse possimus. Nam, quas res veras facile meminimus,[1] easdem fictas et diligenter notatas meminisse non est difficile. Sed illud facere oportebit, ut identidem primos quosque[2] locos imaginum renovandarum causa celeriter animo percurramus.[3]

XXIII. 38. Scio, plerosque Græcos, qui de memoria scripserunt, fecisse, ut multorum verborum imagines conscriberent, uti, qui eas ediscere[4] vellent, paratas haberent, ne quid in quærendo operæ consumerent.[5] Quorum rati-

[o] *Designabimus.* [p] *Colore rubro tinctam.*

turp.—13 '*Aliqua re exornabimus*] Pith. *aliquas res ex.* Græv. *aliquam rem ex.*' Græv. 'Voss. 1. 2. Leid. 1. ed. Omnib. *aliquas ex.* Voss. 3. *aliquas res ex.* cum m. sec. Voss. 1. *aliquam rem ex.* Leid. 2. 3. 4. ed. Med. Puto legendum esse *aliqua* pro 'aliquo modo,' 'aliqua ex parte.' Adi Comm. ad Sil. Ital. XIII. 221. et Is. Voss. ad Melam III. 9. 'ejus oræ notæ sunt aliqua.'' *Oud.* Pro *aliqua re* A habet *quas,* G ψ *aliquas res,* et L *aliquam rem.*—14 G ψ *aut si coronis:* ed. Omnib. *corona.* Orell. censet *si* delend. esse. Tum Leid. 2. 3. *et veste purp.* A *aut si veste purp.* G *ut si veste principii.*—15 '*Notatior*] Ita Bruil. et tres e Pall. Vulgata *notior,* Pal. 2. *notabilior* præfert.' *Grut.* 'Duisb. Pith. Cauch. et edd. multæ *notior.*' Græv. G L, Voss. 3. Leid. 2. 3. 4. ed. Med. (1474.) *notior.* A R ψ, Grut. Oliv. Græv.-Burm. Lall. Schutz. Wetzel. et Orell. *notatior.*—16 '*Si qua re def.*] Voss. 1. *si quam turpem rem def.* Voss. 2. *si qua re def. turpem.* Mss. reliqui et ed. Med. *si quam rem def. turpem.* Ed. Omnib. *si aliquam rem def.* Forte *si qua rem def. turpem.*' Oud. A G L R ψ, Pith. Duisb. Cauch. *si quam rem def.* In L *def. turpem.*—17 G *aut si cr.*—18 '*Aut cœno obl.*] Media vox deest Leid. 4.' *Oud.*—19 A G L R, Mss. omnes Oud. et edd. pr. *inducamus.*—20 A *attribuamus.*—1 A G L *meminerimus,* et Tur. *easdem factas.*—2 *Ut* ante *identidem* deest Voss. 3. Dein ψ *quoque locos.*—3 '*Animo percurramus*] Pith. Cauch. *celeriter pervagemur.* Græv. et margo Cratand. necnon edd. prima et Med. (1498.) *animo pervagemus.*' Græv. '*Pervagemur* tum duo Gryph. exempl. tum Leonic. editio habet.' *Brut.* 'Voss. 3. *pervagemur:* Voss. 2. *pervagemus.* Vid. Græv. Vulgatum videtur e glossa natum. 'Vagare' optimis quibusque in usu fuit. Vid. Heins. ad Ovid. Met. VIII. 13. Burm. ad Servium in Æn. III. 76.' *Oud.* A G, Tur. et Orell. *pervagemur;* ψ *pervagemus.* Vulg. *percurramus;* quæ vox est e gloss. ut ait Orell.

CAP. XXIII. 4 '*Uti, qui eas ediscere*] Voss. 2. 3. *ut hi, qui.* In plerisque *ut.* Abest *eas* a Voss. 1. Leid. 2. 3. ed. Med. (1474.) *discere* Mss. quatuor: *adiscere* Voss. 3.' *Oud.* G et Duisb. *ut qui eas ed.* Schutz. *uti, qui ed.* Vulg. *uti qui eas ed.*—5 '*In quærendo operæ consumerent*] Duisb. *in quær. cons.* Edd. nonnullæ *inquirendo cons. op.*' Græv. 'Voss. 3. Leid. 2. 4. ed. Omnib. *inqui-*

onem[6] aliquot de causis improbamus: primum, quod in verborum innumerabilium multitudine[7] ridiculum sit, mille verborum imagines comparare.[8] Quantulum enim poterunt hæc[9] valere, cum ex infinita verborum copia, modo aliud, modo aliud[10] nos verbum meminisse oportebit? Deinde cur volumus[11] ab industria quemquam removere, ut ne quid ipse quærat, cum nos illi[12] omnia parata quæsitaque[13] tradamus? Præterea similitudine alia alius magis[14] commovetur. Nam ut sæpe, formam si[15] quam similem cuipiam dixerimus esse, non omnes habemus assensores,[16] quod alii videtur aliud: ita fit[17] in imaginibus, ut, quæ nobis diligenter notatæ sint,[18] eæ parum videantur insignes[19] aliis. 39. Quare sibi quemque suo commodo convenit imagines comparare. Postremo præceptoris[20] est docere, quemadmodum quæri quidque conveniat, et unum aliquod, aut alterum, non omnia, quæ ejus generis[1] erunt, exempli causa[2] subjicere, quo res possit esse[3] dilucidior. Ut cum de proœmiis[4] quærendis disputamus, rationem damus quærendi, non mille[5] proœmiorum genera conscribimus; ita arbitramur[6] de imaginibus fieri convenire.

---

rendo: Voss. 2. *in dicendo.* Leid. 1. *consumerentur ope:* Voss. 2. ed. Omnib. *operis:* deest ea vox Leid. 4.' *Oud.* A quoque habet *inquirendo.*—6 Voss. 1. Leid. 1. *rationes.*—7 '*In verb. innumerabilium multitudine*] Abest præpositio a Voss. 1. 3. Leid. 2. 3. 4. ed. Med. (1474.) *Innumerabili* Voss. 1. Leidd. iidem, ed. Med. (1474.) *Multitudinem* Voss. 3.' *Oud.* In Duisb. etiam est *innumerabili.*—8 '*Mille verborum*] Desunt Voss. 1. Leid. 2. 3. 4. edd. pr. Contra *mille verborum et rerum* Voss. 3.' *Oud.* Desunt quoque in L ψ. Tum Duisb. et Leid. 4. *imag. comprobare.*—9 ψ *potuerunt hæc val.* Leid. 2. *poterunt val.* omisso *hæc.* '*Hæc valere*] Fortasse legendum est *hæ valere;* ut subintelligatur 'imagines.'' *Lamb.* cujus conjecturam Schutz. et Wetzel. adoptaverunt.—10 *Modo aliud* in G desunt. Pro iis vocibus in loco secundo ψ habet *modo unum.* Præterea Tur. omittit voculam *nos* ante *verbum.*—11 *Cur* non est in A. ψ *Deinde quod nolumus.*—12 '*Cum nos illi*] Sic Mss. omnes et edd. pr. Vulgo deest *nos.*' Oud. *Nos illi* quoque in A L, Pith. Schutz. Wetzel. et Orell. In R *nos* sine *illi.* Grut. Oliv. Græv.-Burm. et Lall. non habent *nos.*—13 '*Parata quæsitaque*] Al. *par. atque quæsita.* In Pith. non est *quæsitaque.*' Græv. Leid. 1. *par. atque quæsita.*—14 A *sim. aliud magis alio comm.*—15 Deest *si* Leid. 1. 3. Voss. 3. Dein pro *cuipiam* in G *cujuspiam.*—16 '*Habemus assensores*] Duisb. *hab. assentatores.* Al. *habeamur assensores.*' Græv. G et Lamb. *habeamus;* et L, Voss. 1. Leid. 4. *adsentatores.*—17 A *item sit:* ψ et Tur. *item fit.*—18 A G *nota sit:* ψ et Tur. *notata sit.* Edd. ante Ern. *notæ sint.*—19 A G ψ et Tur. *ea parum videatur insignis.*—20 G *præceptionis.*—1 Voss. 3. *unum quodque aut alt.* Leid. 2. 3. edd. pr. *unum aliq. aut alt.* Tum G *ejusdem gen.* A non habet pronomen.—2 ψ *exempli gratia.*—3 A *posset esse.*—4 '*Ut cum de proœmiis*]

XXIV. Nunc, ne forte verborum memoriam, aut nimis difficilem, aut parum utilem arbitrere,[7] et ipsarum memoria rerum [8] contentus sis, quod et utiliores sint, et plus habeant facilitatis;[9] admonendus es, quare verborum memoriam [10] non improbemus. Nam putamus oportere [11] eos, qui velint res faciliores sine labore et molestia facile meminisse, [12] in rebus difficilioribus esse ante exercitatos. Nec nos hanc verborum memoriam inducimus, ut versus meminisse [13] possimus, sed ut hac exercitatione, illa rerum [14] memoria, quæ pertinet [15] ad utilitatem, confirmetur; ut [16] ab hac difficili consuetudine sine labore ad illam facilitatem [17] transire possimus. 40. Sed cum [18] in omni disciplina infirma est artis præceptio sine summa assiduitate exercitationis, tum vero in μνημονικοῖς [q] [19] minimum valet doctrina, nisi industria,[s] studio, labore, diligentia

[q] *In iis quæ pendent ex memoria.*

Voss. 1. *quod genus cum de pr.* Voss. 2. *ut de pr.* Leid. 1. *quod de pr.*' Oud. In A *quod ut cum de pr.* G *quemadmodum tamen de pr.* ψ et Tur. *quemadmodum cum de pr.*—5 ψ *quær., nonnulla proœm.*—6 Pith. *idem arbitramur:* A *ita arbitramus.*

Cap. XXIV. 7 '*Arbitreris*] Voss. 1. 3. Leid. 2. 3. 4. ed. Med. (1474.) *arbitrere:* bene. *Arbitremur* Leid. 1.' *Oud.* *Arbitrere* dedit Ern. e Mss. et edd. 1474. Med. prima. *arbitrere* etiam Schutz. Wetzel. et Orell. Vulg. *arbitreris.*—8 A *ipsarum,* copula omissa: G *ipsarumque.* Tum Lamb. ed. *rerum mem.*—9 '*Quod et utiliores sint*] Duisb. *quod util. sint.*' Græv. '*Et plus habeant facilitatis*] Quidam lib. Ms. habet *et plus hab. facultatis:* et infra, ubi legitur *ad illam facilitatem,* idem ille liber habet *ad illam facultatem.*' Lambin. 'Duisb. et alii, quos Lambin. vidit, *plus habeant facultatis.*' Græv. A ψ *quæ et util.* G *quæ util.* Dein A *facultatis;* ψ *utilitatis.* Vulg. *facilitatis.* Schutz. *utilior et habeat.*—10 Duisb. *verborum imagines non impr.*—11 G *put. non oportere.*—12 Pro *molestia* A habet *industria;* et pro *facile meminisse* L *facere.*—13 Voss. 3. *ut versus tantum mem.* In A *ut illius mem.* in ψ *ut omnes versus mem.*—14 A *illarum rerum.*—15 Schutz. *quod pert.*—16 G *confirmemur; ut;* et ψ *et ut ab hac diff.*—17 Multi Mss. *facultatem,* teste Grævio.—18 A *Sed in omni disc.*—19 '*In μνημονικοῖς*] Mss. tres *in memoriis.*' Gronov. 'Pith. Duisb. et tres Mss. quos Jac. Gronov. consuluit, *in memoriis.*' Græv. *In memoriis* quoque

NOTÆ

[s] *Nisi industria, &c.*] Nefas hic præterire de memoria excolenda insignem Quintiliani locum lib. II. c. 2. 'Si quis tamen,' inquit, 'unam maximamque a me artem memoriæ quærat, exercitatio est et labor, multa ediscere, multa cogitare, et, si fieri potest, quotidie potentissimum est. Nihil æque vel augetur cura, vel negligentia intercidit. Quare et pueri statim, ut præcepi, quam plurima ediscant, et quæcumque ætas operam juvandæ studio

comprobetur. Quam plurimos locos [20] ut habeas, et quam maxime ad præcepta accommodatos, curare debebis. In imaginibus [1] collocandis exerceri quotidie conveniet.[2] Non enim sicut a [3] ceteris studiis abducimur nonnunquam occupatione, ita [4] ab hac re nos potest causa deducere aliqua. Nunquam est enim, quin aliquid memoriæ [5] tradere velimus,[r] et tum maxime, cum aliquo majore negotio detinemur.[6] Quare cum sit utile, facile meminisse, non te fallit,[7] quod tantopere [8] utile sit, quanto labore sit appetendum; quod poteris existimare, utilitate cognita.[9] Pluribus verbis [t] ad eam te hortari [10] non est sententia, ne aut tuo studio

[r] *Nullum est tempus quo non debeamus velle aliquid memoriæ mandare.*

A G L R ψ, omnes Mss. Oud. et edd. pr.—20 ' *Comprobetur*] Fort. *corroboretur.*' Orell. Tum Lamb. ed. *Quamplurimos igitur locos.*—1 ' *In imaginibus*] Deest præpositio Leid. 1. 2. 4.' *Oud.* A *Item imag.*—2 ' *Quotidie conveniet*] Deest *quotidie* Voss. 3. *Convenit* Mss. omnes cum edd. pr. præter Voss. 2.' *Oud.* In A L et Duisb. quoque *convenit.*—3 G et Pith. *in cet. studiis.*—4 Tur. *item ab hac re:* ψ *iter ab hac re.*—5 Voss. 3. *aliud mem.* A *aliquod mem.*—6 *Majore* non est in G. Tum Pith. habet *detineamur.*—7 G et Lamb. ed. *fallat.*—8 Pro *quod tantopere:* G *quantopere.*—9 Schutz. ejecit verba *quod pot. exist., util. cogn.* quæ uncis a Wetzel. inclusa sunt.—10 ' *Ad te hort. mea non est sent.*] *Mea* reposui ex Pithœi cod. notæ optimæ, quod in aliis desideratur.' *Græv.* ' *Ad eam te hort., mea non est sent.*] Voss. 2. Leid. 3. ed. Omnib. *ad eam rem.* Voss. omnes, Leid. 1. ed. Omnib. *adhortari.* Deest *mea* Mss. omnibus et edd. pr. suprascr. pro glossa in Leid. 2. quare deleatur rursus.' *Oud.* Orell. et vulg. *ad eam te hort. non est sent.* G, Schutz. et Wetzel. *ad eam rem.* Tum A G R et Schutz. *adhortari.*—11 ' *Ne aut tu nostro, aut nos tuo diffisi*] Voss. 1. 3. Leidd. omnes, ed. Med. (1474.) *ne aut tuo studio diff.* Ed. Omnib. *ne aut studio difficili:* Voss. 2. *ne aut nos tuo studio diff.* bene.' *Oud.* ' *Ne aut tuo studio*] Sic edidimus e Mss. et ed. 1474. quæ plane sic habet. Vulg. *ne aut tu nostro, aut nos tuo studio.*' Ernesti, quem Schutz. Wetzel. et

NOTÆ

memoriæ dabit; devoret initio tædium illud et scripta et lecta sæpius revolvendi, et quasi eundem cibum remandendi. Quod ipsum hoc fieri potest levius, si pauca primum et quæ tædium non afferant, cœperimus ediscere: tum quotidie adjicere singulos versus, quorum accessio labori sensum incrementi non afferat, in summam ad infinitum usque perveniat: et poëtica prius, tum orationem, novissime etiam solutiora numeris, et magis ab usu dicendi remota, qualia sunt jurisconsultorum.'

[t] *Pluribus verbis*] Talis est Cornificii sententia. Nolim equidem, Herenni, pluribus verbis te adhortari ad memoriam excolendam: hoc enim, si faciam, existimem te non multum confidere institutionibus nostris, quasi tibi prodesse non possint, nisi diligentia tua et labor accesserit; vel existimes me diffidere tuo studio qui sic impellendus sis; vel denique videar pauciora quam par sit dixisse; adeoque exigere, ut præceptionum nostrarum tenuitati, industria suppleas.

diffisi,[11] aut minus,[12] quam res postulat, dixisse videamur. De quinta parte rhetoricæ deinceps dicemus : tu primas quasque partes in animo frequenta,[13] et, quod maxime necesse est, exercitatione confirma.[14]



Orell. sequuntur; et sic etiam G L ψ. Vid. Nott. Varr.—12 Voss. 2. *ne aut minus.*—13 Lamb. ed. *frequentato:* Tur. *frequenta tuo.*—14 Voss. 2. ed. Med. (1474.) *usu et exerc. conf.* Lamb. ed. *confirmato.*

RHETORICORUM

AD C. HERENNIUM

LIBER IV.

ARGUMENTUM.

In hoc libro quoniam de elocutione acturus et suis quasque definitiones, non aliunde petitis, illustraturus exemplis erat, eam autem rem abhorrere intelligebat a ceterorum consuetudine, qui in hoc genere elaborarant, ac propterea fore, ut in eorum aliorumque reprehensionem incurreret; præfationis loco, quo consilio, quibusque rationibus ductus a reliquorum more recesserit ostendit, multumque eo disputat, ut rectius se his facere vincat, qui ex oratoribus potius et poëtis optimis quibusque exempla sumenda putent, a c. I. ad VII. Deinde de ipsa elocutione ita disserit, ut primo agat de tribus dicendi generibus s. figuris, gravi, mediocri, et attenuata, c. VIII.—XI. deinde, quas res debeat habere commoda et perfecta elocutio, ostendat. Harum tres facit partes; primam, elegantiam, quæ Latinitatem et explanationem s. perspicuitatem desideret; alteram, compositionem omnes orationis partes æquabiliter perpolientem; tertiam, dignitatem quæ in verborum et sententiarum exornatione cernatur, c. XII. usque ad finem.

I. 1. QUONIAM in hoc libro, C. Herenni,[1] de elocutione conscripsimus, et quibus in rebus opus fuit exemplis uti, nostris[a] usi sumus;[2] et id fecimus præter consuetudinem

[a] *Ingenio nostro excogitatis.*

CAP. I. 1 '*C. Herenni*] Mihi non contigit nancisci ullum codicem in quo exstaret prænomen; in omnibus tantum est *Herenni*. Etiam Medicæa membrana hic *faciundum*, ut et in fine cap. 24. Sic contra video edi solere *aperiundum* I. 5. ubi omnes scripti *aperiendum*. IV. 47. in uno *amicitia gerunda*.' Gronov. '*Herenni*] Sic Mss. omnes et edd. pr. non *C. Herenni*.' Oud. Prænomen quoque A G L R et Schutz. non habent. Vid. paulo post. —2 '*Opus fuit exemplis uti, nostris exemplis usi sumus*] Lamb. ed. *opus fuit exemplis, nostris usi sumus:* Pith. *opus fuit ex. uti, nostris ex. usi sumus.*' Græv. Voces *uti, nostris exemplis* in L desunt. Tum Voss. 1. *usi fuimus*. Vulg. *nostris*

Græcorum,[a] qui de hac re [3] scripserunt; necessario faciendum est, ut paucis rationem nostri consilii demus. Atque hoc [4] nos necessitudine facere, non studio, satis erit signi, quod in superioribus libris nihil neque ante rem, neque præter rem[5] locuti sumus.[b] [p. 24.] Nunc, si pauca,[6] quæ res postulat, dixerimus, tibi id, quod reliquum est artis, ita, ut instituimus,[7] persolvemus. Sed facilius nostram rationem intelliges, si prius, quid illi dicant,[8] cognoveris.

Compluribus de causis putant oportere,[9] cum ipsi præceperint, quo pacto oporteat ornare elocutionem, uniuscujusque generis ab oratore aut poëta [10] probato sumtum ponere exemplum. Et [11] primum se id modestia commotos facere dicunt,[12] propterea quod videatur [13] esse ostentatio quædam,[14] non satis habere, præcipere de artificio,[15] sed

[b] *Nullam scripsimus præfationem qua nos defenderemus, neque digressi sumus a proposito.*

exemplis usi sumus; et sic Orell. '*Nostris usi sumus*] *Exemplis* delevimus, auctore ed. pr. a. 1474.' *Ern.* quem Schutz. et Wetzel. sequuntur.—3 '*De hac re*] Duisb. *de hac arte.* In ipso libri initio Pith. et Medic. cum aliis Mss. non agnoscunt prænomen *C.* sed scribitur *in hoc libro, Herenni.*' Græv. 'Ita etiam in Ms. Traj.' *Burm.* Leid. 4. quoque habet *de hac arte.* Mox '*Necessario faciendum est*] Ed. Med. (1474.) *nec. ergo fac. est:* Voss. 1. 3. *faciundum,* recte.' *Oud. Faciundum* quoque Ms. Medic.—4 A *Atque hæc nos.*—5 '*Nihil neque ante rem neque præter rem*] Deest primum *neque* in Voss. 3. *neque* post *rem* Voss. 2. 3. In ed. Med. (1474.) *neque post.*' Oud.—6 Duisb. et Leid. 4. *Nos si pauca.*—7 Quatuor Mss. Oud. et ed. Omnib. ac Lamb. *uti inst.*—8 A *quod illi dicunt.*—9 A *Cum pluribus de causis disputant oportere dicunt.* In ψ *pro causis.* Vid. Nott. Varr.—10 '*Aut poëta*] Voss. 1. Leid. 4. ed. Omnib. *aut a poëta:* Voss. 3. *et poëta:* Leid. 1. *a poëta.*' Oud. Mox G *proponere exempl.*—11 *Et* ante *primum* in A deest.—12 ψ *facere dictum.*—13 A *videtur.*—14 Schutz. delevit vocem *quædam,* quæ abest a Ms. Cort. probante Ern.—15 '*Præcipere de artif.*] Verbum exsulat a Leid. 4.' *Oud. Præcipere de* non

NOTÆ

[a] *Præter consuetudinem Græcorum*] Neque ex ingenio suo fingere solent exempla; sed ex antiquis ea desumunt. Sic in Rhetoricis Aristoteles Homerum, Euripidem, Pindarum, Iphicratem, Theodecten, et alios, quorum opera temporis injuria periere, sæpius laudat. Illud idem præstant, qui Cornificium secuti sunt Græci rhetores, Hermogenes, Longinus, &c.

[b] *Satis erit signi, quod, &c.*] Pace Cornificii dixerim, Vix ullis probabitur hæc conclusio. In superioribus libris nihil neque ante rem neque præter rem locuti sumus; necessitate igitur adducimur, ut contra Græcorum morem elocutionis exempla non mutuemur a veteribus, sed a nobis ipsis nova proferamus.

ipsos etiam videri velle[16] artificiose gignere exempla: hoc est, inquiunt, ostentare se, non ostendere artem. 2. Quare pudor in primis est ad eam rem[17] impedimento, ne nos solos probare, nos amare,[18] alios contemnere et deridere videamur. Etenim cum possimus ab Ennio sumtum aut a Graccho[19] [c] ponere exemplum, videtur esse arrogantia,[20] illa relinquere, et ad sua devenire.[1] Præterea exempla testimoniorum locum obtinent. Id enim, quod admonuerit, et leviter fecerit præceptio, exemplo,[2] sicut testimonio, comprobatur.[3] Non igitur ridiculus sit,[4] si quis in lite aut in judicio, domesticis testimoniis pugnet, [et sui ipsius abutatur[c] exemplo]?[5] Ut enim testimonium, sic exemplum,

[c] *Perperam utatur.*

sunt in Duisb.—16 '*Sed ipsos etiam videri*] Duisb. *sed ipsos jam vid.* Lamb. ed. *sed etiam ipsos videri velle.*' Græv. 'Mss. quinque *sed etiam ips.* Voss. 3. *sed etiam se ips.* Leid. 4. *sed jam ips.* Ed. Med. (1474.) caret τῷ *etiam.*' Oud. Tur. quoque omittit *etiam.*—17 Pro *ad eam rem* Voss. 3. habet *ad ea.*—18 *Probare* in ψ et Cauch. deest. Tum G *nos quam solos amare:* Lamb. *nosque solos amare.*—19 '*Ab Ennio sumtum*] Voss. 1. 3. Leid. 2. 4. edd. pr. *ab E. sumere:* deest *sumtum* Leid. 3.' *Oud.* A R quoque ac Tur. *sumere.* In ψ deest. Dein ψ *ab Græco.* Vid. Nott. Varr.—20 '*Videtur esse arrogantia*] Leid. 3. *videatur:* deest *esse* Leid. 4. *arrogantiam* Voss. 1. *arrogantiæ* Voss. 3. Leid. 2. 3. 4.' *Oud.* In L et Lips. *arrogantiæ.* Vulg. *arrogantia.* Vid. Nott. Varr.—1 ψ *provenire.* Deinde verba *Præterea* usque ad *alienis exemplis uti* (cap. 2.) in R desunt.—2 Pro *Id enim* A ψ, Tur. Pith. et margo Cratand. habent *Etenim.* '*Id enim quod adm., et leviter præceperit ars, et ratio exemplo, &c.*] Ita legit Lamb. Idem, ubi alii, *domestico pugnet, domesticis testibus* habet: in Leoniceni ed. *domesticis testimoniis pugnet* modo legitur. Seqq. verba *Et sui ipsius testimonio abutatur* absunt, et sane, ut dicam quod sentio libere, videntur redundantia, et rei explicandæ caussa adjecta temere locum obtinuisse.' *Brut.* Schutz. quoque *et lev. præceperit ars et ratio*, Wetzelio probante. Vulg. *et lev. fec. præceptio.*—3 Voss. 3. *sicuti,* et Leid. 3. *comprobetur.*—4 A G L R et Oliv. *ridiculus fit.* Vid. Nott. Varr.—5 A *si quis in jud. aut in lite domestico pugno dederit exemplum. Ut enim, &c.* Pro *domesticis testimoniis* G habet *domestico;* et pro *exemplo* G L *testimonio,* sed in L punctis subnotatur. Tur. *domestico pugnet: et si ipsius testimonio dederit exemplum abutatur.* '*Domesticis testimoniis pugnet*] Voss. 2. *domestico pugnet:* Leid. 1. *domestico,* ceteris omissis.' *Oud.* '*Et sui ipsius abutatur exemplo*] Exsulant hæc a Voss. 1. 3. Leid. 2. 3. edd. pr. In Leid. 1. *et sui testimonio abutatur.* Voss. 2. Leid. 4. *et sui ipsius testimonio ab.* Quomodo vel legendum, vel cuncta hæc delenda sunt.' *Oud.* '*Domesticis testimoniis pugnet, &c.*] Mss. et edd. plures hoc solum habent

NOTÆ

[c] *A Graccho*] De Gracchis, Crasso, Catone, Lælio, Galba, Antonio oratoribus, ut et aliis quamplurimis, quorum obiter in his libris fit mentio, cum expresse disserat Tullius in Bruto; dicendi commodior locus erit, cum librum illum de Claris Oratoribus notis illustrabimus.

rei confirmandæ causa sumitur. Non ergo oportet hoc,[6] nisi a probatissimo sumi, ne, quod aliud[7] confirmare debeat, egeat ipsum confirmationis.[8] Etenim necesse est aut se[9] omnibus anteponant, et sua maxime probent, aut negent optima esse exempla, quæ a probatissimis oratoribus aut poëtis sumta sint.[10] Si se omnibus anteponant, intolerabili arrogantia sunt: si quos sibi præponant, et eorum exempla suis exemplis non putent præstare,[11] non possunt dicere, quare sibi illos anteponant. II. Quid igitur ipsa[12] auctoritas antiquorum? nam cum res probabiliores, tum hominum[13] studia ad imitandum alacriora reddit:[14] immo erigit omnium cupiditates, et acuit industriam, cum spes injecta est, posse imitando, Gracchi aut Crassi consequi[15] facultatem. 3. Postremo hoc ipsum est summum artificium,[16] res varias et dispares in tot poëmatibus[17] et orationibus sparsas, et vage disjectas, ita diligenter eligere, ut unumquodque genus exemplorum sub singulos artis



omissis ceteris, *et sui ipsius abutatur exemplo;* alii libri, ut Lips. totum sic habent: *domestico pugnet sui ipsius testimonio et abutatur:* quod etiam magis placet. Certe ultima sunt spuria et aliena; itaque uncis inclusi.' *Ern.* Orell. notavit h. l. ut corruptum. Vulg. ut Ern. Vid. paulo ante et Nott. Varr.—6 *Hoc* G deest.—7 L non habet *aliud.*—8 '*Egeat ipsum confirmationis*] Voss. 1. 2. Leid. 1. 2. 4. edd. pr. *egeat id ipsum conf.* Voss. 3. *id egeat ipsum:* bene. Tum Leid. 2. 4. edd. pr. *confirmatione.*' Oud. G L et Pith. *id ipsum;* et L *confirmatione.*—9 A *nec. est ut aut se.*—10 A *probent; aut si alia probant, a probatissimis sint. Si se, &c.* '*Aut poëtis sumta sunt*] Voss. 1. 2. ed. Omnib. *aut a p.* Deest *sumta* ed. Med. (1474.) *Sint* Voss. 2. 3. Leid. 1. 2. edd. pr.' *Oud.* *Sint* quoque G et Tur. habent. '*Sumta sint*] Sic Mss. non pauci, et edd. pr. omnes. Aldus primus edidit vulgatum *sunt.*' Ern. quem Schutz. Wetzel. et Orell. sequuntur.—11 '*Intolerabili arrogantia sunt*] Duisb. *intolerabili arrogantia sint.*' Græv. 'Voss. 3. *intolerabilis arr. est:* Leid. 4. *sint.*' Oud. 'Aut *arrogantia sint* et *non possint dicere* scribendum puto, aut conjunctivos in indicativos mutandos, *anteponunt*, *præponunt.* Variant hic libri; sed nullus constanter recte exhibet.' *Ern.* Schutz. et Wetzel. *anteponunt*, *præponunt*, et *putant.* Verba *intolerabili . . . anteponant* in A desunt. Præterea Pith. Voss. 3. Leid. 1. *putant præstare.*

Cap. II. 12 '*Quod igitur ipsa auct.*] Duisb. *Quid igitur auct.*' Græv. 'Deest *igitur* Leid. 1. *Ipsa* abest a Leid. 4.' *Oud.* *Igitur* etiam A non habet. In G *Quid ergo ipsa auct.*—13 '*Nam cum res probabiliores*] Pith. *non tum res probabiliores:* Duisb. *nam tum res probabiles.*' Græv. 'Voss. 2. *quo:* Leid. 2. *tum.* Leid. 4. *probabiles.*' Oud. ψ habet *quo;* et A G ψ *probabilior est.* Ern. putat scribendum esse *non*, pro *nam;* quam conjecturam Schutz. Wetzel. et Orell. receperunt. Deinde pro *tum hominum* ψ *eo omnium.* Tur. habet, *nam cum quo res probabilior est, eo hom. &c.*—14 Pro *ad imitandum alacriora*, A *admittit cum alciora.* Tum G *redit.*—15 ψ *Cassi*, et A *consequitur.*—16 Al. *summum est artif.* teste Grævio.—17 Verba *et dispares . . . diligenter*

locos subjicere possis.[18] Hoc si industria[d] solum fieri posset, tamen essemus laudandi, cum talem laborem non fugissemus:[19] nunc sine summo artificio non potest fieri.[20] Quis est enim, qui nisi summe teneat artem,[1] possit ea, quæ jubeat ars, de tanta et tam diffusa scriptura notare,[e] et[2] separare? Ceteri, cum legunt orationes bonas aut poëmata, probant oratores et poëtas,[3] neque intelligunt, qua re commoti[4] probent: quod scire non possunt,[5] ubi sit, nec quid sit, nec quo modo[6] factum sit id, quod eos maxime delectet.[7] At is, qui et[8] hæc omnia intelligit, et idonea maxime eligit, et omnia in arte maxime scribenda,[9] redigit in singulas rationes præceptionis, necesse est ejus rei summus artifex[10] sit. Hoc igitur ipsum maximum[11] artificium est, in arte sua posse[12] et alienis[13] exemplis uti.

[d] *Acri labore.* [e] *Ex tot et tam longis scriptis excerpere.*

in A desunt. Edd. Med. (1474.) Lamb. et Lall. *in tot poëmatis.*—18 A *singuli artis colos subj.* Leid. 2. *subjacere,* et Leid. 3. *possimus.*—19 ψ *effugissemus.*—20 '*Nunc vero sine summo*] Sic fecerunt citeriores, quum olim ederetur *vere.* Sed in nullo Ms. alterutrum reperire potui.' *Gronov.* 'Edd. vett. *nunc vere sine summo.* Erf. et quidam alii Mss. *nunc sine summo.*' Græv. 'Deest etiam *vero* in Ms. Traj.' *Burm.* 'Apage istud *vero* auctoritate Mss. omn. et edd. pr. *posse* Voss. 3. *id fieri* Voss. 2.' *Oud.* Abest *vero* quoque ab A G ψ et Tur. 'Delevi *vero* post *nunc;* abest a Mss. et edd. pr. et sine dubio rectius abest. Aldus primus addidit.' *Ern.* cui congruunt Schutz. Wetzel. et Orell. —1 '*Qui non cum summe teneat artem*] Voss. 1. 3. Leid. 1. edd. Med. *qui nisi cum:* Voss. 2. *qui cum non:* Leid. 2. 4. *qui nisi summe cum:* Leid. 3. *qui non summe cum:* ed. Omnib. *qui cum non summe.* Dein *teneret* Voss. 1. Leid. 2. 3. 4. Omnino sententia postulat lectionem *nisi.*' Oud. A *qui summe teneat arte.* G *nisi qui summe ten. art.* Tur. *Quis enim, nisi quum summe.* '*Qui, nisi summe*] Ita vulgatum *qui non cum summe,* quod sensum plane contrarium sententiæ habet, correxi e duobus Mss. et ed. 1474. et sic edidit Lamb. Alii scripti et editi veteres habent vel *nisi cum,* vel *qui cum non,* quæ sensum eundem efficiunt.' *Ern.* quem Schutz. Wetzel. et Orell. sequuntur. Vid. Nott. Varr.—2 A *notare, sep.* sine copula.—3 A *probata auctores et p.* 'Erf. *probant oratores bonos et p.* non male.' *Græv.*—4 ψ *quarum comm.*—5 Lamb. ed. *non possint.*—6 A *nec quid, nec quo:* L *nec quid sit, aut quo:* Duisb. *aut quid sit, aut quomodo.* '*Nec quid sit, nec quo modo*] Voss. 1. 3. Leid. 2. 3. 4. *aut quid sit, aut quo m.* Ed. Med. (1474.) caret τοῖς *aut quid sit,* sed habet *aut quo m.*' Oud. Vulg. *nec quid sit, nec quo m.*—7 Duo Mss. Oud. *delectat.*—8 In G copula deest.—9 '*In arte maxime scribenda*] Erf. *max. in arte scrib.* Cauch. *in arte maxima scrib.*' Græv. '*In arte maxime scribenda*] Ita scriptum exstat in impressis: nos ex Gryphii exemplari Ms. ita edidimus: *in arte maxima, scribendo;* quæ planissima lectio est: neque nos tamen, si quis vulgatam malit, pugnare volumus.' *Brut.* Tur. *maxima.* Schutz. delevit adverbium *maxime,* quod Wetzel. et Orell. uncis includunt.—10 Pith. non agnoscit vocem *artifex.*—11 G *ipsum summum artif.*—12 G L ψ, Erf. Duisb. Voss. omnes et Leidd. tres *in parte sua.* Tum abest *posse* a Voss. 3.—13 A *et in alienis.*—

4. Hæc illi cum dicunt,[14] [d] magis nos auctoritate sua commovent,[15] quam veritate disputationis.[16] Illud enim [17] veremur, ne cui satis sit ad contrariam rationem probandam,[18] quod ab ea parte steterint ii,[19] qui et inventores [20] hujus artificii fuerunt, et vetustate jam satis omnibus probati sunt.[1] Quod si, illorum auctoritate remota, res omnes volent cum re comparare,[2] intelligent, non omnia esse concedenda [3] antiquitati. III. Primum igitur, quod ab eis de modestia [4] dicitur, videamus, ne nimium pueriliter [5] proferatur. Nam si tacere, aut nihil [6] scribere modestia est,

14 ψ *Hoc illi cum debent.*—15 A, Schutz. et Orell. *auct. comm.* omisso *sua.* Tur. habet *magis nova auct. nos comm.*—16 ψ, Tur. Voss. 1. 3. Leid. 1. a m. pr. Erf. et Cratand. margo, *ratione disputationis.*—17 *Enim* exsulat ab R, Tur. et Voss. 1. non male, ait Orell.—18 G *improbandam.*—19 '*Ab ea parte steterint*] Additum illud *parte* e Pall. plerisque, item Suffridi scriptis, et Fabriciano.' *Grut.* '*Ab ea parte stet.* Pall. Erf. Cratand. margo, et edd. Grut. Aliæ, *ab ea stet.* Retinet hanc voculam etiam Duisb.' *Græv.* 'et Ms. Traj. a m. sec.' *Burm.* '*Ab ea parte stet. ii*] Mss. omnes et edd. pr. carent *parte:* bene. Deest *ii* Leid. 4.' *Oud.* *Parte* deest etiam in A G L ψ et Tur.; Lamb. Schutz. et Orell. eam vocem omittunt. '*Parte* addidit Grut. e Mss. tribus: est etiam in ed. 1474. a ceteris fere omnibus abest elegantius: intellige 'ratione.'' *Ern.* Vulg. *ab ea parte.*—20 A G *qui invent.* sine copula.—1 A G L, Erf. et Cauch. *artif. fuerint.* '*Fuerunt, &c. et prob. sunt*] Voss. 1. Leid. 1. *fuerint* et *prob. sint.* Leid. 2. 3. ed. Omnib. *fuerunt* et *prob. sint:* Leid. 4. *fuerint* et *prob. sunt.*' Oud. Porro A habet *vetustem*, et A L, Erf. et Cauch. *prob. sint.* Tur. *probantur.* Vulg. *fuerunt* et *sunt.*—2 '*Res omnes volent cum re comparare*] Malim sic legi, *rationes volent cum rationibus comp.*' Lamb. 'Voss. 2. Leid. 2. *volunt:* Voss. 3. *vellent.* Leid. 1. *comprobare.*' Oud. '*Res omnes volent*] Non video quorsum *omnes* addatur: arbitror esse delendum, et fortasse quoque legendum est *rem.*' Ern. Schutz. habet *rem omnino volent.* Orell. notavit h. l. ut corruptum, et ait, 'Fortasse, *rationem volent cum ratione.*'—3 '*Esse concedenda*] Duisb. *esse comparanda.*' Græv. '*Conced. esse*] Leid. 4. *comparanda esse.*' Oud.

Cap. III. 4 '*Primum igitur quod ab eis de mod. dic.*] Sic Erf. Crat. et Grut. edd. Al. edd. *quod ab eis mod. dic.*' Græv. 'Leidd. omnes *Pr. ig.* (Leid. 4. *ergo*) *ab eis quod de mod. dic.* cum ed. Med. (1474.) Bene. *De* abest Voss. 2.' *Oud.* '*De mod.*] Ut scriptum exstat in Gryph. utroque exemplari, et Leoniceni editione, excudi curavimus: in ceteris *de* abest.' *Brut.* *Quod* ante *ab* in L deest. Vulg. ut Ern.—5 'Voss. 1. *nim. et pueriliter prof.* suprascripto *inutiliter* a m. sec. *nim. pueriliter et inutiliter* Voss. 1. *nim. inutiliter et pueriliter* A G L R, Leid. 2. 3. 4. et edd. pr. Voss. 2. *inutiliter pueriliterque.*' Oud. Vulg. ut Ern. Vid. Nott. Varr.—6 '*Et nihil scribere*] Leid. 2. caret copula. In ceteris Mss. et edd. Med. *aut nihil scr.* recte.' *Oud.* A G L R ψ, Tur.

NOTÆ

[d] *Hæc illi cum dicunt*] Exposuit adversariorum sententiam, qui triplici ratione contendebant sumenda a veteribus exempla; tum quod sic modestiæ consuleretur, tum quod deferretur antiquitati, tum etiam quod specimen artis exhiberetur. Hæc postmodum refellenda suscipit.

cur quicquam scribunt, aut loquuntur? Sin aliquid suum scribunt; cur, quo secius[f] omnia scribant, impediuntur[7] modestia? Quasi si quis ad Olympiacum[8] venerit cursum,[e] et steterit, ut mittatur, impudentesque[9] illos dicat esse, qui currere cœperint, ipse intra carceres[10 f] stet, et narret aliis, quomodo Ladas aut Boius[g] cum Sicyoniis[11] cursitarint; sic isti, cum in artis curriculum descenderunt, illos, qui in eo, quod est artificii, elaborent,[12] aiunt facere

[f] *Quominus.*

et vulg. *et nihil scr.* Erf. *et nil scr.* Pith. *aut nihil scr.* *Aut* pro *et* e Mss. pluribus et ed. 1474. dedit Ern. quem Schutz. Wetzel. et Orell. sequuntur. —7 '*Omnia sua scrib. inpediuntur*] In nullo meorum nec edd. pr. est *sua.* Leid. 3. *omnia* etiam ignorat. Leid. 1. 3. *impediantur.*' Oud. Græv.-Burm. e Pith. cum Schutz. et Wetzel. *omnia sua scr.* Vulg. ut Ern.—8 Erf. *si quis Olymp. ven. curs.* Edd. vett. *si quis ad Olympia quum ven. curs.* Lamb. ed. *si qui ad Olympiacum ven. curs.* Voss. 3. Schutz. et Orell. *si quis ad Olymp. quum ven. curs.* A G L R ψ et vulg. ut Ern.—9 Erf. et Pith. *ut omittatur:* Duisb. *et ut omitt.* ψ *ut imitetur.* Verba *ut mittatur* in A desunt. Ern. suspic. *unde mitt.* 'Voss. 1. *ut omittatur,* suprascr. *imitator,* quod et suprascr. in Leid. 1. *ut amittatur* Voss. 3. *ut omit.* Leid. 2. 4. *ut imitetur* Leid. 3. *ut emittatur* ed. Med. (1474.) *ut imitatur* ed. Omnib. cum Voss. 2. a m. pr. pro *inmittatur* scil. Non male. Nihil tamen temere mutes.' *Oud.* Dein Lamb. Schutz. et Orell. *impudentes illos dicat esse:* R. Steph. *impudenter dicat illos esse:* Pith. *impudentesque dicat illos esse.* '*Inpudentesque*] Copula deest ed. Med. et Mss. omn. excepto Leid. 4. in quo *et inpudentes.* Mox *esse* non agnoscit ed. Med. (1474.)' *Oud.* Vulg. *impudentesque;* et sic A G L R ψ et Tur.—10 Voss. 3. et edd. pr. *curr. cœperunt.* Tum A L ψ *intra carcerem.* 'Mss. omnes et edd. pr. *intra carcerem,* nisi quod in Leid. 2. sit *intra in carcerem,* et Leid. 4. simpliciter *in carcere.* Cur numerum istum mutarunt seqq. editores?' *Oud.* Vulg. *intra carceres.*—11 '*Ladas aut Bojus, &c.*] Ed. Med. Voss. 1. cum Leid. 1. a m. sec. *Ledas:* Leid. 4. *Lydas.* Dein *Boys* vel *Bojis* Mss. omnes cum ed. Med. Item *cum Sinoniis, cum Sisoniis, cum Sissoniis,* et similiter corrupte. Suprascr. in Voss. *Sicionius.*' Oud. In A G *Lidas.* Pro *Bojus,* A *Gois,* et G R *Bois.* Lamb. ex Adriani Turnebi conj. *Ladas aut Boliscus Sicyonii.* Vulg. ut Ern. Vid. Not. Delph. et Nott. Varr.—12 Pro *cum in artis,* ψ habet *qui Martis.* Tum Erf. Tur. et ed. Junt. *curr. descenderint:* ed.

NOTÆ

[e] *Olympiacum cursum*] Olympiaci ludi quinquennales ad Jovem colendum ab Hercule instituti, ab Iphito instaurati sunt anno ante Chr. 776. ad Pisam urbem Elidis in Græcia, quæ deinde dicta est Olympia. Certamen erat quintuplex, cæstus, cursus, saltus, discus, et palæstra sive luctatio.

[f] *Carceres*] Sunt repagula, ex quibus dato ad cursum signo emittuntur equi stadium decursuri.

[g] *Ladas aut Boius* [*Boiuscus*] Corruptum locum ipsa lectionum varietas indicat; *Boius cum Sicyoniis, Boliscus Sicyonii, Borus cum Sicyoniis, &c.* Boiuscum e Sicyone urbe Peloponnesi oriundum primas in cursu tenuisse divinamus. Ladan propter velocitatem in admiratione fuisse testatur Seneca Epist. 85. et Philippi epigramma Antholog. l. IV.

immodeste; ipsi aliquem antiquum oratorem, aut poëtam laudant, aut scripturam, sic ut in stadium[13] [h] artis rhetoricæ prodire non audeant. 5. Non ausim dicere, sed tamen vereor, ne, qua in re laudem modestiæ venentur,[g] in ea ipsa re sint impudentes.[14] Quid enim tibi vis? aliquis inquiet. Artem tuam scribis: gignis nobis novas[15] præceptiones: eas ipse confirmare non potes: ab aliis exempla sumis.[16] Vide, ne facias impudenter, qui tuo nomini velis ex aliorum[17] laboribus libare laudem.[h] Nam si eorum volumina prehenderint antiqui oratores et poëtæ, et suum quisque de libris sustulerit; nihil istis, quod suum velint, relinquetur.[18]

[g] *Colligere volunt.* [h] *Comparare.*

Omnib. *periculum descenderint.* Dein '*In eo quod est artificii, elaborent*] Leid. 3. *in eo quidem artificio.*' Oud. Duisb. Tur. Voss. 3. Leid. 4. et ed. 1474. *elaborant;* 'quod melius videtur,' ait Ern. 'nisi legas cum ed. Junt. *descenderint.*' G *elaborarent.* Vulg. ut Ern.—13 Lamb. solus, *aut poët., aut alium scriptorem laudant, sic, &c.* Tum A ψ, Erf. *studium;* et A G R, Tur. omittunt *artis.* '*In stadium rhet. artis*] Mss. plerique *in studium* cum ed. Omnib. Male. *Non audent* mox Leid. 4.' *Oud.* Vulg. *in stad. artis rhet.* Vid. Nott. Varr.—14 A *dicere, hoc tamen vere, ne qua in re laude.* Tum pro *venentur*, Erf. habet *verentur*, Duisb. et Leid. 4. *venerentur*, Voss. 3. *invenerunt.* Præterea Leid. 3. *et in ipsa re*, et Voss. 3. ed. Med. (1474.) *inprudentes.*—15 A G R *inquat:* Erf. *inquit.* Dein Leid. 4. et Duisb. *art. tuam scr. nobis.* Vox *nobis* post *gignis* in ψ et Voss. 3. deest. Erf. *gignis novas nobis.*—16 *Ipse* non est in Voss. 3. In A legitur *eas ipsas in se conf.* R *eas ipsas ipse conf.* Mox Pith. *ab aliis exemplis sumis.*—17 Tur. *ex alienis lab.*—18 '*Nam si eorum vol. preh.*] Voss. 1. *nam si a contrariis eor. &c.* Leid. 1. a m. pr. et Voss. 2. *n. si tua vol.* Mss. omn. et ed. Omnib. *prenderint:* ed. Med. *comprehenderint.*' Oud. Pro *eorum*, in A legitur *tua*, et in ψ *sua.* Tum Pith. habet *apprehenderint*, et G *aliqui antiqui orat.* Porro '*Quisque de libris sust.*] Mss. quinque cum ed. Med. *de libris suis tulerit:* Voss. 2. *de lib. tuis tulerit* cum ed. Omnib. Leid. 4. *quisquis de lib. tuis tulerit.* Bene, si in seqq. legas e Leid. 4. *nihil istis* (*tibi* Leid. 4.) *quod tuum esse velis, relinquetur.* Vid. Græv. *Velint* abest ab ed. Omnib.' *Oud.* Pro *sustulerit*, A G ac Orell. habent *tuis tulerit*, et L ψ *suis tulerit.* A caret τῷ *velint:* pro qua voce Schutz. edidit *vocent.* '*De libris* spurium puto: *velint* porro vix sensum habet. An auctor scripsit, *nihil istis suum relinq.*? Denique puto legend. *relinquatur;* quod certe elegantius est.' *Ern.* Orell. qui ait totam hanc sententiam esse corruptam, adnotat: 'Duplex emendandi ratio offertur; nam variis e libris ap. Græv. et Oud. ita potest refingi: *Nam si tua vol. preh. ant. or. et poëtæ, et suum quisque de libris tuis tulerit, nihil tibi, quod tuum esse velis, relinquetur:* in quibus singulæ mutationes suas sibi habent auctoritates: vel gloss. (quod equidem præfero) expunctis: *Nam si eor. vol. preh. ant. or. et p., et suum quisque tulerit, nihil istis relinquetur:* quo ducit etiam varietas Turic. *et suum quisque tulerit de libris tuis* a m. pr. *de*

NOTÆ

[h] *Stadium*] Exercitationem artis rhetoricæ, ducta a loco in quo exercentur cursu, translatione, stadium appellat.

At exempla, quoniam testimoniorum similia sunt, item[19] convenit, ut testimonia, ab hominibus probatissimis sumi. Primum omnium exempla ponuntur hic non confirmandi, neque[20] testificandi causa, sed demonstrandi. Non enim, cum dicimus esse exornationem,[1] quæ, verbi causa, constet ex similiter desinentibus verbis, et ponimus[2] hoc exemplum a Crasso, 'quibus possumus, et debemus,'[i] non testimonium[3] collocamus, sed exemplum. Hoc igitur interest inter exemplum et testimonium: exemplo demonstratur id[4] quod dicimus, cujusmodi sit; testimonio, esse illud ita, ut nos dicimus, confirmatur. 6. Præterea oportet testimonium cum re convenire: aliter enim rem non potest confirmare: at id, quod illi faciunt,[5] cum re non convenit. Quid ita?[6] quia pollicentur artem se scribere, et[7] exempla proferunt ab iis plerumque, qui artem[8] nescierunt.[k] Tum quis est, qui possit id, quod de arte scripserit,[9] comprobare, [*p.* 25.] nisi aliquid scribat ex[10] arte? Contraque faciunt, quam polliceri videntur: nam cum scribere artem instituunt, videntur dicere se excogitasse, quod alios docerent:[11] cum



libris tulerit tuis a m. sec.' Vulg. ut Ern. Vid. Nott. Varr.—19 Voss. 1. *item ita conv.* Leid. 4. Duisb. ed. Med. *ita conv.* ed. Omnib. *te conv.*—20 G *prob. sumantur.* Tum Erf. *omnia exempla.* A et ed. Omnib. *ponentur.* Denique Leid. 4. et Duisb. *nec conf. nec test.* Erf. *neque conf. nec test.*—1 Erf. *exorn. esse.*—2 L ψ *posuimus.*—3 A G L ψ, omnes Mss. Oud. et edd. pr. pro *quibus* habent *quod.* Vulg. *quibus.* In G L *possimus.* Vid. Nott. Varr. Tum *non* ante *testimonium* non habent A L, Tur. Voss. 3. Leid. 2. 3. 4. edd. Omnib. Lamb. Schutz. et Orell. Vulg. *non test.* Vid. Nott. Varr.—4 G et Erf. *quod exemplo dem.* Pro *id* A habet *illud*, et G *hoc.*—5 '*Præterea oportet test.*] Erf. *Convenit test.* non male.' *Græv.* Tum idem Ms. *al. enim non potest rem conf., quid ita? at id.* Præterea L *quod fac.*—6 Voss. 1. Leid. 1. *Cur ita:* Voss. 2. *Quid igitur.* Verba *Quid ita* in Erf. desunt. ψ *Quid ita? qui quia poll.*—7 Copula in A G, Erf. et Pith. deest.—8 A *vel qui artem.*—9 A *qui possit, quod de arte scripserint.*—10 Pith. et Voss. 3. *de arte.*—11 A G, Tur. Voss.

NOTÆ

[i] *Quibus possumus et debemus*] Verba ex orat. Crassi ad Quirites, ut videre est lib. I. de Orat. 'Nolite sinere nos cuiquam servire, nisi vobis universis, quibus et possumus et debemus.'

[k] *Qui artem nescierunt*] Id tamen minime novum est ingeniosos natura duce dicere et scribere ex artis legibus. 'Notatio naturæ et animadversio peperit artem.' Tullius in Orat.

vero scribunt, ostendunt nobis quid alii excogitarint.[12] IV. At hoc ipsum difficile est,[13] inquiunt, eligere de multis. Quid dicitis difficile? utrum laboriosum, an artificiosum? Si[14] laboriosum, non statim præclarum: sunt enim multa laboriosa, quæ si faciatis,[15] non continuo gloriemini: nisi forte etiam, si[16] vestra manu fabulas[i] aut orationes totas transcripsissetis, gloriosum putaretis.[17] Sin autem istud artificiosum, egregium[18] dicitis; videte, ne insueti rerum majorum videamini, si vos parva res, sicuti magna, delectat.[19] Nam isto modo eligere rudis quidem nemo potest,[20] sed sine summo artificio multi. 7. Quisquis enim audierit[1] de arte paulo plus, in elocutione præsertim, omnia videre poterit, quæ ex arte dicuntur;[2] facere nemo poterit, nisi eruditus: ita ut, si de tragœdiis Ennii velis[3] sententias eligere, aut de Pacuvianis periodos, quia plane[4] rudis id facere nemo poterit, cum feceris,[5] te literatissimum[k] putes, ineptus sis; propterea quod id facile faciat quivis[6]

[i] *Poëmata, tragœdias aut comœdias.* [k] *Doctissimum.*

omnes, et ed. Omnib. *doceant:* Leid. 1. *docent:* Leid. 3. *ut aliq. docerent.*—12 A, Leid. 3. et ed. Omnib. *excogitaverunt.*

CAP. IV. 13 ψ et Oliv. *Ad hoc ips.* Al. edd. et Mss. *At hoc ips.* In A, Erf. et Tur. *At* deest. Dein quædam edd. *est diff.*—14 *Si* ante *laboriosum* non est in Erf.—15 G *facilis.*—16 Deest *forte* L ψ, Voss. 1. Leidd. omn. In Voss. 3. *nisi etiam si forte:* Leid. 4. *nisi etsi.* Duisb. *nisi etiam etsi:* Lamb. et al. edd. *nisi forte si:* al. edd. *nisi etiam si.* Vulg. ut Ern.—17 Ed. 1474. *transscripseritis . . . putatis.* Duisb. *transscripsetis*, et Erf. *glor. id putaretis.* Vulg. *transscripsissetis* et *putaretis.*—18 G R et Tur. omittunt *autem.* Tum Ald. Lamb. Grut. Oliv. Græv.-Burm. Lall. et Schutz. *artificium egreg.* A L ψ cum Wetzel. *artificiosum, egr.* In G R, Tur. et Orell. *artificiosum et egregium.* ‘*Artificium egr.*] Leid. 1. *artificiosum et egr.* Mss. ceteri et edd. pr. *artificiosum egr.* quæ unice vera est lectio.’ *Oud.* Vid. Nott. Varr.—19 ‘*Insueti rerum maj. videamini*] Leid. 1. a m. pr. *insinuetis cum majores:* Voss. 3. *insinuati r. m.* ed. Med. *vos ins. r. m.* deest verbum Leid. 4.’ *Oud.* Erf. et Crat. margo, *videte ne* (Erf. *neve*) *vos insinuetis vos minores quum majores vid.* Tum A *sed vos parva res*, et Erf. *sicut magna delectarit.*—20 Duisb. non habet *isto modo.* Paulo post Erf. legit *nemo poterit.*—1 ‘*Audierit*] Sic solus dat Voss. 2. In ceteris Mss. et edd. pr. *audivit.*’ Oud. *audivit* quoque in Erf. et Pith.—2 A G L R, Erf. Duisb. Tur. omnes Mss. Oud. et edd. pr. *dicentur.* —3 ‘*Ita ut si, &c.*] Erf. et Cauch. *Ita ut si de trag. velis:* Lamb. ed. *Itaque ut, si, &c.* Al. edd. *ut, si, &c.*’ Græv. Ed. Med. (1474.) *Ita tu, si:* Orell. *Ut, si:* Tur. *Itaque si:* A G L R ψ *Ita ut si;* et sic vulg. Pro *velis*, G exhibet *velles.*—4 Erf. *periodis.* ‘*Quia plane rudis*] Leid. 1. Voss. 3. ed. Med. *si quia pl. rud.* Voss. 1. *non si*, suprascr. *nonne si.* Voss. 2. Leid. 2. 4. *num si quia pl. rud.* Verissime; ut jam vidit Grævius. Desunt hæc Leid. 3. nisi quod tamen agnoscat *num.*’ Oud. G *si quia:* L et Tur. *non si quia.* Vulg. *quia pl. rud.* Vid. Nott. Varr.—5 Voss. 3. *cum id faceres.*—6 Erf. *quis*

mediocriter literatus: item si, cum ex orationibus aut poëmatis[7] elegeris exempla, quæ certis signis artificii notata sunt,[8] quia rudis id nemo facere possit, artificiosissime te fecisse putes, erres;[9] propterea quod isto signo videmus te nonnihil ejus scire: aliis signis, multa scire intelligemus.[10] Quodsi artificiosum est intelligere, quæ sint[11] ex arte scripta, multo est artificiosius, ipsum scribere ex arte. Qui enim scribit[12] artificiose, ab aliis commode scripta facile intelligere poterit: qui eliget facile,[13] non continuo ipse commode scribit.[14] Et, si est maxime artificiosum; alio tempore utantur ea facultate, non tum, cum parere ipsi, et gignere, et proferre debent.[15] Postremo, in eo vim artificii consumant,[16] ut ipsi ab aliis potius eligendi, quam aliorum boni electores existimentur.[17] Contra ea, quæ ab iis dicuntur, qui dicunt alienis[18] exemplis uti oportere,

med. lit.—7 Erf. *item cum ex or.* Duisb. *item si ex or.* G *item si cum aut ex or.* ψ *item si cum ex exornationis.* '*Si cum ex or. &c.*] Deest *cum* Voss. 3. Leid. 4. *poëmatibus* Mss. omnes; bene: *aut ex poëmatibus* ed. Omnib.' *Oud.* '*Aut poëmatibus*] Cauch. et edd. quædam, *aut poëmatis.*' Græv. G L R ψ, Tur. Lamb. et Orell. *aut poëmatibus:* A *aut ex poëmatibus:* Grut. Oliv. Græv.-Burm. Lall. Schutz. et Wetzel. *aut poëmatis.*—8 Pith. *nota sunt.*—9 L *artificiose*, et A *putas.* '*Putes, erras*] Lamb. et Grut. edd. *putes, erres*, contra Mstorum fidem.' *Græv.* '*Erres*] Voss. 2. 3. edd. pr. *erras:* minus bene: respondet superioribus 'ineptus sis.'' *Oud.* In A G et Tur. *erras.* Vulg. *erres.*—10 G *propt. quia isto:* L *propt. isto:* A *propt. quod ipso.* Dein '*Non nihil hujus rei scire*] Sic reposui ex Erf. Cauch. et Pith. Vulg. *non nihil ejus scire.*' Græv. 'Desunt male *hujus rei* Voss. 1. 3. Leid. 2. 3. *ejus rei* ed. Omnib.' *Oud.* In A *ejus rei sc.* G R ψ *hujus sc.* Tur. *hujus rei;* et sic Orell. qui eas voces uncis inclusit. L et Lamb. ed. *nonnihil scire.* Grut. Oliv. Lall. et Wetzel. *nonn. ejus scire.* Denique A et Cort. habent *te scire multa:* G *multa intell.* omisso *scire.* Tur. Lamb. et Orell. *multa te scire.* '*Intelligimus*] Sic ed. Med. In Mss. omn. et ed. Omnib. *intelligemus.*' Oud. *Intelligemus* quoque G L ψ, Tur. et edd. ante Ald. cum Wetzel. et Orell. Al. edd. *intelligimus.* Schutz. delevit *quod isto signo . . . intelligimus;* quæ verba Wetzel. uncis inclusit. Vid. Nott. Varr.—11 L *multa intelligere.* Dein '*Quæ sunt*] Voss. 1. 2. Leidd. tres *sint*, bene.' *Oud.* G L R, Erf. Cauch. Pith. Lips. Schutz. et Orell. *sint.* Vulg. *sunt.*—12 Lamb. ed. *enim ipse scribet:* A *enim scribit ipse:* Voss. 1. 3. Leid. 2. 3. edd. pr. *enim ipse scribit.* In Voss. 1. Leidd. tribus *scribat*, cum ed. Med. Vulg. *enim scribit artif.*—13 Pith. *qui vero eliget:* Voss. 3. *quod autem el.*—14 In L *ipse* deest; et Leid. 3. ac Tur. cum Lamb. legit *comm. scribet.*—15 A *non tum comparere et gign.* Tum Pith. *et facere debent.*—16 Duisb. et Leid. 4. *postr. id ipso jura artif. confirmant.* Deest *ut* in A L, Voss. 3. Leid. 3. ed. Omnib. *et ipsi* Leid. 4. *ipsi ut* ed. Med. Vid. Nott. Varr.—17 Duisb. *boni doctores:* Erf. *existimantur:* vulg. *existimentur.* A *æstimentur.*—18 '*Quæ ab iis dicuntur*] Voss. 3. *ab aliis.*' Oud. Paulo post, 'Leid. 2. caret τῷ *dicunt.* Abest *se* a Leidd. 1. 2. 3. Voss. 3. (in quo suprascr. *non*) et ed. Med.' *Idem.* A G L R ψ, Tur. Lamb. Grut. Oliv. Græv.-

satis est dictum. Nunc, quæ separatim dici possunt,[19] consideremus.

V. Dicimus ergo, eos omnes, ideo quod alienis utantur,[20] peccare, tum etiam magis delinquere,[1] quod a multis exempla sumant. Sed de eo, quod postea diximus, ante[2] videamus.[l] Si concederem, aliena oportere assumere exempla, vincerem[m] [3] unius oportere:[1] primum, quod contra hoc nulla staret eorum[4] ratio. Liceret[5] enim eligerent, et probarent quemlibet, qui sibi in omnes res suppeditaret

[l] *Sed prius disseramus de eo, quod secundo loco dicendum nobis proposuimus.*
[m] *Convincerem.*

Burm. et Lall. *alienis se.*—19 'Voss. 1. Leid. 1. ed. Omnib. *quæ sep. dici possint:* al. *sep. quæ.*' Oud. 'Legendum, ut habent duo libri Mss. *nunc sep. quæ.*' Lamb. qui legit *possint.*

Cap. v. 20 '*Dic. ergo eos omnes ideo quod*] Voss. 1. 3. Leid. 1. 2. 3. edd. pr. *Dic. igitur eos tum* (vel *cum*) *ideo quod:* Voss. 2. *Dic. igitur omnes eos tum eo quod:* Leid. 4. *Dic. ergo eos qui.* Mihi placet plerorumque Mss. et edd. pr. lectio.' *Oud.* A L R ψ, Tur. Schutz. et Orell. *Dic. igitur eos tum ideo.* Al. edd. *Dic. ergo eos omnes ideo.* '*Eos omnes ideo quod*] J. Gronov. vult e Mss. quibusdam, quibus ed. 1474. consentit, legi *eos, cum ideo, quod;* sed id durius est: lenius Ms. Lips. *eos, tum quod.* Sed vulgatum bene habet.' *Ern.* Vid. Nott. Varr. '*Ideo quod alienis utantur*] Ita in impressis legitur: in uno Gryph. multo planius, *cum in eo, quod alienis utantur;* quæ eadem lectio in 1Leonic. libro habetur.' *Brut.* Post *utantur* ed. Med. (1474.) addit *exemplis.*—Ed. Med. (1474.) *multo magis;* et pro *delinquere,* Voss. 3. habet *peccare.*—G, Leid. 1. 4. Erf. et Duisb. *Et de eo:* ed. Omnib. *Sed et de eo.* Tum in eid. 4. legitur *dixerimus,* et deest *ante* Voss. 3. In G L et quinque Mss. Oud. *antea.*—3 G R *illos oportere,* et Voss. 3. *sumere exempl.* Erf. *vincerem unius illos oportere:* Pith. Voss. 3. Leid. 3. ed. Med. (1474.) *convincerem un. op.*—4 Deest *quod* Voss. 3. et Lamb. ed. In Voss. 1. *contra hæc.* Abest *hoc* ab A, Tur. et ed. Omnib. Eam Orell. uncis inclusit. Denique Erf. plerique Mss. Oud. et ed. Med. (1474.) *illorum ratio.*—5 '*Liceret*] Ita edd. vulg. Longe commodius et suavius Erf. Duisb. Cauch. et Cratand. aliæque vett. edd.

NOTÆ

1 *Vincerem unius oportere*] Cujus ponderis sint, quas affert scriptor Herennianus, rationes, æquus lector expendat. Duplex est omnino: primam ex eo repetit, quod magni intersit ejus qui discere velit, utrum unum omnia, an omnia neminem, sed aliud alium putet posse consequi. Quid inde? Cum illustrioribus exemplis ac præcipue figuris sic tanquam condimentis perspergenda sit, non infercienda oratio, qui præceptis eloquentiæ voluerit institui, censebit omnia potuisse verborum et sententiarum lumina perfectum oratorem colligere, quorum plurima consulto præterierit, ornamenta qui nimium affectat, gratiam varietatis amittit. Altera ratio nihilo firmior est, ex qua rhetoricæ inutilitas colligitur. Omnes partes assequi posse oratorem contendimus: quarum omnium exempla suppeditasset, si exigeret argumentorum varietas.

exempla, vel poëtam, vel oratorem, cujus auctoritate niterentur. Deinde interest magni ejus, qui discere vult, utrum unum omnia, an omnia neminem, sed aliud alium[6] putet consequi posse. Si enim putabit posse omnia penes unum[7] consistere,[n] ipse quoque ad omnium nitetur facultatem:[o] sin id desperabit, in paucis se exercebit:[8] ipsis enim[9] contentus erit: nec mirum, cum ipse præceptor artis omnia penes unum reperire non potuerit.[10] Allatis igitur exemplis a Catone, a Gracchis,[11] [m] a Lælio, a Scipione, Galba, Porcina, Crasso, Antonio, ceterisque; item sumtis aliis a poëtis et historiarum scriptoribus,[12] necesse erit, eum, qui discet, ab omnibus putare omnia,[13] ab uno pauca vix potuisse sumi. 8. Quare, si unius alicujus esse se[14] similem satis habebit, [omnia][15] quæ omnes habuerint, solum ha-

[n] *Unum scriptorem posse suppeditare omnia exempla.*
[o] *Ipse quoque conabitur omnia suo ingenio fingere.*

licet.' Græv. *Licet* quoque A ψ, Leid. 1. 4. et Schutz. Al. edd. et Mss. *Liceret.*—6 Pro *unum omnia*, A R ψ exhibent *omnia ab uno:* L legit *an neminem*, et ψ *an omnia a nemine ab alio putet.* ' Voss. 3. non male, *utrum omnia ab uno, an omnia a nemine, an aliud ab alio putet:* Leid. 4. *utrum omnia omnia, an omnia a nemine, an aliud ab alio putet:* ed. Omnib. *utrum omnia ab uno, an om. neminem, &c.* ed. Med. *vel aliud alium.*' Oudend. Vulg. ut Ern. Vid. Nott. Varr.—7 Leid. 4. et Duisb. *putaverit posse:* Erf. *posse omnia per unum cons.* Vox *unum* in A deest.—8 ' *Sin id desperabit*] Mss. omnes et edd. pr. *si.* Leid. 4. *desperat:* ed. Med. *desperaverit.* Mss. quinque et ed. Omnib. *si id desperarit; bene.*' *Oudend.* ' Al. *si id desperabit:* al. *sin id desperarit:* Duisb. *sin id desperat.*' Græv. In A G L R *si*, et G L *desperarit.* Vulg. *desperabit.* Præterea G *in paucis exerc.*—9 Edd. nonnullæ ex conj. Lambini, *ipsis etiam:* Lamb. ed. *his enim.*—10 Pith. *omnes penes unum.* Tum A, Voss. 3. et edd. pr. *rep. non poterit.*—11 Voss. 3. *a Platone*, et Pith. *a Graccho.*—12 Leid. 2. *item sumtisque aliis:* ed. Med. *itemque sumtis aliis.* A non habet *sumtis.* Dein ' Erf. *aliis a poëtis, aliis hist. script.* Lege *aliis a poëtis, aliis ab hist. script.*' Græv. cujus conj. Schutz. et Wetzel. in textum receperunt. Voss. 1. *et ab hist. script.* ed. Med. *historiæ.* Vulg. ut Ern.—13 Erf. *put. ab omn. omnia.*—14 ' *Si unius a. esse similem*] Voss. 1. *un. al. esse se sim.* a Voss. 2. abest *si.* In Voss. 3. et Leid. 1. *se un. al. esse sim.* Leid. 2. ed. Med. *unius se alic. sim. esse:* Leid. 3. *un. al. se esse sim.* Leid. 4. *un. al. sim. se esse.* Placet mihi Voss. 1. lectio.' *Oud.* ' *Si un. al. esse sim.*] Erf. *Quare un. al. esse sim.* Duisb. *Quare se unius al. esse sim.* unde non inepte Lamb. edidit, *Quare si se un. al. esse sim.* quamvis et Duisb. non sit spernendus.' *Græv.* G L ψ, Tur. et Orell. *Quare se un. al. esse sim.* Vulg. *si un.* ' *Se sim.*] Plerique libri addunt *se*, quod in vulgatis non est, sed alio alii loco.' *Ern.*—15 ' *Omnia* sine dubio spurium est: sed quia omnes libri habent, uncis

NOTÆ

[m] *A Catone, a Gracchis*] Jam monuimus videndum esse Tullii lib. de Clar. Orat.

bere se posse diffidet:[16] ergo inutile est ei, qui discere vult, non putare, unum posse omnia.[17] Igitur nemo in hanc incideret[18] opinionem, si ab uno exempla sumsissent:[19] nunc hoc signi est,[20] ipsos artis scriptores non putasse, unum potuisse in omnibus elocutionis partibus enitere, quoniam neque sua protulerunt, neque unius alicujus, aut denique duorum, sed ab omnibus oratoribus et poëtis exempla sumserunt. Deinde, si quis velit, artem, demonstrare, nihil prodesse ad discendum, non male utatur hoc[1] adjumento, quod unus omnes artis partes consequi nemo potuerit.[2] Quod igitur juvat eorum[3] rationem, qui omnino improbant[4] artem, id, non ridiculum est, ipsum scriptorem artis suo[5] judicio comprobare? Ergo ab uno sumenda fuisse docuimus exempla, si semper aliunde sumerentur. VI. Nunc omnino aliunde, sic intelligemus, sumenda non fuisse.[6] 9. Primum omnium, quod ab artis scriptore affertur exemplum, de ejusdem artificio[7] debet esse; non,[8] ut, si quis purpuram[n] aut aliud quidpiam

modo inclusi.' *Ern.* et sic Wetzel. et Orell. Eam vocem Schutz. delevit.—16 G *habuerunt*, et Erf. *se solum hab. potuisse diff.*—17 '*Non put., unum posse omnia*] Leid. 4. *putare, neminem omnia posse.*' Oud. Pro *unum*, in ψ legitur *a nemine.* Vid. Nott. Varr.—18 Pro *Igitur*, ψ habet *Ergo*, et Schutz. *Atqui.* Dein R, Grut. Oliv. et Græv.-Burm. *incidet.* '*Incidet*] Voss. 3. *incidet:* Leid. 3. *inciderit;* bene. In Mss. ceteris et edd. pr. *incideret.*' Oud. '*Incideret* edidimus, cum Lambino assensi, tum auctoritatem Mstorum secuti: *incidet* legitur in excusis libris: Leonic. tamen *incideret* habet.' *Brut.* *Incideret* quoque A G L ψ, Tur. Lall. Schutz. Wetzel. et Orell. Vid. Nott. Varr.—19 In A *sumsisset;* Pith. *sumpserit.*—20 Quatuor Mss. Oud. *hoc signum est.*—1 '*Deinde*] Leid. 3. 4. *Denique:* optime. Tum *utetur* Voss. 1. 3.' *Oud.* Schutz. edidit *Denique.* Vid. Nott. Varr. Paulo post ψ et Cauch. *ad dicendum.* In Pith. legitur *non magis utatur.* Pro *utatur hoc*, G exhibet *utitur* sine *hoc.*—2 Duisb. et Leid. 4. *unius omnes artis:* Lamb. *omnes artes.* Tum Leid. 3. 4. edd. pr. *cons. non poterit.*—3 A, Duisb. Voss. 3. Leid. 4. *Quid igitur;* et Lamb. ed. *horum rationem.*—4 Ms. Medic. *prohibent artem:* Duisb. et Leid. 4. *probent artem:* Tur. Leid. 3. et ed. Med. *inprobant;* et sic Schutz. Wetzel. et Orell. '*Improbant*] Sic Ms. apud Oud. edd. 1474. Med. pr. 1475. recte. Vulg. *improbent.*' Ern. Porro pro *id non* in A legitur *id nonne*, et in G *num.*—5 A non habet *suo.*

CAP. VI. 6 Deest *sic* Voss. 3. Leid. 4. *intelligamus* Voss. 3. al. et ed. Med. (1474.) *intelligimus.* Cauch. *sumenda non fuisse sic intelligemus.*—7 L ψ *profertur exempl.* Tum Voss. 1. 3. Leid. 1. a m. sec. item Leid. 2. 3. ed. Med. (1474.) ac Lamb. *ejus artificii:* Erf. *ejus artificio*, et Tur. *ejusdem artificio*, sine

NOTÆ

[n] *Non, ut, si quis purpuram*] Inania prorsus argumenta. Qui vendit purpuram, aliunde non debet exemplum ostendere; emtor enim aliam non

vendens dicat, Sume a me;[9] sed hujus exemplum aliunde rogabo, tibique[10] ostendam. Si merces ipsi[11] qui venditant, aliunde exemplum quæritent aliud mercis; aut si acervos se dicant[12] tritici habere, et eorum exemplum pugno non habeant,[13] quod ostendant;[p] si Triptolemus,[o]

[p] *Nonne ridiculi videantur?*

præpositione. In A G L R ψ, Grut. Oliv. Græv.-Burm. et Lall. *de ejus artificio:* Voss. 1. *de ejusdem artificio;* et sic Schutz. Wetzel. et Orell. '*De ejus artif.*] Olim putavi *ipsius* esse legendum, nunc prætuli *ejusdem* e Ms. Voss.' *Ern.*—8 Deest *non* in G, Duisb. Voss. 3. Leid. 4. ed. Med. (1474.)—9 Voss. 1. Leid. 1. *Sume hoc a me.*—10 '*Tibique*] Rectius Erf. *tibi quod;* et sic C. Stephani, Cratand. et Lambini edd.' *Græv.* *Tibi quod* etiam A G et Orell. Al. edd. et Mss. *tibique.*—11 '*Si merces ipsi*] Voss. 2. *aut si:* Voss. 1. Leid. 2. 3. 4. ed. Med. *mercem:* bene. *Illi* Leid. 2.' *Oud.* ψ quoque *mercem illi.* Ern. putat melius esse *mercem,* quod et Schutz. in textum recepit. Vid. Nott. Varr.—12 '*Exemplum quæritent aliud m.*] Voss. 1. *exempla quæritant m.* deest quoque *aliud* Leid. 2. 3. 4. edd. pr. et subducta est vox illa in Leid. 1. delenda est omnino. *Quæritant* etiam in Mss. omn. et edd. pr.' *Oud.* A G *quæritant.* A G L ψ Schutz. non habent *aliud* post *quær.* Tur. et Orell. *aliud mercis* omittunt. Ern. ait, 'Post *quæritent* delevi *aliud,* quod est alienum, secutus Mss. et edd. pr. ante Aldum:' sed in ejus textu vox *aliud* retinetur. Vid. Nott. Varr. Tum '*Ut si acervos se dicant*] Erf. *acervos se se dicunt:* Pith. *ut si acervos se dicunt:* edd. nonnullæ et margo Cratand. *aut si acervos se dicant.*' Græv. '*Ut si acervos*] Ista *ut si* non leguntur in Voss. 1. 3. et Leid. ullo: *aut si* Voss. 2. et edd. pr.' *Oud.* '*Se dicant*] Sic Leid. 3. et ed. Omnib. In ceteris *dicunt.*' Idem. A G ψ, et Wetzel. *aut si acervos:* Orell. e Ms. Tur. *aut in areis acervos.* In G *sese dicunt.* Vulg. *quæritent aliud mercis; aut si acervos se dicant.*—13 G, Pith. Leid. 1. Voss. 2. 3. *sed eorum:* Erf. *eorum,* copula omissa. Leid. 3. *exempla:* ψ *exemplo in pugno.* Denique, A G ψ, Pith. Erf. omnes Mss. Oud. et edd. pr. *habent.*

NOTÆ

quærit quam quæ prostat in ædibus mercatoris. At qui artis oratoriæ exempla desiderat, ea non vulgaria, non trita, quæ mediocris rhetor fingat, sed splendida, sed vibrantia, sed ornatissima conquirit. Constat autem præstantissimos oratores exempla commiserationis verbi gratia aut indignationis concitandæ multo illustriora, quam jejunos plerumque rhetores suppeditaturos. Si quis tradat artem pingendi, num continuo Apellis aut Zeuxidis tabellis meliores proponet? Neque vero sitit qui dicendi fontes aperit, immo ex iis haurit quantum satis est ad institutionem operis, et purissimis veterum fluminibus suas, ut ita loquar, irrigat præceptiones. Denique si tironem in arte statuaria formare velit Lysippus, quidni modo brachium Praxitelis, modo Myronis caput, modo Polycleti pectus separatim imitandum proponat? Partes tamen illæ eidem corpori, cujus membra inter se omnia consentire debent, non sunt aptandæ, ut neque in unam orationem eloquentiæ partes omnes, et sententiarum verborumque figuræ, non sunt congerendæ.

[o] *Triptolemus*] Celeo Eleusinis rege natus agriculturæ rationem in Græcia primus invenisse traditur, et a Cerere serpentibus alatis superpositus, ad usum frumenti hominibus indicandum per totum orbem missus.

cum hominibus[14] semen largiretur, ipse ab aliis id hominibus mutuaretur;[15] aut si Prometheus,[p] cum mortalibus ignem dividere vellet, ipse a vicinis,[16] cum testa ambulans, carbunculos corrogaret, non ridiculum[17] videretur? Isti magistri, omnium dicendi præceptores, non videntur[18] sibi ridicule facere, cum id, quod aliis pollicentur, ab aliis quærunt. Si, qui[19] se fontes maximos, penitus absconditos, aperuisse[20] dicat, et hoc, sitiens quam maxime,[1] loquatur, neque habeat, qui sitim sedet,[q][2] non rideatur?[3] Isti cum non modo dominos se fontium, sed se ipsos fontes esse dicant,[4] et omnium rigare debeant ingenia, non putant fore ridiculum, si, cum id polliceantur aliis,[5] arescant ipsi siccitate. Chares[q] a Lysippo[6] statuas facere non isto modo[7] didicit, ut Lysippus[r] caput ostenderet Myronis,[s] brachia

[q] *Unde compescat sitim.*

—14 ‘ *Cum hominibus*] Ut in vetustis exemplaribus scriptum exstat, *hominibus*, edi jussimus. *Omnibus* retinent vulgati.’ *Brut.* Edd. quædam *omnibus*, teste Grævio. Vulg. *hominibus.*—15 Leid. 2. *idem hom. semen mut.* Deest *id* Leid. 3. in quo *mutuaret*, uti in Leid. 4. *hom. id ipse mut.* ed. Omnib. *Hominibus* delevit Lamb. Vid. Nott. Varr.—16 A *ipse vicinis*, omissa præpositione. Dein Cauchius conj. legend. *cum testu amb.* Vid. Nott. Varr.—17 ‘ *Non ridiculus*] Erf. *ridiculum:* Duisb. *ridiculus*, sine *non.*’ Græv. A, Leid. 3. ed. Omnib. *num ridiculus:* ed. Med. (1474.) *nonne ridiculus:* Leid. 4. caret τῷ *non.* G *num ridiculum:* ψ *non irridiculus.* Vulg. *non ridiculus.* Lamb. Schutz. Wetzel. et Orell. *non ridiculum.*—18 Ern. putat verba *omnium dicendi præceptores* spuria esse. Tum in ψ legitur *num videntur.*—19 G L ψ, Voss. 2. 3. Leid. 1. 4. edd. pr. *si quis se.* Vid. Nott. Varr.—20 Ed. Med. (1474.) *absconsos*, et A *apuruisse dicat.*—1 ‘ *Et hoc, sitiens quam max.*] Leid. 3. *et hic sitiens:* ed. Med. (1474.) *et sit. hic:* Voss. 1. Omnib. *Et hæc sit.* Deest pronomen Leid. 4. Tum in Leid. 1. *tum maxime:* Leid. 4. *cum maxime.* Optime.’ *Oudend.* Tur. et Orell. *quum maxime.* In G *quam* deest. Vulg. ut Ern. Vid. Nott. Varr.—2 ψ et Voss. 3. *quo sitim*, et A, Leid. 4. ed. Omnib. *sedat.*—3 G et Leid. 3. *num rideatur:* Voss. 3. et Lamb. *non irrideatur.*—4 Pith. *isti enim cum, &c.* G *sese fontium*, et mox *esse dicunt.*—5 ‘ *Polliceantur aliis*] Al. *pollicentur aliis.* In Pith. non legitur *aliis.*’ Græv. ‘Dele vocem *aliis* auctoribus Mss. omn. et edd. pr. *pollicentur* ed. Omnib.’ *Oud.* In A quoque *pollicentur.* Vox *aliis* in A L deest. Verba *si quum poll.* usque ad *ii qui sciunt* (cap. 9.) in G desunt.—6 A *cæcitate. Thares:* ψ *Thales.* Erf. *Chares ab Lysippo.*—7 *Modo* non est in A.—

NOTÆ

[p] *Prometheus*] Iapeti filius, quem ob animadversos siderum motus et detectam fulminum rationem, poëtæ fingunt, admota ad rotam solis facula, cœlestem ignem surripuisse.

[q] *Chares*] Chares Lyndius Lysippi discipulus, insignis statuarius, Solis colossum Rhodi miraculum orbis effformavit anno ante Chr. 215. Plin. XXXIV. 8.

[r] *Lysippus*] Sicyonius floruit Alexandri Magni temporibus, qui ab hoc

Praxitelis,[t] pectus Polycleti:[8] [u] sed omnia coram magistrum facientem[9] videbat, ceterorum opera vel sua[10] sponte considerare poterat. VII. 10. Isti credunt, eos, qui hæc velint discere,[11] alia ratione doceri posse[12] commodius. Præterea ne[13] possunt quidem ea, quæ sumuntur ab aliis, exempla, tam esse accommodata ad artem, quam propria;[14] [*p.* 26.] propterea, quod in dicendo leviter unusquisque locus[x] plerumque tangitur, ne ars appareat, in præcipiendo expresse[15] conscripta ponere oportet exempla, ut[16] in artis formam convenire possint, et post in dicendo, ne possit ars[17] eminere et ab omnibus videri, facultate oratoris occultatur.[18] Ergo etiam ut magis ars cognoscatur, suis exemplis melius est uti. Postremo hæc quoque res nos duxit ad hanc rationem,[19] quod nomina

8 Pro *Myronis*, A L ψ *Milonis*. Tum A *Praxiteles*: ψ, Græv.-Burm. Schutz. et Orell. *Praxitelæ*. Al. edd. et Mss. *Praxitelis*. Porro A *Polycletus*: ψ *Policliti*. Post *Polycleti*, Tur. et Orell. inserunt *ventrem et crura*, omisso artificis nomine; et quod Ern. probavit. Vid. Nott. Varr.—9 'Male Voss. 3. *coram magistro faciente*.' Oud.—10 In ψ et Cauch. *sola sponte*. 'Puto legendum *soli sponte*.' Græv.

CAP. VII. 11 Pith. *qui volunt hæc scire*.—12 Erf. *docere se posse*.—13 A *non poss.* ψ *si poss.* R, plerique Mss. Oud. et edd. pr. *nec poss.* Vulg. *ne poss.* —14 '*Quam propria*] Sic dant soli Voss. 2. 3. A ceteris Mss. et edd. pr. exsulant hæ voces.' *Oud.* desunt etiam in A L ψ.—15 Post *appareat* Lall. posuit τελείαν στιγμήν. Tum in ψ *expressa conscr.*—16 Erf. et Pith. *uti in*.—17 Duisb. *ne poss. em.*—18 ψ *occultantur*. Erf. susp. *occultare*.—19 Erf. *postremo et hæc quoque res duxit nos*: Leid. 4. Pith. et Duisb. *res nos induxit*: ed. Omnib. *res nos ducit*: A *res non ducit*. Vulg. *res nos duxit*. Tum A *orationem*.

NOTÆ

uno fingi volebat; Olymp. CXIV. ut refert Plinius, id est, anno ante Chr. circiter 324. Ad sexcenta decem opera fecisse proditur, tantæ omnia artis, ut claritatem possent dare vel singula.

[s] *Myronis*] Lycii, qui claruit Olymp. XC. ante Chr. annis circiter 420. Plin. XXXIV. 8.

[t] *Praxitelis*] E magna Græcia in Italia oriundus Praxiteles, statuarius marmore nobilitatus Olymp. CIV. ante Chr. a. 364.

[u] *Polycleti*] Celebris item statuarius Olymp. LXXXVII. annis ante Chr. plus minus 430. inclaruit.

[x] *Leviter unusquisque locus, &c.*] Immo ab eloquentibus viris graviter et copiose, si non unica, pluribus certe quidem orationibus, cum exigit argumentum, unusquisque locus tractatur; qui si ex reliquis orationis partibus secernatur, tum vero ars eminet: quemadmodum ex opere vermiculato si pretiosiores tesserulæ separentur, statim deprehenditur elegantia emblematum, quæ prius oculos fugiebant.

rerum Græca, quæ convertimus,[20] ea remota sunt a consuetudine:[1] quæ enim res apud nostros non erant, earum rerum nomina non poterant[2] esse usitata. Ergo hæc asperiora primo videantur necesse est, idque fiet[3] rei, non nostra, difficultate. Reliquum scripturæ[r] consumetur in exemplis. Hæc aliena si posuissemus, factum esset, ut, quod commodius[y] esset[4] in hoc libro, id nostrum non esset; quod asperius et inusitatum,[5] id proprie nobis attribueretur. Ergo hanc quoque incommoditatem fugimus. His de causis, cum artis inventionem Græcorum probassemus,[6] exemplorum rationem secuti non sumus.[7]

Nunc tempus postulat, ut ad elocutionis præcepta transeamus. Bipertita[8] erit igitur nobis elocutionis præceptio. Primum dicemus, quibus in generibus semper omnis oratoria elocutio[z] debeat esse;[9] deinde ostendemus, quas res semper habere debeat.[10] VIII. 11. Sunt igitur tria genera, quæ genera nos figuras[s][a] appellamus,[11] in quibus omnis

[r] *Reliquus liber.* [s] *Formas dicendi.*

—20 ‘*Quæ convertimus*] Deest *quæ* Leid. 1. 3. Voss. 3. In Leid. 2. *cum conv.* Ed. Med. *quæ vertimus.* In Leid. 1. quoque *vertimus.*’ Oud. In ψ *quæ* deest, et L habet *vertimus.* Vid. Nott. Varr.—1 ‘*A consuetudine*] Becichemii codices scripti adjiciunt *Latina:* quod tamen in nullo nostrorum.’ *Grut.* Grævii Ms. *a cons. Romana:* Schutz. et Wetzel. *a cons. Latina.* Al. edd. simpliciter *a cons.*—2 Vox *rerum* non est in A, Voss. 3. et ed. Med. (1474.) Dein pro *poterant,* ψ habet *putant.*—3 Abest *primo* a Leid. 4. *primum* ed. Med. Tum Voss. 1. a m. pr. *id quod fiet,* et Voss. 3. *fit.*—4 Voss. 1. *al. si subposuissemus.* Margo Cratand. *posuissemus, exemplorum rationem, ut quod commodi esset in hoc libro.*—5 A *usitatum:* L, Erf. Voss. 3. Leid. 2. 3. cum ed. Med. et Lamb. *inusitatius.*—6 Erf. *prob. Græc.* Voss. 1. *Græc. inprobavissemus.*—7 A *sec. nos sumus.*—8 A *Bipartita.*—9 Erf. *quibus in gen. eorum semper omnis orat.* Duisb. *quibus in gen. eorum generum semper omnis orat.* Voss. 3. *oratoris:* Leid. 3. *locutio,* et Leid. 4. *debet.* In Erf. *eloc. adhibeatur.* Duisb. ut conjecit legendum

NOTÆ

[y] *Factum esset, ut, quod commodius, &c.*] Futilis ratio, nec digna quæ publicæ utilitatis studiosum moveat.

[z] *Oratoria elocutio*] Definitur a Cic. de Inv. l. I. § 9. ‘idoneorum verborum et sententiarum ad inventionem accommodatio.’ Hæc si defuerit, supervacua sunt quæ ad artem eloquentiæ pertinent reliqua, et similia gladio condito atque intra vaginam suam hærenti, ut aiebat Quintilianus.

[a] *Figuras*] Cic. in Orat. formam et genus dicendi, Plut. et Hermog. ἰδέαν, alii characterem appellant. De tribus illis dicendi generibus egregie disserit Cic. in Orat. ad Brut. qui locus consulendus. Ordinem porro

oratio non vitiosa consumitur; unam gravem, alteram mediocrem, tertiam extenuatam [12] vocamus. Gravis est,[13] quæ constat ex verborum gravium magna et ornata [14] constructione. Mediocris est, quæ constat ex humiliore, neque tamen [15] ex infima et pervulgatissima verborum dignitate. Attenuata est,[16] quæ demissa [17] est usque ad usitatissimam puri sermonis consuetudinem.

In gravi figura consumetur oratio,[18] si quæ cujusque rei poterunt ornatissima verba reperiri,[19] sive propria, sive translata, unamquamque in rem [20] accommodabuntur: et, si graves sententiæ, quæ in amplificatione et commiseratione tractantur, eligentur: [1] et, si exornationes sententi-

esse Lambinus in margine, *eloc. debet esse.*—10 Pro *habere debeat*, ed. Omnib. legit *habeat*, et Leid. 4. *habere debebit.*

CAP. VIII. 11 '*Sunt ig. tria gen., quæ gen.*] Sic legitur in tribus Mss.' *Brut.* '*Sunt ig. tria gen., quæ gen. nos figuras appellamus*] Voss. 1. 3. Leid. 2. 3. ed. Med. *Figuræ orationis sunt tres, quas figuras alii genera nominaverunt.* Sed a Voss. 3. abest *figuras*, ut a Voss. 2. secundo loco, *genera*, male.' *Oud.* *Genera* quoque in secundo loco non habent G L R ψ, Tur. Lamb. Grut. et Oliv. In L *Figuræ orationis sunt quatuor, quas figuras alii genera nominaverunt;* et sic Lall. e Mss. nisi quod pro *quatuor* habet *tres.* Junt. habet *quas genera appell.* Vulg. *Sunt igitur tria gen., quæ nos appell.* Græv.-Burm. Schutz. Wetzel. et Orell. totam sententiam legunt ut Ern. Vid. Nott. Varr. —12 '*Extenuatam vocamus*] Voss. 1. Leid. 4. ed. Med. *attenuatam voc.* ut mox. Leid. 3. caret verbo *voc.*' Oud. *Attenuatam* quoque Duisb. Schutz. et Orell.—13 Voss. 3. *Gr. igitur est.*—14 '*Levi et orn.*] Voss. omn. Leid. 2. 3. edd. pr. *magna et orn.* Leid. 1. 4. Voss. 2. a m. sec. *leni et orn.* In Leid. 2. *et adornata.*' Oud. '*Levi et orn.*] Ita Pal. 4. 6. Bruil. nam Pal. 3. *leni.* Vulgo *magna et orn.*' Grut. Mss. et edd. *magna et orn.* teste Græv. In ψ et Tur. *leni et orn.* A L, cum Lamb. Schutz. Wetzel. et Orell. *magna et orn.* Vulg. *lævi et orn.*—15 Voss. 1. Leid. 2. 3. ed. Med. *ex humili:* Pith. *ex humiliori, neque ex inf.*—16 A *pervulgatissimorum dign.* '*Dignitate*] Aut Gulielmius, aut sane Wouwerius, contra libros scribendum censebat *indignitate.*' Grut. Tum ψ *Extenuata est.*—17 Erf. *dimissa.*—18 Tur. et edd. ante Lamb. *In gravi cons. or. fig.* Vid. Nott. Varr.—19 Cauch. *ornatissime verba repereris.*—20 Voces *sive translata* absunt ab A R ψ, Tur. Post *translata*, A G R ψ. Lamb. Grut. Oliv. Græv.-Burm. et Lall. addiderunt *sive extranea.* '*Sive transl., sive extr.*] Voss. 2. 3. Leid. 1. 4. ed. Omnib. carent vocibus *sive transl.* Voss. 1. Leid. 2. 3. ed. Med. carent vocibus *sive extranea.* Bene, ni fallor.' *Oud.* '*Ad unamq. rem accom.*] Voss. 1. Leid. 2. 3. ed. Med. *ea unamq. in rem acc.* Bene. Vid. Gronov. Voss. etiam 2. et ed. Omnib. *unamq. in rem*, sine *ad.* Leid. 4. *ea ad unamq. in rem:* Voss. 3. *ad unamq. rem ea acc.*' Oud. L *ea unamq. in rem:* A R et edd. pr. cum Schutz. Wetzel. et Orell. *unamq. in rem.* Vulg. *ad unamq. rem.* Vid. Nott. Varr.—1 Voss. 2. 3.

NOTÆ

Cornificii, qui initio elocutionis tractet de charactere, minime probat Vossius, quippe cum character ex varia compositionis ac dignitatis specie resultet, periodorum, troporum, schematumque doctrinam supponat.

arum aut verborum, quæ gravitatem habebunt, de quibus post dicemus,[2] adhibebuntur. 12. In hoc genere figuræ erit hoc exemplum: Nam quis est vestrum, judices, qui satis idoneam possit in eum pœnam excogitare,[3] qui prodere hostibus patriam cogitarit? quod maleficium cum hoc scelere comparari, quod[4] huic maleficio dignum supplicium potest inveniri? In iis qui violassent ingenuam,[5] matremfamilias constuprassent, pulsassent aliquem,[6] aut postremo necassent, maxima supplicia majores consumserunt: huic truculentissimo[7] ac nefario facinori[8] singularem pœnam non reliquerunt?[9] Atque in aliis maleficiis ad singulos,[10] aut ad paucos ex alieno peccato injuria pervenit; hujus sceleris[11] qui sunt affines, uno consilio universis civibus atrocissimas[12] calamitates machinantur. O feros[13] animos! o crudeles cogitationes! o derelictos homines ab humanitate![14] qui id agere ausi sunt, aut cogitare potuerunt,[15] quo pacto hostes, revulsis majorum sepulcris, dejectis mœnibus, ovantes irruerent[16] in civitatem: quo modo Deum templis spoliatis,[17] optimatibus trucidatis, aliis abreptis[18]



Leid. 1. 2. *eliguntur.* Vid. Nott. Varr.—2 In ψ *de quibus prædicemus.*—3 Voss. 1. 3. Leid. 3. 4. *pœnam cogitare.*—4 Pith. et ed. Med. *excogitarit.* Al. ap. Oud. *cogitaverit, cogitavit.* Dein Erf. *quod malefactum cum hoc scel. computari,* et ψ *qui huic malef. dign.*—5 '*Ingenuum*] Sic Cauch. Duisb. et Lamb. ac Grut. edd. sed aliæ edd. et Mss. plerique *ingenuam.*' Græv. '*Ingenuum*] Sic Leid. 1. a m. sec. In ceteris Mss. et edd. pr. *ingenuam.*' Oud. *Ingenuam* quoque R ψ, Schutz. Wetzel. et Orell.—6 '*Matr. constuprassent*] Voss. 2. *matr. stuprassent:* Leid. 2. *ctis stup.* In aliis *cum stup.*' Oud. In A *matrem familiam const.* Vulg. *constup.* Dein '*Pulsassent*] Voss. 1. *verberassent;* quod utpote gravius maxime placet. Voss. 2. 3. Leid. 1. a m. pr. *violassent.*' Oud. 'Ms. *aliquem puls.* Erf. *violassent aliquem.*' Græv. In ψ *aut pulsassent.* Vulg. *pulsassent.*—7 '*Majores nostri cons.*] Deest non male *nostri* Voss. 3. Leid. 3. 4. et Voss. 2. a m. pr. *sumserunt* ed. Med.' *Oud.* *Nostri* deest etiam in Erf. ac Tur. et eam delevit Ern. quem Schutz. Wetzel. et Orell. sequuntur. Vulg. *maj. nostri cons.* Tum ψ *huic vero truc.*—8 Pro *facinori,* L ψ habent *sceleri.*—9 'Male interrog. signum add. Ern.' *Orell.* Omnes aliæ edd. ponunt τελείαν στιγμήν.—10 Erf. et Lamb. *Atqui;* et mox ψ ac Lamb. *aut ad sing.*—11 Voss. 3. *huic sceleri.*—12 A *omni consilio:* Voss. 3. *uno cons. omnibus civibus.* Tum Leid. 3. *artificiosissimas calam.*—13 A L R, Voss. 1. Leid. 2. edd. pr. *O feroces an.*—14 Al. teste Grævio, *der. ab hum. animos.* Lamb. *der. ab hum. homines.*—15 ψ et Lamb. *qui agere.* *Quid agere* omnes aliæ edd. et Mss. præter Schutz. Wetzel. et Orell. qui sequentes suspicionem Ern. dederunt *qui id agere.* Vid. Nott. Varr. Dein '*Sunt aut cog. potuerunt*] Leid. 3. *aut quid cog.* Leid. 1. 3. Voss. 2. ed. Omnib. *possunt.* Sed in Leid. 4. *sint* et *possint.*' Oud. In A ψ *possunt.*—16 Erf. *irruant.*—17 Al. ap. Græv. *Deum spol. templ.* Voss. 3. *Deorum templ. expoliatis.* Pro *Deum,* ψ habet *deinde.*—18 '*Abreptis*] Sic Leid. 3. 4. Vulgo *arreptis.*' Oud. Ed. 1474. cum Lamb.

in servitutem, matribusfamilias et ingenuis sub hostilem libidinem subjectis,[19] urbs acerbissimo concidat incendio [conflagrata]:[20] qui se non putant, id, quod voluerint, ad exitum perduxisse, nisi sanctissimæ patriæ miserandum scelerati[1] viderint cinerem. Nequeo verbis consequi, judices, indignitatem rei: sed negligentius id fero, quia vos mei non egetis.[t][2] Vester enim vos animus amantissimus reipublicæ facile edocet,[3] ut eum, qui fortunas omnium voluerit prodere, præcipitem proturbetis[4] ex ea[5] civitate, quam iste spurcissimorum[u] hostium dominatu nefario voluerit[6] obruere.

IX. 13. In mediocri figura versabitur oratio, si hæc, ut ante dixi,[7] aliquantulum demiserimus, neque tamen ad infimum descenderimus, sic: Quibuscum bellum gerimus, judices,[8] videtis; cum sociis, qui pro nobis pugnare, et imperium nostrum nobiscum simul virtute et industria conservare[9] soliti sunt. Hi cum se, et opes suas, et copiam necessariorum[x] norint;[10] tum vero nihilo minus[11] propter propinquitatem, et omnium rerum societatem, quid in om-

[t] *Non opus est vobis mea exhortatione.*
[u] *Crudelissimorum.*
[x] *Sociorum.*

Schutz. Wetzel. et Orell. *abreptis:* aliæ edd. *arreptis.* Vid. Nott. Varr.—19 Lamb. edidit *virginibus matr. fam. ingenuis.* Tum Cratand. margo *sum host. lib. subactis.*—20 A *urbis acerb. conc. incidendo.* Schutz. solus habet *concideret*, et delevit vocem *conflagrata*, quæ sine causa, ait Orell. uncis Ern. inclusit.—1 Leid. 2. *sceleri.*—2 In A *qui vos.* Tum '*Indigetis*] Mss. tamen nostri omnes *egetis.*' Gronov. 'Erf. et Pith. æque ut Gronoviani, *egetis.*' Græv. '*Egetis*] Ita præbent Mss. omnes et edd. pr. non *indigetis*, ut vulgo.' *Oud.* *Egetis* quoque in A L R, Schutz. Wetzel. et Orell. Al. edd. et Mss. *indigetis.*—3 Voss. 2. Leid. 3. *amantissimos.* Pith. *vester enim animus vos amantissimo facile edocet.* In Erf. *facile docet:* Schutz. e conj. *facile ducet.*—4 '*Proturbetis*] Sic Voss. omn. et Leid. 1. 2. al. *perturb.*' Oud. *Proturbetis* etiam L, ed. 1474. Græv.-Burm. Schutz. Wetzel. et Orell. Vulg. olim *perturbetis;* et sic A G R ψ. Lamb. ex Aurati conjectura *deturbetis.* Vid. Nott. Varr.—5 A *ex ipsa civ.*—6 '*Quam iste, &c. voluit*] Hoc etiam reposui ex Mss. omnibus et edd. pr. Vulgo *quam ipse voluerit.*' Oud. *Iste* quoque A L R ψ, Tur. Lamb. Schutz. Wetzel. et Orell. Al. edd. *ipse.* Schutz. in ed. prima e conj. dedit *spurcissimus hostium.* Vid. Nott. Varr.

CAP. IX. 7 R *diximus.*—8 Lamb. solus *geramus;* et margo Cratand. *judicetis.*—9 A *servare.*—10 Ern. censebat *et copiam* del. vel *et copias* leg. Schutz. delevit. Orell. uncis inclusit, et quærit, 'Fuitne *et inopiam?*' Tum ψ, Erf. Pith. Tur. Voss. 1. 3. Leid. 1. 2. *necessario;* et sic Schutz. et Orell. Al. edd. et Mss. *necessariorum.* Wetzel. in uncis inclusit verba *et copiam necessariorum.* Denique A, Leid. 1. 4. Voss. 2. et edd. pr. cum Wetzel. et Orell. *no-*

nibus rebus[12] populus Romanus posset, scire et existimare poterant.[13] Hi, cum deliberassent[14] nobiscum bellum gerere, quæso, quæ res erat, qua freti[15] bellum suscipere conarentur, cum multo maximam sociorum partem[16] in officio manere intelligerent? cum sibi non multitudinem militum, non idoneos imperatores, non pecuniam publicam præsto esse viderent? non denique ullam rem, quæ pertineret[17] ad bellum administrandum? Si cum finitimis de finibus[18] bellum gererent; si totum certamen in uno prælio positum putarent: tamen omnibus rebus instructiores ac paratiores[19] venirent; nedum illud[20] imperium orbis terræ, cui imperio omnes gentes, reges, nationes, partim vi, partim voluntate consenserunt,[1] cum aut armis aut liberalitate[2] a populo Romano superati essent,[3] ad se transferre tantulis viribus conarentur. Quæret[4] aliquis: Quid? Fregellani[b] non sua sponte conati sunt?[5] Eo quidem minus isti[6]

rint: Schutz. *norant:* al. Mss. et edd. *norunt.*—11 Ms. Cort. delet *nihilo minus*, prob. Ern.—12 Al. teste Grævio, *quod in omn. rebus.* '*Omn. in rebus*] Sic Voss. 3. deest *in* Leid. 4. Al. *in omn. r.*' Oud.—13 '*Pop. Rom. posset*] Erf. *Pop. Rom. possent;* respiciens sensum.' *Græv.* In R *possit.* Tum '*Existimare poterant*] Ita exhibent Mss. omnes et edd. pr. Vulgo *æstimare.*' Oud. A L R, Tur. ed. 1474. Lamb. Schutz. Wetzel. et Orell. *existimare.* Al. edd. et Mss. *æstimare.* Præterea in ψ *poterunt.* Vid. Nott. Varr.—14 A *deliberarent:* Erf. *deliberavissent.*—15 Duisb. *quæ res orat, qua fiducia freti bell.* In Leid. 4. quoque *qua fiducia freti bell.* Erf. *qua facti bell.*—16 Erf. *max. part. soc.*—17 Deest *esse* ed. Med. *Viderint* Leid. 4. et Duisb. *videretur* Voss. 3. Tum Leid. non habet *rem* post *ullam.* Dein A R, Tur. Leid. 3. 4. et ed. Lamb. *quæ res pertinet:* Duisb. et edd. pr. *quæ pertinet:* G L ψ, Schutz. et Wetzel. *quæ pertineret:* Orell. *quæ res pertineret.* Vulg. *quæ pertineat.* Vid. Gronov. in Nott. Varr. ad c. 9. hujus lib.—18 Voss. 3. *de nostris fin.*—19 Duisb. *put.; cum omn. rebus.* Tum A *instructores et apparatores:* L ψ *et apparitiores:* R *et apparaciores:* Tur. *et paratiores.* '*Ac paratiores*] Mss. omnes et edd. pr. *et apparatiores.* Vere.' *Oud.* Vulg. *ac paratiores.* Vid. Nott. Varr.—20 Erf. *ned. illi imp.*—1 Voss. 3. Crat. Lamb. Schutz. et Orell. *concesserunt:* ed. Med. *consenserint.* A G L R ψ *consenserunt;* et sic vulg.—2 Leid. 3. *quum armis;* et Voss. 3. Leid. 4. ac Duisb. *libertate.*—3 *Essent* omittit Voss. 3.—4 ψ *Quæret igitur al.*—5 '*Quid? Fregellani non sua sponte conati sunt*] Grut. et Cratand. edd. *Quid Freg., non sua sp. con. sunt?* Pith. *Quid? Fregelliani non ne sp. sua con. sunt?* Duisb. *Fregellani non sua sp. con.*' Græv. 'Voss. 1. 2. Leid. 2. *Fragelliani.* In reliquis Mss. *Fregelliani* vel *Fregeliani.*' Oud. Dein ψ et Leid. 3. *num sua sponte.*—6 Erf. Tur. et Lamb.

NOTÆ

[b] *Fregellani*] Hos majestatis damnatos, quod socii populi Romani cum essent, contra remp. iniissent consilia, improviso obsessos ad deditionem compulit prætor Opimius, et eorum urbem evertit Coss. M. Plautio et M.

facile conarentur, quo, illi quemadmodum discessissent, videbant.[y] [7] Nam rerum imperiti, qui uniuscujusque rei de rebus ante gestis exempla petere non possunt, ii per imprudentiam facillime deducuntur [8] in fraudem :[z] at ii, qui sciunt quid aliis acciderit, facile ex aliorum eventu,[9] suis rationibus possunt providere. [*p*. 27.] Nulla igitur re [10] inducti, nulla spe freti arma sustulerunt? Quis hoc credat,[11] tantam amentiam quenquam tenuisse, ut imperium populi Romani [12] tentare [a] auderet, nullis copiis fretus? Ergo aliquid fuisse necesse [13] est. Quid aliud, nisi id,[14] quod dico,[b] potest esse?

14. In attenuato [15] figuræ genere, quod [16] ad infimum et quotidianum sermonem demissum [17] est, hoc erit exemplum: Nam ut forte hic in balneas [18] venit, cœpit, postquam per-

[y] *Eo minus isti debuerunt conari bellum inferre Romanis, quod viderunt quam infeliciter cessisset defectio Fregellanis.*
[z] *Malum consilium.* [a] *Labefactare.* [b] *Nempe insignem amentiam.*

ed. *eo quidem isti minus:* Cauch. *isti minu isti qui unica fac. con.*—7 ψ, Erf. Pith. Cauch. cum Schutz. Wetzel. et Orell. *quod illi quemadm.* Ms. ap. Schutz. *qui illi quemadm.* Reliqui Mss. et edd. *quo illi quemadm.* 'Post *quo* aut addendum, aut intelligendum *magis.*' Ern. Tum '*Descissent*] Leid. 1. *desissent:* Leid. 4. *decidissent:* Voss. 3. *fecissent.*' Oud. ψ et cod. Aug. *decidissent:* Pith. *destitissent:* Erf. Cauch. Tur. Grut. Oliv. Græv.-Burm. et Lall. *descissent:* Lamb. *descivissent:* A G L R et edd. vett. cum Schutz. Wetzel. et Orell. *discessissent.* Tum Cauch. *videbantur.*—8 A *possent, ii per prudentiam fac. deducerentur.* Al. teste Grævio *facile adducuntur:* Ed. Omnib. *facillime deducerentur.*—9 '*Ex aliorum eventis*] Erf. *ex al. eventu:* Pith. *ex al. eventibus.*' Græv. '*Ex al. eventu*] Voss. 2. 3. *ex al. eventibus:* Leid. 1. 4. ed Omnib. *ex al. eventis:* ed. Med. *ex eorum ev.*' Oud. A, Tur. et Orell. *ex al. eventis:* G R *ex al. eventibus:* ψ *ex al. eventu;* et sic vulg. Vid. Lang. ad Cic. de Amic. c. 4.—10 Leid. 3. *proinde nulla re ind.*—11 '*Quis hoc credat*] Voss. 1. cum edd. pr. *quis hoc crederet.* In ceteris Mss. *credet.* Abest *hoc* a Leid. 3.' *Oud.* G L R ac Erf. *credet.*—12 Erf. *imperium P. R. tentare.*—13 L, Pith. tres Mss. ap. Græv. ac Voss. 1. Leid. 2. 3. ed. Med. *necessarium.* Mss. tres ap. Gronov. *necessarium.*—14 G *Quid autem al.* Schutz. et Wetzel. de Ern. suspic. *Quod quid al.* Dein G *nisi quod dico:* Lamb. ed. *nisi hoc quod dico.*—15 'Leid. 1. *In attenuatæ;* quod præfero cum Grævio.' *Oud.* Erf. Schutz. Wetzel. et Orell. quoque *In attenuatæ.* Vulg. *attenuato.* Vid. Nott. Varr.—16 '*Quod*] Voss. 1. Leid. 2. ed. Med. *et quod:* in ceteris *id quod;* nisi quod in Voss. 3. sit *i.* pro *id est*, ut puto.' *Oud.* In A et Erf. *id quod;* L *et quod;*

NOTÆ

Fulvio A. U. C. 629. ante Chr. 125. Liv. in Epit. et Velleius. Ceterum Fregellæ urbs illustris fuit Volscorum in Latio, in cujus ruinis exstructum est castrum *Ceperano.*

fusus est, defricari.[c] [19] X. Deinde, ubi visum est, ut [20] in alveum [c] descenderet, ecce ibi [1] iste de transverso,[d] Heus, inquit, adolescens, pueri tui modo me pulsaverunt;[e] [2] satisfacias oportet. Hic, qui id ætatis ab ignoto præter consuetudinem appellatus esset,[f] erubuit. Iste clarius[g] [3] eadem et alia dicere cœpit.[4] Hic vix tandem inquit, Sine me considerare.[h] [5] Tum vero iste cœpit clamare [6] voce ista, quæ vel facile cuivis rubores elicere[i] posset:[7] Ita petulans es atque acer, ut ne ad solarium [d] quidem idoneus, ut mihi videtur, sed pone scenam,[8] et in ejusmodi locis

[c] *Cœpit abstergi linteis postquam aqua lotus est.*
[d] *De loco obliquo.* [e] *Servi tui me percusserunt.*
[f] *Qui ea ætate præter morem vocatus fuisset in jus ab ignoto.*
[g] *Voce magis elata.* [h] *Permitte me rem examinare.*
[i] *Quemvis pudore suffundere.*

Pith. *id est quod.*—17 A et Erf. *dimissum.*—18 Tur. *ad baln.*—19 '*Perf. est, defricari*] Ed. Omnib. *perf. confricari:* Voss. 2. *perf. est oleo, defricari,* e glossemate. Voss. 3. *defricare.*' Oud. In A *confricari.* Vid. Nott. Varr.

Cap. x. 20 '*Ubi visum est, ut in alv.*] Voss. 1. 3. Leid. 2. ed. Med. *ubi visum est ire;* vere, ut opinor. Tum *quod in alv.* Voss. 2.' *Oud.* L ψ, Schutz. Wetzel. et Orell. *ubi visum est ire.* Al. edd. non habent *ire.*—1 Pro *ibi,* G habet *venit* in marg.—2 A *passurunt:* Voss. 3. Leid. 4. edd. pr. cum Orell. *pulsarunt:* G L R ψ, Tur. Erf. Cauch. *pulsaverunt;* et sic vulg.—3 Voss. 3. et ed. Med. *Ille clarius.*—4 Schutz. vocem *cœpit* delevit: Wetzel. eam uncis inclusit.—5 Erf. omnes Mss. Oud. et ed. Med. *tamen inq.* Tum in A *Sine me considera.*—6 '*Iste cœpit clamare*] Voss. 3. *te cœp.* Abest verbum *cœpit* a Voss. 1. Leid. 1. 2. 4. Verissime. Vid. Græv.' *Oud.* *Cœpit* quoque omittunt L ψ, Schutz. et Orell. Eam Wetzel. uncis inclusit. Vid. Nott. Varr.—7 '*Voce ista quæ vel facile*] Ed. Med. *voce magna ista quæ vel perfacile.* Pro *vel facile,* in Voss. 2. 3. Leid. 3. 4. ed. Omnib. *perfacile.*' Oud. *Perfacile* quoque A R ψ et Tur. Schutz. edidit *quod facile vel,* omissis *ista voce.* Dein '*Rubores elicere*] Ita Lambin. emendat ex Ranconeti conjectura. Vulg. et Mss. *ejicere* habent, a quibus non discedo.' *Brut.* '*Ruborem* ed. Med. *ejicere* vel *eicere* Mss. omnes; sed ed. Omnib. *injicere.* Leid. 3. *potest.*' Oud. A *inicere:* L *eicere.* R *potuisset.* In ed. 1474. *iste clara voce cœpit ista, quæ fac. cuivis ruborem adjicere possent:* quo nil melius reperit Ern. Vulg. ut Ern. Vid. Nott. Varr.—8 Duisb. *es aterve:* hinc Schutz. *atque protervus.* '*Acer, ut ne ad solarium quidem idoneus*] *Aterve ad sol.* Leid. 4. *ad solarium* habet cum ed. Omnib. solus Voss. 3. a m. pr. et ed. Med. *solarium* sine præpositione. In ceteris Mss. ab m. pr. *ad salutandum.* *Idoneus* legitur in nullo cod. et edd. pr. præter Leid. 1. in quo *idoneus es.* Vid. Grævium, cui accedo.' *Oud.* Vulg. *atque acer.* '*Ad solarium*] *Ad salutandum* unus Gryph. lib. B. Et paullo post, *pone scenam,* ubi *penes* alii habent, et melius equidem, ni fallor.' *Brut.* R *ad solarium salutandum:* Tur. *ad salutandum.* Dein in A L ψ *idoneus*

NOTÆ

[c] *Alveum*] Alveus erat lapidea vel structilis fossa balnearum.

[d] *Solarium*] Fori Romani locus, in quo erat solarium, ubi otiosis deambulare mos fuit.

exercitatus sis.[k] [9] Conturbatus [10] est adolescens: nec mirum, cui etiam nunc pædagogi lites ad auriculas [11] versarentur, imperito ejusmodi conviciorum.[l] [12] Ubi enim iste [13] vidisset scurram [m] exhausto rubore, qui se putaret nihil habere, quod de [14] existimatione perderet, ut omnia sine famæ detrimento facere posset? 15. Igitur genera figurarum ex ipsis [15] exemplis intelligi poterunt. Erit enim et attenuata verborum constructio [16] quædam, et item alia in gravitate, alia posita in mediocritate.[17]

Est autem cavendum, ne, dum hæc genera consectamur,[18] in finitima et propinqua vitia veniamus. Nam gravi figuræ, quæ laudanda est, propinqua est ea quæ fugienda est;[19] quæ recte videbitur appellari, si sufflata [n] [20] nominabitur. Nam ut [1] corporis bonam habitudinem tumor imi-

[k] *Adeo protervus es et fervidus, ut, mea quidem sententia, non sis idoneus ad loquendum in foro, quo conveniunt viri honesti, sed sis exercitatus ad clamandum cum abjectis mimis post scenam, aut in similibus locis.*

[l] *Assuetus tantum fuerat objurgationibus pædagogi, nec ejusmodi convicia audierat.*

[m] *Spannionem impudentissimum.* [n] *Inflata.*

deest; et eam omittunt Schutz. et Wetzel. Orell. eam uncis inclusit. In R *idoneus es.* Mox '*Sed pone scenam*] Leid. 1. 2. *penes cenam.* In ceteris Mss. et edd. pr. *penes scenam.* Abest *sed* a Leid. 4.' *Oud.* A R, Tur. *sed penes scenam.* Vid. paulo ante, et Nott. Varr.—9 '*Et in ejusm.*] Exsulat præpositio a Voss. 3.' *Oud.* Tum Pal. *exercite:* Lamb. ed. 1584. et Schutz. *exercitus sis.*—10 Pith. *Ad hæc turbatus est adol.* Cauch. *Ad hæc conturb. est adol.*—11 Leid. 3. *ad aures.*—12 '*Imperito hujusm. convic.*] Sic Mss. omnes et ed. Med. non *ejusmodi;* quod præcessit. *Imperitus* Leid. 1.' *Oud.* Erf. *imperito hujusm. conv.* ψ *imperitus hujusm. vitiorum.*—13 G ψ *Ubi istum:* Schutz. et Wetzel. *Ubi enim ille,* de Ern. suspic.—14 Præpositio in A deest. Tum '*Perderet*] Legend. fortasse est, *deperderet.*' Lamb. In Voss. 3. *proderet.* —15 Leid. 4. Duisb. et Schutz. *ex istis exempl.* Lamb. ed. *ex his exempl.*—16 '*Erit enim et atten. verb. constructio*] Voss. 1. 3. Leid. 1. 2. *Erat* cum edd. pr. *Et* deest Mss. quatuor et ed. Omnib. *Constitutio* Voss. 3.' *Oud.* A L ψ, Pith. *Erat enim:* Erf. *Erit,* sine *enim.* A G L R, Tur. non habent *et.* Schutz. edidit *Erit enim et in att.*—17 *Item* non est in A. Dein '*Alia in grav., alia pos. in mediocr.*] Voss. 3. Leid. 2. ed. Med. *al. pos. in mediocr. Tertia quæ plena erat gravitatis.* Haud inepte sane.' *Oud.* L *al. pos. in mediocritate tertia quæ plena gravitatis.*—18 '*Consectamur*] Duisb. Lamb. et aliæ edd. quædam, *consectemur.*' Græv. *Consectemur* quoque A G L R, omnes Mss. Oud. et edd. pr.—19 Erf. et ed. pr. *nam gravis figura ... prop. est ei:* Pith. *nam gravi figuræ ... prop. ea.* In ψ quoque *gravis figura.* Tum Erf. *quæ fug., quæ recte.* Verba *quæ laudanda est ... quæ fug. est,* suspecta Ernestio, delevit Schutz.—20 '*Sufflata*] *Suffulta* legitur in duobus Gryph. B C, et Leonic. exemplari.' *Brut.* 'Mss. omnes et edd. pr. *suffulta:* hoc est, suffarcinata, ut apud Terent. In Voss. 3. additur interpretatio *grossa.*' *Oud.* *Suffulta* etiam in A G L R ψ. Vulg. *sufflata.* Vid. Nott. Varr.—1 '*Nam ut*

tatur sæpe; ita[2] gravis oratio sæpe imperitis videtur ea, quæ turget et inflata est, cum aut novis aut priscis verbis, aut duriter aliunde translatis, aut gravioribus, quam res postulat, aliquid[3] dicitur, hoc modo: Nam qui perduellionibus venditat[4] patriam, non satis supplicii dederit, si præceps in Neptunias[e] depulsus[5] erit lacunas.[o] Pœniteat[6] igitur istum, qui montes belli fabricatus est, campos[7] sustulit pacis.[p] In hoc genus plerique cum declinassent,[8] et ab eo, quo profecti sunt, aberraverunt,[f] et[9] specie gravitatis falluntur, nec prospicere possunt orationis tumorem.[10]

XI. 16. Qui in mediocre genus orationis profecti sunt, si pervenire eo non potuerunt,[11] errantes perveniunt ad confine

[o] *Qui rebellione prodit patriam, non satis gravem pœnam patietur, si præcipitetur in mare.*

[p] *Qui tumultum belli excitavit, et abstulit tranquillitatem pacis.*

corp.] Sic Voss. 3. Leid. 3. cum edd. pr. In reliquis Mss. *Nam ita ut corp.*' Oud. G L R et Erf. quoque habent *Nam ita ut corp.*—2 '*Ita gravis oratio*] Voss. 1. *ea gr. or.* punctis subductis. Leid. 1. *item gr. or.*' Oud.—3 *Aliquid* in A deest.—4 'Pith. *perduellionibus vendit:* Lamb. ed. *perduellibus vendit.*' Græv. Lamb. ed. habet *venditat,* non *vendit,* teste Orellio.—5 '*Depulsus*] Ita Mss. sex cum edd. pr. ut bene restituit Grævius. *Depultus* Leid. 2. cum varia lectione Voss. 1.' *Oud.* *Depulsus* ψ, Tur. Schutz. Wetzel. et Orell. Vulg. *depultus.* Vid. Nott. Varr.—6 Omnes Mss. *Pœnitet;* et sic vulg. In ed. 1474. Schutz. Wetzel. et Orell. *Pœniteat.*—7 Voss. 1. *et campos.*—8 G *In hoc genere.* Dein '*Plerique cum declinant*] Voss. 1. *plerumque:* Leid. 1. *declinarent:* Voss. 1. Leid. 2. 4. ed. Omnib. *declinavissent:* Voss. 2. Leid. 3. ed. Med. ac vulgo *declinassent:* Voss. 3. *derivassent.*' Oud. In G *declamarent;* R ψ, *declinarent:* Erf. Græv.-Burm. et Orell. *declinant.* Al. edd. *declinassent.* Vid. Nott. Varr.—9 '*Et ab eo, quo prof. sunt, aberraverunt*] Deest copula Leid. 2. *sunt* abest Leid. 4. *aberrant* Leid. 3. non male.' *Oud.* In A *ut ab eo:* R *ab eo,* sine copula. Duisb. *quo prof. aberraverunt:* Erf. et Cauch. *quo prof. sunt aberrarunt.* In A *oberraverunt.* Præterea '*Et specie*] Voss. 1. 3. Leid. 2. 4. carent copula. Et recte, ut opinor.' *Oud.* Orell. copulam delevit. Vulg. *et specie.*—10 R ψ, Tur. Duisb. Voss. 1. 3. Leid. 2. 4. ed. Med. ac Crat. et Lamb. cum Schutz. Wetzel. et Orell. *perspicere.* Al. edd. et Mss. *prospicere.* 'Sed deberet esse *prospicere ... tumori,*' ait Orell. 'i. e. cavere sibi a tumore; id quod minime displicet.'

Cap. xi. 11 '*Poterunt*] Al. *potuerunt.*' Græv. 'Voss. 3. ed. Omnib. *potuerunt:* Leid. 3. *poterint:* sed bene Voss. 1. Leid. 1. 2. ed. Med. *potuerint.*' Oud. *Potuerunt* G L R, Tur. cum edd. 1474. 1475. Med. 1498. Junt. Ald.

NOTÆ

[e] *Neptunias*] Multo duriore, quam ferri possit, metaphora, mare diceretur Neptuniæ lacunæ. Lacunæ fossæ sunt quibus aqua collecta continetur. Neptunus poëtis Deus est maris.

[f] *Aberraverunt*] Nimirum auream mediocritatem tenere, operosius quiddam est quam vulgo putetur. 'In vitium ducit culpæ fuga, si caret arte:' Horat. in Arte Poët.

genus ejus generis,[12] quod appellamus fluctuans et dissolutum; eo quod sine nervis et articulis fluctuat[13] huc et illuc,[q] nec potest confirmate,[14] neque viriliter sese[15] expedire. Id est hujusmodi:[16] Socii nostri cum[17] belligerare nobiscum vellent, profecto ratiocinati essent etiam atque etiam, quid possent facere, si quidem sua sponte facerent, et[18] non haberent hic adjutores multos, malos homines et audaces.[19] Solent enim diu cogitare omnes, qui magna negotia volunt agere. Non potest hujusmodi sermo tenere attentum auditorem: diffluit[20] enim totus, neque quicquam comprehendens perfectis verbis amplectitur.[1] Qui non possunt in illa facetissima verborum attenuatione commode[2] versari, veniunt ad aridum et[3] exsangue genus orationis, quod non alienum est exile nominari, cujusmodi est hoc: Nam istic ille ad balneas accessit;[4] ad hunc postea dicit, Hic[5] tuus servus me pulsavit. Postea dicit hic illi,[6] Considerabo. Post ille huic[7] convicium fecit, et

[q] *Non cohærens et dissipatum, quia nulla membrorum connexione hinc inde fertur.*

Schutz. Wetzel. et Orell. Al. edd. et Mss. *poterunt.*—12 '*Ad confine genus ejus generis*] Abest *genus* a Voss. 1. 3. Leidd. omn. et edd. pr. *Ad confiniam* Leid. 1. sed Leid. 4. et ed. Omnib. *ad confinium ejus gen.* recte. Vid. Græv.' *Oud.* A L, Tur. et plerique Mss. *ad confine genus ejus gen.* et sic vulg. In ψ *genus* deest; et pro *ejus* G R habent *ejusdem.* Schutz. Wetzel. et Orell. *ad confinium ejus generis.* Vid. Nott. Varr.—13 Voces *fluctuans et* absunt ab A G L R ψ, prob. Orell. In iisdem Mss. pro *eo quod*, legitur *quod est.* Tum pro *nervis*, L habet *verbis*, sed in marg. *nervis.* Porro A G L ψ habent *articulis, ut hoc modo apellem fluctuans, eo quod fluctuat:* R *articulis. Et appellamus etiam fluctuans, eo quod.* Vulg. ut Ern. Vid. Nott. Varr.—14 '*Confirmate*] Sic Voss. 3. In reliquis Mss. et edd. pr. *confirmare.*' Oud. *Confirmare* quoque in A ψ. Vid. Nott. Varr.—15 G R *se exp.*—16 '*Hujusmodi*] Ita Leid. 4. cum edd. pr. In ceteris Mss. *ejusmodi.*' Oud. Vulg. *hujusm.*—17 Tur. *si bellig.*—18 Pith. *si quid sua sp.* et G non habet copulam post *facerent.*—19 '*Hic adj. multos et malos hom.*] Voss. 1. 2. Leid. 1. 2. et edd. pr. *hinc.* Copulam non agnoscunt Mss. aut edd. pr. præter solum Leid. 4. In ed. Omnib. *multos hom., malos:* non male.' *Oud.* A L ψ, Duisb. *hinc.* Vox *adjutores* in A deest. A G L, Tur. Erf. Pith. Schutz. Wetzel. et Orell. omittunt copulam ante *malos*, quæ vulgo extat. Dein Lamb. ed. *atque audaces.*—20 Voss. 3. *intentum aud.* Leid. 2. et Pith. *Defluit enim.*—1 ψ *profectis verbis*, et A R *complectitur.*—2 Pith. omittit *commode.*—3 A *aridum, exsangue*, sine copula.—4 '*Nam istic ille ad balneas accessit*] *Nam ille istic in balineis accessit ad hunc, postea dixit:* ita legitur in tribus Gryph. libris Mss. non male.' *Brut.* 'Deest *ille* Voss. 2. Leid. 1. 3. 4. Al. dant *ille istic*, vel *istic in balneas ille.* In Mss. omn. et edd. pr. est *in balneas;* nisi quod Leid. 1. Voss. 2. habeant *in balneis.*' Oud. G non habet, *istic*, nec Tur. *ille*, quam vocem Orell. uncis inclusit. A G L R et Tur. *in balneas.* Vulg. ut Ern. Vid. Nott. Var.—5 '*Postea dixit*] Erf. *postea dicit.*' Græv. A *dixit, Hec:* G *dixit, Hic.* Vulg. *postea dicit, Hic.*—6 '*Dixit hic*]

magis magisque præsentibus multis clamavit. Frivolus hic quidem jam[8] et illiberalis est sermo. Non enim adeptus[9] est id, quod habet attenuata figura, puris verbis et electis compositam[10] orationem. Omne[11] genus orationis, et grave, et mediocre, et attenuatum, dignitate afficiunt[12] exornationes, de quibus post loquemur: quæ si raræ disponentur,[13] [g] distinctam,[r] sicuti coloribus; si crebræ[14] collocabuntur, oblitam reddent[15] orationem. Sed[16] figuram in dicendo commutari[17] [h] oportet, ut gravem mediocris, mediocrem excipiat[18] attenuata. Deinde identidem commutentur, ut facile[19] satietas varietate[20] vitetur.

XII. 17. Quoniam, quibus in generibus elocutio versari debeat, dictum est, videamus nunc, quas res debeat habere elocutio commoda et perfecta. Quæ maxime admodum oratori[1] accommodata est, tres res in se[2] debet habere;

[r] *Convenientem.*

Erf. *dicit hic.*' Græv. In A *dicit hec.* Vulg. *dicit hic.*—7 '*Post ille conv. fecit*] Ed. Med. *postea.* In nullo nec Ms. nec ed. est *huic;* quod bene delevit Grævius.' *Oud.* A G L ψ, Tur. omittunt *huic,* quod Orell. uncis inclusit. Vid. Nott. Varr.—8 A *hec quidem.* In A G ψ *jam* non legitur.—9 Cauch. Ms. non habet *adeptus.*—10 A *lectis,* et ψ *continatam orationem.*—11 *Omne* in A deest, spatio relicto.—12 '*Et grave, et mediocre, et attenuatum dignitate afficiunt*] Margo Cratand. *et gravem et mediocrem, et attentam dignitatem efficiunt.* In Erf. et Cauch. est *dignitate efficiunt:* sed alii stant a vulgatis.' *Græv.* In A *et gravem, et mediocrem, et attenuatam dignitatem.* 'Voss. 2. 3. Leid. 1. 3. 4. *dignitatem:* in quo *gravem et mediocrem et adtenuatam.* In Leid. 1. etiam *gravem et mediocrem et adtenuatam.*' Oud. In G ψ *efficiunt.* Vulg. ut Ern.—13 '*Si raræ*] Edd. non nullæ *si rara.*' Græv. Leid. 2. *raro.* Leid. 1. *disponantur:* G *disponuntur.*—14 Voss. 3. Leid. 2. *crebro.*—15 G R ψ, Tur. sex Mss. Oud. et edd. pr. *obliquam:* Voss. 2. *oblicam.* Dein vulg. *reddunt:* Tur. ed. 1474. Lamb. Ern. Schutz. Wetzel. et Orell. *reddent.* Vid. Nott. Varr.—16 A *Si fig.*—17 A G ψ et Tur. *commutare.*—18 Al. *recipiat,* teste Grævio.—19 Vox *facile* spuria videbatur Ernestio.—20 Leid. 4. et Duisb. non habent *varietate.*

CAP. XII. 1 '*Maxime admodum oratori accom.*] Sic Leid. 4. Deest *admodum* Leid. 3. ut edidit Lambinus. *Max. adm. oratoris* Voss. 1. Leid. 1. ed. Med. *max. ad commodum oratoris* Voss. 2. 3. Leid. 2. ed. Omnib. Offendit librarios conjunctio vocum *maxime admodum.* Sed synonymis aliquando non abstinuerunt etiam brevissimi scriptores.' *Oud.* Tur. *ad modum oratoris:* ψ et ed. Cratand. *ad commodum oratoris:* Junt. et Schutzius *ad officium oratoris:* Wetzel. *maxime oratori.* Orell. h. l. ut corruptum de-

NOTÆ

[g] *Quæ si raræ disponentur*] Quod in tabella colores, illud idem efficiunt in oratione exornationes. Hæ si raræ fuerint, convenientem et distinctam quasi coloribus, reddent orationem; si frequentiores, opimam et quasi adipatam.

[h] *Figuram in dicendo commutari*] Id videre est in orationibus Ciceronis, quarum aliæ licet alio sint charac-

elegantiam, compositionem, dignitatem. Elegantia est, quæ facit, ut unumquodque pure et aperte[3] dici videatur: hæc distribuitur in Latinitatem et explanationem. Latinitas est, quæ sermonem purum conservat, ab omni vitio remotum. Vitia in sermone, quo minus is Latinus sit,[4] duo possunt esse; solœcismus et barbarismus. Solœcismus[i] est, cum in verbis pluribus consequens verbum superiori non accommodatur.[5] Barbarismus[k] est, cum verbum aliquod vitiose effertur. Hæc[6] qua ratione vitare possimus, in arte grammatica dilucide dicemus.[7] Explanatio est, quæ

notavit. Vulg. ut Ern.—2 A ψ omittunt *in se.*—3 '*Ut unum quodque pure et aperte*] Sic scripsi auctoritate Mss. et edd. pr. pro *unum quidque.* Addit *verbum* ed. Omnib. *pure et perfecte* Leid. 2.' *Oud.* L R ψ *unumquidque;* et sic vulg. Erf. *unusquisque:* A G, Tur. ed. 1474. et seqq. cum Schutz. Wetzel. et Orell. *unumquodque.* Tum G *pure etiam aperte.*—4 Voces *in sermone* ab Erf. absunt. Dein Voss. 3. *quo minus sermo illatinus sit.* In A *is* deest.—5 '*Cum verb. plur. cons. &c.*] Mss. sex et ed. Med. *cum in verb. pl.* Verissime, sive ubi plura verba sunt posita. Leid. 4. *cum verbis, &c. accommodabitur.*' Oud. R non habet *in* ante *verbis*, et sic vulg. Præpositionem retinent A G L ψ, Tur. Lamb. Schutz. Wetzel. et Orell. Dein A *accommodat.* Vid. Nott. Varr.—6 Voss. 3. et ed. Omnib. *profertur.* Tum G *Hoc qua ratione.*—7 '*Dilucide discemus*] Voss. 1. 2. Leid. 1. 3. 4. et ed. Omnib. *dil. dicemus;* quod est reponendum.' *Oud.* G L R ψ, Tur. *discemus;* et sic vulg. A *dil. dicemus.* '*Dil. dicemus*] Pro vulgato *discemus,* e Mss. et edd. vett. 1474. 1475. Med. 1498. Junt. Ald. post quam receptum est *discemus*, ut in Victor. Verbo *discemus* non aptum est *dilucide;* et fortasse propterea librarius Ms. Lips. omi-

NOTÆ

tere scriptæ, omnes tamen pro variis partibus triplex dicendi genus expressum habent. Exordia plerumque mediocri, narrationes attenuato, perorationes gravi figura constant.

[i] *Solœcismus*] Est oratio vitiosa, ut si quis dixerit, 'virtus est ab omnibus sequendus;' nomen habet a civibus urbis Solorum, quæ urbs in Cilicia a Solone conditore appellata est. Scilicet hujus incolæ, licet Attici, ab Atticæ linguæ venustate ita deflexerant, ut sermonem Atticum Solicæ linguæ vitiis inquinarent. Hinc Solœcismus ad significandam orationis pravitatem abiit in proverbium. Ingeniose nescio quis apud Eustath. in Iliad. A. solœcismum interpretatur *σόου λόγου αἰκισμὸν*, *sanæ orationis depravationem.*

[k] *Barbarismus*] Definitur a Quintil. I. 5. vitium quod fit in singulis verbis, ut si quis Afrum aut Hispanum orationi Latinæ nomen inserat: item si quis in verbo literam vel syllabam adjiciat, mutet, detrahat. Nomen accepit a peregrinis in Græciam profectis, qui, cum Græce loqui conarentur, atque voces absurdas, ut aiunt, *βαρ, βαρ*, sæpe pronuntiarent, barbari vocati sunt. Unde vitium posteri barbarismum dixerunt. Barbarismum cum Gellius v. 20. dixit se non invenisse apud Græcos scriptores idoneos, vel Poëticam Aristotelis, qui eo vocabulo sæpius usus est, non legerat, vel memoria lapsus est.

reddit apertam et dilucidam orationem. Ea comparatur duabus rebus,[8] usitatis verbis, et propriis. Usitata sunt ea quæ versantur in sermone et[9] consuetudine quotidiana; propria, quæ ejus rei verba sunt, aut esse possunt, qua de loquemur.[10]

18. Compositio est verborum constructio, quæ facit omnes partes orationis æquabiliter perpolitas.[11] Ea conservabitur,[12] si fugiemus crebras vocalium concursiones, quæ vastam atque hiantem orationem reddunt, ut hoc est: Baccæ æneæ[s 13 1] amœnissimæ impendebant: et si vitabimus ejusdem literæ nimiam assiduitatem: cui vitio versus hic erit exemplo: (nam hic nihil[14] prohibet, in vitiis, alienis exemplis[15] uti:) [*p.* 28.]

O Tite,[m] tute, Tati,[16] tibi tanta tyranne tulisti,[t]

et hic[17] ejusdem poëtæ:

Quicquam quisquam cuiquam quod conveniat, neget:[18]

[s] *Fructus arborum ex ære.*
[t] *O Tite Tati tyranne, tu ipse tibi tam gravia attulisti.*

sit.' *Ern.* quem Wetzel. et Orell. sequuntur. Schutz. *dicemus,* omisso *dilucide,* quod uncis Wetzel. inclusit.—8 Pro *duabus rebus,* in Voss. 3. legitur *duobus modis;* et sic margo Cratandri.—9 A et Erf. *serm., cons.* sine copula.—10 A *aut poss.* omisso *esse.* Tum Voss. 3. Leid. 2. 3. *de qua loquemur, vel loquimur.*—11 '*Comp. est verb. constr.*] Ultimæ voces *verb. constr.* exsulant a Voss. 1. 3. Leid. 2. 3. ed. Med. Contra seqq. *quæ facit omn. part. oration.* desunt Leid. 1. 4. Voss. 2. ed. Omnib. Alterum abundat.' *Oud. Verborum constructio* in L quoque desunt; et *quæ ... orationis* in A G ψ, Tur. Crat. et Schutz. Dein '*Æquabiliter perpolitas*] Leid. 4. *non nisi æq. perpolita:* Leid. 3. *æqualiter perpolita:* Voss. 2. item et ed. Omnib. *perpolita.*' Oud. *Perpolita* etiam A G ψ, Tur. Crat. et Schutz. Vid. Nott. Varr.—12 ψ *conservabimus.*—13 ψ, Erf. Voss. 1. ed. Omnib. *ut hæc est:* A *ut hec est.* Dein '*Baccæ æneæ am. inpendebant*] Voss. 1. Leid. 2. *bacæ:* Leid. 4. *bacæ* cum ed. Omnib. *Bacchæ* ed. Med. *æreæ* Voss. 2. *inpediebant* Voss. 1.' *Oud.* In A *Bacchæ areæ.* Vid. Nott. Delph. et Varr.—14 Duo codd. teste Orellio, *hoc erit exemplo;* et Duisb. *nam hoc nihil.*—15 A *exempli.* Duisb. non habet *exemplis.* Vid. Merul. ad Enn. p. 235.—16 'Erf. *O Tite, Tati tute:* Duisb. *O Tite, tute tibi.*' Græv. Deest *Tati* Leid. 4. Voss. 2.—17 Pith. et Duisb. *et hoc.*—18 '*Quidquam quisquam cuiquam quod conveniat*] Erf. et Pith. *Quidq. quisquam quemquam quisque conveniet:* Duisb. *Quicq. quisquam quisque conveniat.*' Græv. 'Cum ed. Omnib. Voss. 1. Leid. 2. 4. *Quidq. quisquam quemque quisque:* Voss. 2. *Quidq. quisq. quemquam quemque:* Voss. 3. *quisquam quisque quemque quisquam* Leid. 1. *quidq. quisq. quemquam quis:* ed. Med. *quidq. quisq. quemquam.*' Oud. '*Conveniat, neget*] Leid. 2. 3. ed. Med. *conveniet:* Leid. 4. *negetis.*' Idem. G non habet *cuiquam quod;*

NOTÆ

[1] *Baccæ æneæ*] Legunt nonnulli *baccæ Eoæ,* id est, uniones orientales.

[m] *O Tite*] Versus Ennianus ex Annal. l. I. Titus Tatius Sabinorum rex,

et, si ejusdem verbi assiduitatem nimiam[19] fugiemus; ea est hujusmodi:[20] Nam cujus rationis ratio non extet, ei rationi ratio non est fidem habere:[u1] et, si non[2] utemur continenter similiter cadentibus verbis, hoc modo:

Flentes,[n] plorantes, lacrymantes, obtestantes:[3]

et, si verborum transjectionem[4] vitabimus,[x] nisi quæ erit concinna, qua de re posterius loquemur; quo in vitio est Lucilius[5 o] assiduus, ut hoc est in priore libro:[6]

Has res ad te scriptas, Luci, misimus, Æli.[7]

Item fugere oportet longam verborum continuationem, quæ et[8] auditoris aures, et oratoris spiritum lædit. His vitiis in compositione vitatis, reliquum operis[9] consumendum est in dignitate.

XIII. Dignitas[p] est, quæ reddit ornatam orationem, va-

[u] *Nam aliquid sine ratione credere non oportet.*
[x] *Separando quæ sunt conjungenda.*



pro quibus verbis in A legitur, *quemquam quemque quisque*, et in ψ *quemquam quisque*. Vulg. ut Ern.—19 G *Et, ejusd.* Tum A *assid. fug.* omisso *nimiam.*—20 '*Ea est hujusm.*] Voss. 2. *hujusm.* Leid. 2. 3. 4. *ejusm.* ed. Med. *quæ est ejusm.* Voss. 3. *ea est ejusm.*' Oud. Verba *ea est* non sunt in A et Erf.—1 Voss. 3. et Pith. *fid. adhibere.*—2 A omittit *si non.*—3 A *lacr.*, *commiserantes, obtestantes.*—4 Pith. *trajectionem*: A *transjectione.*—5 '*Lucilius*] Voss. 1. 3. Leid. 1. 2. 3. ed. Med. *Cecilius*: Voss. 2. ed. Omnib. *Celius.* Deest nomen una cum verbis *in vitio est* a Leid. 4.' *Oud.* G L R ψ, *Cecilius*: Erf. et Pith. *Cælius.*—6 Pith. *in primo libro.*—7 '*Has res ad te scriptas Luci misimus Æli*] Addit Duisb. *pro has res ad te misimus Lucili.* Scribe, *Luci Æli.*' Græv. 'Ed. Med. *Has ad te scriptas tibi.* Post *Æli* additur in Leid. 4. *pro has res ad te misimus Lucili.*' Oud. —8 A *quæ aud.* sine *et.*—9 A et Leid. 3. *opere*: G *opus* cum punctis: L, Voss. 1. Leid. 1. 2. ed. Med. *operationis*: ψ *orationis.*

NOTÆ

injuriam raptarum virginum ulturus, bellum adversus Romanos movit, quod ancipiti Marte triennio gestum, iis tandem legibus compositum est, ut pari jure Romulus et Tatius in Urbe regnarent, Urbi a Romulo nomen maneret, populus a Curibus Tatii patria Quirites appellarentur. Tatius post quinquennium per insidias occisus est Lavinii, A. U. C. 13. ante Chr. 741. Livius, Dionysius, &c.

[n] *Flentes*] Versus hexameter spondaicus.

[o] *Lucilius*] De quo diximus in notis ad l. II. § 19. ad Heren.

[p] *Dignitas*] Consistit in figuris verborum et sententiarum. Scilicet postea quam res ordine quæque suo inventæ et dispositæ sunt, sequitur ut animo recte informentur et quasi figurentur. Duplex est autem rerum inventarum conformatio: altera simplex, rudis, et quæ se ultro offert; altera vero est elegans, plena dignitatis, quæ ab illa vulgari conformatione recedit, et figurata dicitur.

rietate distinguens.[10] Hæc in verborum et sententiarum exornationem[y] [11] dividitur. Verborum exornatio est, quæ ipsius sermonis insignita continetur perpolitione.[12] Sententiarum exornatio est, quæ non in verbis, sed in[13] ipsis rebus quandam habet dignitatem.[14]

19. Repetitio[15] est, cum continenter[z] ab uno atque eodem verbo in rebus similibus[16] et diversis principia sumuntur, hoc modo: Vobis istud attribuendum est, vobis gratia habenda,[17] vobis res ista erit[18] honori. Item, Scipio[q] Numantiam[r] sustulit, Scipio Carthaginem delevit, Scipio pa-

[y] *Figuras.* [z] *Semper.*

Cap. xiii. 10 G *ornatam locutionem orationem.* Tum idem Ms. *varietatem:* L, Voss. 1. Leid. 2. *varietate distinguit.*—11 '*Hæc in verb. et in sent. exornationem*] Sic lege cum Voss. 1. 3. Leid. 1. 2. 3. ed. Med. in qua etiam *exornationes:* Leid. 4. ed. Omnib. *exornatione.* Vulgo secundo loco deest *in.*' Oud. A G *et in sent. exornatione:* L *et in sent. exornationes.*—12 Lamb. ed. *insignita perp. cont.* Erf. *insignitate cont. perp.* A *insignita continet perp.*—13 Erf. non habet præpositionem ante *verbis*, nec G ante *ipsis.*—14 '*Quandam habet dign.*] Desunt Leid. 2. sed pro iis exaratur *Liber V.*' Oud. Post *dignitatem* lacunam esse arbitratur Ern. et defectus signa posuerunt Schutz. et Wetzel.—15 G R *De verborum exornatione Repetitio:* ψ *Hic incipit liber quintus. Repetitio.*—16 Tur. *eodemque verbo.* Dein '*In rebus similibus*] Forte, *in rebus dissimilibus.*' Lamb.—17 G L ψ, Tur. Erf. Duisb. Cauch. omnes Mss. Oud. cum ed. Med. Lamb. et Orell. *gr. est hab.* Vulg. *gr. hab.*—18 Voss. 3. *ista res est hon.*

NOTÆ

Cum igitur figura omnis sit exquisita rerum inventarum conformatio, quæ recedit a vulgari cum dignitate, figura verborum proprie posita erit, vel in translatione qua uni rei accommodamus alterius imaginem et ad eam exprimendam quasi transferimus, vel in repetitione, complexione, &c. de quibus hic disseritur. Figura autem sententiarum recte definietur exquisita sententiæ conformatio a vulgari recedens non sine dignitate et utilitate.

[q] *Scipio*] P. scilicet Scipio Æmilianus, L. Pauli, qui Persen vicit, filius. Hic, ut Velleii verbis utar, 'vir avitis P. Africani, paternisque L. Pauli virtutibus simillimus, omnibus belli et togæ dotibus, ingeniique ac studiorum, eminentissimus sæculi sui; qui nihil in vita nisi laudandum aut fecit, aut dixit ac sensit . . . semper inter arma ac studia versatus, aut corpus periculis, aut animum disciplinis exercuit.' Ædilitatem petens consul creatus est: Carthaginienses et in Hispania et in Africa variis prœliis fregit. Carthaginem 'invisam Romano nomini,' ut ait idem Paterculus, 'funditus sustulit, fecitque suæ virtutis monumentum, quod fuerat avi ejus clementiæ. Numantiam item excisam æquavit solo . . . Post duos consulatus duosque triumphos, mane in lectulo repertus est mortuus, ita ut quædam elisarum faucium in cervice reperirentur notæ,' A. U. C. 625. ante Chr. 129.

[r] *Numantiam*] Numantia urbs Hispaniæ Tarraconensis post longam a

cem peperit, Scipio civitatem servavit. Item, Tu in forum prodire, tu lucem conspicere, tu in horum conspectum[19] venire conaris? audes verbum facere?[a] audes quicquam ab istis petere?[20] audes supplicium deprecari? Quid est, quod possis defendere? quid est, quod audeas postulare?[1] quid est, quod tibi putes concedi[2] oportere? Non jusjurandum reliquisti? non[3] amicos prodidisti? non parenti manus intulisti?[b][4] non denique in omni dedecore volutatus[5] es? Hæc exornatio, cum multum venustatis habet, tum gravitatis et acrimoniæ plurimum. Quare videtur esse adhibenda et ad ornandam et ad exaugendam[6] orationem.

Conversio est, per quam non, ut ante,[7] primum repetimus verbum, sed ad postremum continenter revertimur,[8] hoc modo: Pœnos populus Romanus justitia vicit, armis vicit, liberalitate vicit. Item, Ex quo tempore concordia de civitate sublata est, libertas sublata est, fides sublata est, amicitia sublata est, respublica sublata est.[9] Item, C. Lælius[8]

[a] *Loqui.* [b] *Nonne patrem percussisti?*

—19 G *conspectu.*—20 Pith. *audes quicq. pet.*—1 *Poscere* Gryph. B. Verba *quid est quod audeas post.* non sunt in A, Leid. 3. 4. et Duisb.—2 '*Concedi*] An *concredi?*' Orell. In Erf. *concedi putes.*—3 '*Non jusj. contemsisti*] Ita diserte exaratum inveni in Voss. 3. Leid. 2. et ed. Med. In ceteris *reliquisti.* Vid. Græv. Leid. 2. et in seqq. Leid. 3. *num, &c.*' Oud. '*Contempsisti,* quam agnoscit lectionem Lamb. legitur in uno Gryph. A. Ceteri, ut vulgati, habent *reliquisti.*' Brut. L, Græv.-Burm. et Schutz. *contempsisti.* Vulg. *reliquisti.* Hic et in tribus seqq. locis pro *non,* A L habent *num.*—4 Pro *parenti,* in A *patrem* legitur; et pro *intulisti,* in G *injecisti.*—5 A et tres Mss. Oud. *voluptatus.*—6 Verba *et ad ornandam* in A desunt. G R et Lamb. *et ad exornandam.* Dein '*Et ad augendam*] Voss. 3. *et exaug.* Leid. 3. ed. Med. *et ad exaggerandam.* Sed ceteri Mss. quinque et ed. Omnib. præbent *et ad exaug.* Verissime.' *Oud.* '*Exaugendam* habent tria Mss. exemplaria, a quibus stat cum Leonic. tum postrema Lamb. editio.' *Brut.* Tur. *et ad exaggerandam:* A G ψ *et exaug.* L R *et ad exaug.* et sic Schutz. Wetzel. et Orell. '*Et ad exaug.*] Recepi pro simplici *augendam* ex Mss. pluribus et edd. 1475. Med. 1498. Junt. Verbum etiam c. 24. occurrit.' *Ern.* Grut. Oliv. Græv.-Burm. et Lall. *et ad aug.* Vid. Nott. Varr.—7 '*Ut ante*] *Diximus* addit Voss. 3.' *Oud.* —8 G *revertimus.*—9 Verba *libertas sublata est* non sunt in Leid. 3. et ed. Omnib. nec *fides sublata est* in A R ψ, neque *amicitia sublata est* in A ψ. Voces

NOTÆ

Romanis obsidionem illustri civium desperatione ac ruina nobilis. Locus ubi sita fuit nunc pagus est, teste Morali, dictus *Garray,* ab urbe Soria vix leuca distans.

[8] *C. Lælius*] De quo Tullius in lib. de Clar. Orat. § 82. &c.

homo navus[10] erat, ingeniosus erat, doctus erat,[11] bonis viris et studiosis[12] amicus erat: ergo in civitate primus erat. Item, Nam cum istos,[13] ut absolvant te, rogas, ut pejerent,[14] rogas; ut existimationem[15] negligant, rogas; ut leges populi Romani tuæ libidini[16] largiantur, rogas.

XIV. 20. Complexio est, quæ utramque complectitur exornationem, et hanc, et[17] quam ante exposuimus, ut et repetatur idem primum[18] verbum sæpius, et crebro ad idem postremum revertamur,[19] hoc modo:[t] Qui sunt, qui fœdera sæpe ruperunt?[20] Carthaginienses. Qui sunt, qui crudele bellum in Italia gesserunt? Carthaginienses. Qui sunt, qui Italiam deformaverunt? Carthaginienses.[1] Qui sunt, qui sibi postulant[2] ignosci? Carthaginienses. Videte

fides subl. est, amic. subl. est desunt in Voss. 2. Leid. 3. ed. Omnib. et *respub. subl. est* in Voss. 1. Leid. 1. 2. ed. Med.—10 Pro *C. Lælius*, A habet *Corbellus.* '*C. Lælius*] Leid. 1. Voss. 2. *Cornelius:* Leid. 3. *Corbellius:* Leid. 4. *Gajus Lelius Cornelius.* In Mss. omn. et edd. pr. est *novus.*' Oud. *Novus* quoque G ψ et Græv.-Burm. Vid. Nott. Varr.—11 A non habet *ingeniosus erat.* '*Ingeniosus erat*] Desunt Voss. 1. In Leid. hæc et seqq. usque ad *Ergo in* non comparent.' *Oud.* Dein pro *doctus erat,* in A legitur *docerat.*—12 A et alii Mss. *studiis.* Vid. Nott. Varr.—13 A G L R ψ *in hac civ.* Tur. *hac in civ.* Pith. *in civ. amicus erat.* Tum '*Nam cum istos*] Desunt *nam cum* ed. Omnib. *cum istos* non exstant in Voss. 3. *N. cum custos* Leid. 2.' *Oud.* *Cum* non est in A.—14 Leid. 2. 4. *ut perjurent:* A *ut percerent.*—15 ψ *ut res exist.* —16 A *Rom. vix libid.*

CAP. XIV. 17 A *exorn., hanc et quam:* Voss. 1. *et hanc et illam, quam.*—18 '*Ut et repetatur*] Voss. 1. 3. Leid. 2. 3. edd. pr. *et ut rep.* deest *et* Leid. 1. Voss. 2. *ut cum rep.* Leid. 4.' *Oud.* '*Idem primum verbum sæpius*] *Primum* deest Voss. 2. 3. Leid. 2. 3. 4. edd. pr. *superius* ed. Med.' *Oud.* Erf. *ut repetatum idem verbum sæpius:* Pith. *ut et repetatur idem verbum sæpius:* Duisb. *ut cum repetatur idem verbum sæpius.* Vox *primum* in A deest. Vulg. ut Ern. —19 '*Ad idem postremum revertamur*] Leid. 3. *ad idem verbum postremo.* Ceterum solus Leid. 2. dat *revertamur;* reliqui Mss. et edd. pr. *revertatur,* ut subintelligatur 'verbum.'' *Oud.* In A G *et ad idem;* ψ *id postremo;* Tur. *idem postremo;* et A G *revertatur.* Vulg. ut Ern.—20 A *rumpere:* L, Voss. 1. Leid. 2. ed. Med. *reliquerunt.*—1 '*Crudele bellum in Italia gesserunt*] Abest *crudele* a Voss. 2. *in Italia* non comparent in Voss. 1. 2. Leid. 3. 4. Immo cuncta a *qui sunt* usque ad *gesserunt? Karthag.* non habent Leid. 1. et ed. Med. Ceterum in Mss. plerisque et edd. pr. est *Carthaginenses.*' Oud. '*In Italia*] Duæ hæ voces in Mss. non exstant.' *Brut.* Erf. et Duisb. *crudele bell. gess.* Pith. *crud. bell. sæpe gess.* In ψ *crude bell. gessere.* Verba *in Italia* absunt ab A L R; et *Qui sunt, qui Ital. def.? Carth.* ab A.—2 A *qui postulent:* Erf. Leid.

NOTÆ

[t] *Hoc modo*] Complexionis exemplum apud Cic. habes de Lege Agrar. 'Quis legem tulit? Rullus. Quis majorem populi partem suffragiis privavit? Rullus. Quis comitiis præfuit? idem Rullus.'

ergo, quid conveniat eos impetrare.[3] Item, Quem senatus damnarit,[4] quem populus Romanus damnarit, quem omnium existimatio damnarit, eum vos sententiis vestris absolvetis?[5]

Traductio est, quæ facit, ut, cum[6] idem verbum crebrius ponatur, non modo non offendat animum,[7] sed etiam concinniorem orationem[8] reddat, hoc pacto:[u] Qui nihil habet in vita jucundius[9] vita, is cum virtute vitam non potest colere.[c][10] Item, Eum tu[11] hominem appellas, qui si fuisset homo, nunquam tam crudeliter vitam hominis petiisset?[12] At erat inimicus: ergo inimicum sic ulcisci voluit, ut ipse sibi reperiretur inimicus? Item, Divitias sine divitum esse:[d] tu virtutem præfer divitiis:[13] nam si voles[14] divitias cum virtute comparare, vix satis idoneæ tibi[15] videbuntur divitiæ, quæ virtutis pedisequæ[e] sint. 21. Ex eodem genere exornationis est, cum idem verbum modo ponitur in hac, modo in altera re,[16] hoc modo: Cur eam rem tam studiose curas, quæ multas tibi dabit curas?[17] Item, Amari jucundum est,[18] si curetur, ne quid insit amari. Item,

[c] *Transigere.* [d] *Patere divites possidere.* [e] *Famulæ.*

1. Voss. 3. *qui sibi postulent.*—3 ‘*Quid conv. eos imp.*] Quidam liber Ms. habet *quam conv. eos veniam imp.*’ Lamb. ‘Erf. *quam conv.*’ Græv. Voss. 1. 3. Leid. 1. 2. 3. ed. Med. *quam conv.* Recte.’ *Oud.* *Quam conv.* quoque Tur. et ed. Med. 1498. ac Orell. Vulg. *quid conv.*—4 A *sen. damnavit.*—5 A et tres Mss. Oud. *absolvitis.*—6 A G L, Erf. Voss. 1. Leid. 1. 2. *uti cum.*—7 Duo codices, teste Orellio, omittunt *non modo.* Vid. Nott. Varr. Dein A *non ostendat an.*—8 *Orationem* non est in A.—9 Erf. *jocundius.*—10 Lamb. ed. *colere non potest.*—11 Ed. Omnib. *Hunc tu hom.* G L, Erf. Duisb. omnes Mss. Oud. et ed. Med. carent τῷ *tu.*—12 ‘*Numquam, &c. vitam petisset*] Sic cum ed. Omnib. exhibent Mss. omnes, non *petiisset.* Voss. 3. *nequam*, fortasse pro *nequaquam.*’ Oud. In Tur. *hominis vitam.*—13 A *Div. sui divitis esse*; et verba *tu virt. præf. div.* non sunt in eodem Ms. ‘*Tu vero virtutem, &c.*] Optime ed. Med. non agnoscit voculam *vero.* Vid. Gronov. Mox *sunt* in Mss. tribus.’ *Oud.* Vulg. *tu vero virt.* et sic A G L R ψ et Tur. Ern. delevit *vero*, auctore ed. Med. 1498. et eum sequuntur Schutz. Wetzel. et Orell.—14 Cauch. *si voles div.* A *si nolles div.*—15 Al. teste Grævio, *satis idon. vid.*—16 Voss. 3. *in alteram rem:* A *in altera significatione.*—17 Pith. *multas tibi curas dabit:* Cauch. *tibi dabit curas* absque *multas.* Vox *tibi* in G deest.—18 ‘*Amari jucundum sit*] Mss. omnes et edd. pr. *nam amari.* In Leid. 4.

NOTÆ

[u] *Hoc pacto*] Ad traductionem pertinet dictum illud Platonis, qui interrogatus quomodo respublica beata fieret, respondit: Si aut qui sapiunt, imperare; aut qui imperant, sapere discant.

Veniam ad vos, si mihi senatus det veniam.[19] In his quatuor generibus exornationum, quæ adhuc propositæ sunt, non inopia verborum fit, ut ad idem verbum redeatur sæpius;[20] sed inest festivitas quædam,[1] quæ facilius auribus dijudicari, quam verbis demonstrari potest.

XV. Contentio[f][x] est, cum ex contrariis verbis aut rebus[2] oratio conficitur, hoc pacto: Habet assentatio[3] jucunda principia, eadem exitus amarissimos affert. Item, Inimicis te placabilem, amicis inexorabilem[4] præbes? Item, In otio tumultuaris, in tumultu es[5] otiosus? in re frigidissima[6] cales, in ferventissima friges?[7] Tacito cum opus est,[8] clamas; ubi loqui convenit,[9] obmutescis? Ades? abesse

[f] *Antithesis.*

amare. Voss. 3. Leid. tres et edd. pr. *joc. est:* Leid. 4. *joc. fit.*' Oud. *Nam amari* quoque G L ψ, Tur. et Orell. Al. *amari*, sine *nam.* Tum A G, Grut. Oliv. Græv.-Burm. et Lall. *juc. sit.* L R ψ, Tur. Lamb. Schutz. Wetzel. et Orell. *juc. sit.* Vid. Nott. Varr.—19 Margo Cratand. *donet veniam.*—20 Pith. *positæ sunt:* Erf. *proposita sunt.* Dein *verborum* deest ab Voss. 3. et *fit* ab Pith. Porro A *ut idem*, sine præpositione. Lamb. solus *sunt, fit, ut ad idem verbum non inopia verborum redeatur.* Denique in Leid. 4. et Duisb. non legitur *sæpius.*—1 '*Inest festivitas quædam*] In nullo scripto reperi istud *quædam.*' Gronov. 'Erf. et al. Mss. *inest fest., quæ:* Duisb. *inest facilitas quædam, quæ.*' Græv. '*Festivitas*] Ita leg. auctoritate Mss. omnium, et edd. pr. male adsuerunt *quædam.* Leid. 4. *facilitas.*' Oud. '*Quædam* in Gryph. tribus exempl. abest.' *Brut.* A G L R Tur. omittunt *quædam;* quam vocem Orell. inclusit.

Cap. xv. 2 '*Contentio est, &c.*] Leid. 2. *Cont. gravis est.* Ed. Med. *quæ.* Deest præpositio Voss. 3. Voces *verbis aut* absunt Mss. omnibus et ed. Med. *aut rebus* desunt ed. Omnib.' *Oud.* '*Cum ex contrariis rebus oratio conficitur* tres Gryphii libri. *Cum ex contrariis verbis,* antiqua editio Leonic. Aldi, Victor. Lambinus utramque lectionem complexus unam efficit, *cum ex contr. verbis, aut rebus.* Neutra certe vox salva lege præceptionis potest desiderari.' *Brut.* 'Erf. et alii Mss. et quidam editi, *ex contr. rebus.*' Græv. Voces *verbis aut* in A G L ψ desunt.—3 ψ et ed. Omnib. *hoc modo.* Tum in A *Habet assentio juc.*—4 '*Amicis inexorabilem*] Duo libri Mss. habent *amicis implacabilem.*' Lamb. Voss. 1. Leid. 2. *am. inplacabilem.* *Te* repetunt Voss. 3. Leid. 3.—5 '*In tum. solus es otiosus*] Abest ab Erf. *solus.* Duisb. *in tum. soles esse otiosus:* non male quidem, sed rotundior est Erfurtensis scriptura, et oppositio venustior, si *solus* deleatur.' *Græv.* 'Leid. 3. caret τῷ *in.* Idem cum Leid. 1. et 4. non agnoscunt *solus.* Bene.' *Oud.* L R *solus es otiosus;* et sic edd. ante Ern. *Es otiosus,* sine *solus,* A G ψ, Tur. Schutz. Wetzel. et Orell.—6 Voss. 3. *In re frigida.*—7 Ms. Medic. *frigescis.*—8 Ed. Omnib. *Tacere cum op. est:* Leid. 4. *Cito cum non est op.* A ψ *Cito cum non op. est.*—9 '*Ubi loqui conv.*] Erf. *cum tibi loqui conv.* Duisb. *ubi loqui obvenit:* al. *cum*

NOTÆ

[x] *Contentio*] Quam antithesin alii, vocat scriptor Herennianus contentionem. Fit, ut ait Cic. in Orat. § 166. cum contraria contrariis opponuntur.

vis: abes? reverti cupis. In pace bellum quæritas; in bello pacem desideras? In concione [10] de virtute loqueris; in prælio præ ignavia [11] tubæ sonitum perferre non potes? [12] Hoc genere si distinguemus orationem, et ornati et graves poterimus esse.

22. Exclamatio [y] est, quæ conficit significationem doloris, aut indignationis alicujus, per [13] hominis, aut urbis, aut loci, aut rei cujuspiam compellationem,[14] hoc modo: Te nunc alloquor, Africane,[15] [z] cujus mortui quoque [16] nomen splendori ac decori [17] est civitati. Tui clarissimi [18] nepotes suo sanguine aluerunt [19] inimicorum crudelitatem. Item, O perfidiosæ Fregellæ,[20] [a] quam facile scelere vestro contabuistis! [1] ut, cujus nitor urbis Italiam nuper illustravit, [*p.* 29.] ejus nunc vix fundamentorum reliquiæ maneant.[2] Item,

loqui conv.' Græv. A G ψ, Leid. 1. 3. Voss. 1. *cum tibi loqui conv.* Leid. 4. *cum tibi loqui obvenit:* Voss. 2. *tibi loqui cum conv.* Vulg. ut Ern.—10 Pro *In concione,* A habet *mem* cum spatio.—11 ' *Præ ignavia*] Al. *per ignaviam.* Sed *præ ignavia* asserit Erf.' *Græv.*—12 ψ *ferre.* Dein ' *Potes*] Male istas sententias interrogative legit Ern.' *Orell.*—13 Præpositio ante *hominis* non est in Erf.—14 Pith. *appellationem.*—15 Voss. 1. Leid. 1. 2. 4. *o Africane.*—16 A *queque.*—17 A L *splend. aut dec.* Al. teste Grævio *splend. ac dedecori.*—18 Al. teste Grævio, *carissimi;* et sic ψ.—19 ' *Aluerunt*] Sic Erf. Cauch. et nonnulli alii Mss. sed edd. pleræque, *abluerunt.*' Græv. *Abluerunt* Voss. 1. Leid. 1. 2. ed. Omnib. *alluerunt* Voss. 2. *aluer* A.—20 ' *O perf. Freg.*] *O* abest ab Erf. et Duisb.' *Græv.* ' Abest *o* a Leid. 3. 4. ed. Med. Mss. quidam *Frag.*' Oud. In A G L *o* deest; et pro *Fregellæ,* in A legitur *Frag.* in ψ *Flag.*—1 A *nostro concaluistis.*—2 A, Voss. 2. Cauch. et Lamb. ed. *remane-*

NOTÆ

[y] *Exclamatio*] Exclamationem hic cum apostrophe confundit ac permiscet Cornificius, quas alii rectius distinguunt. Exclamatio proprie est oratio, in qua interjectio expressa aut intellecta vehementem animi affectum indicat, ideoque ad significandam rei gravitatem vox contendi debet. Ut in illo Philipp. II. § 64. ' Hasta posita pro æde Jovis Statoris, bona, (miserum me! consumtis enim lacrymis, tamen infixus animo hæret dolor,) bona, inquam, Cn. Pompeii Magni, voci acerbissimæ subjecta præconis.' Apostrophe tum fit, cum sermo ad personam vel quasi personam aliam convertitur, quam instituta oratio videatur postulare. Sic in Milon. § 101. apostrophe adhibetur: ' Vos, vos appello, fortissimi viri, qui multum pro rep. sanguinem effudistis: vos in viri et in civis invicti appello periculo, centuriones, vosque milites: vobis non modo inspectantibus, sed etiam armatis et huic judicio præsidentibus, hæc tanta virtus ex hac urbe expelletur, exterminabitur, ejicietur?'

[z] *Africane*] Vide notas superiores in § 19. hujus lib.

[a] *Fregellæ*] Quænam sit urbs intelliges ex notis sup. in § 13.

Bonorum insidiatores latrocinio vitam innocentissimi cujusque[3] petistis: tantamne ex iniquitate judiciorum vestris calumniis assumitis[4] facultatem! Hac exclamatione si loco utemur, raro, et[5] cum rei magnitudo postulare videbitur; ad quam[6] volemus indignationem animum auditoris adducemus.

Interrogatio[b] non omnis gravis est, neque concinna, sed hæc, quæ, cum enumerata sunt ea quæ obsunt[7] causæ adversariorum, confirmat superiorem[8] orationem, hoc pacto: Cum igitur hæc omnia faceres, diceres,[9] administrares, utrum animos sociorum ab republica removebas, et alienabas, an non?[10] et, utrum aliquem exornari[11] oportuit, qui ista prohiberet, ac[12] fieri non sineret, an non?

XVI. 23. Ratiocinatio[c] est, per quam ipsi[13] a nobis rationem poscimus, quare quidque dicamus, et crebro nosmet a nobis petimus uniuscujusque propositionis explanationem.

ant.—3 Erf. *viam*, et Pith. *cujusque innoc.*—4 A, Leid. 3. 4. et Duisb. *calumniatoribus:* L R, Ms. Cort. Voss. 1. 3. Leid. 1. 2. ed. 1474. ed. Med. ac Lamb. *assumsistis.*—5 '*Et raro*] Copula deest Voss. 2. 3. Leid. 2. 3. 4. *ac raro* ed. Med.' *Oud.* A L, Tur. Schutz. Wetzel. et Orell. non habent *et*. Vulg. *et raro*. Vid. Nott. Varr.—6 L *videtur*, et A *aliquam vol.*—7 Tur. *obsint.*—8 Pith. *conf. et sup.*—9 G *Quum hæc ergo*. Tum '*Diceres, faceres*] Sic Erf. sed edd. *fac., dic.*' Græv. Deest *diceres* a Leid. 1.—10 '*Utrum an. soc. a rep. remov. et alien. an non*] Hæc verba nec in Erf. nec in Duisb. leguntur, vitio librariorum propter verbum *utrum* bis positum.' *Græv.* 'Exsulant a Leid. 1. a m. pr. item Leid. 2.' *Oud.* In A legitur *utrum an. aliquorum a re publ. alien.? Et, utrum, &c.* Pro *removebas*, Voss. 3. *movebas;* et pro *alienabas*, L ψ, Schutz. et Orell. *abalienabas*. '*Alienabas*] Voss. 1. 3. Leid. 2. 3. *abalienabas:* bene.' *Oudendorp.*—11 '*Utrumne aliq. exornari*] Mss. omn. et edd. pr. *utrum:* bene. Tum *exorari* Mss. tres, cum edd. pr. *exortari* Leid. 1. 4. Omnia usque ad finem capitis desunt Leid. 2.' *Oudendorp.* Grut. et Græv.-Burm. *Utrumne aliquem.* In ψ non legitur *aliquem*. Pro *exornari*, R habet *exorari*, et 'vel *exortari*' sup. lin. Tur. et Orell. *exhortari*. Vulg. ut Ern. Vid. Nott. Varr.—12 '*Qui ista proh., ac fieri*] Mss. quatuor *qui ista et proh.* Voss. 3. Leid. 3. *qui istæc proh.* Bene. Voss. 1. 2. *et fieri.*' Oud. Ms. Medic. *qui ista aut proh.* A G et Duisb. *qui ista et proh.*

CAP. XVI. 13 '*Nos ipsi*] Erf. *ipsi.*' Græv. R et Lamb. *nos ipsi.* Vulg.

NOTÆ

[b] *Interrogatio*] Quam acriter ea utitur ad commovendos in Verrem judices lib. III. § 208.

[c] *Ratiocinatio*] Apophasin sive ætiologiam appellat Julius Rufinianus, elegans schema, ubi quasi alio interrogante nobis ipsis respondemus et rationem reddimus; affertque exemplum illud Cic. pro Tull. 'Si quis occiderit furem, injuria occiderit: quamobrem? quia jus constitutum nullum est: quid si se telo defenderit? non injuria: quid ita? quia constitutum est.'

Ea est hujusmodi: Majores nostri si quam unius peccati mulierem damnabant, simplici judicio multorum maleficiorum convictam[14] putabant, quo pacto? quoniam, quam impudicam judicarant, eam veneficii quoque damnatam[15] existimabant. Quid ita?[16] quia necesse est, eam, quæ suum corpus addixerit turpissimæ cupiditati, timere permultos.[17] Quos istos? virum, parentes,[18] ceteros, ad quos videt sui dedecoris[19] infamiam pertinere. Quid postea? quos tantopere timeat, eos necesse est,[20] ut, quoquo modo possit, veneficio petat. Cur? quia nulla potest[1] honesta ratio retinere eam,[2] quam magnitudo peccati facit timidam, intemperantia audacem,[3] natura muliebris inconsideratam.[4] Quid veneficii damnatam? quid?[5] putabant impudicam quoque necessario. Quare? quia nulla facilius ad id maleficium[6] causa, quam turpis amor et intemperans libido commovere potuit: cujus mulieris animus[7] esset corruptus, ejus corpus castum esse[8] non putaverunt. Quid in viris? idemne observabant?[9] minime. Quid ita? quia

---

nos omittitur.—14 Pith. *convinctam.*—15 *Quoniam* non est in A, Voss. 3. Leid. 3. Dein A *impudica;* G *per impudicam:* G ψ *judicabant;* et sic al. teste Grævio. Porro G non habet *eam;* et in Erf. Voss. 1. Leid. 2. *veneficam:* Leid. 1. *veneficio.* Pro *damnatam,* in A ψ legitur *damnata,* et in Erf. *damnabant.*—16 A *Quidnam?* Dein G *Quia necesse,* omisso *est.*—17 A G R, Erf. Pith. Cauch. Voss. 2. 3. Leid. 3. *multos.*—18 A *et parentes:* R *parentes, fratres, cet.* Vid. Nott. Varr.—19 In Erf. legitur *videtur sui,* et A non habet *dedecoris.*—20 A *necesse,* sine *est.*—1 '*Cur? quia nulla potest*] Voss. 1. Leid. 2. *quare necesse est eam, quam n. p.*' Oud. 'Erf. *quam nulla potest,* sine *cur.*' Græv. Pro *cur* L habet *quare,* et pro *potest,* G *poterit.* Vid. paulo infra.—2 *Eam* deest Voss. 3. et ed. Med.—3 L, Voss. 1. Leid. 1. a m. pr. item Leid. 2. *intemperantem, audacem:* A *intemperantia audace.*—4 '*Natura mul. inconsideratam*] Voss. omn. Leid. 1. 2. ed. Med. *nat. mul. faciat necesse est incons. Mulieris* etiam Voss. 1. Leid. 1. 2. 3. *mulieribus* ed. Med. Legendum puto totum locum hoc modo: *Cur? quia eam, quam nulla potest hon. ratio ret., quam magn. pec. fac. tim., intemperantia audacem, natura muliebris faciat necesse est incons.*' Oud. Vulg. *nat. muliebr. incons.* Vid. Nott. Varr.—5 '*Quid venef. damnatam*] Erf. *quidquam venef. damnatam putabant.* Forte, *quid nam venef. damn.? put.* Margo Cratand. *quam venef. damnabant, put.*' Græv. 'Leid. 4. *venef. caussa quam damnatam:* ed. Med. *si quam venef. damnatam put.* ed. Omnib. *quam ven. damnatam put.*' Oud. Pro *damnatam,* in G legitur *damnabant.* A, Tur. Erf. et Pith. omittunt *quid,* quam voculam Orell. uncis inclusit. Duisb. *quam putabant.* Vulg. *venef. damnatam? Quid? put.*—6 Pith. *ad malef.*—7 '*Cum cujus an. mul.*] Erf. *cum cujus mul. an.*' Græv. '*Cujus mul. an.*] Sic Mss. et ed. Med. non *cuj. an. mul.*' Oud. Ern. delevit sine libris auctoribus *cum* ante *cujus* ob evidentiam vitii, et eum sequuntur Schutz. Wetzel. et Orell. Dein Tur. Grut. Schutz. Wetzel. et Orell. *mul. an.* Al. edd. et Mss. *an. mul.*—8 Erf. *corpus cautum esse,* et Lamb. *putarint.*—9 A *Quid viris.* '*Idemne hoc*

viros ad unumquodque maleficium singulæ cupiditates impellunt: mulieres ad omnia maleficia cupiditas una ducit.[10] Item, Bene majores hoc comparaverunt,[g] [11] ut neminem regem,[d] quem armis cepissent, vita privarent. Quid ita? quia, quam nobis facultatem[h] fortuna[12] dedisset, iniquum erat in eorum supplicio[13] consumere,[i] quos eadem fortuna paulo ante in amplissimo statu collocarat.[14] Quid quod exercitum[15] contra duxit? desino meminisse. Quid ita? quia viri fortis est, qui de victoria contendant, eos hostes putare; qui victi sunt, eos homines judicare, ut possit bellum fortitudo minuere, pacem humanitas augere. At ille,[16] si vicisset, num idem fecisset?[17] non profecto tam sapiens fuisset.[18] Quid igitur ei parcis?[19] quia talem stultitiam contemnere, non imitari consuevi. 24. Hæc exornatio ad sermonem vehementer accommodata est, et animum auditoris retinet attentum, tum venustate sermonis, tum rationum expectatione.[20]

[g] *Usurpaverunt.* [h] *Potestatem.* [i] *Perdere.*

obs.] Deest *hoc* Voss. 1. 3. Leid. 2. 3. ed. Med.' *Oud.* *Hoc* non habent A G L ψ, Tur. Schutz. Wetzel. et Orell. Vulg. *hoc obs.* Pro *observabant*, A habet *servabant.*—10 '*Ducit*] *Deducit* Gryph. A. Ceteri, ut impressi, *ducit.*' Brut. *Deducit* quoque G ψ et Tur.—11 '*Bene majores nostri*] Prima vox deest Voss. 1. Ultima Voss. 2. Leid. 2. 3. ed. Med. Recte.' *Oud.* Erf. *nostri maj.* A non habet *nostri.* Ern. delevit *nostri*, et eum sequuntur Schutz. et Wetzel. Vulg. *Bene maj. nostri.* Tum voces *hoc comparaverunt* non sunt in Duisb. —12 A *cum nobis*, et Erf. *fort. fac.*—13 G *horum supplicium:* A *supplicio*, sine *eorum.*—14 Leid. 3. *ampl. statu*, præpositione omissa. Pith. *collocaret.*—15 A *Quid est*, et Pith. *quod exercitus.*—16 Leid. 3. *adaugere.* A G L ψ, Erf. Pith. omnes Mss. Oud. et edd. pr. *Et ille:* Duisb. *Et non ille.*—17 A G L ψ, plerique Mss. Oud. et ed. Med. *non idem.* In A *fecisse.*—18 ψ *sap. esset.* —19 '*Quid igitur ei parcis*] Mss. omnes nostri *Cur igitur.*' Gronov. 'Erf. et al. Mss. *Cur ig.*' Græv. 'Mss. omnes et edd. pr. *Cur igitur, &c.* Leid. 4. caret pronomine, non male.' *Oud.* *Cur igitur* quoque A G L R, Tur. et Orell. Vulg. *Quid igitur.*—20 '*Retinet*] Ita plures Pall. et Bruil. nam Fabr. *continet.* Prius cusi *reddit.*' Grut. 'Non tantum hanc lectionem firmat

NOTÆ

[d] *Ut neminem regem*] Hoc ad palæstram potius dictum quam ad veritatem. Mos erat apud Romanos extremum de regibus, aut hostium ducibus, supplicium sumere. 'Captivi reges,' inquit Eumenius in Paneg. Constantino, 'cum a portis usque ad forum triumphantium currus honestassent, simul atque in Capitolium currum flectere cœperat imperator, abrepti in carcerem necabantur.' Quibusdam tamen aut omnis aut capitalis pœna condonata.

XVII. Sententia[e] est oratio sumta de vita, quæ aut quid sit, aut quid esse oporteat in vita, breviter ostendit, hoc modo:[1] Difficile est primum virtutes revereri, qui[k][2] semper secunda fortuna sit usus. Item, Liber is est existimandus, qui nulli turpitudini[l] servit. Item, Egens æque est is qui non satis habet, et is cui nihil satis potest[3] esse. Item, Optima[4] vivendi ratio est eligenda: eam jucundam[5] consuetudo reddet. Hujusmodi sententiæ simplices non sunt improbandæ, propterea quod habet brevis expositio, si rationis nullius indiget, magnam delectationem. Sed illud quoque probandum est genus sententiæ, quod confirmatur subjectione rationis, hoc modo:[6] Omnes bene vivendi rationes in virtute sunt collocandæ, propterea quod sola virtus in sua potestate est,[m] omnia præter eam subjecta sunt sub fortunæ dominationem.[7] Item, Qui fortunis alicujus inducti amicitiam ejus secuti sunt,[8] hi, simul ac fortuna

[k] *Illi homini.* [l] *Vitio.* [m] *Nonnisi a se ipsa pendet.*

Erf. et alii Mss. sed præterea pro vulgato *tum rationum expectatione*, in illo scribitur *tum ratione expectationis.*' Græv. '*Retinet*] Ita legas, ut et Lamb. emendat, et scriptum exstat in Gryphii Mss. a quibus vetusta Leonic. editio non dissentit.' *Brut.* A R, Tur. Voss. 1. Leid. 1. *reddit*: G *redit*. Præterea '*Tum ven. serm.*] Voss. 3. Leid. 2. 4. ed. Med. *cum ven. serm.*' Oud. *Cum* quoque Tur. Lamb. et Orell. In A *sermonis* deest.

CAP. XVII. 1 A G L R, Tur. Erf. Pith. Schutz. et Orell. *hoc pacto.* Vulg. *hoc modo.* '*Hoc pacto*] Sic Mss. omnes et ed. Med. quod frustra mutarunt in *hoc modo.*' Oudendorp.—2 '*Difficile est plurimum*] Sic legit Lambinus, Ranconeti conj. secutus. *Primum* Mss. et impressi tuentur. Equidem *plurimum* malim.' *Brut.* Voss. 3. ed. Med. *primum eum virt. rev.* A G et Leid. 3. *virtutem*: Tur. *rev. virtutes.* Vid. Nott. Varr. Dein in A non legitur *qui.*—3 Erf. *cui satis nihil pot.*—4 Pro *Optima*, G *justa* habet.—5 Leid. 3. *eam jocundissimam.*—6 G *ratione subjectionis.* A G L R, Voss. omnes, Leid. 1. ed. Med. et Orell. *hoc pacto*, ut supra. '*Hoc pacto* Gryph. tria exemplaria. *Hoc modo* excusi omnes.' *Brut.*—7 'Liber unus Ms. habet *omnia præterea.*' Lamb. Pith. *omnia enim præter eam.* Ms. ap. Græv. *omnia præterea.* Tum '*Subjecta sunt fort. dominationi*] Mss. sex, edd. pr. *subj. sunt sub fort. dominatione*: Voss. 3. *sub fort. dominationem*: quod omnino auctori huic est restituendum. V. Comment.' *Oud.* A, Tur. Schutz. Wetzel. et Orell. *sub fort. dominationem.* G L R ⸸ *fort. dominationi* sine præpositione, et sic vulg. Vid. Nott. Varr.—8 Erf. *qui ind. amic. fort. alic. consecuti sunt.*—

NOTÆ

[e] *Sententia*] Eam ex Plutarcho recte definieris 'dictum generale et breve de re ad vitam pertinente.' Occurrunt in probatis scriptoribus innumerabiles sententiæ. Duas tantum proferemus: alteram ex Paneg. Plinii, 'Secunda felices, adversa magnos probant;' alteram ex Horat. Epist. I. 1. 'Virtus est vitium fugere, et sapientia prima Stultitia caruisse.'

dilapsa est, devolant omnes.[n] Cum enim recessit ea res, quæ fuit consuetudinis[o] causa, nihil superest, quare possint in amicitia retineri.[9] Sunt item sententiæ, quæ dupliciter efferuntur, sine ratione, et cum ratione. Hoc modo sine ratione:[10] Errant, qui in prosperis rebus omnes impetus fortunæ se putant fugisse.[11] Sapienter cogitant, qui temporibus secundis casus adversos[12] reformidant. 25. Cum ratione, hoc pacto:[13] Qui adolescentium peccatis ignosci putant oportere,[14] falluntur, propterea quod ætas illa non[15] est impedimento bonis studiis:[p] at hi sapienter faciunt, qui adolescentes maxime castigant, ut, quibus virtutibus omnem vitam tueri possint,[16] eas in ætate maturissima[q] velint comparare. Sententias interponi raro convenit,[f] ut rei actores, non vivendi præceptores esse videamur:[r][17] cum ita interponentur, multum afferent[18] ornamenti. Necesse est enim, eam comprobet tacitus auditor, cum ad causam videat[19] accommodari rem certam, ex vita et moribus[20] sumtam.

[n] *Statim atque adversa facta est fortuna, omnes subito discedunt.*
[o] *Familiaritatis.*
[p] *Errant qui credunt indulgendum peccantibus adolescentibus, quia ætatis illius vitia non prohibent, quominus virtutem colant reliquo vitæ tempore.*
[q] *Ad virtutem maxime tempestiva.*
[r] *Ut videamur rem enuntiare, non vitæ præcepta dare.*

9 '*Retineri*] Voss. 1. 3. Leidd. omnes, edd. pr. *teneri*. Verissime.' *Oud.* *Teneri* quoque G L, Erf. Cauch. Duisb. Tur. Schutz. et Orell. Vulg. *retineri.* —10 G *Sunt istæ sent.* Paulo post voces *sine ratione, et cum ratione* absunt ab A G L R ψ, Tur. non improb. Orell. '*Sine rat. et cum rat.*] Desunt hæc Voss. omn. Leid. 1. 2. 4. edd. pr. sed Voss. 2. addita sunt m. recent. in Leid. 3. *aut cum rat. aut sine rat.*' Oud. Vid. Nott. Varr. Dein Lamb. ed. *Sine rat. hoc modo.*—11 Pith. *errant omnes qui.* In G ψ *omnes* ante *impetus* deest. Denique Lamb. ed. *effugisse.*—12 Erf. *causas adversas.*—13 A *hoc modo.*—14 Voss. 3. *ign. put. non oportere.*—15 Ms. Med. omittit *non.* Vid. Nott. Varr. —16 Erf. Tur. ed. 1474. 1475. Med. utraque Junt. Ald. Lamb. Schutz. Wetzel. et Orell. *possint.* A G L R ψ *possunt,* et sic vulg. '*Possint*] Sic Mss. et edd. pr. præter Voss. 3. et Leid. 2. in quibus male *possunt.*' Oudendorp.—17 Mss. quatuor Oudendorp. *rei auctores.* A *et non vivendi.* Erf. *videamur esse:* G *esse videantur.*—18 A *interponuntur* et *afferunt.*—19 '*Nam*

NOTÆ

[f] *Interponi raro convenit*] Recte Aristoteles Rhet. II. 21. Ἁρμόττει δὲ γνωμολογεῖν ἡλικίᾳ μὲν πρεσβύτερον, περὶ δὲ τούτων ὧν ἔμπειρός τις ἐστι· *Homini seniori præcipue convenit sententias dicere, atque illi potissimum qui magnum rerum usum habeat.* His enim utplurimum credere solemus.

XVIII. Contrarium idem fere est, quod contentio.[1] Contrarium est,[2] quod ex rebus diversis duabus alteram breviter et facile[3] confirmat, hoc pacto:[4] Nam, qui suis rationibus[5] inimicus fuerit semper,[s] eum quomodo alienis rebus amicum fore speres? Et[6] item, Nam,[7] quem in amicitia perfidiosum cognoveris,[8] eum quare putes[9] inimicitias cum fide[t] habere[10] posse? Et, Qui privatus intolerabili[11] superbia fuerit, eum commodum et sui cognoscentem fore in potestate, qui speres?[12] Et, Qui in sermonibus et conventu[13] amicorum verum dixerit nunquam,[14] eum sibi in concionibus credis a mendacio temperaturum?[15] [*p.* 30.] Item,

[s] *Qui suæ utilitati nunquam studuerit.* [t] *Cum constantia.*

nec. est animo eam comp.] Voss. 2. *nam et n. e. ut an. &c.* Voss. 3. ed. Omnib. *nec. est enim, &c.* Leid. 2. 4. carent τῷ *nam.* Ed. Med. *nec. enim est eam anima c. Animo* deest Voss. 1. Leid. 2. 4. ed. Omnib. recte. Ex voculis *enim* et *eam* alii *excuderunt animo.*' Oud. L *Nec. est enim animo eam probet:* A *Nec. est enim animo compr.* G ψ *Et nec. est animo eam compr.* et sic Tur. in quo legitur *aud. tac.* '*Nec. est enim compr. eam*] Ita duo nostri codices et Medicæus. Vulgo, *Nam nec. est animo eam compr.* ubi vox *animo* redundat.' *Lall.* '*Nec. est enim eam*] Sic dedi pro vulgato, *Nam nec. est animo eam. Animo* factum est ex *enim,* quod clare habet Ms. noster, a quo et *nam* abest, et ed. 1474. item *animo.* Sic et ed. 1471. habet.' *Ern.* quem Schutz. Wetzel. et Orell. sequuntur. Vid. Nott. Varr. Dein A *tum ad causam,* et G *videatur.*—20 Ed. Med. *ex vita et ex mor.*

CAP. XVIII. 1 Verba *Contrarium . . . contentio* omittit Ms. Lips. prob. Ern. Ea delevit Schutz. Wetzel. et Orell. uncis incluserunt.—2 A *Contr.* sine *est.*—3 ψ *altera alteram brev.* Voss. 3. *alteram rem et brev. fac.*—4 G, Pith. Voss. 3. Leid. 3. *hoc modo.*—5 Voss. 1. *suis fautoribus.*—6 '*Et idem*] In nullo codice est copulativa.' *Gronov.* 'Cum Erf. delevi copulam *et,* quam et Jac. Gronovius in nullo codice vidit.' *Græv.* Deest etiam in G L R et ed. 1474.—7 R *Nam* omisit.—8 Al. *perf. esse cognoveris,* teste Grævio.—9 A G, Leid. 3. 4. et Erf. *putas.*—10 G et Gryph. B *tenere:* Erf. *retinere.*—11 A *Et autem qui priv.* G L R, Erf. Pith. omnes Mss. Oud. et ed. Med. *Aut qui priv.* ed. Omnib. *Et aut qui priv.* Tum Erf. *intolerabilis.*—12 G *fuerit, cognoscentem commodum sui videre poteris:* Leid. 1. *eum quomodo cognoscentem se videre poteris.* In Leid. 4. etiam *se.* '*Videre in pot. quis speret*] Voss. 1. 3. Leid. 2. 3. ed. Med. *fore in pot.* Voss. 2. *scire in pot.* Leid. 1. 4. *videre poteris in pot.* Ab ed. Omnib. abest *in.* Dein *quî speres* elegantissime præbent Voss. 1. 3. Leid. 2. 3. ed. Med. Desunt Voss. 2.' *Oud.* In ψ *videre poteris:* L, Gryph. B, et edd. 1474. Med. pr. et Lamb. cum Schutz. Wetzel. et Orell. *fore.* Vulg. *videre.* Dein ed. 1474. *quid speres:* R et Ms. Lips. *quomodo speres:* in G desunt. L, Schutz. Wetzel. et Orell. *qui speres.* Vulg. *quis speret.* Vid. Nott. Varr.—13 G *Qui in serm.* omissa copula. Tum Schutz. solus *et in conv.*—14 '*Verum dix. nunquam*] Medic. *ver. non dix. unquam:* Pith. *ver. non dix.* sine *nunquam,* aut *unquam.*' Græv. 'Mss. omn. et edd. pr. *ver. non dix.* Voss. 3. *umquam:* deest Leid. 1. 2. alii codd. *numquam* jungunt sequentibus. In Leid. 2. et ed. Omnib. *numquid, verissime.*' Oud. G L *ver. non dix.* et A *nunquid.* Vulg. ut Ern.—15 *Sibi* non est in A. Dein '*Credis*] Voss. 3. Leid. 3. *credas;* bene. *Putes* Leid. 2. 4. ed. Med.' *Oud.* Erf. *a mend. credis temp.*

Quos ex collibus[16] dejecimus, cum iis in campo metuimus[17] dimicare? Qui cum plures erant, paucis nobis exæquari[18] non poterant; hi postquam pauciores sunt, metuimus, ne[19] sint superiores? 26. Hoc exornationis genus brevibus et continuatis verbis[20] perfectum esse debet,[1] et cum[2] commodum est auditu, propter brevem et absolutam conclusionem; tum vero vehementer, id, quod opus est oratori, comprobat contraria re,[3] et ex eo, quod dubium non est, expedit illud quod dubium est,[4] ut aut dilui non possit, aut multo difficillime possit.

XIX. Membrum[g] orationis appellatur res breviter absoluta sine totius sententiæ demonstratione,[5] quæ denuo alio membro[6] orationis excipitur, hoc modo: Et inimico proderas: id est unum, quod appellatur[7] membrum: deinde hoc excipiatur oportet ab altero, Et amicum lædebas.[8] Ex duobus membris hæc exornatio[9] potest constare: sed commodissima et absolutissima est, quæ ex tribus constat, hoc pacto: Et inimico proderas, et amicum lædebas, et tibi ipsi non consulebas.[10] Item, Nec reipublicæ consuluisti, nec amicis profuisti, nec inimicis restitisti.

Pith. *credis adjumentum.*—16 Lamb. solus *de collibus.*—17 ψ *in campis.* Tur. *metuemus*, bis.—18 ‘*Paucis nobis exæquari*] Voss. 1. 3. Leid. 2. ed. Med. *pares nobis esse:* quod verius puto.’ *Oud.*—19 G *ubi sint:* ψ *ut sint.*—20 A L ψ, Erf. Pith. omnes Mss. Oud. et edd. pr. ac margo Cratand. *Hoc orationis genus.* Tum G *breviabiter:* Græv.-Burm. et Orell. *breviter:* Mss. plerique *brevibus;* et sic vulg. ‘*Breviter*] Voss. 3. et edd. pr. *brevibus.*’ Oud. Præterea Schutz. de Ern. suspicione *cont. membris.* Vid. Nott. Varr.—1 Pro *perfectum*, in G legitur *continuatum.* Erf. *perf. deb. esse.*—2 ‘*Et cum comm.*] Voss. 3. *rerum comm.* Leid. 3. *tum comm.* Mss. reliqui *ut cum comm.* ed. Med. *quod cum comm.* ed. Omnib. *et ut cum comm.*’ Oud. In A *ut cum comm.* Pith. et Erf. *et tum comm.*—3 A *quod opus oratorum.* Dein Leid. 2. 4. Voss. 2. *comprobet.* G L, Erf. Voss. 1. 3. Leid. 1. 2. 3. ed. Med. *contrarias res:* Pith. *contrarias.*—4 Voss. 3. *exp. id.* ‘Pith. *exp. illud quod est*, ut *dubium ἀπὸ κοινοῦ* repetatur.’ *Græv.*

Cap. xix. 5 G *definitione*, et in marg. ‘al. *demonstratione.*’—6 ‘*Quæ denuo alio mem.*] Voss. 3. *quod uno altero membr.* Leid. 4. *quod denuo:* ed. Med. *quod de uno.*’ Oud. Vulg. *quæ den. alio mem.*—7 Duisb. *quod appellamus mem.*—8 Voss. 3. *et am. male læd.*—9 ‘*Ex duobus membris suis*] Ita dant Mss. omnes; et edd. pr. male *suis* dein ejecerunt.’ *Oud.* A *et duob. membr.* A R et Tur. *membris suis:* Victor. et Lamb. *membris solis.* Vulg. *suis* omittitur. Vid. Nott. Varr. Tum in A legitur *ornatio.*—10 ‘*Et tibi ipse non consulebas*] Sic

NOTÆ

[g] *Membrum*] De membris et articulis, quæ non tam ad schemata pertinent, quam ad periodos cujus sunt partes, agemus in notis ad Orat. Tul-

Articulus dicitur, cum singula verba intervallis distinguuntur cæsa oratione,[11] hoc modo: Acrimonia, voce, vultu adversarios perterruisti. Item, Inimicos invidia, injuriis,[12] potentia, perfidia sustulisti. Inter hujus generis et illius[13] superioris vehementiam hoc interest, quod illud[u] tardius[14] et rarius venit, hoc[x] crebrius et celerius pervenit.[15] Itaque in illo genere, ex remotione brachii, et contortione dexteræ gladius ad corpus afferri;[16] in hoc autem crebro et celeri vulnere corpus consauciari[17] videtur.

27. Continuatio[h] est densa et continens[18] frequentatio verborum cum absolutione[19] sententiarum. Ea utemur commodissime tripertito;[20] in sententia, in contrario, in conclusione. In sententia, hoc pacto: Ei non multum potest obesse fortuna, qui sibi[1] firmius in virtute, quam in casu, præsidium collocavit. In contrario, hoc modo: Nam si quis[2] spei non multum collocarit in casu, quid est, quod ei magnopere casus obesse possit? In conclusione, hoc pacto: Quodsi in eos plurimum fortuna potest, qui suas

[u] *Membrum.* [x] *Quod dicitur articulus.*

Lamb. ed. procul dubio ex Mss. Erf. et Duisb. *et tibi non cons.* Al. ed. *tibi ipsi non consulebat.'* Græv. Ed. Omnib. *quod tibi ipsi non consulebas.* Vox *ipsi* deest in G R, Leid. 1. 3. 4.—11 A G L, Duisb. Voss. 1. Leid. 4. ed. Med. *distinguentur.* Dein *oratione* non est in ψ.—12 Leid. 1. *conjuria:* Voss. 2. *injuria.*—13 G *hujusmodi gen.* Deest *illius* Leid. 2. *istius* Voss. 1.—14 '*Illud tardius*] Erfurtensis codicis fide delevi *quod.* Sic enim vulgati, *quod illud tard.* sed rotundior est locus hic, si Erf. sequamur. Paullo post idem Erf. *ex contentione brachii,* pro quo legitur in editis *ex contortione brachii.'* Græv. '*Illud tard.*] Sic Leid. 3. 4. ed. Med. In ceteris *quod ill. tard.'* Oud. In A *quia ill. tard.* *Quod* non est in Lips. et Græv.-Burm.—15 ψ *provenit.*—16 G *et rem. br.* Tum '*Contortione dexteræ*] Ita in solo Leid. 4. et ed. Omnib. *contorsione* Leid. 2. cum var. lect. Voss. 1. atque ed. Med. In reliquis est *contentione dex.* quod probo: ab arcu desumta metaphora.' *Oud.* *Contentione* quoque G, Tur. et ed. Med. 1498. *Contorsione* edd. 1474. et Junt. *Contortione* vulg. Denique G et Erf. *gladium ad corp. aff.* Pith. *gladius ad corp. aff. videbitur.*—17 '*Corpus vulnere*] Sic dant Mss. omnes et edd. pr. non *vulnere corpus.'* Oud. *Corpus vulnere* quoque Erf. Tur. et Orell. Tum A *insaciari vid.*—18 ψ *defensa et frequens frequentatio:* G *densa frequentatio,* omisso *et continens;* quæ verba desunt etiam a Leid. 2. 4. Voss. 2. ac Leid. 1. a m. pr.—19 A *assolucio.*—20 In A *tripartita.* Al. edd. *tripartito;* al. *tripertito.*—1 '*Qui sibi firmius*] Pith. *qui firmius.* Commode *sibi* potest abesse.' *Græv.*—2 Erf.

NOTÆ

lii, in quo ea fusius tractantur.

[h] *Continuatio*] Hanc Græci περίοδον, Cicero in Orat. circuitum et ambitum appellat.

rationes omnes in casum contulerunt;[3] non sunt omnia committenda[4] fortunæ, ne magnam nimis in nos habeat dominationem.[5] In his tribus generibus ad continuationis vim adeo frequentatio est necessaria,[6] ut infirma facultas oratoris[7] videatur, nisi sententiam, et contrarium, et conclusionem frequentibus[y] efferat[8] verbis. Sed et[9] alias quoque nonnunquam non alienum est,[z] tametsi[10] necesse non est, eloqui res aliquas per hujuscemodi continuationes.[11]

XX. Compar[i] appellatur, quod habet in se membra orationis,[12] de quibus ante diximus, quæ constent[13] ex pari fere numero syllabarum. Hoc non dinumeratione nostra[14] fiet: (nam id quidem puerile est,[15 k]) sed tantum afferet[16] usus

[y] *Continuatis.* [z] *Aliquando prodest.*

si qui.—3 ‘*Contulerunt*] Mss. meliores quinque cum ed Omnib. *intulerunt* vel *intulerint:* ed. Med. *tulerint.*’ Oud. *Intulerunt* quoque A G L et Tur.—4 Pith. *omnia in modanda fortunæ.*—5 A *magnam vis in nos:* Lamb. ed. *nimis magnam in nos.* Dein A et ed. Omnib. *hab. potestatem.*—6 Erf. *necessario est.*—7 ‘*Fac. oratoris*] Erf. et Duisb. *fac. orationis:* quod non damno.’ *Græv. Orationis* etiam ψ, Voss. 3. Leid. 2. 4.—8 ‘*Efferat*] Alii ediderunt *afferat:* sed Medicæus cum alio *offerat.*’ Gronov. ‘Erf. et Medic. *offerat.* Edd. *afferat.*’ Græv. ‘*Efferat*] Sic in solo Voss. 3. in Leid. 4. et ed. Med. *afferat.* In cæteris et ed. Omnib. *offerat.*’ Oud. A ψ *offerat:* R *afferat* sup. lin. Vulg. *efferat.*—9 ‘*Sed et alias*] Exsulat τὸ *sed* a Mss. quinque, a Voss. 2. et Leid. 4. Ed. Med. τὸ *et.*’ Oud. *Et* deest quoque in G ψ, Erf. et Tur.—10 A omittit *tametsi.*—11 Omnes Mss. Oud. et ed. Med. ac Lamb. *hujusmodi cont.* Schutz. putat verba *Sed et alias . . . continuationes* ab interpolatore adjecta esse.

Cap. XX. 12 A Duisb. abest *orationis.*—13 ‘*Quæ constant*] Erf. et nonnullæ edd. *constent.*’ Græv. Leid. 2. ed. Med. *constat:* Tur. Voss. omnes, Leid. 1. 3. ed. 1474. Schutz. Wetzel. et Orell. *constent:* A G L R ψ *constant;* et sic vulg.—14 ‘*Dinumeratione nostra*] Sic restituimus, a veteri codice admoniti, in quo est *denumeratione.*’ Lamb. ‘Erf. *de numeratione nostra.*’ Græv. ‘*De enum.*] *Denumeratione*, unico verbo, in Gryph. duobus Mss. habetur. Ut optima ratione innixus, *dinumeratione* videatur Lamb. edidisse.’ *Brut.* ‘Mss. omnes *denumeratione*, nisi quod in Voss. 2. sit *dinum.* In ed. Med. *de nostra enum.*’ Oud. A G L R, Schutz. Wetzel. et Orell. *dinumeratione:* ψ *denum.* Vulg. *de enum.* Schutz. e conj. delevit *nostra.*—15 Leid. 4. Duisb. et Schutz. omittunt *est*, Wetzel. improb. ‘*Est* abest a quibusdam libris. Certe Latinitati non convenit, quæ aut *sit* requirit, aut *esset*, vel *foret.*’ Ern.—16 ‘*Affert*] Erf. et Cauch. *afferet:* bene.’ *Græv.* ‘*Affert*] Voss. 1. 2. Leid. 1. 2. 3. ed. Med. *afferet:* quod male mutarunt.’ *Oud.* A G R *affert;* et sic vulg. *Afferet* L ψ, Tur. Lips. et ed. Med. pr. cum Schutz. Wetzel. et Orell.—

NOTÆ

[i] *Compar*] Isocolon a Græcis dicitur.

[k] *Id quidem puerile est*] Putidiusculum certe et ab illustrium oratorum usu abhorrens, membra paribus constantia syllabis affectare. Aliquando tamen venuste adhibentur a poëtis, quando ultro nata occurrere,

et exercitatio facultatis,[17] ut animi quodam sensu par membrum superiori referre possimus, hoc modo: In prælio mortem pater oppetebat,[18] domi filius nuptias comparabat; hæc omnia graves casus administrabant.[19] Item, Alii fortuna felicitatem[20] dedit, huic industria virtutem comparavit. 28. In[1] hoc genere sæpe fieri potest,[2] ut non plane par sit numerus syllabarum,[3] et tamen esse videatur, si una aut etiam altera syllaba est alterutrum brevius:[a][4] aut si, cum in altero plures sunt, in altero longior aut longiores, plenior aut pleniores[5] syllabæ erunt:[b] ut longitudo[6] aut plenitudo harum, multitudinem alterius assequatur[7] et exæquet.

Similiter cadens[1] exornatio appellatur,[8] cum in eadem

[a] *Unum membrum est altero membro brevius.*

[b] *Aut si cum in uno membro plures sunt syllabæ, in altero membro una est longior: aut si cum in uno membro longiores sunt syllabæ, in altero membro ponitur una plenior aut pleniores syllabæ.*



17 *Facultatis* in G deest.—18 ψ, Tur. Voss. 3. Leid. 4. *parens;* et sic Erf. et al. Mss. teste Grævio. Tum A *appetebat.*—19 *Gravis casus* Erf. et Lamb. ed. in qua *administrabat* legitur. Leid. 4. *demonstrabant.*—20 '*Alii fortuna fel.*] Voss. 1. Leid. 2. cum edd. pr. *illi.* Voss. 3. Leid. 4. *aliis.* In Voss. 3. vitiose *fecilitatem.* Vide Græv. Mox pro *huic* est *hic* in Leid. 3.' *Oud.* *Illi* A L ψ et Lamb. *Alii* vulg. Præterea Schutz. e cod. Pith. dedit *facilitatem,* Orell. improb. Vid. Nott. Varr.—1 ψ *Item hoc genere.*—2 Pro *potest* in Tur. a m. pr. legitur *solet.*—3 Erf. *num. sit syllaborum.*—4 '*Est alterum brevius*] Voss. 3. *alterum membrum brevius sit.* Ed. Omnib. *est alt. altero brev.* Optime dant Leid. 1. 3. *est alterutrum brevius,* ut conjecerat Grævius.' *Oud.* G ψ omittunt verbum *est.* In A *est alterum altera brev.* ψ, Schutz. Wetzel. et Orell. *est alterutrum brev.* Vulg. *est alterum brev.* 'Libri quidam vulgati habent *alterum altero brevius,* ut ed. 1474. Med. 1498. Junt. sed nimis frequens fit verbum *alter.*' Ern. Vid. Nott. Varr.—5 Voces *plenior aut pleniores* non sunt in A.—6 G *aut long.*—7 G *sequatur.*—8 '*Dicitur*] Mss. omnes et ed. Med. *appellarunt.* Cur hoc mutarunt?' *Oud.* *Appellatur* quoque G L ψ, Tur. Erf. Pith. et ed. 1474. cum Schutz. Wetzel. et Orell. A R et vulg. *dicitur.*—

NOTÆ

non longius petita obtrudi videntur. Ovid. in Epist. Paridis ad Helenam, 'O Jove digna viro, ni Jove nata fores.' Et alibi, 'Cedere jussit aquam; jussa recessit aqua.'

[1] *Similiter cadens*] Ὁμοιόπτωτον Græci vocant figuram, qua nomina iisdem casibus, verba iisdem temporibus, in sententiæ vel initio vel medio vel fine conjunguntur; sive similis sive dissimilis sint soni, ut sentit Vossius. Refragatur Julius Scaliger, cui ὁμοιόπτωτον et ὁμοιοτέλευτον sunt idem schema. Utitur hac exornatione Cicero pro Rosc. § 72. ubi agit de supplicio parricidarum: 'Quid tam est commune quam spiritus vivis, terra mortuis, mare fluctuantibus, littus ejectis,' &c.

constructione[9] verborum, duo aut plura sunt verba quæ similiter iisdem casibus efferantur,[10] hoc modo: Hominem laudas[11] egentem virtutis, abundantem felicitatis. Item, Cujus omnis in pecunia spes est, ejus a sapientia est animus remotus.[12] Diligentia comparat divitias, negligentia corrumpit animum; et tamen cum ita vivit, neminem præ se ducit hominem. Similiter desinens[m] est, cum, tametsi casus non insunt in verbis,[13] tamen similes exitus sunt, hoc pacto: Turpiter audes facere, nequiter studes dicere. Vivis invidiose, delinquis studiose, loqueris odiose. Item, Audacter territas,[14] humiliter placas. Hæc duo genera, quorum alterum in exitus, alterum in casus similitudine versatur, inter se[15] vehementer conveniunt: et ea re, his qui bene utuntur,[16] plerumque simul ea collocant in iisdem[17] partibus orationis. Id hoc pacto[18] facere oportet: Perditissima ratio est amorem petere, pudorem fugere; diligere formam, negligere famam. Hic et[19] ea verba, quæ casus habent, ad casus similes; et illa,[20] quæ non habent, ad similes exitus[1] veniunt.

9 G *ea constr.*—10 A, Pith. Voss. 1. 3. *afferuntur*: G *afferantur*: Erf. Leid. 1. 2. ed. 1474. et Wetzel. *efferantur*: Voss. 2. Leid. 3. 4. Tur. Lamb. Grut. Oliv. Græv.-Burm. Lall. Schutz. et Orell. *efferuntur.*—11 L *laudem.*—12 '*Cujus omnis in pec. spes est, ejus a sap. est an. rem.*] Tres Mss. Erf. Duisb. Cauch. *Huic omn. in pec. spes est, a sap. est an. rem.* Sic et quartus Pal. nisi quod retineat *ejus.* Lamb. ed. *Cujus omn. in pec. est, ejus a sap. an. est rem.* sed pro *cujus* itidem habet *Huic.* Credo *τὸ est* semel abundare, et auctorem scripsisse, *Huic omn. in pec. spes est, a sap. an. rem.*' Græv. G L, Voss. 2. 3. Leid. 2. 4. ed. Med. *Huic omnis*: A *Hujus* sine *omnis*: ed. Omnib. *Hujus omn.* Dein '*Ejus a sap. est an. rem.*] Vox *ejus* abest a Mss. omn. nisi quod in Leid. 3. ponatur post *animus*, neque agnoscunt edd. pr. Verbum *est* deest item Voss. 3. In aliis loco variat. Adi Græv.' *Oud.* Vox *ejus* non est in A G L ψ et Tur. Vulg. ut Ern.—13 '*Insunt in verbis*] Leid. 1. Voss. 3. *n. sunt*: Voss. 1. 2. Leid. 2. 3. ed. Med. *n. insunt verbis.*' Oud. Præpositio *in* ψ deest.—14 '*Audacter territas*] Leid. 3. 4. *audaciter*: Voss. 3. *dampnas.*' Oud. Erf. *audaciter terr.*—15 A L, Erf. quinque Mss. Oud. et ed. Med. *in exitu.* Tum Leid. 3. *casuum sim. versantur.* Denique G *in se.*—16 'Voss. 1. *his qui bene ut.* recte.' *Oud.* Pith. *qui his bene utitur*: Erf. *re, quibus bene utuntur*: A *re, quibus utuntur.* G L R ψ, Tur. *qui his bene utuntur*; et sic vulg. In ed. 1474. cum Schutz. Wetzel. et Orell. *his qui bene utuntur.*—17 G *bene collocant*, et Erf. *in ejusdem part. or.*—18 G *In hoc modo*: L, omnes Mss. Oud. et ed. Med. *Id hoc modo.*—19 Duisb. *Hic dein ea verba.*—20 A *et ea.*—1 ψ *ad sim. actus.*

NOTÆ

[m] *Similiter desinens*] Est Græcis ὁμοιοτέλευτον; cujus exemplum hoc sit ex Cic. Verr. l. I. § 9. 'Quis hoc non perspicit præclare nobiscum ac-

XXI. 29. Annominatio[n] est, cum ad idem verbum et ad idem nomen acceditur commutatione unius literæ aut literarum;[2] aut ad[3] res dissimiles similia verba accommodantur. Ea multis et variis[4] rationibus conficitur. Attenuatione aut complexione[o] ejusdem[5] literæ, sic: Hic, qui se magnifice jactat atque ostentat,[6] veniit a te[c] ante, quam Romam venit.[7] Ex contrario:[8] Hic, quos homines alea vicit, eos ferro statim vincit.[d][9] Productione ejusdem literæ, hoc modo: Hunc avium[p] dulcedo ducit ad avium.[e] Brevitate ejusdem literæ, hoc modo:[10] Hic tametsi videtur

[c] *Venditus est a te, quia servus erat.* [d] *Ligavit.*
[e] *Ad locum inaccessum.*



CAP. XXI. 2 '*Ad idem verbum et idem nomen*] In nullo Ms. neque ed. pr. inveni secundo loco *idem:* Voss. 2. *aut nomen.*' Oud. A G L et Duisb. *et nomen.* Vulg. *et idem nomen.* Præpositionem *ad* ex ed. 1474. inseruit Ern. quem Schutz. Wetzel. et Orell. sequuntur. Dein A *commutatione aut addicione:* L R ψ et Tur. *commutatione vel additione.* Denique A *lit. aut ad literarum.* Post *literarum* vulg. inseritur *syllabæ aut syllabarum;* quod Ern. delevit, et eum sequuntur Schutz. Wetzel. et Orell. Ea verba non sunt in A G, Tur. Lips. edd. Med. pr. Junt. Ald. et aliis. Vid. Nott. Varr. ad h. l. et Gronov. ad l. II. c. 6.—3 G *aut res* sine præpositione.—4 *Variis* a ψ deest.—5 '*Adten. aut compl.*] *Aut adten. aut compl.* Voss. 1. 3. Leid. 1. *aut tenuat.* Leid. 2. *adtenuationibus* Voss. 2.' *Oud.* Pith. quoque *aut atten. aut compl.* Voces *aut compl.* quæ absunt a Ms. Lips., Wetzel. uncis inclusit. Tum pro *ejusdem*, Tur. habet *unius*, et Schutz. e conj. *cujusdam.*—6 ψ *magnificat.* Voss. 3. *ostentat et jactat.* A et ed. Omnib. carent τοῖς *atque ostentat.*—7 '*Venit a te, antequam R. venit*] Mss. quatuor *ad te:* recte desunt illa Leid. 4. in quo *R. veni:* Leid. 3. *R. ivit.*' Oud. In A *venit a te, ante quam:* Lamb. et Schutz. *veniit ante quam:* Orell. h. l. corruptum esse ait. Vulg. ut Ern. Vid. Nott. Varr.—8 '*Ex contr.*] Mss. quinque et ed. Med. *et ex contr.* desunt Leid. 3.' *Oud.* In A *Et contr.* ψ *Et e contr. sic:* G, Lamb. ed. et Orell. *Ex contr. sic.* Aliæ edd. omittunt *sic.*—9 '*Alea vicit*] Sic Voss. 1. 3. cum Leidd. tribus et edd. pr.' *Oud.* *Vicit* quoque A G R, Tur. Grut. Græv.-Burm. Schutz. Wetzel. et Orell. In al. edd. et Mss. *vincit.* In secundo loco R et Lamb. ed. *vinciit:* ψ *vicit.* Vulg. *vincit.* Vid. Nott. Varr.—10 Pro *hoc modo*, Voss.

NOTÆ

tum iri, si populus Romanus istius unius supplicio contentus erit,' &c.

[n] *Annominatio*] Græce παρονομασία, unius literæ vel plurium additione, detractione, immutatione, transpositione aliam efficit sententiam. Consulantur notæ in l. II. de Orat. § 256.

[o] *Attenuatione aut complexione*] Attenuationem crasin cum Aldo interpretamur, qua ex duabus syllabis unica fit, scilicet ex 'veniit' 'venit:' Complexionem autem synæresin, qua in duas syllabas unica dissolvitur; ex 'vincit' fit 'vinciit:' sic enim cum eodem Aldo legimus, cui suffragatur Lambinus: alioquin exempla præceptionibus non respondebunt. An vincio facit præterito vincivi et vinxi, sicut sancio sancivi et sanxi?

[p] *Hunc avium*] Forsan ad h. l. re-

esse [11] honoris cupidus, tamen non tantum curiam [q] diligit, quantum Curiam.[12] Addendis literis, hoc pacto: Hic sibi posset temperare,[f] nisi amori mallet obtemperare.[13] Demendis literis, sic: Si lenones vitasset tanquam leones,[14] vitæ se tradidisset.[g] Transferendis literis, sic: Videte, judices,[15] utrum homini navo,[h] an vano [16] credere malitis. [*p.* 31.] Item, Nolo esse laudator, ne videar adulator.[17] Commutandis,[18] hoc modo: Deligere oportet, quem [19] velis diligere. Hæ [20] sunt annominationes, quæ in literarum brevi commutatione,[1] aut productione, aut translatione,[2] aut ali-

[f] *Posset esse temperans.* [g] *Vitæ suæ consuluisset.* [h] *Generoso.*

2. in primo loco, et L in secundo loco habet *sic.* Verba *hoc modo ... hoc modo* in G ψ desunt. '*Hunc avium, &c.* usque ad *hic tam* exsulant a Mss. quatuor vel quinque. *Ducit ad dampnum* inepte Leid. 2.' *Oud.* Erf. quoque *ducit ad damnum.* '*Brev. ejusd. lit. hoc modo*] Erf. *brev. ejusd. lit. sic.* Hæc verba cum præcedd. *avium dulcedo ad avium* in Duisb. non leguntur.' *Græv.*—11 Pith. *Hic tamen etsi vid.* Tum '*Esse hon. cup.*] Abest verbum a Leid. 2. Bene.' *Oud.* deest etiam in A G et Erf.—12 '*Non tantum curiam dil., quantum Curiam*] Pith. *non tam cur. dil., quam Cur. meretricem.* Ultima vox hæret etiam in Erf. sed tamen a magistro fuit adjecta.' *Græv.* '*Quantum Curiam*] Addunt e glossa *meretricem* Voss. 1. Leid. 1. In ed. Med. *non tam curam, quam curiam dil.*' Oud.—13 A *mallit obt.*—14 Pith. Voss. 1. 3. Leid. 2. 4. *Dem. nunc lit.* Pro *sic*, in A legitur *hoc modo.* Dein G L R ψ, et vulg. *tanquam leones vit.* Erf. Mss. plerique Oud. cum ed. Med. ac Schutz. Wetzel. et Orell. *vit. tanq. leones:* A et ed. Omnib. *quemadmodum leones vit.*—15 In A *Transf. lit. pacto hoc: Hic judices videte.*—16 Erf. *homini ignavo cred.* Pith. *homini nano an vano cred.*—17 '*Item, nolo esse laudator, ne videar adulator*] Prima vocula deest Voss. 1. Omnia hæc exsulant a ceteris Mss. et edd. pr.' *Oud.* Absunt quoque ab A G ψ, Erf. et Duisb.—18 Schutz. suspic. *Permutandis.*—19 Lamb. Ms. *Dilegere op.* et Pith. *a quo velis dilig.* Al. teste Grævio, *quæ velis dilig.* Vid. Nott. Varr.—20 G *Hæc sunt annom.*—1 '*In literarum brevi comm.*] Sic Mss. omnes et edd. pr.' *Oud.* *Litterarum* quoque A G L ψ, Tur. et edd. ante Lamb. cum Schutz. Wetzel. et Orell. Al. edd. et Mss. *literatura.* G, Victor. Lall. Schutz. et Wetzel. *commutatione, brevitate.* '*Commutatione, brevitate*] Ita Victorius. Vulgati mendose *brevi commutatione.*' Lall. Vulg. ut Ern. Orell., qui h. l. ut corruptum notavit, malit legere, *in literarum in breve commutatione.* Vid. Nott. Varr.—2 G *transvectione:* L R ψ et Tur. *transjectione.* '*Translatione*] Rescribe *transjectione* e Mss. omnibus et ed. Med. *trajectione* Leid. 4. Dein *hujuscemodi* Voss. 3.' *Oud.* Edd. vett. *translatione;* et sic vulg.

NOTÆ

spexerit Virgil. cum Georg. II. dixit, 'Avia tum resonant avibus virgulta canoris.'

[q] *Curiam*] Curia prima syllaba producta publici consilii sedes est: prima syllaba correpta, mulieris nomen videtur. Tale est illud quod ex Epigrammatis Ovidii, quæ perierunt, affert Quintilianus: 'Cur ego non dicam Furia, te furiam.'

quo hujusmodi genere versantur. XXII. 30. Sunt autem aliæ, quæ non habent tam propinquam in[3] verbis similitudinem, et tamen dissimiles non sunt: quibus de generibus unum est hujusmodi: Quid[4] veniam, qui sim, quare veniam,[i] quem insimulem, cui prosim, quem[5] postulem,[k] brevi cognoscetis. Nam hic est in quibusdam[6] verbis quædam similitudo non tam affectanda, quam illæ superiores, sed tamen adhibenda nonnunquam. Alterum genus hujusmodi: Demus operam, Quirites,[r] ne omnino Patres Conscripti[s] circumscripti[l] putentur.[7] Hæc annominatio accedit magis[8] ad similitudinem, quam superior;[9] sed minus, quam illæ superiores: propterea quod non solum additæ, sed uno tempore demtæ[10] quoque literæ sunt. Tertium genus est,[11] quod versatur in casuum commutatione,[12] aut unius aut plurium nominum. 31. Unius nominis, hoc modo: Alexander Macedo[t] summo labore animum ad virtutem a pueritia confirmavit.[13] Alexandri virtutes per orbem terræ[14] cum laude et gloria sunt.[15] Alexandro si vita longior

[i] *Qua mente veniam, quis sim, qua de causa veniam.*
[k] *Quem deferam.* [l] *Dolis capti.*

Cap. xxii. 3 Leid. 4. et Duisb. *cum verbis.* Præpositione carent G, Erf. Voss. 1. 2. In A ψ, Pith. Leid. 3. ed. pr. et Med. ac ed. Omnib. *verbi,* sine *in.*—4 ψ *Qui ven.* Pith. *Quo ven.*—5 ψ, Erf. et Pith. *quæ post.*—6 ψ *in quibus de.* —7 Pith. *circ. videantur.*—8 G *accidit magis:* Lamb. ed. *magis accedit.*—9 '*Quam illa sup.*] Erf. et Lamb. ed. *quam sup.*' Græv. In A et edd. ante Lamb. *quam illa sup.*—10 G *ademtæ.*—11 Erf. omittit *est.*—12 G *mutatione.*—13 '*Ad virtutem a p. confirmavit*] Sic Mss. omnes, nisi quod in uno alteroque sit *virtutes.* Cum Grævio malim *confirmavit.*' Oud. L R, Lamb. Grut. Oliv. et Lall. *virtutes:* A G ψ, Tur. et ed. 1474. ac aliæ vett. cum Græv.-Burm. Schutz. Wetzel. et Orell. *virtutem.* Dein Schutz. et Orell. *conformavit:* Vulg. *conformavit.* Vid. Nott. Varr.—14 Lamb. solus *orbem terrarum.*—15 '*Cum laude*

NOTÆ

[r] *Quirites*] Vide quæ diximus de Tito Tatio ad § 18. hujus lib.

[s] *Patres Conscripti*] Senatores propter ætatem seniorem, patres propter paternum in populum amorem appellati, primum a Romulo centum instituti sunt: numerus paulo post ad ducentos, adeoque sub Tarquinio Prisco ad trecentos excrevit. Ex equestri ordine senatorium in ordinem ascripti dicebantur patres conscripti.

[t] *Alexander Macedo*] Qui Græcis terrore sibi subditis, Persarum imperium victo Dario evertit, tum India ac tota prope Asia potitus est. Morbo per ebrietatem contracto, vel, ut alii volunt, veneno extinctus est, anno ætatis 33. regni 13. ante Chr. 324. Curtius, &c.

data esset,[16] Oceanum manus Macedonum transvolasset.[17] Alexandrum omnes, ut maxime metuerunt, item plurimum dilexerunt.[18] Varie hic[19] unum nomen in commutatione casuum volutatum est. Plura nomina, casibus commutatis, hoc modo facient annominationem:[20] Ti. Gracchum[1] [u] rempublicam administrantem indigna prohibuit nex diutius in ea commorari.[2] C. Graccho similiter occisio oblata est,[m] quæ virum reipublicæ amantissimum[3] subito de sinu[4] civitatis eripuit. Saturninum, fide captum malorum, perfidiæ scelus[5] vita privavit.[n] Tuus, o Druse, sanguis domesticos parietes, et vultum[6] parentis aspersit. Sulpicium,[7] cui paulo ante omnia concedebant, eum[8] brevi spatio non modo

[m] *Mors allata est.*
[n] *Crimen perfidorum eripuit vitam Saturnino, qui se malorum fidei commiserat.*



et gloria sunt] Voss. 1. 3. Leidd. omnes, edd. pr. *et gl. vulgatæ sunt:* Voss. 2. *sunt pervulgatæ:* non male.' *Oud.* A G L ψ, Tur. et edd. ante Grut. *gl. vulgatæ sunt:* Schutz. *gl. sunt pervulgatæ:* Grut. Græv.-Burm. Lall. Wetzel. et Orell. *gl. sunt*, omisso *vulgatæ*. Vid. Nott. Varr.—16 G *long. esset.*—17 A L R non habent *manus*. In A legitur *Macedonium nomen:* R *Macedonium*. Vid. Nott. Varr. A G L R ψ, Tur. Lamb. Grut. Oliv. Græv.-Burm. et Lall. postponunt verba *Alexandro si vita . . . transvolasset* sequentibus *Alexandrum omnes . . . dilexerunt.*—18 *Ut* in A G L deest. Tum A G L *metuerant:* ψ *metuebant*. L omittit verba *item plur. dilexerunt*. Vid. Nott. Varr.—19 A *hunc un. nom.* Duisb. Leid. 4. ed. Omnib. *hunc un. nom.*—20 R et vulg. *faciunt.* A G L ψ, Duisb. omnes Mss. Oud. et edd. pr. cum Schutz. Wetzel. et Orell. *facient*. Tum ψ *commutationem.*—1 A G *Tiberium Gracchum.*—2 Erf. *admin. prohibuit M. Galliciolus indignam et diutius in eo commorari:* margo Cratandri, *admin. prohibuit Maliciolus indigne nex diutius in ea commorari.*—3 A L, Erf. et Græv.-Burm. omittunt *similiter*, et in ψ *ablata* legitur. '*Occisio oblata est, quæ*] Voss. 1. a m. sec. *occasio:* in ceteris *occiso:* et in Leid. 3. 4. ed. Med. *similiter occiso*. Dein *ablate est resp. qui* in Voss. 2. Leid. 1. 3. et mox *virtutis amant.* pro *reip.* in ed. Med. *populi Ro.*' Oud. Pro *quæ virum*, ψ habet *qui virtutes*, et Pith. *quæ virtutes*. Vulg. ut Ern. Vid. Nott. Varr.—4 '*De sinu civ.*] Mss. quatuor *dominatum* vel *dominatu;* prave.' *Oud.* Pith. *subito dominatu sinu.*—5 '*Fide captum malorum*] Voss. 1. 3. Leid. 2. 3. ed. Omnib. *f. c. majorum natu.*' Oud. *Majorum natu* quoque A L R et Tur. *Majorum* Lamb. et al. sed vulg. *malorum*. Dein '*Perfidiæ scelus*] Voss. omn. Leid. 2. edd. pr. *perfidia per scelus:* Leid. 3. 4. *perfidia scelus.*' Oud. In A *per scelus:* G ψ, *perfidia, scelus:* L R et Lamb. ed. ac Orell. *perfidia per scelus:* Tur. *perfidia et per scelus:* Schutz. *perfidia et scelus:* vulg. *perfidia scelus*. Ern. putat hanc sententiam esse corruptam. Vid. Nott. Varr.—6 'Leid. 2. *dom. parares:* an *penates?*' Oud. *Penates* Schutz. in ed. pr. Tum Cratand. ed. *et multum parentis.*—7 A G L R ψ, Lips. omnes Mss. Oud. et edd. pr. pleræque *Sulpicio*. Vid. Nott. Varr.—

NOTÆ

[u] *Ti. Gracchum*] De Gracchis dicetur in notis ad lib. de Clar. Orat. De Saturnino, Druso, ac Sulpicio consule notas superiores.

vivere, sed etiam sepeliri[9] prohibuerunt. 32. Hæc tria genera proxima exornationum, quorum unum in similiter cadentibus, alterum in similiter desinentibus verbis, tertium in annominationibus positum est, perraro sumenda sunt, cum in veritate dicemus:[o][10] propterea quod non hæc[11] videntur reperiri posse sine elaboratione[12] et consumtione operæ.[p][13] XXIII. Ejusmodi autem studia ad delectationem, quam ad veritatem, videntur accommodatiora. Quare[14] fides, et gravitas, et severitas oratoria minuitur his exornationibus frequenter collocatis:[15] et non modo tollitur auctoritas dicendi, sed offenditur[16] quoque in ejusmodi oratione auditor;[17] propterea quod est in his lepos et festivitas, non dignitas, neque pulchritudo. Quare,[18] quæ sunt ampla et pulchra,[19] diu placere possunt; quæ lepida et concinna, cito[20] satietate afficiunt aurium sensum[1] fastidiosissimum. Quo modo igitur, si crebro his generibus utemur, puerili videbimur[2] elocutione delectari; ita si raro has interseremus exornationes,[3] et in causa tota varie dispergemus,[4] commode luminibus distinctis illustrabimus orationem.

[o] *Cum aliquid verum docere ac persuadere voluerimus.*
[p] *Sine summo studio et arte.*

8 Voss. 2. *cedebant.* Vox *eum* non est in G. Erf. *cum brevi sp.*—9 Voss. 3. et Erf. *sepelire.*—10 Erf. *in veritate dicimus: A in varietate dicimus: et propt.*—11 Pith. *quod hæc non.*—12 ψ, Duisb. et Leid. 4. *sine labore.*—13 '*Et consumtione operæ*] Voss. 1. Leid 3. *et suspicione op.* Voss. 3. *op. assumptione:* Leid. 2. 3. *et sumptione op.* ed. Med. *operis assumptione.*' Oud. Pith. *et assumptione operæ:* Erf. *et operæ sumtione.*

Cap. XXIII. 14 Pith. *studia exornationum magis ad del., quam ad ver. vid. accommodatiora:* Erf. *studia exornationem magis ad del. quam ad ver. accommodata.* Pro *accommodatiora,* Leid. 3. habet *magis accommodari.* Tum Schutz. solus *Quippe fides.*—15 Pith. *min. exorn.* Dein '*Collocatis*] Leid. 3. 4. *collatis:* non male.' *Oud.* In ψ quoque et ed. 1474. *collatis.* Copulam *et* non habet G.—16 ψ *ostenditur.*—17 'Apage vocem *auditor,* quæ in nullo Ms. comparet.' *Oud.* Deest etiam in G L R ψ. Orell. uncis inclusit. '*Auditor*] *Auditor* abest a Mss. tribus: quam vocem si quis malit expungere, non pugnabo. Nos vulgatam lectionem retinuimus.' *Brut.* Vid. Nott. Varr.—18 '*Quare* sine dubio vitiosum est. . . . Puto auctorem dedisse *quippe,* aut *quare* delendum.' *Ern.* —19 Sex Mss. Oud. et tres Mss. ap. Græv. cum Tur. ed. Med. et Orell. *am. atque pul.* et mox Duisb. *lep. atque conc.*—20 '*Cito*] Recte Bruil. *cita.*' Grut. 'Unus Ms. *cita.*' Græv. In A deest.—1 A *aurum sensu.*—2 A *videbuntur.*—3 Erf. et Mss. ap. Oud. ac edd. pr. *inters. has exorn.* Tum A *et si in causa.*—

33. Subjectio[x] est, cum interrogamus adversarios, aut quærimus ipsi, quid ab illis, aut quid contra nos dici possit:[5] deinde subjicimus id quod dici oportet, aut non oportet,[6] aut nobis adjumento futurum sit, aut offuturum illis e contrario,[7] hoc modo: Quæro[8] igitur, unde iste tam pecuniosus sit factus.[9] Amplum patrimonium relictum est? at patris bona venierunt. Hæreditas aliqua obvenit?[10] non potest dici, sed etiam[11] a necessariis omnibus exhæredatus est. Præmium aliquod ex lite aut judicio cepit? non modo id non fecit,[12] sed etiam insuper ipse[13] grandi sponsione victus est. Ergo si his rationibus locupletatus non est, sicut omnes videtis; aut isti domi nascitur aurum, aut, unde licitum non est,[14] pecunias accepit. XXIV. Item, Sæpe, judices, animadverti, multos[15] aliqua ex honesta re,

4 G *disponemus.*—5 G *dici oportet.*—6 '*Aut quod non oportet*] Omnibus libris Mss. et ed. Med. deest *quod.* Dein Mss. quatuor et ed. Omnib. *non potest.* Leid. 3. *quod oporteat dici, aut non oporteat.*' Oud. Voculam *quod*, quæ vulgo inseritur post *aut*, delevit Ern. et eum sequuntur Schutz. Wetzel. et Orell. Abest quoque ab L R et Tur. Pro *oportet*, A G habent *potest.* Tum G *aut quod nobis.* Pro *aut nobis*, Ern. putat *quid nobis* legend. Vid. Nott. Varr.—7 '*Aut offut. illis e contr.*] Erf. *aut offut. idem contr.* Pith. *aut offut. adversario:* Duisb. *aut offut. e contr.* Lamb. ed. *aut illis offut. e contr.*' Græv. '*Obfut. illis*] Pronomine carent Mss. quinque et ed. Omnib.' *Oud.* deest etiam in Tur. Voces *illis e contr.* A ψ omittunt.—8 A *Quarto.*—9 Hervag. et al. edd. antiquiores *tam perniciosus.* Vox *factus* non est in G.—10 '*Hereditas aliqua obvenit*] Leidd. tres *venit:* verissime. Sed et in Leid. 1. *alia;* in Voss. 2. *aliqua venit*, suprascripto *obliqua.*' Oud. *Venit* quoque G, Erf. Duisb. Tur. Schutz. et Orell. Vulg. *obvenit.*—11 '*Non potest dici, sed*] Hæc mihi spuria videntur, additaque a glossatore inepto. Ea si deleantur, admodum elegans fit oratio.' *Ern.* Orell. h. l. ut corruptum notavit. Schutz. *At etiam a necessariis.* Vulg. ut Ern. Vid. Nott. Varr. In A *Non pot. dici. sed et a nec.* Dein pro *omnibus*, G *hominibus* habet.—12 Schutz. e conj. edidit *cepit.*—13 ψ omittit *ipse.* Tum '*Sponsione victus*] Sic in solo Leid. 4. Reliqui Mss. et edd. dant *vinctus.* Item *non est licitum.*' Oud. *Vinctus* quoque ψ et Tur. In A *victus*, omisso *est.* Vid. Nott. Varr.—14 Erf. et Pith. *non est lic.* Dein '*Accepit*] Leid. 1. 3. Voss. 3. *cepit.* In ed. Omnib. simpliciter *capit* scil. 'aurum.'' *Oud.* In A *capit* sine *pecunias:* Tur. *cepit.* Vulg. *accepit.*

NOTÆ

[x] *Subjectio*] Latius patet quam definit hic Cornificius. Subjectione enim non solum quæritur ab adversario, quid ab illo aut contra nos dici possit; sed orator vel interrogat seipsum et respondet sibi, vel cum alium rogaverit non expectato responso quidpiam de suo addit. Cic. pro Quint. § 56. 'Quid si nunquam vadimonium deseruit? . . . quo te nomine appellemus? improbum,' &c. Ceterum subjectio, ut et aliæ nonnullæ figuræ quæ hic referuntur, ad schemata sententiarum non verborum pertinent.

quam ne inimici quidem[16] criminari possint, sibi præsidium petere: quorum nihil potest adversarius facere. Nam utrum ad patris virtutem confugiet?[17] at eum vos jurati[18] capite damnastis:[q] an ad suam revertetur antiquam vitam, alicubi honeste tractatam?[19] at hic quidem[20] ante oculos vestros[1] quomodo vixerit, scitis omnes: an cognatos suos enumerabit,[2] quibus vos conveniat commoveri? at hi quidem nulli[3] sunt: amicos proferet? at nemo est, qui sibi non putet turpe[4] istius amicum nominari. Item, Credo, inimicum, quem nocentem putabas,[5] in judicium adduxisti: non; nam[6] indemnatum necasti. Leges, quæ id facere prohibent,[7] veritus es?[8] at ne scriptas quidem judicasti. Cum ipse te veteris amicitiæ commonefaceret, commotus es?[9] at[10] nihilo minus, sed etiam studiosius occidisti. Quid? cum tibi pueri ad pedes volutarentur, misericordia motus es?[11] at eorum patrem crudelissime sepultura quoque[12] prohibuisti. 34. Multum inest acrimoniæ et gravitatis in hac exornatione, propterea quod, cum quæsitum est[13] quid oporteat, subjicitur id

[q] *Vos qui jurejurando obligati debetis judicare ex æquitate, eum morti addixistis.*

CAP. XXIV. 15 ψ *aliquos.*—16 Leid. 4. et Duisb. non habent *quidem.*—17 A G L, Pith. Duisb. omnes Mss. Oud. et ed. Omnib. *patris ejus.* Leid. 4. Pith. et Duisb. *virtutes conf.* Erf. *vestigium confugisset.* In A *virtutem fugiet.*—18 Al. teste Grævio, *eum jur. vos.* Tum ‘ *Capite dam.*] Auctior est Voss. 1. *legibus cap. dam.* nec male.’ *Oud.* Schutz. quoque *legibus cap. dam.* A *capitate dam.* Vulg. *capite dam.*—19 Schutz. *vitam? Quam? aut ubi hon. tract.* Vulg. ut Ern. Vid. Nott. Varr.—20 ‘ *Nam hic quidem*] Voss. 1. *Non. Nam hic quidem:* Leid. 2. *non equidem.*’ Oud. A G L R ψ, ed. 1474. Med. 1498. Junt. Ald. et Schutz. *Nam hic quidem.* Al. edd. et Mss. *At hic quidem.*—1 ψ *oculos nostros* —2 G *enumerabis.*—3 ‘ *Quidem nulli*] Pith. *Nam hic quidem nulli.*’ Græv.—4 Tur. Erf. et Orell. *turpe putet:* A *putat turpe.* ‘ *Turpe putet*] Sic Mss. et ed. Med. Vulgo *putet turpe.*’ Oud.—5 ‘ *Inim., quem noc. put.*] Erf. *inim., noc. put.* Pith. *inim., in quem noc. put.* Duisb. *inim. in noc. put.*’ Græv. ‘ *Quem noc. put.*] Sic in solo Leid. 2. In ceteris *innocentem.* Hinc ed. Omnib. *amicum quem innoc.* A Mss. tribus abest *τὸ quem.*’ Oud. A *amicum quem innoc. put.* ψ *inim. quem innoc. put.* Vulg. ut Ern.—6 ‘ *Non. Indemnatum nec.*] Mss. quinque et edd. pr. *non. Nam ind. nec.* Leid. 1. *non. Nam eum ind. n.* Leid. 2. *non. Eum enim ind. nec.*’ Oud. G R ψ et Tur. *nam eum ind.* Vid. Nott. Varr.—7 Duisb. et Leid. 4. *num leges,* et ψ *id facere peribent.*—8 In Erf. non habetur *es* post *veritus.* Tum A *Ad ne scriptas:* Pith. *At ne scripturas.*—9 A ψ *commoneret, comm. es:* Pith. *commemorem faceret motus es:* Lamb. ed. *commonefaceret, misericordia commotus es.*—10 Lamb. solus *At* omittit.—11 A *pedem vol., mis. commotus es.* Tum ‘ *At eorum patrem*] Voss. 1. *Non: at eor. pat.* Contra deest *at* Leid. 1.’ *Oud.*—12 *Quoque* non est in G.—13 Leid. 2.

non esse factum. Quare facillime fit, ut exaugeatur[14] indignitas negotii. Ex[15] eodem genere, ut ad nostram quoque personam referamus subjectionem, sic:[16] Nam quid me facere convenit,[17] cum a tanta Gallorum multitudine circumsederer? an dimicarem?[18] at cum parva manu tum prodiremus,[19] locum quoque inimicissimum habebamus.[20] Sederem in castris? at neque subsidium, quod expectarem, habebamus,[1] neque erat, qui vitam produceremus.[2] Castra relinquerem?[3] at obsidebamur. Vitam militum negligerem? at ea videbar eos accepisse conditione, ut,[4] quoad possem, incolumes patriæ et parentibus[5] conservarem. [*p.* 32.] Hostium conditionem repudiarem? at salus antiquior est militum, quam impedimentorum. Hujusmodi consequuntur[6] identidem subjectiones, ut ex omnibus ostendi videatur,[7] nihil, potius, quam, quod factum sit, faciendum fuisse.[8]

XXV. Gradatio[y] est, in qua non ante ad consequens

cum inquisitum est: A *cum quæs.* sine *est.* Dein Erf. *quod oporteat.*—14 '*Augeatur*] Mss. omnes et edd. pr. *exaugeatur.* Verissime. Adi Græv.' *Oud.* A G L R ψ, Tur. Schutz. Wetzel. et Orell. *exaug.* Al. edd. *augeatur.* Vid. Nott. Varr. —15 A *Et eod. gen.*—16 '*Subjectionem, sic. Nam quid*] Voss. 1. 3. *subj. fit sic. N. q.* Leid. 2. 3. *subj. sic fit N. q.* Leid. 1. *subj. facimus sic. N. q.* Voss. 2. cum ed. Omnib. *subj. sic facimus. N. q.* Ed. Med. *subj. sic faciemus. N. q.*' Oud. A *subj. sic facimus:* G R *subj. faciamus.* Vid. Nott. Varr.—17 '*Convenit*] Sic Erf. et Lamb. ed. Al. *conveniet.*' Græv. A G L R ψ, Tur. Schutz. Wetzel. et Orell. *convenit;* et sic omnes Mss. Oud. et edd. pr. excepto Voss. 2. in quo vulg. *conveniret.*—18 Erf. *a tanta multitudine Gallo.* Tum Lamb. ed. *circumsiderer? dimicarem:* Erf. *circumsederer? ac dimicarem.* —19 '*Cum prodiremus*] Sic Leid. 4. et ed. Med. In ceteris *tum.* Sed addit Voss. 1. *castra relinquerem.*' Oud. ψ et Tur. *tum prodirem:* A G L R, Grut. Oliv. Lall. Schutz. Wetzel. et Orell. *tum prodiremus:* Græv.-Burm. *quum prodiremus.* Vid. Nott. Varr.—20 Leid. 4. *munitissimum tunc hab.* A *inim. habeamus:* ψ *inim. habemus.* Vid. Nott. Varr.—1 Voces *Sederem .... habebamus* in A desunt.—2 '*Qui vitam produceremus*] Ita dant Mss. sex et edd. pr. Omnino rectius pro *quo.* Tum *producerem* in Mss. quatuor et ed. Omnib.' *Oud.* Tur. Schutz. Wetzel. et Orell. *qui vitam produceremus:* Vulg. *quo vitam produceremus:* A G L R *quo vitam producerem:* ψ *qui vitam produceret.* Vid. Nott. Varr.—3 Voss. 1. 2. Leid. 1. *an cast. rel.*—4 '*At eos vid. ea acc. cond. ut eos, quoad p. &c.*] Sic vidi in Mss. omn. et edd. pr. Vulgo *ea vid. eos a. c. ut, quoad p., &c.*' Oud. Tur. Lamb. et Orell. *At eos vid. ea.* Dein A G L R ψ et Tur. *ut eos quoad.* Orell. *eos* uncis inclusit. Vid. Nott. Varr.—5 '*Patriæ et parentibus cons.*] Duisb. *patriæ cons.* non male.' *Oud.* 'Leid. 4. *patriæ et cons.* Hinc in Duisb. omissum quoque *et.*' Oud.—6 Erf. quinque Mss. Oud. cum ed. Omnib. et Lamb. *Ejusmodi conseq.* Ed. Med. *et ejusmodi conseq.* ψ *Hujusm. sequuntur.*—7 Erf. *videantur.*—8 Voss. 1. Leid. 2. ed. Med.

NOTÆ

[y] *Gradatio*] Tum fit, cum per quosdam quasi gradus ab infimo ad sum-

verbum descenditur, quam ad superius conscensum est,[9] hoc modo: Nam quæ reliqua spes manet libertatis, si illis,[10] et quod libet, licet; et quod licet, possunt; et quod possunt, audent; et quod audent, faciunt; et quod faciunt, vobis[11] molestum non est? Item, Non sensi hoc, et non suasi; neque suasi, et non ipse statim facere cœpi; neque facere cœpi,[12] et non perfeci; neque perfeci, et non probavi. Item, Africano industria virtutem,[13] virtus gloriam, gloria æmulos comparavit. Item, Imperium Græciæ[14] [z] fuit penes Athenienses,[a] Atheniensium potiti sunt[15] Spartiatæ,[b] Sparti-

fact. est. Dein *faciundum fuisse* Voss. 1. ed. Omnib. *faciendum fore* Voss. 3. *faciunde fuisse* A. Vid. Varr. Lectt. ad cap. 1. hujus libri.

Cap. xxv. 9 Erf. *ad superiores:* Pith. *superius,* sine *ad.* '*Conscensum est*] Sic Leid. 1. 4. In ceteris Mss. *adscensum.* In Voss. 3. Leid. 3. ed. Med. *sit.*' Oud. *Ascensum est* Lamb. et Schutz.—10 Lamb. ed. *Nam quæ spes rel. lib. manet, si his.*—11 Pith. *nobis mol.* Mox pro *Item,* in A *Ita* legitur. Tum Erf. *non sensi hos,* et Lamb. ed. *neque sensi hoc.*—12 ψ *et non suasi hoc.* Pro *et non* in secundo loco A habet *neque.* Adverbium *statim* deest in A, Voss. 3. Leid. 2. 3. ed. Omnib. Denique A ψ omittunt verba *neque facere cœpi.* '*Non suasi: Neque suasi...neque facere cœpi*] Pith. *Non suasi et facere cœpi, et perfeci.*' Græv.—13 Erf. *virt. ind.*—14 Pro *Græciæ,* in ψ *egregie* legitur. Tum '*Apud Athen.*] Medicæus cum alio *penes Ath.* quod et notum Lambino ex aliis.' *Gronov.* ' Erf. et nonnulli alii Mss. *penes Ath.*' Græv. '*Penes Ath.*] Sic lego auctoritate Voss. omn. et Leidd. 1. 2. atque edd. pr. Vulgo *apud Ath.*' Oud. L R, Schutz. Wetzel. et Orell. *penes Ath.*—15 '*Atheniensium pot. sunt*] Voss. 1. Leid. 2. *Atheniensibus pot. sunt.* Addunt *imperio* Voss. 3. Leid. 4. et Leid. 1. a m. sec. male.' *Oud.* In G R ψ quoque *Athe-*

NOTÆ

mum aliquod ascenditur, vel a summo descenditur ad infimum. Parcior, ut notat Quintilianus, debet esse usus hujus schematis quod apertiorem habeat artem, et magis affectatam. Mire tamen aliquando valet ad commovendos affectus. Verr. v. § 170. 'Facinus est vinciri civem Romanum; scelus verberari; prope parricidium necari; quid dicam in crucem tolli?'

[z] *Imperium Græciæ*] Atheniensium primus rex Cecrops regnare cœpit annis, ex Eusebii calculo, ante Chr. 1558. regum decimus septimus et postremus fuit Codrus. Hunc excepere prætores perpetui, deinde decennales, denique annui instituti sunt. Bello Peloponnesiaco finis impositus Athenis a Lysandro Lacedæmonum duce captis Olymp. xciv. anno ante Chr. 404. In Leuctrica pugna Lacedæmones ab Epaminonda Thebano superati sunt, ut referunt Xenophon et Cornelius Nepos, Olymp. cii. a. 2. ante Chr. 371. Denique Alexander Magnus, Macedoniæ rex, Thebanorum urbem vi expugnatam funditus evertit, civibus partim occisis, partim in servitutem abductis, teste Plutarcho. Contigit ea clades Olymp. cxi. a. 2. ante Chr. 335. ac paulo post idem Alexander Asiam subegit.

[a] *Athenienses*] Athenæ urbs in Attica armis pariter et literis olim clarissima. Incolis et Turcis dicitur *A-*

atas superavere Thebani,[c] Thebanos Macedones[d] vicerunt, qui ad imperium Græciæ brevi tempore[16] adjunxerunt Asiam bello subactam. 35. Habet in se quendam leporem superioris[17] cujusque crebra repetitio verbi, quæ propria est hujus exornationis.

Definitio[e] est, quæ rei alicujus proprias amplectitur potestates breviter et absolute,[r] hoc modo: Majestas reipublicæ est, in qua continetur dignitas et[18] amplitudo civitatis. Item, Injuriæ[f] sunt, quæ aut pulsatione corpus, aut convicio aures, aut aliqua turpitudine vitam cujuspiam violant.[19] Item, Non est ista diligentia, sed avaritia; ideo quod[20] diligentia est accurata conservatio suorum; avaritia, injuriosa[1] appetitio alienorum.[2] Item, Non est ista fortitudo, sed temeritas; propterea quod fortitudo est contemtio[3] laboris et periculi cum ratione utilitatis, et compensatione[4] commodorum; temeritas est cum inconsiderata laborum[5] perpessione gladiatoria periculorum susceptio. Hæc ideo[6] commoda putatur exornatio, quod

[r] *Quæ rei naturam breviter et perfecte explicat.*

niensibus, et A *potitæ sunt.*—16 G *brevi in temp.*—17 ψ *At habet in se, &c.* Erf. *Habet is in se quendam lep. superiorem cujusq.*—18 A *dign. aut ampl.*—19 Duisb. et Leid. 4. *vita cujusp. violatur.*—20 ψ *ideo quia dil.*—1 A et Tur. *avaritia est inj.* Lamb. solus *avaritia vero inj.*—2 A *aliorum.*—3 ψ *contentio.*—4 Voss. 1. *et cum contemplatione comm.*—5 ‘ *Laborum perpessione*] Sic in solo Leid. 3. In ceteris et edd. pr. *dolorum perp.* Bene. Præcessit ‘ contemtio laboris.’’ *Oud.* A quoque habet *dolorum perp.* Vid. Nott. Varr.—6 G *Hæc igitur*

NOTÆ

thina. Nomen habuit a Minerva, quæ Græce Ἀθήνη dicitur, et hanc urbem fertur condidisse.

[b] *Spartiatæ*] Sparta, quæ et Lacedæmon, Laconiæ in Peloponneso caput, a Sparto Inachi nepote fundata, a Lycurgo optimis temperata legibus, a Sophiano vocatur *Misitra.* Dissentiunt recentiores alii, ejusque rudera videri aiunt, ubi vicus est Moreæ *Palæochori* aliquot milliaria dissitus a Misitra.

[c] *Thebani*] Thebæ urbs Bœotiæ caput; a Sophiano *Thiva* appellatur.

[d] *Macedones*] Macedonia, celebris Græciæ regio; nunc partes habet quatuor, quæ dicuntur *Iamboli, Macedonia, Comenolitari*, et *Ianna.*

[e] *Definitio*] Referenda est ad locos, de quibus in Topicis.

[f] *Injuriæ*] Angustioribus, quam par sit, injuriam terminis coërcet: quid enim, si quis alteri pecuniam aut clam surripuerit, aut vi abstulerit, non faciet injuriam? Rectius Aristot. Rhet. I. 10. Ἔστω δὴ τὸ ἀδικεῖν τὸ βλάπτειν ἑκόντα παρὰ τὸν νόμον. *Injuria afficere est sponte contra leges alicui nocere.*

omnem[7] rei cujuspiam vim et potestatem ita dilucide proponit, et breviter explicat,[8] ut neque pluribus verbis oportuisse dici videatur, neque lucidius potuisse dici putetur.[9]

XXVI. Transitio[g] vocatur, quæ, cum ostendit breviter quid[10] dictum sit, proponit item brevi quid sequatur,[11] hoc modo: In patriam[12] cujusmodi fuerit, habetis: nunc in parentes[13] qualis extiterit, considerate. Item, Mea in istum beneficia[14] cognoscitis; nunc, quomodo[15] iste mihi gratiam retulerit, accipite.[16] Proficit hæc aliquantulum[17] exornatio ad duas res: nam et quid[18] dixerit commonet, et ad reliquum comparat auditorem.

36. Correctio[h] est, quæ tollit id quod dictum est, et pro eo id, quod magis idoneum videtur, reponit, hoc pacto:[19] Quod si iste suos hospites rogasset, immo innuisset[s][20]

[s] *Si nutu ab iis petiisset.*

comm. Al. teste Grævio, *Hæc ergo comm.*—7 Lamb. *quia omnem.*—8 *Explicat* non est in A G et Tur.—9 A G, Erf. Leid. 3. 4. *neque brevius potuisse,* nisi quod Leid. 3. *posse.* Schutz. e conj. edidit, *ut neq. plur. verbis op., neq. lucidius pot. dici videatur.*

Cap. xxvi. 10 Al. teste Grævio, *quod dictum.* Dein Leid. 4. *prop. ratione brev.* Pith. *prop. idem breviter.* Edd. pr. quoque habent *breviter.*—11 '*Quid sequatur*] Al. *quod seq.* Duisb. *quid consequatur.*' Græv. '*Quid seq.*] Sic Leid. 2. et ed. Med. In reliquis *quid conseq.*' Oud. A G L R ψ, Tur. et Orell. *quid consequatur.* Vulg. *quid sequatur.*—12 '*Hoc modo. In patriam*] Mss. *hoc pacto. Modo:* nisi quod in Leid. 2. sit *hoc modo. Modo;* et in Voss. 3. *hoc modo pacto.* Placet mihi *hoc pacto. Modo in, &c.* Ei voci opponitur *nunc.* Dein *in patrem* Leid. 1. 3. 4.' *Oud.* A ψ *hoc pacto: Modo in patrem:* G R et Orell. *hoc pacto: In patriam.* Vulg. *hoc modo: In patriam.* Vid. Nott. Varr. —13 A, Erf. Leid. 1. 4. *nunc parens qualis:* Voss. 2. *nunc in patres qualis.*—14 A *beneficium.* Tum '*Cognoscitis*] An *cognostis?*' Orell. et quod Wetzel. conjecerat.—15 Lamb. ed. *nunc quam iste.*—16 G *gratias ret., considerate.*—17 '*Aliquantum*] Deest Leid. 3. In Voss. 2. 3. Leid. 4. edd. pr. *aliquantulum.*' Oud. *Aliquantulum* quoque G, Pith. Schutz. Wetzel. et Orell. Vulg. *aliquantum.*—18 A *nam et quod dix.* G *nam quid dix.*—19 Pith. *hoc modo.*—

NOTÆ

[g] *Transitio*] Perfecta est qua utrumque exponitur, et quid dictum fuerit, et quid dicendum sit: imperfecta alterum tantum exprimit, ut apud Tullium in orat. pro Rosc. 'Age nunc illa videamus, judices, quæ consecuta sunt.'

[h] *Correctio*] Illustris est illa ad laudem apud Cic. correctio l. II. de Off. 'Italiam ornare quam domum suam maluit; quanquam Italia ornata, domus ipsa mihi videtur ornatior.' Hæc ad convicium aculeata pro Cœlio in sororem Clodii: 'Quod quidem facerem vehementius, nisi inimicitiæ intercederent cum istius mulieris viro: fratrem volui dicere: semper hic erro.'

modo; hoc facile[1] perfici posset. Item,[2] Nam postquam isti vicerunt, atque [3] adeo victi sunt: eam [4] quomodo victoriam appellem, quæ victoribus plus calamitatis, quam boni dederit? O [5] virtutis comes invidia, quæ bonos insequeris [6] plerumque, atque adeo [7] insectaris! [t] Commovetur[8] hoc genere animus auditoris. Res enim communi verbo [9] elata, tantummodo dicta videtur: ast ea,[10] post ipsius oratoris correctionem, magis idonea [11] fit pronuntiatione.[u] Non igitur satius esset,[12] dicet aliquis, ab initio, præsertim cum scribas, ad optimum et electissimum [13] verbum devenire? Est, cum non est [14] satius, si commutatio verbi id erit demonstratura,[15] ejusmodi rem esse, ut, cum [16] eam communi verbo appellaris, levius dixisse videaris; cum ad electius verbum accedas,[17] insigniorem rem [18] facias: [x] quodsi continuo venisses ad id verbum, nec rei, nec verbi gratia animadversa [19] esset.

[t] *Quæ bonos plerumque sequeris, immo persequeris.*
[u] *Graviori affirmatione.*
[x] *Aliquando tempus est, cum non præstat optimum verbum initio ponere, scilicet quando commutato vocabulo videberis minus aliquid dixisse communi verbo, ut prolato meliori verbo rem facias illustriorem.*

---

20 A et Leid. 4. *annuisset:* Voss. 1. *innuisset hoc.* Dein *modo* non est in ψ.—1 ‘*Facile hoc perf.*] Is Mstorum ordo; non *hoc fac.*’ Oud. *Facile hoc* etiam Tur. et Orell. In G *id facile perf.* Vulg. *fac. hoc perf.* Vid. Nott. Varr.—2 Tur. omittit *Item.* Tum voculam *Nam,* quæ Lamb. et Schutz. ejecerunt, Orell. uncis inclusit. In ψ legitur *Nunc postquam.*—3 L ψ, Leid. 3. 4. *immo adeo.*—4 Lamb. Schutz. et Orell. legunt *nam quomodo;* quam lectionem Ern. malit recipere.—5 Schutz. e conj. habet *Item: O virt.*—6 G L, Voss. 1. Leid. 2. 4. *sequeris.*—7 L R ψ, tres Mss. Oud. et ed. Med. *immo adeo ins.* et sic Pith. et margo Cratandri. Voss. 3. *atque imo ins.* Deest *atque* ab A, et *adeo* ab Erf. et Voss. 1.—8 In A *Commonetur.*—9 In eodem Ms. *verba.*—10 ‘*Ast ea*] Voss. 3. Leid. 2. non habent *ast.* In Voss. 1. *at.* In ed. Med. *at ea res.*’ Oud. *Ast* quoque in L ψ deest. Lamb. et Schutz. omittunt voces *ast ea;* quas Orell. uncis inclusit. Vid. Nott. Varr.—11 Schutz. edidit *magis insignis idonea,* quia postea est ‘insigniorem rem facias.’ Tum A, Tur. Erf. Duisb. Voss. 2. Leid. 3. 4. *pronunciatio.*—12 G *Nonne igitur,* et A G ac Erf. *satius esse.* Schutz. de Ern. sententia, *satius est.* Porro G *diceret aliquis.*—13 Duisb. Voss. 3. Leid. 2. 4. et Lamb. ed. *lectissimum:* ed. Med. *ad lectiss.* R *delectissimum:* Voss. 1. *elegantissimum.*—14 A *Quum est satius,* omissis *est* et *non:* Duisb. *Est tum est satius.*—15 A *erit demonstrata ira:* Erf. *erit demonstratur.*—16 R *ut, sed cum.*—17 ‘*Cum ad electius verbum accedas*] Leid. 1. a m. pr. *cum adfectantis verbum accedat;* suprascr. *ad.* Hinc in Leid. 4. *cum ad adfectantis v. accedat:* Leid. 3. *ad adfectatius v. accedat:* Voss. 2. *ad elegantius v.*’ Oud. G R *affectius verbum:* ψ *affectantis verbum.* Vulg. ut Ern. Vid. Nott. Varr.—18 Erf. *insigniores res:* ψ, Tur. et Lamb. ed. *insigniorem,* sine *rem.*—19 Erf. *gratia nostri adversa.*

XXVII. 37. Occupatio[i] est,[20] cum dicimus, nos præterire, aut non scire,[1] aut nolle dicere id quod tunc[2] maxime dicimus, hoc modo: Nam de pueritia quidem tua, quam tu omni intemperantiæ addixisti, dicerem, si hoc tempus idoneum putarem: nunc consulto[3] relinquo. Et illud prætereo, quod te tribuni rei militaris infrequentem tradiderunt;[y][4] deinde quod injuriarum[z] satisfecisti L. Labeoni, nihil ad rem[5] pertinere puto. Horum nihil dico: revertor ad illud de quo judicium est.[6] Item, Non dico te ab sociis pecunias accepisse;[7] non sum in eo occupatus, quod civitates, regna, domos omnium depeculatus[8] es:[a][k] furta, rapinas tuas omnes[9] omitto. Hæc utilis[10][l] est exornatio, si aut rem, quam non pertineat aliis ostendere, occulte[11]

[y] *Tribuni militum dixerunt te sæpius abesse ab exercitu.*
[z] *Injuriarum causa.* [a] *Compilasti.*

CAP. XXVII. 20 Schutz. *Occultatio est*, e Spaldingii correctione ad Quintil. IX. 3. 98.—1 ψ omittit verba *aut non scire.*—2 Idem Ms. non habet *tunc.*—3 Voss. 3. *ex consulto.*—4 '*Quod rei mil. te inf. tradidisti*] Nos hic verbum unum reposuimus ex duobus Gryph. libris Mss. quo planissima lectio redditur: *quod tribunis rei mil. te inf. reddidisti.* Ita autem se legisse in Ms. Lamb. testatur.' *Brut.* 'Leid. 1. a m. pr. *et rei mil. te inf. trad.* cui consentit ed. Omnib. omisso *et.* Leid. 3. *Te tribuno rei familiaris inf. trad.* Pro *te* in Voss. 2. *et.*' Oud. In A quoque *et rei mil.* Tur. *te rei militari:* G ψ omittunt *te tribuni.* Denique pro *tradiderunt*, A G habent *te tradidisti.* Vulg. ut Ern. Vid. Nott. Varr.—5 '*Ad hanc rem pert.*] Ex Erf. Pith. et meo cod. adjeci *hanc.* Al. *ad rem pert.*' Græv. *Ad hanc rem* quoque cum edd. pr. dant A L R et omnes Mss. Oud. excepto Leid. 3. Vulg. *ad rem pert.*—6 '*Revertor ad illud de quo judicium est*] Voss. 1. *revertar ad ill. unde jud. est.* A Leid. 4. abest *quo.* Ed. Med. *sed rev.* Ed. Omnib. *judicatum.*' Oud.—7 Pith. *a sociis pec. acc.* Leid. 3. *pecuniam acc.* Voss. 2. Erf. et Cauch. *pecunias cepisse.* '*Pecunias accep.*] Sic in impressis fere omnibus legitur: *cepisse* habent duo Gryph. Mss.' *Brut.*—8 'Voss. 1. Leid. 1. *domus omn.* Tum ed. Med. *depopulatus*, e glossa.' *Oud.*—9 '*Rapinas omnes tuas*] Hic ordo in Mss. omn. et edd. pr. nisi quod *omnes* non compareat in Voss. 1.' *Oud.* Tur. Lamb. et Orell. *rap. omnes tuas.* Vulg. *rap. tuas omnes.*—10 Pith. *Hæc ideo utilis.*—11 Erf. *si aut ad rem, quam non pertinet alii ost., quod occ.* Schutz. *si aut ad rem, quod non pertineat aliis ost., occ.* 'Lamb. *quam non attineat*, multo magis ex usu et ratione Lati-

NOTÆ

[i] *Occupatio*] Melius ab aliis prætermissio vel præteritio appellatur: cujus exemplum suggerit Tullius Philipp. II. § 6. 'Et quidem cujus temperantiæ fuit de M. Antonio querentem abstinere maledicto?' &c.

[k] *Depeculatus es*] Cum primis temporibus maxima pars divitiarum ex pecoribus constaret, qui furarentur, depeculari dicti sunt.

[l] *Hæc utilis*] Adhibendam esse prætermissionem tribus de causis monet Hermogenes; vel quia res sunt parvæ, vel quia notæ, vel quia ingratæ.

admonuisse prodest, aut si longum est, aut ignobile,[12] aut planum non [13] potest fieri,[b] aut facile potest reprehendi; [14] ut utilius [15] sit occulte fecisse [16] suspicionem, quam hujusmodi [17] intendisse orationem, quæ redarguatur.[c]

Disjunctio est,[18] cum eorum, de quibus dicimus,[19] aut utrumque, aut unumquodque certo concluditur verbo, sic: Populus Romanus Numantiam delevit, Carthaginem sustulit, Corinthum disjecit,[20] [m] Fregellas evertit. Nihil [1] Numantinis vires corporis auxiliatæ sunt; nihil Carthaginiensibus scientia rei militaris adjumento fuit; nihil Corinthiis erudita [2] calliditas præsidii tulit; nihil Fregellanis [3] morum et sermonis societas [4] opitulata est. Item, Formæ dignitas aut morbo deflorescit, aut vetustate extinguitur. Hic utrumque, et [5] in superiore exemplo unamquamque rem certo verbo concludi videmus. 38. Conjunctio est, cum interpositione [6] verbi et superiores orationis partes comprehenduntur, et inferiores, hoc modo: Formæ dignitas aut morbo deflorescit, aut vetustate.[7] Adjunctio est, cum verbum, quo res comprehenditur,[8] non interponimus, sed

[b] *Aut manifestum aut impossibile.*
[c] *Ut sit utilius rei quæ prætermittitur suspicionem dare, quasi esset alicujus momenti, quam eam aperte exponere, quæ facile refutari possit.*

ni sermonis.' *Brut.* Vulg. ut Ern.—12 A L et Pith. *aut long. est:* et sic Erf. in quo legitur *aut nobile.*—13 L R ψ *ignob., non pot. fieri.* '*Aut planum, aut non pot. fieri*] Secundam conjunctionem non invenio ullibi in Mss. quæ satis bene hinc potest abesse.' *Gronov.* 'Non est *aut* in Erf. Pith. Cauch. et Mss. quos Gronovius evolvit.' *Græv.* '*Aut pl. non pot. fieri*] Ita corrigendum, Mss. omn. et edd. pr. auctoribus. Prave inseruerunt alterum *aut.*' Oud. Tur. Schutz. Wetzel. et Orell. *aut pl. non pot. fieri.* Al. edd. *aut pl. aut non pot. fieri.*—14 A *aut quod facile,* et R *deprehendi* omisso *potest.*—15 In A *aut utilius:* Erf. *utilius,* sine *ut.*—16 Lamb. conj. *jecisse.*—17 Erf. quatuor Mss. Oud. et ed. Med. *ejusm.* Tum Lamb. solus *intend. accusationem:* Tur. margo Crat. et Orell. *intend. actionem.* Vulg. *intend. orationem.*—18 ψ, Erf. Duisb. quatuor Mss. Oud. et ed. Med. *Disjunctum est.*—19 Voss. 3. *de quibus agimus.*—20 Voss. 1. Leid. 2. *Cor. dejecit:* G *Cor. devertit.*—1 L *Item, Nihil.*—2 In A *Corinthis erud. call.* Erf. omittit *erudita.*—3 Erf. *Fragellanis.*—4 G *sermonum,* et A *sacietas.*—5 Deest copula Erf. Duisb. et quatuor Mss. Oud.—6 In A et uno Gryphii libro *per interpositionem.*—7 A *venustate.*—8 R *comprehen-*

NOTÆ

[m] *Corinthum disjecit*] Notissima urbs Achaiæ Corinthus a L. Mummio consule capta et incensa est, A. U. C. 608. ante Chr. 146. Vulgo nunc dicitur *Coranto,* Turcis *Gereme,* ut ait Leunclavius.

aut primum aut postremum [9] collocamus. Primum, hoc pacto: [10] Deflorescit formæ dignitas aut morbo aut vetustate.[11] Postremum sic: Aut morbo aut vetustate [12] formæ dignitas deflorescit. [*p.* 33.] Ad festivitatem disjunctio [13] est apposita; quare rarius utemur ea,[14] ne satietatem pariat: ad brevitatem conjunctio; [15] quare sæpius adhibenda est. Hæ tres exornationes de simplici genere manant. [d] [16]

XXVIII. Conduplicatio [n] est, cum ratione amplificationis aut commiserationis,[17] ejusdem unius, aut plurium [18] verborum iteratio, [19] hoc modo: Tumultus C. Gracchi tumultus domesticos et intestinos comparat.[20] Item, Commotus non es, cum tibi mater pedes amplexaretur,[1] non es commotus? Item, Nunc etiam audes in horum conspectum venire, proditor patriæ, proditor, inquam, patriæ, venire audes in horum conspectum? Vehementer auditorem [2] commovet ejusdem redintegratio [e] [3] verbi, et vulnus majus

[d] *Oriuntur ex grammaticæ præceptionibus, ubi agitur de conjunctionibus.*
[e] *Repetitio.*

duntur.—9 Voss. 1. *sed hoc aut pr.*, et G *aut extremum coll.*—10 G *hoc modo.*—11 A *venustate.* Tum A et quinque Mss. Oud. *Postremo.* Pro *sic*, G *fit* habet.—12 A *venustate.*—13 Idem Ms. *disjunctionis.*—14 In Erf. *ea* omittitur.—15 Pro *ad brevitatem*, L habet *brev. parit.* Dein G *conjunctio posita est:* ψ et Tur. *conjunctio apposita est.* '*Ad brev. conj.*] Voss. 1. 3. ed. Omnib. *brevitatem parit conj.* Leid. 2. *at brev. pariat conj.* Leid. 1. 3. Voss. 2. ed. Med. *ad brev. conj. est apposita.* Frustra.' *Oud.* Vulg. *ad brev. conj.* Vid. Nott. Varr.—16 Schutz. delevit verba *Hæ tres exorn. de simpl. gen. manant* ut ineptum glossema.

Cap. xxviii. 17 '*Miserationis*] Antiquiores libri Voss. 1. 3. Leid. 1. 2. edd. pr. dant *commiserationis.*' Oud. Tur. *miserationis.* Vulg. *commiserationis.* Vid. Nott. Varr.—18 L R ψ *plurimorum.*—19 G *reiteratio.*—20 '*Tum. C. Gracchi*] Leid. 1. *tum. C. Gracchus:* Leid. 3. *tum. Gracchus Gracchus.*' Oud. *Tum. C. Gracchus* quoque Tur. et Orell. Vulg. *tum. C. Gracchi.* Dein '*Tum. dom. et int. comparat*] Leid. 1. Voss. 2. *tum. et dom. et int.* Leid. 3. *et int. et dom.* Voss. 1. *tum. domesticos hostes et int.* In eodem Leid. 3. *comparavit:* Leid. 1. *compararat.*' Oud. G quoque habet *domesticos hostes*, et R ac Lamb. ed. *comparavit.* Totam sententiam sic dant Schutz. et Wetzel. *Tum. Gracchi, Gracchi tum. dom. et int. comparant.* Vid. Nott. Varr.—1 Pith. *mater tibi*, et G *pedes amplexetur.* Tum Pith. *comm. non es.*—2 Pith. *auditores.*—3 A G et

NOTÆ

[n] *Conduplicatio*] Ἀναδίπλωσιν Græci vocant. Cicero Catil. i. § 1. 'O tempora! o mores! senatus hoc intelligit, consul videt: hic tamen vivit! Vivit? immo vero etiam in senatum venit: fit publici consilii particeps: notat et designat oculis ad cædem unumquemque nostrum.'

efficit in contrario causæ ;[f] [4] quasi aliquod telum sæpius perveniat in eandem partem corporis. Interpretatio [o] est, quæ non iterans idem redintegrat [5] verbum, sed id commutat, quod positum est,[6] alio verbo, quod idem valeat, hoc modo: Rempublicam radicitus evertisti, civitatem funditus dejecisti.[7] Item, Patrem nefarie verberasti, parenti manus scelerate intulisti.[8] Necesse est ejus, qui audit, animum commoveri, cum gravitas [9] prioris dicti renovatur interpretatione verborum.

39. Commutatio [p] est, cum duæ sententiæ inter se discrepantes ex transjectione [g] ita efferuntur, ut a priore posterior, contraria priori, proficiscatur, hoc modo: Esse [h] [10] oportet, ut vivas; non vivere, ut edas. Item, Ea re [i] poëmata non facio, quia, cujusmodi volo, non possum; cujusmodi possum, nolo. Item, Quæ de illo dicuntur, dici non possunt; quæ dici possunt, non dicuntur. Item, Si poëma loquens pictura est; pictura tacitum poëma debet esse.[11]

[f] *In contraria causa.* [g] *Transpositæ.* [h] *Comedere.* [i] *Idcirco.*

Pith. *integratio.*—4 Lamb. conj. *in contraria causa.* Vid. Nott. Varr.—5 A G R *reintegrat.*—6 Pith. *positum est verbum,* et A *ab alio verbo.*—7 In Leid. 4. legitur *disjecisti,* et vox *Item* in A deest.—8 Erf. et Cauch. *attulisti.*—9 ψ *pravitas.*—10 Idem Ms. *Edere op.*—11 '*Si poëma loquens pict. est, &c.*] Pith. *poëma loq. pict. est, tac. poëma deb. esse:* Erf. *poëma loq. dictum tac. poëma.*' Græv. '*Si poëma loq. pict. est*] Ab Mss. omn. et ed. Omnib. abest τὸ *si.* Exemplum hoc exsulat ab Leid. 4. ed. Med.' *Oud.* Voces *Item: Si poëma . . . debet esse* in G desunt. Conjunctio *Si,* et *pictura* ante *tacitum* non sunt in A ψ. In Leid. 3. legitur *mutum poëma.* Vulg. ut Ern. Vid. Victor. Var. Lectt. XXII. 24.—

NOTÆ

[o] *Interpretatio*] Latius patet quam hic describitur: est enim interpretatio ornata ejusdem sententiæ verbis idem fere valentibus explicatio. Tullius Verr. IV. § 45. 'Superbum est enim, judices, et non ferendum, dicere prætorem in provincia homini honesto, locupleti, splendido, Vende mihi vasa cælata: hoc est enim dicere, Non es dignus tu qui habeas quæ tam bene facta sint; meæ dignitatis ista sunt. Tu dignior, Verres, quam Calidius?'

[p] *Commutatio*] Græcis est ἀντιμεταβολὴ, cujus egregium exemplum suggerit Musonius philosophus apud Gell. lib. XVI. 'Si quid boni feceris cum labore, labor quidem transit, bonum autem manet; si quid turpe feceris cum voluptate, voluptas quidem transit, turpe autem manet.' Et Tullius de Leg. lib. III. 'Vere,' inquit, 'dici potest magistratum esse legem loquentem, legem autem mutum magistratum.'

Item, Quia stultus es, ea re taces; non tamen, quia taces, ea re stultus es.[12] Non potest dici,[13] quam commode fiat, cum contrariæ sententiæ translatione[14] verba quoque convertantur. Plura subjecimus[15] exempla, ut, quoniam difficile est hoc genus exornationis inventu,[16] dilucidum esset, ut,[17] cum bene esset intellectum, facilius in dicendo inveniretur.

XXIX. Permissio[q] est, cum ostendimus[18] in dicendo, nos aliquam rem totam tradere et concedere alicujus voluntati, sic: Quoniam omnibus rebus ereptis, solus superest[19] animus et corpus, hæc ipsa, quæ mihi de multis sola relicta sunt, vobis et vestræ condono[20] potestati. Vos me,[1]

12 G ψ, Tur. omnes Mss. Oud. et edd. pr. *Si stultus es.* '*Quia stultus es, &c.*] Pith. et Cauch. *si stult. es, ea re taces, non tamen, si taces, ea re stultus es.* Monstrosa est scriptura libri Erf. *Stultus es, ea re taces: sapiens tamen et tacens ea re stultus es.*' Græv. '*Non tamen quia taces*] Leid. 4. *sapiens tamen et tacens.* Desunt *non tamen quia* in Voss. 2. In ceteris rursus et edd. pr. *si taces.*' Oud. *Si taces* quoque A G L ψ et Tur. Hinc Ern. conj. *si quia stultus es.*—13 ψ *commode dici.* Dein '*Quin commode fiat*] Voss. 1. Leid. 1. 3. *quam comm. fiat:* ed. Omnib. *qui comm. fiat.*' Oud. In A quoque *qui comm. fiat:* Tur. Junt. Schutz. Wetzel. et Orell. *quam comm. fiat:* G L R ψ *quin comm. fiat;* et sic vulg.—14 Erf. Tur. Voss. 2. 3. Leid. 3. 4. et Orell. *cum contr. sent. relatione:* Voss. 1. Leid. 1. *cum in contr. sent. transl.:* Lamb. ed. *cum in contr. sent. relatione.* Vulg. *cum contr. sent. transl.*—15 G L R ψ, Tur. Voss. 1. Leid. 1. 3. *hic subjecimus:* A *subiciemus.* Duisb. et Leid. 4. non habent *exempla.*—16 Pith. *inventum:* ψ *inconventu.*—17 *Ut* in G deest. Pro *ut*, Ern. suspicabatur *et* legend. Voces *dilucidum esset, ut* delevit Schutz.

Cap. XXIX. 18 Erf. Voss. 1. 3. Leid. 2. 4. ed. Omnib. *ostendemus.*—19 '*Omnibus ereptis, superest, &c.*] Secutus sum Pal. 4. et 6. quibus secundas faciebat Bruil. additum hactenus, *omn. ereptis solum mihi sup.* plane superflue.' *Grut.* 'Pith. *ereptis solum modo superest.* Vulgg. *ereptis mihi superest.*' Græv. '*Superest animus*] Sic Leid. 1. In ceteris et edd. pr. præfiguntur *solum mihi.* Voss. 2. *anima.*' Oud. A *omn. rebus surreptis,* et A G L R ψ *solum mihi superest.* Tur. Grut. Oliv. Græv.-Burm. et Lall. *omn. rebus ereptis, superest.* '*Solus superest*] Restitui *solus*, quod Mss. plerique habent et edd. 1474. 1475. Med. utraque, Junt. Ald. &c. nisi quod fere *solum* habent, usitato ævo inferiori errore.' *Ern.* et eum sequuntur Schutz. Wetzel. et Orell. —20 L *dono.*—1 '*Vos me vestro*] Sic Mss. quinque: verissime. V. Gronov.

NOTÆ

q *Permissio*] Sive concessio tum fit, cum orator aliquid de suo remittere, et adversario videtur iniquum concedere, ut quæ deinde dicturus est, graviora videantur. Tullius Verr. II. § 46. 'Quæ est ista prætura? Eripis hæreditatem quæ venerat a propinquo, venerat testamento, venerat legibus . . . Verum esto, eripe hæreditatem propinquis, da palæstritis, prædare in bonis alienis, nomine civitatis: everte leges, testamenta, voluntates mortuorum, jura vivorum. Num etiam patriis Heraclium bonis exturbare oportuit?'

quo pacto vobis[2] videbitur, utamini, atque abutamini[k] licebit impune:[3] in me, quicquid libet,[4] statuite: dicite, atque obtemperabo.[l 5] Hoc genus tametsi alias quoque nonnunquam tractandum est, tamen ad misericordiam commovendam vehementissime[6] est accommodatum.

40. Dubitatio[r] est, cum quærere videtur[7] orator, utrum de duobus potius, aut quid de pluribus[8] potissimum dicat, hoc modo: Obfuit[9] eo tempore plurimum reipublicæ consulum sive stultitiam, sive malitiam dicere[10] oportet, sive utrumque. Item, Tu istud ausus es[11] dicere, homo omnium mortalium? nam quo te,[12] digno moribus tuis, appellem nomine? Expeditio[s] est, cum rationibus compluribus[13] enumeratis, quibus aliqua res aut fieri aut non fieri[14] potuerit, ceteræ tolluntur, una relinquitur, quam nos[15] inten-

[k] *Bene vel male accipite.* [l] *Statim parebo.*

et Græv. *Vos me vero* Voss. 2. ed. Med.' *Oud.* Græv. Schutz. et Orell. *Vos me vestro:* Tur. *Vos me vero.* Vulg. tantum *Vos me.*—2 *Vobis* in L deest. Tum A L et al. teste Grævio, *videtur.*—3 '*Licebit impune*] Pal. 4. 6. Bruil. habent *impunite.*' Grut. 'Nonnulli Mss. *licebit impunite:* edd. vetustiores *licebit: impune in me:* margo Cratandri *licebit, imponite.*' Græv. Voss. 1. et Leid. 1. a m. sec. *inpunite:* L, Leid. 2. Voss. 3. *imponite.*—4 Voss. 3. *quis quid quilibet:* Leid. 4. *quod libet:* A G et ed. Omnib. *quid libet.* Vid. Nott. Varr.—5 '*Atque obtemperabo*] Lamb. vocem *atque* non habet. Forte non male legi possit *æque obtemperabo:* nam *atque* ferri non potest, quæ vulgata lectio est.' *Brut.* G *atque parebo.* Vid. Nott. Varr.—6 Pith. *vehementer.*—7 A G L, Erf. quatuor Mss. Oud. et edd. pr. *videatur.*—8 ψ omittit *de pluribus.*—9 Erf. *Offuit.*—10 G ψ et Tur. *dici.*—11 Pith. *tu istud audes dicere:* Erf. *tu ista audes dicere.* '*Tu istud ausus es*] Voss. 1. Leid. 2. *illud.* Voss. 3. *audes.* Voss. 2. *tu istud tu ausus es:* quod placet.' *Oud.*—12 '*Quæro, quonam te*] Voss. 1. 3. Leid. 1. 2. 3. 4. *q. nam quo te:* Voss. 2. *q. namque quo te.* Sed egregie jam ed. Med. dedit *nam quo te,* omisso verbo *quæro,* quod languidam reddit sententiam. V. Græv.' *Oud.* R, Lamb. Grut. Græv.-Burm. *quæro, quonam te.* In A *quenam te,* et G *quo te,* sine *quæro.* Lips. Tur. Lall. Schutz. et Wetzel. . . . *nam quo te,* omisso *quæro.* Vid. Nott. Varr.—13 Voss. 1. *rat. quam pluribus:* Leid. 3. *rat. quam plurimis:* Voss. 3. *rat. plurimis.*—14 Erf. *aliqua res fieri pot.* A G, Tur. et Erf. *aliqua res fieri, aut non fieri pot.*—15 *Nos* non est in

NOTÆ

[r] *Dubitatio*] Qua egregie utitur Mamertinus sub init. panegyrici, quem dixit Maximiano Augusto: 'Unde igitur ordiar? Commemorabo nimirum patriæ tuæ in remp. merita?' &c.

[s] *Expeditio*] Sic Tullius in orat. pro Deiot. conjurationis adversus Cæsarem reo, hujus criminis labem ab eo removet, § 15. 'Is igitur non modo a te periculo liberatus, sed etiam honore amplissimo ornatus, arguitur domi te suæ interficere voluisse,' &c.

dimus, hoc modo: Necesse est, cum constet istum fundum nostrum[16] fuisse, ostendas, te aut vacuum possedisse, aut usu tuum fecisse,[17] aut emisse, aut hæreditate tibi venisse. Vacuum, cum ego adessem, possidere non potuisti: tuum usu fecisse[18] etiamnum non potes: emtio nulla profertur: hæreditate tibi, me vivo, mea pecunia venire non potuit. Relinquitur ergo, ut me vi[19] de meo fundo dejeceris. 41. Hæc exornatio plurimum juvabit conjecturales argumentationes: sed non[20] erit, tanquam in plerisque, ut, cum velimus, ea possimus uti: nam facere id non[1] poterimus, nisi nobis ipsa negotii natura dabit facultatem.

XXX. Dissolutio[t] est, quæ[2] conjunctionibus verborum e medio sublatis, partibus separatis[3] effertur, hoc modo: Gere morem parenti, pare cognatis, obsequere amicis, obtempera legibus.[4] Item, Descende in integram defensionem, noli quicquam recusare, da servos in quæstionem,[5] stude verum invenire. Hoc genus et acrimoniam habet in se, et vehementissimum est,[6] et ad brevitatem accommodatum.

Præcisio[7] [u] est, cum, dictis quibusdam, reliquum,[8] quod

A.—16 A *istud nostr. fund.* Pith. *illum nostr. fund.* Tur. ed. 1474. Schutz. Wetzel. et Orell. *istum fund. nostr.* Vulg. *istum nostr. fund.*—17 Verba *aut usu tuum fec.* in ψ desunt.—18 ‘ *Tuum usu fec.*] Erf. *tuum fec.*’ Græv. ‘ *Etiamnum non potes*] Pith. et Lamb. ed. *etiam nunc non potes.*’ Idem. ‘ *Tuum usu fec. etiamnum non potes*] Mss. omnes et edd. pr. *Tuum etiam nunc usu fec. non potes: bene.*’ *Oud.* Pro *etiamnum*, A L habent *etiam nunc*, et G ψ *etiam.* Orell. *tuum etiam nunc usu fec. non potes.* Vulg. ut Ern.—19 Pro *vi*, A *vivo* habet. Tum Voss. 1. et al. teste Grævio, *ejeceris.*—20 G *Sed et non.*—1 A ψ *Nam fac. cum pot.* Duisb. *Nam fac. non pot.* Erf. *Hæc fac. non pot.* Dein A omittit *nisi.* In Erf. *nisi negotii natura.*

CAP. XXX. 2 ‘ *Dissolutio est, quæ*] Erf. Cauch. Duisb. *Dissolutum est quod.* Sed in Cauch. et Duisb. est tamen *quæ*, non *quod.* Sic superius cap. 27. in Mss. *Disjunctum est*, pro quo in editis *Disjunctio est.*’ Græv. *Dissolutum est, quod* etiam G, Tur. Leid. 1. 3. 4. Voss. 2.—3 Al. *separatis partibus.*—4 ‘ *Obtempera leg.*] Additur in Voss. 1. *item, Ferte citi flammas, date tela, inpellite remos.*’ Oud.—5 ψ *da servos inde quæst.* Erf. *de servo in quæst.*—6 A omittit *est.*—7 A *Percisio.*—8 G, Tur. et Pith. *dictis aliquibus, rel.* A *dictis rel.* omisso *quibus-*

NOTÆ

[t] *Dissolutio*] Ἀσύνδετον Græce dicitur: quale est illud Cæsaris de victoria sua Pontica, ‘Veni, vidi, vici;’ et Cicero Catil. II. ‘Abiit, excessit, evasit, erupit.’

[u] *Præcisio*] Græcis ἀποσιώπησις, Ciceroni reticentia. Virgil. Ecl. III. ‘Novimus et qui te, transversa tuentibus hircis, Et quo (sed faciles Nymphæ risere) sacello.’ Et Æn. I. ‘Quos ego: sed motos præstat componere fluctus.’

cœptum est dici, relinquitur in audientium judicio,[9] sic: Mihi tecum præcertatio non est,[m] ideo quod populus Romanus me, nolo dicere, ne cui forte arrogans videar:[10] te autem sæpe ignominia dignum putavit. Item, Tu ista[11] nunc audes dicere, qui nuper alienæ domui?[12] non ausim dicere, ne, cum te digna dixero,[13] me indignum quidpiam[14] dixisse videar. Hic atrocior tacita suspicio, quam diserta explanatio facta est.[15]

Conclusio[x] est, quæ brevi[16] argumentatione ex iis quæ ante dicta sunt, aut facta, conficit id quod[17] necessario consequatur,[18] hoc modo: Quod si Danais[n] datum[19] erat oraculum, non posse capi Trojam sine[20] Philoctetæ[y] sagittis, hæ autem nihil aliud fecerunt,[1] nisi Alexandrum[2][z] perculerunt; hunc extinguere,[3] id nimirum capi fuit Trojam.[4]

XXXI. 42. Restant etiam decem exornationes verborum: quas idcirco non vage dispersimus, sed a superioribus

[m] *Tecum non contendo.* [n] *Græcis.*

dam. In ψ legitur *reliquum est.*—9 ‘*Relinquitur in aud. judicio*] Voss. 1. ed. Omnib. *rel. inchoatum:* Voss. 3. *rel. incoactum:* Voss. 2. Leid. 4. ed. Med. *rel. in aud. judicium.*’ Oud. Schutz. Wetzel. et Orell. *relinq. inchoatum in aud. jud.* Tur. *relinq. in jud. aud.* Vulg. *relinq. in aud. jud.* In A *relinq. inchoatum hoc modo: Judicium sic michi tecum in certatione est, ideo quod, &c.* Tum Erf. *præcertatione est:* Lamb. ed. *par certatio non est.*—10 Verba *ne cui forte arrogans videar* absunt a Duisb.—11 A G ψ et Lamb. ed. *istud.*—12 Leid. 3. 4. Erf. et ed. Med. ac Orell. *domi.*—13 A *ne cui, quum re digna dicerem:* G ψ, Erf. et Tur. *ne, cum te digna dixerim:* Pith. *ne, cum te dignum dixero.*—14 Voss. 1. *cuipiam.*—15 Orell. conj. *facti est.*—16 ψ *gravi arg.*—17 Erf. Pith. et Duisb. *conf. quid nec.* Pronomen deest etiam in A, Leid. 1. 2. 4. Voss. 3. ed. Omnib. —18 In A *consequetur.*—19 Al. teste Grævio, *editum.*—20 ψ *Troj. nisi Phil.* —1 Leid. 3. *hæ vero nihil fec.* Vid. Gronov. ad lib. I. c. 4.—2 Ed. Med. *nisi quod Alex.*—3 Voss. 3. *hunc igitur ext.* Ed. Med. *ergo hunc exsting.*— 4 ‘*Capi fuit Trojam*] Malim sic legi, *capere Trojam fuit.*’ Lamb. Schutz. edidit *capere fuit Troj.*

NOTÆ

[x] *Conclusio*] Ad argumentationis partes potiori jure quam ad verborum figuras referetur.

[y] *Philoctetæ*] Philoctetes Pæantis filius ab Hercule moriente sagittas Hydræ felle imbutas accepit; sine quibus Trojam capi non posse Græcos monuerat oraculum Delphicum.

[z] *Alexandrum*] Paris, qui et idem Alexander est appellatus, Priami regis Trojanorum et Hecubæ filius, a Philoctete, quanquam alii a Pyrrho tradunt, interfectus est.

separavimus,[5] quod omnes in uno genere positæ sunt.[6] Nam earum[7] omnium hoc proprium est, ut ab usitata verborum potestate recedatur,[a] atque in aliam rationem cum quadam[8] venustate oratio conferatur. De quibus[9] exornationibus nominatio[b] est prima, quæ nos[10] admonet, ut, cui rei[11] nomen aut non sit, aut satis idoneum non sit, eam nosmet idoneo[12] verbo nominemus, aut imitationis aut significationis causa:[13] imitationis,[14] hoc modo, ut majores rudere, et vagire, et mugire,[15] et murmurare, et sibilare appellaverunt.[16] Significandæ rei causa, sic: Postquam iste in rempublicam fecit impetum, fragor civitatis inprimis est auditus.[17] Hoc genere raro utendum est, [*p.* 34.] ne novi verbi assiduitas odium pariat: sed si commode quis eo utatur,[18] et raro, non modo non offendet novitate, sed exornabit etiam orationem.[19] Pronominatio[20][c] est, quæ

Cap. xxxi. 5 Leid. 4. Duisb. *sed sup.* et A *superavimus.*—6 Erf. omnes Mss. Oud. et edd. pr. *sunt positæ.*—7 A, Erf. tres Mss. Oud. et ed. Omnib. *eorum.*—8 A *cum ven.* omisso *quadam.*—9 G *E quibus.*—10 Erf. *nosmet.*—11 G L R ψ, Erf. Tur. tres Mss. ap. Gronov. et omnes Mss. Oud. ac ed. Med. *cujus rei.* In A *cui ei.*—12 Pith. *idonee.*—13 Duisb. et Leid. 4. *aut imitationis verbo vel causa, aut significationis:* Voss. 1. *aut imit. causa aut signif.* Voss. 2. *aut imit. causa aut signif. causa:* ψ *aut imit. aut rei significandæ causa.*—14 Voss. 1. et edd. Med. Lamb. *Imitationis causa, hoc modo.*—15 '*Rudere et vagire et mugire*] Voss. 1. *rudire et mugire:* Voss. 2. *vagire aut mug.* Voss. 3. *rudere vagire, aut mug.* Leid. 1. *rudere et mug.* Leid. 3. *nostri rudere, vagire, mug., murm.* Leid. 4. *fortassis et mug.* ed. Omnib. *rudere et vagire.*' Oud. In Erf. *ut majores audere et mug.* A *rud., vagire, et murm.* G *rud., vagire, et mug., et murm.* Vulg. ut Ern.—16 Erf. et al. *appellarunt.* Tum pro *Significandæ*, A habet *Significatione*, et G *Aut significandæ.*—17 Erf. *inprimis. Hoc*, omissis *est auditus.* Pro *inprimis*, quidam amicus Orellii conj. *in rimis*, Orell. improb.—18 Erf. Pith. *si comm. quis ea utatur et raro, non:* Duisb. *sic comm. proferat quis, et raro non:* G ψ, Tur. et Leid. 4. *si comm. proferat quis, et raro non.* In A legitur *ea utatur.*—19 L, Voss. 1. 3. Leid. 2. *exornat etiam orat.* Voss. 2. Leid. 4. et Duisb. *exornet etiam orat.* Erf. *exornat etium*

NOTÆ

[a] *Ut ab usitata verborum potestate recedatur*] Hujusmodi exornationes tropi sunt. Tropus autem, teste Fabio, est verbi vel sermonis a propria significatione in aliam cum virtute mutatio. Decem hic enumerantur, cum tamen principes sint tantum quatuor; synecdoche, metonymia, metaphora, et ironia, de quibus infra disseremus.

[b] *Nominatio*] Notior est Græco nomine ὀνοματοποιΐας, qua nomen fingitur: pro *latrare* dixit Lucretius 'baubari;' machinæ bellicæ quæ cum sonitu et flamma ferreos globos evomit, recentiores bombardæ nomen fecerunt.

[c] *Pronominatio*] Græcis est ἀντονομασία. Duum esse generum recte Vossius observat: nam vel proprium

sicuti cognomine quodam extraneo demonstrat id quod suo nomine appellari non potest;[1] ut, si quis, cum loquatur de Gracchis,[2] At non[3] Africani nepotes, inquiet,[4] istiusmodi fuerunt. Item, si quis, de adversario cum[5] dicat, Videte nunc, inquit,[6] judices, quemadmodum me Plagiosippus[d] iste[7] tractarit. Hoc pacto non inornate poterimus et in laudando, et in lædendo, aut corpore, aut animo, aut[8] extraneis rebus dicere, sicuti cognomen,[9] quod pro certo nomine[10] collocemus. XXXII. 43. Denominatio[e] est, quæ a propinquis et finitimis rebus[11] trahit orationem, qua

oratione: Lamb. ed. *etiam exornabit orationem.*—20 Erf. et Leid. 4. *Pronunciatio.*—1 Erf. *non potest appellari*, Schutz. e conj. edidit *appellari non placet*, Wetzelio prob.—2 A *dum loquitur, de Gracchis dicat.*—3 *Annon* ψ, Erf. et omnes Mss. Oud. excepto Voss. 1. cum ed. Med.—4 A *inquit:* Tur. et Orell. *inquiat.*—5 '*Cum dicat*] Sic Voss. omnes et Leid. 2. 4. Bene. Vulgo deest *cum.*' Oud. *Cum dicat* quoque L, Schutz. Wetzel. et Orell. Vid. Nott. Varr. —6 *Nunc* in A deest: et Orell. solus legit *inquit.*—7 *Me* non est in A. G L ψ exhibent *Plagioxippus:* Tur. *Plagioxyppus;* et pro *iste* in A *ille* legitur. '*Plagiosippus*] Mss. plerique *plagioxippus:* suprascr. in Voss. 1. *flagioxippus.*' Oud. Vulg. *Plagiosippus.* Vid. Nott. Varr.—8 '*Aut in corp. aut an.*] Primum *aut* abest a Mss. omn. et edd. pr. *in* recte etiam deest plerisque libris. *Et animo* Leid. 4. *vel in an.* Voss. 3. *aut in anima* Leid. 2.' *Oud.* '*Aut in extr. rebus*] Rursus *in* deest Leid. 1. 3. 4. Voss. 2. ed. Omnib. Verissime in Leid. 1. *lædendo corpore aut animo aut extr.* V. Græv.' *Idem.* *Aut* ante *corp.* abest ab A L; præpositio ante *animo* ab A, et ante *extraneis* ab A G. '*Aut corp. &c.*] Ter. delevimus *in*, auctoribus Mss. multis et bonis. . . . Etiam edd. Med. 1498. Junt. non habent in secundo et tertio.' *Ern.* quem Schutz. Wetzel. et Orell. sequuntur. Vulg. *aut in corp., aut in an., aut in extr. rebus.* Vid. Nott. Varr.—9 Schutz. et Orell. *sicuti sit cogn.* edd. vett. teste Grævio, *sicuti pronomen.*—10 *Nomine* in A deest. Tum '*Collocemus*] Sic Voss. 1. 3. Leid. 2. edd. pr. cum Græv. Vulgo *collocamus.*' Oud. *Collocemus* quoque A L, Erf. Cauch. Schutz. Wetzel. et Orell. Al. edd. *collocamus.*

Cap. xxxii. 11 '*Quæ a prop. et fin. rebus*] Erf. *quæ ab prop. et in fin. rebus:* Cauch. *quæ ab rebus prop. et fin.*' Græv. '*Quæ ab rebus prop. et fin.*] Sic legunt Voss. 1. 2. Leid. 1. 2. 3. 4. ed. Med. Vulgo *a pr. et fin. rebus.* Deest

NOTÆ

ponitur pro communi, ut cum Clodius propter flagitium cum sororibus admissum 'Romanus Jupiter' vocatur a Cicerone, quoniam Jovem ferunt sororem habuisse conjugem; hic Jupiter proprium nomen ponitur pro quovis qui sororem novit: vel commune accipitur pro proprio, ut cum 'Urbs' pro Roma, 'astu' pro Athenis dicitur.

[d] *Plagiosippus*] Hac voce Philippum oratorem designari vulgo consentiunt: sed mira lectionum varietas depravati loci suspicionem affert. Plerisque, ut nobis, placet *Plagiosippus*, qua voce plagium et furtum objicitur Philippo: aliis *Plagioxiphus* a transverso gladio; aliis denique *Plagioxyppus.*

[e] *Denominatio*] Metonymia dicitur a Cicerone, a nonnullis hypallage, fitque cum causa pro effectu, vel subjectum pro adjuncto ponitur, aut contra.

possit intelligi res, quæ non suo vocabulo sit appellata. Id aut ab inventore conficitur,[12] ut si quis de Tarpeio[f] loquens, eum Capitolinum[13] nominet; aut ab invento,[14] ut si quis pro Libero[g] vinum, pro Cerere[h] frugem[15] appellet; aut ab instrumento dominum,[16] ut si quis Macedonas appellarit,[17] hoc modo: Non tam cito sarissæ[i] Græcia[18] potitæ sunt: aut idem, Gallos significans, dicat,[19] Nec tam facile ex Italia[20] materis[k] Transalpina depulsa est: aut id, quod fit, ab eo, qui facit; ut, si quis, cum bello velit ostendere aliquid quempiam fecisse, dicat, Mars[l] istud te[1]

præpositio Voss. 3.' *Oud.*—12 '*Id aut ab inventore*] Erf. *ita ut inventorum:* Duisb. *ita ab inventore.*' Græv. '*Ab inventore conficitur*] Pith. *ab inv. colligitur:* Crat. ed. *id aut ab invento colligitur, aut ab inventore conficitur.*' Idem. '*Id aut ab inventore conficitur*] Leid. 1. 3. 4. ed. Omnib. *ista ab inv.* Voss. 1. 3. *id aut ab invento colligitur aut ab inventore conf.* Voss. 2. *ista aut ab invento aut ab inventore sit: ab inventore conf.* Leid. 2. *id aut ab invento aut ab inventore conf.*' Oud. A R ψ, edd. 1475. Med. 1498. Junt. *Ista aut ab inventore conf.* G L *Id aut ab invento colligitur, aut ab inventore conf.* Vulg. ut Ern. Dein G *ab inventore ut si quis.* A omittit *si quis.*—13 Leid. 1. *Tarpeium, loquens de Capitolio nom.* Vocula *eum* ante *Capitolinum* abest a G et Leid. 3.—14 Pith. *aut ab inventore conficitur, ut si quis:* Erf. *aut invento, ut si quis.*—15 Erf. *fruges.*—16 Leid. 4. *in instr. dom.* ψ, Tur. Leid. 3. *instrumentum pro dom.*—17 '*Macedonas appellarit*] Voss. 1. Leid. 2. 4. *Macedones:* Voss. 2. 3. Leid. 4. *appellet.* Dein Voss. 1. *appellarit Sarissas:* non male.' *Oud.* A, Erf. Pith. *Macedones;* et A *appellaret:* ψ, Pith. Duisb. *appellet.*—18 Pro *sarissæ Græcia,* Erf. habet *ratis egregie.*—19 *Dicat* abest ab A L ψ, Erf. Pith. Duisb. omnibus Mss. Oud. et ed. Med. Dein G *Non tam.*—20 Leid. 4. *ab Italia.* Tum '*Materis*] Deest Voss. 2. *armatura* Voss. 1. 3. Leid. 2. 3. cum edd. pr. *acies* Leid. 4. *matrix* Leid. 1.' *Oud.* A G L R *Cermatura:* ψ *armatura:* Tur. *matrix.* Vulg. *materis.* Vid. Nott. Varr.—1 Erf. *Mea vis istuc te fac.* Pith. *Mars et*

NOTÆ

[f] *De Tarpeio*] Vestalis virgo Tarpeia cum arcem Sabinis prodidisset, ibi eorum scutis obruta Tarpeio monti nomen fecit. Capitolinus quoque dictus est, a capite hominis reperto, cum ibidem templi Jovis fundamenta jacerent.

[g] *Libero*] Bacchus vini repertor appellatus est Liber, an quod Bœotiam, in qua natus erat, liberam fecerit; an quod vinum liberet animum curis, et loquendi libertatem inducat.

[h] *Cerere*] Quam Saturni et Opis filiam frugum inventricem veteres dixere.

[i] *Sarissæ*] Hastæ prælongæ quatuordecim cubitorum, quibus Macedones utebantur.

[k] *Materis*] Teli Gallici genus, cujus meminit Strabo lib. IV. et Sisenna historicus apud Nonium, et alii. Materis Transalpinæ nomine intelligit Gallos, qui sunt, habita ratione Romæ, trans Alpes montes altissimos, quibus ab Italia dividitur Gallia.

[l] *Mars*] Veterum Deus belli præses.

facere necessario coëgit: aut si, quod [2] facit, ab eo quod fit, ut, cum desidiosam artem dicemus, quia [3] desidiosos facit; et frigus pigrum, quia pigros facit: [4] ab eo quod continet, id quod continetur, hoc modo denominabitur: Armis Italia non potest vinci, nec Græcia disciplinis: nam hic pro Græcis et Italis,[5] quæ continent, notata sunt.[6] Ab eo quod continetur, id quod continet,[7] ut, si quis aurum, vel [8] argentum, aut ebur nominet, cum divitias velit nominare. Harum omnium denominationum [9] magis in præcipiendo divisio, quam in quærendo [10] difficilis inventio est, ideo quod [11] plena consuetudo est non modo poëtarum et oratorum, sed etiam quotidiani sermonis, hujusmodi denominationum.[12]

Circuitio [m] est oratio, rem simplicem assumta [13] circumscribens elocutione, hoc pacto: [14] Scipionis providentia Carthaginis opes [15] fregit. Nam hic, nisi ornandi ratio [16] quædam esset habita, Scipio potuit et Carthago simpliciter appellari.[17]

44. Transgressio [n] est, quæ verborum perturbat ordinem

istud te fac. A *Mars istud fac.*—2 '*Qui facit*] Sic Mss. omnes; vere. Vulgo *quod.*' Oud. *Qui facit* etiam A, Erf. Duisb. Cauch. et Schutz. In G *quis facit:* ψ *quid facit.*—3 Erf. *cum desidiosum Martem dicimus, quod.* G etiam *dicimus;* et pro *quia* A ψ habent *que.* Tum Leid. 2. *desidiam facit.*—4 '*Pigros facit*] Sic in solo Voss. 3. Ceteri dant *pigros efficit,* concinnius. *Homines* addunt edd. pr.' *Oud.* Erf. *quod pigros efficit.* A L R ψ, Tur. Lamb. ed. et Orell. quoque habent *efficit.* Vulg. *quia pigros facit.*—5 Erf. *nam id pro Græcis talis:* Pith. *nam id pro Græcis et pro Italicis.* In ψ quoque *Italicis.*—6 Tur. *nom' notata sunt.* '*An nomine notata sunt?*' ait Orell. qui cum Schutz. habet *nominata sunt.* Vulg. *notata sunt.*—7 *Id quod continet* non leguntur in A, Duisb. Leid. 1. 3. 4. Voss. 2. 3.—8 Pith. *et argentum:* A G L, Erf. quinque Mss. Oud. et ed. Med. *aut arg.* Tur. *vel* omittit. Dein Lamb. ed. *vel ebur.*—9 ψ *Horum.* Pro *omnium,* quæ in A deest, G habet *rerum* sup. lin. Denique *denominationum* non est in A ψ. In Tur. legitur *Horum est magis.*—10 Voss. 1. *in inquirendo:* ψ, Voss. 2. Leid. 1. 3. *inquirendo:* Erf. *in quirendo.*—11 ψ *ideoque plena.* G omittit *est* post *consuetudo.*—12 Erf. exhibet *poëtarum memoratorum, sed;* et mox *hujusmodi nominationum.*—13 '*Assumtam*] Mss. quinque *assumta;* vere.' *Oud.* *Assumta* quoque Tur. Schutz. Wetzel. et Orell. In A G L R ψ *assumtam;* et sic vulg. Vid. Nott. Varr.—14 ψ *eloquutionem,* et quatuor Mss. Oud. *hoc modo.*—15 Leid. 4. *Carthaginiensium,* et Voss. 1. *opem.*

NOTÆ

[m] *Circuitio*] Sive periphrasis, rem unam pluribus verbis exponit: ut, si quis appellare Ciceronem velit, eloquentiæ Romanæ principem dicat.

[n] *Transgressio*] Hyperbaton appellant Græci, quod schema non ad ver-

perversione, aut transjectione.[18] Perversione sic: Hoc vobis [19] Deos immortales arbitror dedisse pietate pro vestra.[20] Transjectione hoc modo: Instabilis in istum plurimum fortuna valuit.[1] Item, Omnes invidiose eripuit tibi [2] bene vivendi casus [3] facultates. Hujusmodi transjectio, quæ rem non reddit obscuram, multum proderit ad continuationes,[4] de quibus ante dictum est: in quibus oportet [5] verba sint ad poëticum quendam exstructa [6] numerum, ut perfecte et perpolitissime [7] possint esse absolutæ.

XXXIII. Superlatio [o] est oratio superans veritatem, ali-

16 *Ratio* in A omittitur.—17 G *nominari.*—18 '*Aut perversione*] Sic ed. Med. deest *aut* Mss. omn. et ed. Omnib. vel legitur *transject. aut perv.* Ed. Omnib. *et perv.*' Oud.—19 G *nobis.*—20 '*Pietate pro vestra*] Sic Pal. 1. et 2. neque aliter Fabr. aut libri Suffridi. Frequens id verbum apud Comicos. Vulgo erat *virtute pro vestra.*' Grut. 'Firmat hanc scripturam Erfurtensis.' *Græv.* '*Pietate pro vestra*] Voss. 2. Leidd. tres *virtute pro vestra.* Tum *nostra* et supra *nobis* in ed. Med.' *Oud.* A *virtutem pro vita:* G *virtute pro nostra:* R ψ *virtute pro vestra.* Vulg. *pietate pro vestra.*—1 A *invaluit.* Tum *Item* non legitur in A G L, Erf. et Pith. nec *invidiose* in Lamb. ed.—2 A non habet *eripuit tibi.* G habet *eripuit mihi;* ψ, Leid. 1. a m. pr. Leid. 3. 4. *eripuisti;* Voss. 2. et Duisb. *eripuisti tibi.*—3 *Casus* abest ab ψ, Leid. 3. 4. In Pith. Voss. 2. Leid. 1. *causa:* Erf. *causas.*—4 Voss. 1. *ad cont. verborum.*—5 Pro *oportet*, G habet *opus est*, et L *oportet ut.*—6 '*Sicut a poëtis in quemdam, exstruere num.*] Nullus dubito, quin rescribi debeat e Voss. 1. Leid. 2. edd. Med. Omnib. *sint ad poëticum quemdam exstructa num.* Vide Græv.' *Oud.* L *sint ad poëticum quendam exstructa num.* ψ *sint a poëtis in quendam exstruere num.* A G R et Tur. habent eandem lectionem ut vulgatam. '*Verba sint ad poëticum, &c.*] Sic reposuimus e Mss. pluribus et edd. 1474. Med. pr. 1475. Med. sec. Junt. Lectio vulgata *sicut a poëtis in quendam exstruere num.* est ab Aldo.' *Ern.* quem Schutz. Wetzel. et Orell. sequuntur. Vid. Nott. Varr.—7 Lamb. et Schutz. *perpolite.*

NOTÆ

ba tantum, sed etiam ad sententias pertinet. Quamobrem a Longino recte definitur verborum aut sententiarum in orationis serie translatio. Præcipue conducit vehementibus animi motibus exprimendis. Quisquis enim vel ira, vel odio, vel metu maxime perturbatur, sui minime compos vix in oratione constat. Sic Æneas, lib. II. Æn. apud Virgil. improviso commotus urbis incendio, ubi arma amens cepit, Trojanorum cohortem ad pugnam excitat: 'Juvenes, fortissima frustra Pectora, si vobis audentem extrema cupido est Certa sequi, (quæ sit rebus fortuna videtis: Excessere omnes adytis, arisque relictis Di, quibus imperium hoc steterat; succurritis urbi Incensæ): moriamur, et in media arma ruamus.' Talis est sensus non perturbatus: Juvenes fortissimi, omnes Dii, quibus hoc imperium steterat, excessere relictis adytis et aris. Frustra succurritis urbi incensæ: si vobis certa cupido est me sequi audentes extrema, in media arma ruamus et moriamur.

o *Superlatio*] Aliis *exsuperatio*, Græcis dicitur hyperbole. Eam Aristoles Rhet. l. III. juvenibus plerumque

cujus[8] augendi minuendive causa. Hæc sumitur separatim, aut cum comparatione.[9] Separatim sic: Quodsi concordiam retinebimus,[10] imperii magnitudinem solis ortu atque[11] occasu metiemur: cum comparatione, aut a[12] similitudine, aut a præstantia[13] [superlatio sumitur]. A similitudine sic: Corpore niveum candorem,[14] aspectu igneum ardorem assequebatur. A præstantia hoc modo: Cujus[15] ore sermo melle dulcior profluebat. Ex[16] eodem genere hoc est: Tantus erat in armis splendor, ut solis fulgor obscurior[17] videretur.

Intellectio[p] est, cum res tota parva[18] de parte cognos-

CAP. XXXIII. 8 Hoc *alicujus* suspectum Ernestio: Wetzel. delevit.—9 G *Hoc sumitur sep.* Verba *Hæc sum. sep., aut cum comp.* in A desunt.—10 '*Concordiam retinebimus*] Libri publicati adjiciunt *in civitate:* quod exclusi, quod abesset Pal. 4. 6. item Bruil. ac Fabr.' *Grut.* 'Recte Gruterus. Ejus libris adstipulantur Erf. et Duisb.' *Græv.* '*Conc. retin.*] Addunt *in civitate* Voss. 1. 3. Leid. 2. 4. edd. pr. *retinebitis* ed. Omnib.' *Oud.* G R ψ etiam habent *retinebimus in civitate.* Vulg. *in civitate* omittuntur.—11 '*Ortu atque occasu*] Duisb. *ortu et occ.* Non inepte Pith. *ortu ab occ.*' Græv. Voss. 3. Leid. 4. *et occ.* ψ *ortu* omittit. Dein A *metiremur.*—12 Præpositio in A deest.—13 '*A præstantia*] Mss. omnes *a præsentia*, vel *a pntia.* Et mox quoque.' *Oud.* Præpositio non legitur in A G; et A L ψ, Erf. et margo Cratand. habent *præsentia.* Vulg. *a præstantia.* Tum Schutz. delevit verba *superlatio sumitur*, quæ Wetzel. et Orell. uncis includunt.—14 Leid. 3. *niveo;* et Erf. *ardorem*, pro *candorem.* Dein '*Adspectu igneum ardorem*] Desunt Voss. 2. *Adspectu* abest Leid. 1. a m. pr. In Leid. 3. simpliciter *nivis.*' Oud.—15 Erf. *cum ore:* Lamb. ed. *cujus ex ore.*—16 '*Ex eod. gen.*] Vulgg. et Mss. *Eod. gen.* Duisb. et Lamb. ed. *Ex eod. gen. est.*' Græv. '*Eod. gen.*] Leid. 2. ed. Omnib. *Ex eod. gen.* Leid. 3. *Eod. in gen.*' Oud. '*Ex eod. gen.*] *Ex* addidi e Mss. Cort. Leid. edd. 1474. 1475. Med. sec. Junt. Aldus omisit.' *Ern.* quem Schutz. Wetzel. et Orell. sequuntur. Al. edd. cum A G L R ψ et Tur. non habent præpositionem. Dein pro *hoc est*, in A legitur *est hæc.*—17 Erf. et Cauch. *obscurius.*—18 A omittit *parva.* Mox post *pars*, Schutz. e suspic. addidit, *aut*

NOTÆ

convenire dicit et iratis, quippe quæ vehementem animi motum indicet. Cic. Philipp. II. 'Quæ Charybdis tam vorax? Charybdim dico? quæ si fuit, fuit animal unum: Oceanus, medius fidius, vix videtur tot res tam dissipatas, tam distantibus in locis positas, tam cito absorbere potuisse.' De hyperbole plura Tullius l. II. de Orat. § 268.

p *Intellectio*] Sive synecdoche fit, cum totum pro parte, aut pars pro toto sumitur. Id autem sex modis accidit: vel enim ponitur genus pro specie, ἄστρον pro canicula, quod usurpavit Theophrastus; vel species pro genere, ut Virgil. Æn. II. 'Sectaque intexunt abiete costas.' Vel totum pro parte; Virgilius, 'Nunc te fluctus habet,' id est tuum corpus; 'Dona dehinc auro gravia sectoque elephanto.' Vel pars pro toto; Ajax apud Ovid. Met. XIII. 'Nempe ego mille meo protexi corpore puppes.'

citur, aut de toto pars. De parte totum sic intelligitur: Non illæ[19] te nuptiales tibiæ ejus matrimonii commonebant? Nam hic[20] omnis sanctimonia nuptiarum uno signo tibiarum intelligitur: de toto pars; ut si quis ei, qui vestitum aut ornatum[1] sumtuosum ostentet,[2] dicat, Ostentas mihi divitias, et locupletes copias jactas. 45. Ab uno plura intelliguntur, hoc modo:[3] Pœno fuit Hispanus auxilio, fuit immanis ille[4] Transalpinus: in Italia quoque idem nonnemo togatus[q] sensit.[5] A pluribus unum sic intelligitur:[6] Atrox calamitas pectora mœrore pulsabat. Itaque anhelans[7] ex imis pulmonibus præ cura spiritus ducebatur. Nam in superioribus[8] plures Hispani, et Galli, et togati, hic unum[9] pectus et unus pulmo intelligitur: et erit[10] illic diminutus numerus festivitatis,[11] hic adauctus gravitatis gratia.

Abusio[r] est, quæ verbo simili et propinquo pro certo et

ab uno plura, aut a pluribus unum.—19 A ψ *Num illæ.* Vid. Not. Varr.—20 Erf. *his.*—1 ψ, Voss. 3. Leid. 3. *vestimentum,* et Leid. 3. *aut ornamentum.*—2 A ψ *ostendet.*—3 '*Intelliguntur, hoc modo*] Erf. *hoc modo intell.* Duisb. *intelligantur hoc modo.*' Græv. 'Leid. 2. 4. Voss. 1. *hoc modo intelligentur.* In tribus et ed. Med. *hoc modo* præcedunt. Ed. Omnib. caret verbo: forsan verius.' *Oud.* *Intelliguntur* deest etiam in ed. 1475. Med. Junt. In A legitur, *Ab uno plurali modo intelligentur.* Vulg. *intelliguntur hoc modo.*—4 Pith. *imm. et ille.*—5 Erf. et Mss. Oud. cum edd. pr. *nonnemo sensit* (Leid. 2. *sentit*) *idem tog.* Verba *quoque idem* in A desunt, spatio relicto. Pro *nonnemo,* A habet *non vemo.* Vulg. *idem nonnemo tog. sensit.*—6 Leid. 4. *intelligetur:* Duisb. *intelligatur.* Voss. 3. et Schutz. omittunt.—7 '*Itaque anhelans*] Probarem præ his Duisburgensis scripturam, *Atque anhelans,* si plures libri annuerent.' *Græv.* *Atque anh.* etiam Leid. 4. Mox Erf. *spiritum ducebat.*—8 ψ *superiore.*—9 '*Hic unum*] Mss. omnes et edd. pr. *et hic unum.* F. *at.*' Oud. *Et hic unum* quoque G L et Duisb. In A *et uni cum.* Dein Voss. 3. *unus pulmo* sine copula.—10 G *et erat illic.* Tum '*Deminutus*] Sic Erf. Vulgg. *diminutus.*' Græv. '*Demin.*] Mss. omnes et edd. pr. *dimin.*' Oud. Lamb. Græv.-Burm. et Orell.

NOTÆ

Et cum Lucanus apicem, quod est fastigium pilei, cujus in extremo est modica lana, usurpat pro ipso pileo, 'Attollensque apicem generoso vertice flamen.' Vel singularis pro plurali; Virgil. 'Aut Ararim Parthus bibet, aut Germania Tigrim.' Vel denique pluralis pro singulari; Statius, 'Sectæ prætendens colla Medusæ.'

[q] *Togatus*] Cum toga Romanorum esset propria, Romani appellabantur togati.

[r] *Abusio*] Sive catachresis figura est, qua vocis alicujus significationem durius deflectimus ad aliam longe a propria recedentem. Ita calamus sumitur vulgo pro penna, cum ille ex arundine fiat, hæc avium propria sit, ut notavit Isidorus. Parricidæ no-

proprio abutitur,[12] hoc modo: Vires hominis breves sunt, aut parva statura, aut longum in homine consilium,[13] aut oratio magna, aut uti pauco[14] sermone. Nam hic[15] facile est intellectu, finitima verba rerum dissimilium, ratione abusionis esse traducta.

XXXIV. Translatio[s] est, cum[16] verbum in quandam rem transfertur ex alia re, quod propter similitudinem recte videbitur[17] posse transferri. Ea utimur[18] rei ante oculos ponendæ causa, sic:[19] Hic Italiam[20] tumultus expergefecit terrore subito. Brevitatis causa, sic: Recens adventus[1] exercitus subito civitatem exstinxit.[2] Obscœnitatis vitandæ causa,[3] sic: Cujus mater quotidianis nuptiis delectatur.[4] Augendi causa, sic: Nullius mœror et calamitas[5] istius explere inimicitias, et nefariam saturare crudelitatem potuit. Minuendi causa, sic: Magno se prædicat auxilio fuisse, quia paululum in rebus difficillimis[6] aspiravit. Or-

demin.—11 Lamb. ed. *festivitatis causa.*—12 Voss. 3. Leid. 4. et Duisb. *qua verbo sim. . . . abutimur.* In G quoque *abutimur.*—13 A *aut parva stadia aut parva statura.* Schutz. conj. *prava statura* legend. Tum A et Erf. *long. in hominem cons.* Pith. *longum consilium.*—14 A *aut in pauco serm.* Duisb. et Leid. 4. *aut, uti parvo serm.*—15 ψ *Nam hoc*, et paulo post A *abusione.*

Cap. XXXIV. 16 A *quæ cum.*—17 '*Videtur*] Erf. et Duisb. *videbatur.*' Græv. '*Videbitur*] Sic Mss. sex et ed. Med. *videbatur* Voss. 3. *videtur* vulgo.' *Oud.* A G L R ψ, Tur. et ed. 1474. cum Schutz. Wetzel. et Orell. *videbitur.* Al. edd. *videtur.* Tum *posse* in A deest.—18 '*Ea utimur*] Voss. 1. 3. Leid. 2. edd. pr. *Ea igitur sumitur.* In Mss. quatuor *Ea igitur*, et mox Leid. 1. *fit sic.* Sed correctum *sumitur.*' Oud. Pith. *Ea sumitur rei:* A ψ *Ea igitur rei:* G L *Ea igitur sumitur rei.*—19 A *causa sit, sic.*—20 '*Hic Italiam*] Deest *hic* Leid. 1. *in Italia* Leid. 4.' *Oud.* Erf. *Hic in Italia tum. experg. errore sub.*—1 A *adventu.* Ab *adventus* usque ad finem hujus libri in L deest.—2 Grævii Ms. *civitatem subito*, et ψ *extraxit.*—3 Pro *vitandæ*, A habet *muandæ*; et Tur. omittit *causa.*—4 Erf. *delectetur.*—5 '*Nullius mœror et cal.*] Erf. *nullius hunc fors et cal.* Cauch. *Nullius iniæ, fors et cal.* Lamb. ed. *Nullus urbis mœror et cal.* margo Cratand. *Nullius urbis cal.*' Græv. '*Nullius mœror*] Nos ut Lambin. *Nullis verbis mœror*, edidimus: huic lectioni duobus Gryph. exemplaribus et Leoniceni suffragantibus.' *Brut.* '*Mœror et cal.*] Voss. 3. Leid. 3. *verbi cal.* Leid. 1. 4. Voss. 2. ed. Omnib. *urbis cal.* ed. Med. *urbis mœror et cal.* Forsan, *nullius orbi mœror et cal.*' Oud. A ψ *Nullius urbis et cal.* G *Nullius mœror et cal.* Vulg. ut Ern.—6 '*Difficillimis*] Liber Ms. habet *facillimis* pro *difficillimis:* et ita videtur aptius huic loco.'

NOTÆ

men cum ad occisorem patris pertineat, extenditur a jurisconsultis ad eum qui principem aut patruum aut patronum interfecerit.

[s] *Translatio*] Consule Tull. de Orat. l. III. § 155. et seqq. ubi fuse et eleganter de metaphora scribit.

nandi causa,[7] sic: Aliquando reipublicæ rationes,[8] quæ malitia nocentum[9] exaruerunt, virtute optimatium revirescent. Translationem dicunt pudentem esse oportere, ut cum ratione[10] in consimilem rem transeat, ne sine delectu[11] temere et cupide videatur in dissimilem[12] transcurrisse.

46. Permutatio[1] est oratio, aliud verbis, aliud sententia[13] demonstrans. [*p.* 35.] Ea dividitur in tres partes; similitudinem, argumentum, contrarium. Per similitudinem sumitur, cum translationes, una, aut plures,[14] frequenter ponuntur a simplici ratione[15] ductæ, sic: Nam cum canes funguntur[16] officiis luporum, cui præsidio pecua[o][17] credemus? Per argumentum tractatur,[18] cum a persona, aut a loco, aut a[19] re aliqua, similitudo, augendi aut minuendi

[o] *Pecora.*

F. Ursinus.—7 '*Ornandi caussa*] Erf. *Gravandi caussa.*' Græv. '*Ornandi caussa*] Leid. 1. 3. 4. interponunt *Gravandi c. Nam cum canes, &c.* quæ deinde absunt.' *Oud.*—8 '*Reip. rationes*] Præmittit Leid. 4. *enim.* Voss. omn. Leid. 2. ed. Med. *reip. vires*; ed. Omnib. *populi Ro. vires.*' Oud. Erf. Pith. Tur. margo Cratandri, et Orell. *reip. vires.* A *rep. rationes.* Vulg. *reip. rationes.*—9 Al. *nocentium.* Tum '*Exaruerant*] Mss. omnes, ed. Med. *exaruerunt.*' Oud. A G R ψ, Tur. Schutz. Wetzel. et Orell. *exaruerunt.* Vulg. *exaruerant.* Mox '*Reviruere*] Voss. 1. 3. Leid. 2. edd. pr. *revirescent.* In ceteris *revirescunt.*' Oud. G R, Tur. Schutz. Wetzel. et Orell. *revirescent*: A ψ *reviruere*; et sic vulg. '*Exaruerunt .. revirescent*] Sic e Mss. et edd. pr. reposuimus pro *exaruerant . . . reviruere.* In lectione vulgata deberet esse ab initio, *tandem aliquando.*' Ern. Vid. Nott. Varr.—10 A *ratio.*—11 Erf. *ne sine delicto.* Orell. conj. legend. *nec sine delectu.*—12 G R et Tur. *dissimilem rem.*—13 Erf. *sententiis.*—14 A et ed. Med. *aut una aut plures.* Voces *una aut plures* non sunt in Pith. et Erf. nec *aut plures* in Voss. omn. et Leid. 2. 4.—15 '*A simplici ratione*] Pith. *a simili oratione*: Erf. *a simplici oratione.*' Græv. '*A simplici ratione*] Voss. 1. 3. Leid. 2. edd. pr. *a simili.* Mss. omn. ed. Omnib. *oratione.*' Oud. A G ψ et Tur. *simili*, et A ψ *oratione.* Dein ψ *deducti.*—16 '*Funguntur*] Edd. *fungantur.* Ms. *fungerentur.*' Græv. Vulg. *funguntur.* Tum G *officio.*—17 A G R ψ, Tur. et edd. pr. *cuinam præsidio pecuaria.* Vid. Nott. Varr.—18 ψ *tractantur.*—19 '*Aut a loco, aut a re*] Bis deest præpositio Mss. sex. *Aut re*

NOTÆ

[1] *Permutatio*] Sive allegoria, quam non male continuatam metaphoram dixeris; cum obscurior est appellatur ænigma; cum aliud verbis, aliud sententia, sed oppositum demonstrat, ad ironiam refertur; cum autem aliud, sed simile connotat, proprie est allegoria. Cujus hoc sit exemplum ex Pison. § 20. 'Neque fui tam timidus, ut qui in maximis turbinibus ac fluctibus reip. navem gubernassem, salvamque in portu collocassem, frontis tuæ nubeculam, tum collegæ tui contaminatum spiritum pertimescerem. Alios ego vidi ventos: alias animo prospexi procellas: aliis im-

causa, ducitur;[20] ut si quis Drusum, Gracchum, nitorem[1] obsoletum[u] dicat. Ex contrario[x] ducitur sic; ut si quis hominem prodigum et luxuriosum illudens,[2] parcum et diligentem appellet.[3] Et in hoc postremo, quod ex contrario sumitur; et in illo primo, quod a similitudine[4] ducitur, per translationem argumento[5] poterimus uti. Per similitudinem, sic: Quid ait[6] hic rex, atque Agamemnon noster, sive, ut crudelitas est,[7] potius Atreus?[y] Ex contrario, si quem impium, qui patrem verberaverit,[8] Æneam[z] vocemus: intemperantem[9] et adulterum, Hippolytum[a] nomine-

ed. Omnib. *aut ab re* Med.' *Oud.* In A G *aut loco aut re aliqua.*—20 A ψ *dicitur.*—1 '*Nitorem obsoletum*] Sic Leid. 1. a m. pr. Sed corr. *numitorem*, ut est in reliquis, vel *numitoremque* cum Voss. 1. 3. Leid. 2. ed. Med.' *Oud.* A G *munitorem obs.* R ψ et Tur. *Numitorem obs.* 'Schutz. *Gracchi nitorem obs.* sed puto potius fuisse, *Gracchorum nit. obs.*' Orell. Vulg. *nitorem obs.* Vid. Nott. Varr. Dein Erf. non habet *dicat.*—2 '*Includens*] Deest Leid. 4. *inpudentemque* Leid. 3.' *Oud.* In Erf. *imprudens:* A ψ *imprudentemque:* G *inpudentemque.*—3 A, Erf. quatuor Mss. Oud. et ed. Med. *appellasset.*—4 Erf. *et in illo primo*, et Pith. *ad similitudinem.*—5 Schutz. e suspicione dedit *permutatione per argumentum.*—6 Erf. et Voss. 1. 2. 3. *agit.*—7 '*Sive ut crudelitas est*] Exsulat *ut* a Voss. 2. *credulitas* Leid. 1. 4. Voss. 2.' *Oud.* Lamb. ed. *sive potius, ut crud. est, Atr.* Crat. ed. *sive, ut crudelis est, potius Atr.*—8 '*Si quem imp., qui patr. verberaverit*] Erf. et Duisb. *si quempiam qui patr. verberavit:* Pith. *aut si quem imp., qui patr. verberaverit:* Cauch. *aut si quem imp. qui patrem verberavit.*' Græv. '*Ut si quem imp.*] Sic Mss. omn. et ed. Med. *sic ut si quem* Mss. duo. Vulgo *ut* deest. *Si quempiam* Leid. 4.' *Oud.* '*Verberarit*] Ita Voss. 1. Leid. 1. 3. 4. *verberavit* Voss. 2. ed. Med. Vulgo *verberaverit.*' Idem. In A *ut si quempiam:* G *sic ut si quem imp.* ψ *ut si quem imp.*—9 Erf. *item intemp.*

NOTÆ

pendentibus tempestatibus non cessi.'

[u] *Nitorem obsoletum* [*Numitorem obs.*] Turnebus de homine seditioso dictum accipit quod Numitor cum suo nepote coortus in Amulium, regno ipsum exturbavit. Idem tamen censet ex antiquis libris potius legendum, *ut si quis Drusum, Gracchum, munitorem obsoletum dicat:* nam Gracchum constat, ut Plutarchus in ejus vita scribit, e viarum munitione plebis Romanæ gratiam sibi conciliasse.

[x] *Ex contrario*] Tumque est ironia. Tullius Philipp. III. § 27. 'O præclarum custodem ovium, ut aiunt, lupum! custosne urbis, an direptor et vexator esset Antonius?'

[y] *Atreus*] Pelopis et Hippodamiæ filius, uxoris stuprum ulturus Thyestæ fratri, filium comedendum apposuit.

[z] *Æneam*] Heroëm illum qui patrem Anchisen ex ardente Troja sublatum humeris eripuit, Virgilii carmine notissimum.

[a] *Hippolytum*] Thesei et Hippolytæ Amazonis filius, cum Phædræ novercæ libidini constantissime resisteret, ab ea apud patrem accusatus fugit; ab equis exterritis dejectus curru et loris implicatus, obiit misere discerptus. At mox ad vitam ab

mus. Hæc sunt fere,[10] quæ dicenda videbantur de verborum exornationibus. Nunc res ipsa monet, ut deinceps ad sententiarum exornationes[11] transeamus.

XXXV. 47. Distributio[b] est, cum in plures res aut personas, negotia quædam[12] dispertiuntur, hoc modo: Qui vestrum, judices,[13] nomen senatus diligit, hunc oderit[14] necesse est: petulantissime enim semper iste[15] oppugnavit senatum. Qui equestrem locum, splendidissimum cupit esse in civitate, is oportet[16] istum maximas pœnas dedisse velit, ne iste[17] sua turpitudine ordini honestissimo maculæ atque dedecori sit. Qui parentes[18] habetis, ostendite istius supplicio, vobis homines impios non placere. Quibus liberi sunt, statuite exemplum, quantæ pœnæ in civitate sint hominibus istiusmodi comparatæ.[19] Item, Senatus officium

Paulo post Erf. *Yppolitum*, et G *nominamus.*—10 G et Pith. *ferme.* In A deest.—11 Erf. et Mss. quinque meliores Oud. *exornationem.*

CAP. XXXV. 12 ψ *Hic sextus incipit liber.* Erf. *Distributionem, cum per plures aut personas:* Duisb. Tur. Leid. 4. et Orell. *Distributio est, cum per plures res aut pers.* Vulg. *in plures res aut pers.* Dein '*Personas certas negotia quædam dispertiuntur*] Erf. et edd. quædam *pers. neg. quædam certa disp.* Duisb. et alii libri ac edd. rectius quam vulgatæ, *pers. certa neg. quædam disp.*' Græv. 'Mss. omnes et ed. Omnib. *pers. neg. quædam certa;* sed abest *certa* ab ed. Omnib.' *Oud.* A G R ψ, Tur. Schutz. Wetzel. et Orell. omittunt *certas.* A G R *certa quædam*, et Tur. *quædam certa*, quod admodum placet Orell. In ψ *certa quædam* desunt. Vulg. *pers. certas, neg. quædam disp.*—13 '*Qui vestrum judices*] Voss. 2. 3. *quicumque.* Voss. 1. 2. *o jud.* Abest *judices* a Leid. 1. 3.' *Oud.* Dein Voss. 1. *senatusque.*—14 G *ut hunc*, et A *ondere.*—15 *Iste* abest a Leid. 4. et Duisb.—16 Tur. *optet*, omisso *velit.* Tum G R *maximam pœnam:* Leid. 4. *maxime pœne.* Porro G, Leid. 3. 4. carent *τῷ velit.* Vid. Nott. Varr.—17 Schutz. e conj. delevit *iste.* In ψ *ista sua.*—18 Erf. *parentis*, et mox idem Ms. habet *placare.*—19 '*Quibus liberi sunt, statuite exemplum*] Erf. *quibus liberum constat vitæ exemplum.*' Græv. 'Leid. 1. 3. 4. *quibus libertas constat, vitæ exemplum.* Pro *statuite*, in Voss. 2. *ite.*' Oud. In ψ *quibus libertas vitæ constat exemplum quantæ pœnæ sint hom. istiusm. comp.* '*In civ. sint hom. hujusmodi*] Erf. *sint in civ. hom. istiusmodi.* In Cauch. quoque Ms. et ed. Lamb. est *istiusmodi.*' Græv. '*Hujusmodi*] Prave Omnibonus mutavit, quod inveni in Mss. omn. et ed. Med. *istiusmodi.*' Oud. *Istiusmodi* etiam G R, Tur. et ed. 1474. cum Schutz. Wetzel. et Orell. Vulg. *hujus-*

NOTÆ

Æsculapio revocatus in Italiam se recepit, et se Virbium nominari jussit, quod bis vir fuisset.

[b] *Distributio*] Est cum totum in partes dividitur. Ut Catil. II. § 7. 'Quis tota Italia veneficus? quis gladiator? quis latro? quis parricida? quis adulter? quæ mulier infamis? quis perditus inveniri potest, qui se cum Catilina non familiarissime vixisse fateatur?' Poterat sine ornatu rem uno verbo comprehendere; improbi omnes sunt familiares Catilinæ.

est,[20] consilio civitatem juvare: magistratus officium est, opera[1] et diligentia consequi voluntatem senatus: populi [c] officium est, res optimas, et homines idoneos maxime,[2] suis sententiis deligere[3] et probare: accusatoris officium est, inferre crimina; defensoris, diluere et propulsare: testis est, dicere, quæ sciat, aut audierit;[4] quæsitoris [d] est, unumquemque horum in officio suo[5] continere. Quare, L. Cassi, si testem,[6] præterquam quod sciat, aut audierit, argumentari, et conjectura prosequi patieris;[7] jus accusatoris cum jure testimonii commiscebis, testis improbi cupiditatem confirmabis, reo[8] duplicem defensionem parabis. Est hæc exornatio[9] copiosa. Comprehendit enim brevi multa, et suum cuique tribuens officium, separatim[10] res dividit plures.

XXXVI. 48. Licentia [e] est, cum apud eos, quos aut[11]

modi. Denique ψ *comparare.*—20 Erf. *sen. est officium,* et mox *magistr. est officium.*—1 A G, Leid. 3. ed. Omnib. *opere et dilig.* ψ, Duisb. et Leid. 4. *honore et dilig.* Paulo post pro *senatus,* in ψ legitur *populi.*—2 Lamb. ed. *maxime idoneos.*—3 '*Sententiis eligere*] Erf. Pith. et margo Cratand. *sent. diligere:* Cauch. *deligere.*' Græv. 'Mss. omn. et edd. pr. *diligere,* vel *deligere.* Vere.' *Oud.* In A *dilegere:* G ψ *diligere:* R, Schutz. Wetzel. et Orell. *deligere.* Vulg. *eligere.*—4 Duisb. *def. est, dil.* et mox idem Ms. et G habent *testis dicere.* '*Quæ scierit aut audierit*] Immo *sciat,* ut est in omnibus scriptis.' *Gronov.* 'Erf. Pith. et alii Mss. *quæ sciat, aut audierit.* Vulgati, *quæ scierit, aut audierit.*' Græv. '*Testis est dicere, quæ sciat*] Deest verbum substantivum Voss. 2. 3. Leid. 1. 3. 4. *Scierit* in solis Voss. 3. Leid. 4. *sciat* recte jam expressum fuit in edd. Med. Omnib.' *Oud.* *Sciat* quoque A G R ψ, Tur. Schutz. Wetzel. et Orell. In ψ etiam *aut audiat, Quæstoris.* Vulg. *scierit, aut audierit.*—5 Erf. et Leid. 4. omittunt *suo.*—6 A *Quare, L. Crassi, si in causis teste:* R ψ *Quare, L. Cassi, in causis si testem:* Tur. et Leid. 4. *Quare in causis si testem.* Tum A *quam quod,* et Leid. 2. *scierit.* Vid. Nott. Varr.—7 Tur. Leid. 3. *consequi:* et Leid. 2. 4. ed. Omnib. *patiaris.*—8 Erf. *eo dupl.*—9 G *Est hæc ornatio:* Pith. *Hæc est exornatio.*—10 '*Et suum cuique . . . separatim*] Deest copula Voss. 2. 3. Leid. 3. 4. *unicuique* ed. Med. *et separatim* Voss. 2. Leid. 1. 3. 4. ed. Med. *separat et* Voss. 1. 3. Leid. 2. *et separat et* ed. Omnib.' *Oud.* Vid. Nott. Varr.

NOTÆ

[c] *Populi*] Populum Romanum intellige, cujus erat tanta auctoritas, ut non modo summos magistratus eligeret; verum etiam ab ipsis regibus aliisque ad eum incolumi republica provocari liceret.

[d] *Quæsitoris*] Qui scilicet judex capitalibus quæstionibus præfectus, cavebat ne quid accusator, defensor, et testis præter leges facerent.

[e] *Licentia*] Quam recte Græci παῤῥησίαν, laudabilem loquendi libertatem, appellant; minus commode, ut observat Vossius, hic dicitur licentia, cum ea vox in vitio ponatur. Quintil. IX. 2. negat eam esse figuram;

vereri aut metuere debemus, tamen aliquid pro jure nostro dicimus, quod eos minime offendat,[12] aut quos ii diligunt, cum in aliquo errato vere reprehendi posse videantur, hoc modo: Miramini, Quirites, quod [13] ab omnibus vestræ rationes deserantur? quod causam vestram nemo suscipiat? quod se nemo vestri defensorem profiteatur? id tribuite [14] vestræ culpæ; atque desinite mirari. Quid enim est, quare non omnes istam rem fugere ac vitare [15] debeant? Recordamini, quos habueritis defensores; studia eorum vobis ante oculos proponite; [16] deinde exitus omnium [17] considerate: tum vobis [18] veniet in mentem, ut vere dicam, negligentia vestra, sive ignavia potius, illos omnes ante oculos vestros trucidatos esse, inimicos eorum [19] vestris suffragiis in amplissimum locum pervenisse.[20] Item,[1] Nam quid fuit, judices, quare in sententiis ferendis [2] dubita-

Cap. xxxvi. 11 Tur. omittit *aut.*—12 '*Quod eos minime offendat*] Duæ ultimæ voces exsulant a Voss. 2. Leid. 1. 3. 4. in quo est *quo* a m. sec. uti dant Leid. 1. 3. Voss. 2.' *Oud.* In A etiam *quo eos*, omissis *minime offendat.* Vulg. *quod eos min. off.* Paulo post, *cum* in A deest, et idem Ms. habet *reprehendere videamur: ψ reprehendere videantur.* '*Cum in aliquo errato vere reprehendi posse videantur*] Abest *cum* a Leid. 1. 3. 4. *aliquo in errato* Mss. quatuor, bene. *Jure* Leid. 2. *reprehendere videamur* Leid. 1. 3. 4. Abest etiam *posse* ab ed. Med. Unde commode legi posset *quo eos, aut q. ii d., aliquo in errato vere reprehendere videamur.* Nil tamen mutatum velim.' *Oud.* Vulg. ut Ern. Vid. Nott. Varr.—13 A *quoniam.*—14 A *confiteatur? Id attribuite:* Voss. 3. Leid. 4. et ed. Med. *prof.? Id attribuite.* Dein '*Atque desinite mirari*] Deest copula bene Voss. 2. Leid. 1. 3. ed. Omnib. *atque istud des. mir.* Voss. 1. Leid. 2. ed. Med. *et istud des. mir.* Voss. 3. *atque id des. mir.* Leid. 4. *des. istud mir.* ed. Omnib.' *Oud.* A R et Tur. *atque istud des. mir.* G *atque illud des. mir.* Vulg. *atque des. mir.* Præterea Duisb. *Quid id est? quare:* Tur. et Orell. *Quid est enim? quare.*—15 A *istam refugere ac vitare deb.* Erf. *fugere a civitate deb.*—16 '*Eorum vobis ante oculos ponite*] Duisb. *eorum ante oculos proponite.* Sic et quædam edd.' *Græv.* '*Ante oculos ponite*] Sic est in solo Leid. 3. sed Voss. 1. *præponite.* In ceteris *proponite.* Ed. Med. *vestros ponite.*' Oud. In A *præponite:* R, Tur. *ponite;* et sic vulg. G ψ et edd. vett. cum Schutz. Wetzel. et Orell. *proponite.*—17 G *exitus eorum cons.* Lamb. ed. *omn. exitus cons.*—18 A *cum nobis:* G *cum vobis.* Tum A G ψ, Erf. et Tur. *veniat.*—19 *Eorum* non legitur in Erf.—20 Pith. *devenisse.*—1 A habet *Item num omnes hec testibus comprobatæ? Nam quid fuit, &c.*—2 Tur. Voss. 1. Leid. 1. 2. ed.

NOTÆ

'Quid enim minus figuratum,' inquit, 'quam vera libertas?' Est tamen figurata quædam παῤῥησία, ut, cum ait Tullius pro Ligar. 'Suscepto bello, Cæsar, gesto etiam ex magna parte, nulla vi coactus, judicio meo ac voluntate, ad ea arma profectus sum, quæ erant sumta contra te.' Quo loco notat Fabius non solum ad utilitatem Ligarii respici, sed magis laudari victoris clementiam non posse.

veritis, aut istum hominem nefarium ampliaveritis?[p] non[3] apertissimæ res erant crimini datæ? non[4] omnes hæ testibus comprobatæ? non[5] contra tenuiter et nugatorie responsum? Hic vos[6] veriti estis, si primo cœtu[q] condemnassetis,[7] ne crudeles existimaremini? Dum eam vitastis vituperationem,[8] quæ longe a vobis erat abfutura,[9] eam invenistis, ut timidi atque ignavi putaremini. Maximas, et privatas, et publicas calamitates[10] accepistis: cum etiam majores impendere videantur, sedetis et[11] oscitamini.[r] Luce noctem, nocte lucem[12] expectatis. Aliquid quotidie acerbi atque incommodi nuntiatur, et eum,[13] cujus opera vobis hæc accidunt,[14] remoramini diutius et alitis; ac reipublicæ perniciem[15] retinetis, quoad potestis, in civitate. XXXVII. 49. Ejusmodi licentia si nimium[16] videbitur acrimoniæ habere, multis mitigationibus lenietur; nam continuo aliquid hujusmodi licebit inferre: Hic ego[17] virtutem vestram quæro, sapientiam desidero, veterem consuetudinem requiro; ut quod erit[18] commodum licentia, id mitigetur

[p] *Distuleritis judicium hominis scelerati.*
[q] *Prima actione.* [r] *Estis otiosi.*

Omnib. *ferundis.*—3 A *num apert.* G *numne apert.*—4 A G *num omnes.* Dein G *hæ sunt comprobatæ:* Duisb. Leid. 3. 4. *hæ test. confirmatæ.*—5 A G *num contra.*—6 A *Hic ver. estis.*—7 G R ψ *condemnassetis eum.* Tum '*Existimaremini.*] Alii cum interrogatione *existimaremini?*' Græv. Et sic vulg.—8 Erf. *vitatis operationem.*—9 In A *nobis aberat abfutura:* G ψ *vobis aberat affutura.* Mox pro *putaremini,* G habet *existimati estis.* Vid. Nott. Varr.—10 Erf. *Maximis privatis et publicis calamitatis:* Pith. *Maximas privatas et publicas calamitates.*—11 *Et* in A deest.—12 '*Luce noctem, nocte lucem ex.*] Erf. *noctem, non lucem exp.* Cauch. *luci noctem, nocte lucem exp.*' Græviua. In ψ et Mss. quatuor Oudendorpii *Noctem, non lucem exp.*—13 A *etiam eum* Copula abest ab Erf.—14 '*Vobis hæc accidunt, rem.*] Voss. 1. 3. Leid. 1. 2. ed. Omnib. *nobis,* et in iisdem cum Voss. 2. 4. ed. Med. *vos rem.* quod probo.' *Oudendorp.* Erf. *vobis hæ accidunt res, rem.* In A G R, Tur. et Orell. *vos rem.* Vulg. *vos* deest.—15 '*Ac reip. perniciem retinetis.*] Voss. 1. Leid. 2. 3. 4. *ad reip. pern.* Leid. 1. Voss. 2. *ad reip. pern., et retin.* Voss. 3. ed. Med. *et ad reip. pern. retin.* Ed. Omnib. *atque reip. pern. retin.* Lege *atque ad reip. pern. retin.*' Oud. In G R ψ et Tur. *ad reip.* A *et ad reip.* Orell. *atque ad reip.* Vulg. *ac reip.* 'Libri veteres quidam habent vel *ad,* vel *ac ad,* etiam *atque.* Primum copula necessaria est, si *ad* verum est; *ac ad* non dicunt Latini. Credo *atque* vitiose scriptum esse pro *adque.*' Ern. Vid. Nott. Varr.

CAP. XXXVII. 16 ψ *lic. summum vid.*—17 ψ *Hic ego ergo virt.* Pith. et edd. quædam *Hic ergo virt.*—18 '*Ut quod erit comm.*] Abest *ut* a Leid. 4. et Leid. 1. a m. pr. Mss. quinque, ed. Med. *erat.*' Oud. Schutz. solus *et quod erit.* Mox '*Id laude mitigetur*] Leid. 1. *mitigabitur:* sed Voss. 2. 3. Leid. 3. *id compri-*

laude, ut altera res ab iracundia et molestia removeat, altera ab errato deterreat.[19] Hæc res, sicut in amicitia, ita[20] in dicendo, si loco[e] fit, maxime facit, ut et illi, qui audient,[1] a culpa absint, et nos, qui dicimus, amici ipsorum et veritatis[2] esse videamur. Est autem quoddam genus licentiæ in dicendo,[3] quod astutiore ratione[4] comparatur: cum aut ita objurgamus eos qui audiunt, quomodo ipsi se cupiant[5] objurgari; [f] aut id,[6] quod scimus facile omnes audituros, dicimus[7] nos timere, quomodo accipiant; sed

[e] *Opportune.*

matur laude. Lego, *Quod erat comm. lic., id comprimatur laude.* Abest *licentia* a Leid. 2.' *Oud.* A R *id laude comprimetur:* Schutz. et Orell. *id comprimetur laude:* ed. 1474. et Wetzel. *id mitigetur laude:* vulg. *id laude mitigetur.* Vid. Nott. Varr. Dein G ψ, et ed. Med. *ita ut altera.*—19 Voss. 1. Leid. 1. 2. ac Lamb. ed. *iracundiæ mol.* et G *demoveat, altera res ab err. det.* '*Altera ab errato*] Sic solus Leid. 3. Ceteri Mss. cum edd. pr. repetunt *altera res ab err.*' Oud. Tum ψ *detineat.*—20 A *in amic. item in dic.* Erf. *in amicitiam item in dic.*—1 G, omnes Mss. Oud. et edd. pr. cum Schutz. Wetzel. et Orell. *audient.* Al. edd. *audiunt.*—2 G *tam amici ipsorum quam ver.* A R, ed. 1474. Wetzel. et Orell. *am. ipsorum et ver.* Schutz. cod. Erf. secutus, habet *tam ipsorum quam ver. amici.* Vulg. *amici eorum et ver.* Vid. Nott. Varr.—3 Voss. 1. Leid. 1. *dicundo.*—4 A *astuta oratione:* G *astute cum ratione:* Erf. *astuti operatione:* Leid. 3. 4. *astuta operatione:* Voss. 2. *astutiore licentiæ ratione:* ed. Omnib. *astuta comparatione.*—5 Deest *ipsi* ab Leid. 4. et Duisb. *se* ab Leid. 2. In ed. Med. *sese.* Tum Mss. et edd. ante Ern. *cupiunt;* et sic Orell.—6 *Id* in G deest.—7 *Facile omnes audituros, dicimus* exulant a Leid. 4. *Dicitur* abest

NOTÆ

[f] *Quomodo ipsi se cupiant objurgari* [*cupiunt obj.*] Eximium in paucis offert exemplum Incerti Paneg. Constantino Augusto c. 9. 'Laudare me existimas, imperator, cuncta quæ in illo prælio feceris? Ego vero iterum queror. Prospexeras omnia, disposueras universa, summi imperatoris officia compleveras: cur ipse pugnasti? cur te densissimis hostium globis miscuisti? cur salutem reipublicæ in pericula tanta misisti? An nescire nos putas, quod dum nimio rapereris ardore, in media hostium tela deveneras, et nisi viam tibi cædibus aperuisses, spem totius generis humani et vota deceperas?... Quid est tibi, imperator, cum inferiore fortuna? Illos pugnare fas est, quibus suo cujusque fato aut vincendum est, aut cadendum; tu, cujus ex vita omnium fata pendent, ad ullum discrimen accedas? inter tot tela gladiosque versere? Quis hoc a te exigit, aut quis pati possit, ut quicquam in te belli casibus liceat? Deceat te, imperator, hostem ferire? Immo non decet laborare... Hæc ego non dicerem neque ab aliis dicta memorarem, nisi beneficio tuæ lenitatis tutior esset nostra in verbis, quam tua in armis audacia. Nova enim quadam varietate naturæ, confusoque virtutum temperamento, idem es in præliis ferocissimus, et parta securitate mitissimus.'

tamen veritate [8] commoveri, ut nihilo secius dicamus. Horum amborum generum exempla subjiciemus.[9] Prioris hujusmodi: Nimium, Quirites, animis estis simplicibus et mansuetis: [10] nimium creditis [11] unicuique: existimatis unumquemque eniti, ut perficiat, quæ vobis pollicitus sit. Erratis, et frustra falsa spe jam diu detinemini.[12] Stultitia [t] vestra id, quod erat [13] in vestra potestate, ab aliis petere, quam ipsi [14] sumere maluistis. Posterioris licentiæ hoc erit exemplum: Mihi cum isto, judices, fuit amicitia, [*p.* 36.] sed ista [15] amicitia, tametsi vereor quomodo accepturi sitis, dicam tamen, vos me privastis. Quid ita? quia,[16] ut vobis essem probatus, eum, qui vos oppugnabat, inimicum, quam amicum habere malui.[17] 50. Ergo hæc exornatio, cui licentiæ [18] nomen est, sicuti demonstravimus, duplici ratione tractabitur; acrimonia,[19] quæ si nimium fuerit aspera, mitigabitur laude, et assimulatione,[20] de qua posterius [1] diximus, quæ non indiget mitigationis, propterea quod imitatur licentiam,[2] et sua sponte ad animum auditoris se accommodat.[3]

[t] *Simplicitate.*

a Leid. 3. et Erf.—8 A et Erf. *veritati:* ψ *in veritate.*—9 Leid. 2. *subjecimus:* ed. Med. *subjiciamus:* Erf. *subjicient.* In eodem Ms. *Prius est hujusm.* Duisb. et Leid. 4. *Prioris est hujusm.*—10 '*Animis estis simplicibus*] Leid. 2. *an. estis omissis, simplicibus:* quod eruditius est, quam ut a librario proficisci potuerit. Adi J. F. Gronov. Observ. III. 7.' *Oud.* Unde Schutz. *an estis simpl. et omissis.*—11 ψ *conditis.*—12 A *jam diu tenemini:* Tur. *jamdiu frustra detinemini.*—13 A G R *Stult. vestra quia quod erat:* ψ *Stult. vestra quæque erant:* Tur. *Stult. vestra est, quia quod erat:* Schutz. *detin., qui quod erat.* '*Stult. vestra, id quod, &c.*] Sic hunc locum ducibus libris scr. et edd. vetf. refinximus, ex vulgato *Stult. vestra est, qui, quod erat:* quod nemini perito satis placeat.' *Ern.* quem Wetzel. sequitur. Vid. Nott. Varr.—14 ψ *quoniam ipsi:* Lamb. ed. *quam vos ipsi.*—15 G R et vulg. *ista tamen amic.* Mox ψ *accepturi estis,* et A G R ψ, Tur. Græv.-Burm. et Orell. *tamen dicam vos.* '*Tamen dicam*] Sic Mss. omnes et edd. pr.' *Oud.* '*Sed ista tamen amic. . . . sitis, vos me privastis*] Sic hic locus est in vulgatis: at in Mss. pluribus et melioribus, etiam Lips. et edd. pr. ut 1474. Med. pr. Omnib. Med. sec. Junt. sic est, ut edidi. . . . Vulgatum primus dedit Aldus, sed e scriptis libris; nam sic est in Ms. Cort.' *Ern.* quem Schutz. et Wetzel. sequitur. Vid. Nott. Varr.—16 *Quia* in G deest.—17 Leid. 2. *hab. volui.*—18 Leid. 3. *licentia.*—19 Erf. *acrimoniam.*—20 '*Mitigabitur laude et assimilatione*] Erf. *mitigabit laus et assimilatio:* al. *mitigabitur laude. Et assimulatio est.*' Græv. '*Mitigabitur laude*] Leid. 3. *mitigabit:* Leid. 4. *mitigabit laus.*' Oud. Tum pro *et assimulatione,* A habet *a similitudine;* G *et dissimulatione.*—1 '*Posterius dix.*] Ed. Omnib. male *superius dix.*' Oud. In A quoque et edd. ante Lamb. *superius.* Vid. Nott. Varr.—2 Schutz. e suspic. edidit *im. insinuationem.*—3 '*Ad an. aud. se accommodat*] Erf. et Cauch.

XXXVIII. Deminutio[4] [g] est, cum aliquid esse in nobis, aut in iis[5] quos defendimus, aut natura, aut fortuna, aut industria dicemus egregium:[6] quod, ne qua significetur arrogans ostentatio, deminuitur[7] et attenuatur oratione, hoc modo: Nam hoc pro meo jure, judices, dico, me labore[8] et industria curasse, ut disciplinam militarem non in postremis tenerem. Hic si quis dixisset, ut optime tenerem, tametsi vere dixisset,[9] tamen arrogans visus esset: nunc et ad invidiam vitandam, et ad laudem comparandam[10] satis dictum est. Item, Utrum igitur avaritiæ causa an egestatis[11] accessit ad maleficium?[12] Avaritiæ? at largissimus fuit[13] in amicos; quod signum liberalitatis est,[14] quæ est contraria avaritiæ. Egestatis? at[15] huic quidem pater (nolo nimium dicere) non tenuissimum patrimonium reliquit. Hic quoque vitatum est,[16] ne magnum aut maximum diceretur: hoc igitur[17] in nostris, aut eorum, quos defende-



Ad an. aud. sit accommodata: Wechel. ed. *ad an. aud. se commodat:* al. *se ad an. aud. accommodat.*' Græv. G *ad an. aud. accommodata:* Leid. 1. 3. 4. Voss. 2. *ad an. aud. sit accommodata.*

CAP. XXXVIII. 4 '*Deminutio*] Duisb. et edd. *Diminutio.*' Græv. '*Deminutio*] Sic Leid. 1. In ceteris et edd. pr. *Diminutio.*' Oud. *Diminutio* quoque A ψ et Tur.—5 '*Esse in nobis aut in iis*] Voss. 1. 2. Leidd. omn. ed. Med. *inesse nobis.* Voss. 1. Leid. 2. ed. Med. *aut his.*' Oud. G *inesse nobis:* R, Tur. et Orell. *inesse in nobis.* Vulg. *esse in nobis.* Vid. Nott. Varr.—6 Lamb. ed. *egregium dicemus.*—7 Duisb. *et dem.* A G R ψ, Tur. omnes Mss. Oud. et edd. pr. *dim.*—8 G ψ et Tur. *laborasse:* R *elaborasse.*—9 ψ *etsi*, et A *vere dixisse.*—10 '*Nunc et ad inv. vit. et ad laudem comp.*] Duisb. *Nunc ad inv. vit. et laudem comp.* rotundius quam vulgatæ.' *Græv.* 'Prius *et* deest Leid. 4. ed. Med. Secundo loco *ad* bene deest Mss. omn. et edd. pr. excepto Leid. 4.' *Oud.* Prius *et* in A, et alterum *ad* in G deest.—11 '*Avaritiæ caussa, an egestatis*] Sic Voss. 3. In ceteris et edd. pr. male *aut eg.*' Oud. *Aut eg.* quoque A G ψ. In Erf. *avaritia eg.* sine *causa an.*—12 Erf. *maleficiam.*—13 A *aut*, et G R ψ, Tur. *larg. fuit hic.*—14 ψ non habet *est*, post *liberalitatis.* Dein quædam edd. *contr. est av.* al. *contr. av. est.* Verba *quod signum . . . avaritiæ* Schutz. delevit: Wetzel. uncis inclusit. Orell. tantum voces *quæ contr. est av.* uncis inclusit.—15 Erf. omittit *at.*—16 G *Hic ergo vit. est:* Pith. et Leid.

NOTÆ

[g] *Deminutio*] Ταπείνωσιν appellant Græci; ut, cum uberrimos fletus lacrymulam vocabat Plancii adversarius: quod indicant illa verba Cic. pro Planc. § 76. 'Et mihi lacrymulam Cispiani judicii objectas. Sic enim dixisti, Vidi ego lacrymulam tuam. Vide quam me verbi tui pœniteat. Non modo lacrymulam, sed multas lacrymas et fletum cum singultu videre potuisti.' Fabius VIII. 3. μείωσιν vocat, cum aliquid sermoni deest, quominus plenus sit, et inter orationis obscuræ vitia reponit.

mus,[18] egregiis commodis proferendis observabimus: nam ejusmodi[19] res et invidiam contrahunt in vita, et odium in oratione, si inconsiderate tractes. Quare, quemadmodum ratione in vivendo[20] fugitur invidia, sic in dicendo, consilio vitatur odium.

XXXIX. 51. Descriptio[h] nominatur, quæ rerum consequentium[1] continet perspicuam et dilucidam cum gravitate expositionem, hoc modo: Quodsi istum, judices, vestris sententiis liberaveritis, statim sicut e cavea[u] leo missus,[2] aut aliqua teterrima bellua soluta ex catenis, volitabit[3] et vagabitur in foro, acuens dentes multos,[4] in cujusque fortunas, in omnes amicos atque inimicos, notes atque ignotos incursans; aliorum famam depeculans,[x] aliorum caput oppugnans,[5] aliorum domum atque omnem familiam[6] perfringens, rempublicam funditus labefactans.[7] Quare, judices, ejicite eum de civitate, liberate omnes formidine; vobis denique[8] ipsis consulite: nam si istum impunitum dimiseritis,

[u] *Area quæ est in medio theatro.* [x] *Evertens.*

2. *vitandum est.*—17 G *Hoc ergo.*—18 A G, Duisb. quinque Mss. Oud. cum ed. Med. *defendimus.* Mox Voss. 1. Leid. 1. *comm. proferundis.*—19 A *nam et ejusm.* G *nam hujusmodi.*—20 '*Ratione in vivendo*] Voss. 1. 2. Leid. 2. ed. Med. *in rat. vivendi.* V. Gronov.' *Oud.* Grut. et Oliv. *ratione vivendi:* A G R ψ, Tur. Græv.-Burm. Lall. Schutz. Wetzel. et Orell. *ratione in vivendo.* Vid. Nott. Varr. Mox Voss. 1. Leid. 1. *in dicundo.*

CAP. XXXIX. 1 G *sequentium.*—2 '*E cavea leo emissus*] Sic scripsi, Erf. Duisb. et Lambinianam editionem secutus. Vulgo *leo missus.*' Græv. 'Voss. 1. ed. Med. *ex:* Voss. 2. *et:* Leid. 3. *a.* *Inmissus* Voss. 1. *missus* Voss. 3. Leid. 2. ed. Omnib. Sed in Leid. 1. *semissus:* Voss. 2. *fenissus.*' Oud. In ψ *a cavea:* Gryph. B C *leo Phœnissus.* A G R et Tur. *e cavea leo missus;* et sic vulg. Tum ψ *deterrima bellua.*—3 G ψ *volutabit.*—4 '*Acuens dentes multos*] Leid. 1. a m. pr. item Leid. 3. 4. *habens.* Dein *multas* Leid. 1. a m. pr. *inultos* jam ed. Med. expressit.' *Oud.* 'Lambin. vocem *multos* tollit, tanquam redundantem. In duobus Gryph. *habens dentes multos* legitur.' *Brut.* *Habens* etiam A ψ. Vocem *multos* Schutz. delevit, Ern. probante: Wetzel. et Orell. uncis includunt. Vulg. *acuens dentes multos.* Vid. Nott. Varr.—5 Ed. Cratand. *depugnans.*—6 '*Atque omn. fam.*] Voss. 1. Leid. 4. ed. Omnib. *at omn. fam.* Leid. 1. *ac fam.* Voss. 3. *et omn. fam.* Leid. 2. *ac fam. omn.* Vere.' *Oud.* —7 '*Remp. funditus labef.*] Desunt duæ primæ voces Leid. 1. *remp.* abest Voss. 2. Leid. 3. 4. sed in duobus ultimis *funditusque.*' Oud. Duisb. quoque *funditusque.* In A *perfr., et funditus.* Tum Erf. non agnoscit *labefactans.*—8 Al.

NOTÆ

[h] *Descriptio*] Refertur ad hypotyposin, quam demonstrationem Cornificius, Cicero vocat subjectionem sub aspectum; cujus exempla proferemus inferius n. 68.

in vosmet ipsos, mihi credite, feram et truculentam bestiam immiseritis.[9] Item, Nam si de hoc, judices, gravem sententiam tuleritis, uno judicio[10] simul multos jugulaveritis. Grandis natu[11] parens, cujus[12] spes senectutis omnis in hujus[13] adolescentia posita est, quare velit in vita manere, non habebit: filii parvi, privati patris[14] auxilio, ludibrio et despectui paternis inimicis erunt oppositi: tota domus hujus[15] indigna concidet calamitate: at inimici statim sanguinolenta palma,[16] crudelissima victoria potiti, insultabunt[17] in horum miserias, et superbi re simul et verbis invehentur.[18] Item, Nam[19] neminem vestrum fugit, Quirites, capta urbe, quæ miseriæ consequi soleant:[20] arma qui contra tulerint,[1] statim crudelissime trucidantur:[2] ceteri, qui possunt per ætatem et vires laborem ferre,[3] rapiuntur in servitutem; qui non possunt, vita privantur:[4] uno denique atque eodem tempore domus hostili flagrat[5] incendio, et quos natura[6] aut voluntas necessitudine aut benevolentia conjunxit,[7] distrahuntur: liberi partim e gremiis[8] parentum diripiuntur,[9] partim in sinu jugulantur,[10] partim ante



teste Grævio, *vobisque ipsis.*—9 '*Bestiam, judices, immis.*] Voss. 3. Leid. 2. 3. ed. Med. carent τῷ *judices*, melius.' *Oud.* Vocem *judices* Ern. delevit, et eum sequuntur Schutz. et Wetzel. Al. edd. *best., jud., imm.*—10 A *uno in judicio.* —11 A *natum.*—12 A *cui.* '*Cui* dicitur habere Erf. recepitque Schutz. sed fortasse scriptum erat, ut in Tur. *cui*'.' Orell. Vulg. *cujus.*—13 ψ omittit *hujus.*—14 A *parentis.*—15 G *ejus.*—16 Erf. *sanguinolentam palmam.*—17 ψ et Ms. Lips. *exsultabunt.*—18 '*Superbi re simul et verbis inv.*] Voss. omn. Leid. 2. 3. 4. *superbia simul, &c.* ed. Med. *superbi rebus s.* Leid. 1. *invenientur.*' Oud. G *superbi rebus:* ψ *superbi a re:* R *superbi simul*, omisso *re:* Tur. *superbia simul.* Tum A ψ *invenientur.* Vulg. ut Ern. Vid. Nott. Varr.—19 A et Tur. omittunt *Nam.* Dein '*Neminem vestrum*] Sic Mss. omnes et edd. pr. Vulgo male *nostrum.*' Oud. G R ψ, Grut. Oliv. Græv.-Burm. et Lall. *nostrum:* A, Tur. Schutz. Wetzel. et Orell. *vestrum.*—20 ψ *valeant.*—1 A G ψ, Græv-Burm. et Orell. *tulerunt.* Vulg. *tulerint.*—2 ψ, Ms. Lips. Voss. 1. Leid. 1. 3. *trucidabuntur.*—3 '*Per laborem et vires laborem f.*] Leid. 1. *per æt. herilem l. f.* Voss. 2. *per æt. dominorum l. f.* Leid. 3. *per æt. ævi l. f.* ed. Med. *per æt. et vires laborem dominorum f.* Videtur excidisse *herilem.* Sic 'herile imperium,' 'præceptum,' &c. 'labor herilis' ab hero imponi solitus. Adi Comment.' *Oud.* A *per virtutem lab. f.* R *per æt. et per vires l. f.* Vulg. *per æt. et vires l. f.* Vid. Nott. Varr.—4 G R *privabuntur.*—5 '*Hostili flagrabit*] Erf. *hostilis flagrabat:* edd. *hostili flagrat:* ed. Lamb. *hostili flagrant.*' Græv. Schutz. *flagrant:* Wetzel. et Orell. *flagrat.* Vulg. *flagrabit.*—6 ψ *natam.*—7 '*Necess. aut benev. conjunxit*] Erf. *nec. benev. conjunxit:* Pith. *necess. et benev. conjunxerit.* Plerique editi etiam habent *conjunxerit*, sed male.' *Græv.* 'Leid. 2. *nec. et beniv.* in Voss. 1. Leid. 1. quoque *et benev.* in Voss. 3. *ac beniv.* deest copula ed. Omnib.' *Oud.* Vulg. *nec. aut ben. conjunxit.* Dein G R ψ *distrahentur.*—8 R, Tur. et Leid. 3. *e gremio:*—9 G R *diripientur:* Schutz.

pedes[11] constuprantur. Nemo, judices,[12] est, qui possit satis rem[13] consequi verbis, nec referre[14] oratione magnitudinem calamitatis. Hoc genere[15] exornationis, vel indignatio, vel misericordia potest commoveri, cum res consequentes comprehensæ universæ perspicua[16] breviter exprimuntur oratione.

52. Divisio[i] est,[17] quæ rem semovens ab re,[18] utramque absolvit[y] ratione subjecta; hoc modo: XL. Cur ego[19] nunc tibi quicquam objiciam? si probus es, non meruisti: sin improbus, non commoveris.[20] Item, Quid nunc ego de meis promeritis[1] prædicem? si meministis, obtundam: sin[2] obliti estis, cum re nihil egerim, quid est, quod verbis proficere possim? Item, Duæ res sunt, quæ possunt homines ad turpe compendium[z][3] commovere, inopia atque[4] avaritia. Te avarum in fraterna divisione cognovimus: inopem atque egentem nunc videmus: qui[a] potes igitur ostendere, causam maleficii non fuisse? Inter hanc divisionem, et illam

[y] *Rei propositæ solutionem affert.*
[z] *Ad infamem quæstum.* [a] *Qua ratione.*

et Orell. *deripiuntur:* A *dirumpuntur.* Vulg. *diripiuntur.* Vid. Nott. Varr.—10 Leid. 3. *in sinuo;* Erf. *in sinum;* et G R *jugulabuntur.*—11 ‘*Ante pedes*] Leid. 2. *ante patres:* Leid. 3. 4. ed. Omnib. *ante ædes:* Med. *ante pedes parentum.* Forsan scripsit auctor *ante Lares* vel *Penates.*’ Oud. Vulg. *ante pedes.* Tum G R *constuprabuntur.* Vid. Nott. Varr.—12 Erf. *judicum.*—13 G *qui posset satis cons.*—14 ‘*Referre*] Voss. 1. Leid. 2. *efferre;* non male: *ferre* Leid. 3.’ *Oud.* Schutz. e conj. edidit *aut referre:* Ern. suspic. *nec qui ref.*—15 Erf. *Hoc de gen.*—16 *Universæ* in ψ deest, et G habet *perspicue brev.* Hic locus, *res conseq. . . . universæ*, Ernestio videbatur corruptus.—17 R *Div. est oratio.*—18 ‘*Semovens a re*] Mss. quatuor *ab re.* Leid. 3. *removens.*’ Oud. G *removens*, et A *abire.* Erf. *semovens ab re utraque absolvito.*

CAP. XL. 19 Duisb. *Cur igitur nunc.*—20 ‘*Sin inpr., non commoveris*] Legendum fortasse est, *non commoveberis.*’ Lamb. ‘Erf. et Duisb. *si impr., non commovere:* Pith. *sin impr., non commoveres.*’ Græv. ‘*Sin inpr. non commovereris*] Mss. omn. et edd. pr. *si.* Dein *commoveris* in solo Leid. 3. *commovearis* Voss. 2. In ceteris et edd. pr. *commovere.* Non male Lamb. *commovereris.*’ Oud. Vulg. *sin impr., non commoveris.*—1 ‘*De meis propriis meritis*] Deest *meis* Leid. 3. 4. Bene; nisi quod malim cum Grævio *de meis promeritis.*’ Oud. A G R ψ, Tur. et vulg. *de meis propriis mer.* Schutz. *de meis mer.* Vid. Nott. Varr. —2 A G ψ, omnes Mss. Oud. et edd. pr. *si obl.*—3 ψ *turpe concipiendum.*—

NOTÆ

Divisio] ‘Rem dividi, non concidi utile est,’ inquit Seneca Epist. 89. ‘idem enim habet vitii nimia, quod nulla divisio: simile confuso est, quicquid usque in pulverem sectum est.’

quæ de partibus orationis[5] tertia est, de qua in libro primo diximus secundum narrationem,[b][6] hoc interest: illa dividit per enumerationem, aut per expositionem, quibus de rebus in tota oratione[7] disputatio futura sit: hæc se[8] statim explicat, et brevi[9] duabus aut pluribus partibus subjiciens rationes,[10] exornat orationem.

Frequentatio[k] est, cum res in tota causa[11] dispersæ coguntur[c] in unum,[12] quo gravior, aut acrior, aut criminosior oratio sit, hoc pacto:[13] A quo tandem abest iste vitio? quid est, judices, cur[14] velitis eum liberare? Suæ pudicitiæ proditor est, insidiator alienæ; cupidus, intemperans, petulans, superbus; impius in parentes, ingratus in amicos, infestus in cognatos,[15] in superiores contumax, in æquos et pares[16] fastidiosus, in inferiores crudelis, denique in omnes[17] intolerabilis. 53. Ejusdem generis est illa frequentatio,[18] quæ plurimum conjecturalibus causis opitulatur, cum suspiciones, quæ separatim dictæ,[19] minutæ et infirmæ erant, unum in locum coactæ rem videntur[20] perspicuam facere, non suspiciosam,[d] hoc pacto: Nolite igitur, nolite, judices, ea,[1]

[b] *Post narrationem.* [c] *Colliguntur.*
[d] *Non sola suspicione innixam.*

4 *Atque* non est in A.—5 ‘ *De part. orat.*] Voss. omn. Leid. 2. *in part.* ed. Med. *de part. Rhetoricæ.*’ Oud.—6 Erf. *In lib. pr. dum narrationem demonstravimus:* A ψ *In lib. pr. dix. dum narrationem demonstravimus:* G *In lib. pr. dix. secundum narrationem demonstravimus.* Tum A *Hoc interest drne.* Voss. 1. Leid. 2. et Lamb. *quod illa div.* ed. Med. *quia illa div.*—7 ‘ *In totam orationem* Erf. Tur. in quo latet verum, *per totam orationem.*’ Orell. qui h. l. ut corruptum notavit.—8 G *hæc autem se.*—9 G et quædam edd. *breviter.*—10 In Duisb. *partibus*, et in G *rationes* deest.—11 Duisb. Erf. et Leid. 4. *res tota causa:* Leid. 3. *res tota in causa.*—12 G ψ *in unum locum:* Schutz. *unum in locum.* Vulg. *locum* abest. Vid. Nott. Varr.—13 A *hoc modo.*—14 ‘ *Quid est, judices, cur*] Mss. plerique *quid est cur jud.* Leid. 1. 4. Voss. 2. ed. Omnib. *judicio:* Leid. 2. *quid est quod jud.*’ Oud. ψ et Duisb. *Quid est, cur judicio:* Tur. *Quid est, cur indicio:* Erf. *Quid est, cur judicio velit eum lib.*—15 ‘ *Infestus cognatis*] Voss. 3. edd. pr. *inf. in cognatos.*’ Oud. A G R ψ, Tur. Schutz. *inf. cognatis.* Vulg. *inf. in cognatos.* Vid. Nott. Varr.—16 A *in æq., in pares.*—17 Erf. *in omnibus.*—18 *Generis* non est in A, nec *frequentatio* in Voss. 2.—19 Lamb. *jactæ.*—20 Leid. 4. Erf. et Duisb. *viderentur.*—1 Duisb. et Leid. 4.

NOTÆ

[k] *Frequentatio*] Ad anacephalæosin, cujus est præcipue in peroratione locus, reducitur. Tot exempla fere sunt apud Tullium, quot orationum epilogi.

quæ dixi, separatim spectare: sed omnia [2] colligite, et conferte in unum. [3] XLI. Si et commodum ad istum ex illius morte [4] veniebat, et vita hominis est turpissima, animus avarissimus,[5] fortunæ familiares attenuatissimæ,[6] [*p.* 37.] et res ista bono nemini præter istum fuit:[e] neque alius quisquam [7] æque commode, neque iste [8] aliis commodioribus rationibus facere potuit: neque præteritum quicquam est ab isto, quod opus fuerit ad maleficium: [9] neque factum, quod opus non fuerit: et cum locus idoneus maxime quæsitus, tum occasio [10] aggrediendi commoda, tempus adeundi opportunissimum, spatium conficiendi longissimum sumtum est, non sine maxima occultandi et perficiendi maleficii spe: [11] et præterea ante, quam occisus homo is est, iste visus est in eo loco, in quo occisio facta, solus: paulo post in ipso maleficio,[12] vox illius, qui occidebatur, audita: [13] deinde post occisionem, istum multa nocte domum rediisse [14] constat: postera die [15] titubanter et inconstanter

[e] *Res ista nulli nisi isti fuit utilis.*

nol. ig., nol. ea: Lamb. ed. *nol. ig., jud., nol.*—2 A *hæc omnia,* sine *sed.*—3 ψ, Pith. Leid. 2. Voss. 3. cum ed. Med. addunt *locum.*

Cap. XLI. 4 G *ex istius morte:* Erf. *ex morte illius.*—5 A *an. amantissimus:* Duisb. et Leid. 4. *an. amarissimus.*—6 '*Fortuna familiaris rei adtenuatissima*] Voss. omn. Leid. 2. ed. Omnib. *fortunæ familiares adtenuatissimæ:* Leid. 4. *fortuna, familia, res attenuatissime:* ed. Med. *fortunæ attenuatissimæ.* Vera videtur Gronovii correctio *fortunæ familiaris rei:* Leid. 1. *tenuissima.*' Oud. A R ψ *fortuna:* A G R ψ *familiaris rei;* et A G *attenuatissime;* R ψ *attenuatissima.* '*Fortunæ familiares attenuatissimæ*] Sic fere libri scripti et edd. vett. quod sine dubio melius est vulgato *fortuna familiaris rei attenuatissima.* Quidam etiam libri *familiares* omittunt, ut ed. Med. prima: quod etiam magis placet. Conjectura Gronovii *fortunæ rei familiaris att.* est in ed. Aldi: mihi non placet.' *Ern.* quem Schutz. Wetzel. et Orell. sequuntur. Vid. Nott. Varr.—7 *Quisquam* in A deest.—8 Schutz. de Ern. suspic. *ipse.*—9 G *fuit ad malef.* Verba *ad malef.: neque factum, quod opus non fuerit,* Leid. 3. 4. et Erf. omittunt. Schutz. expunxit *neque factum, quod opus non fuerit,* quæ non sunt in A et Duisb. et quæ Wetzel. uncis includit. Pro *fuerit,* G ψ habent *fuit.*—10 G *quæsitus est, tum occ.* A *quæs., et non occ.* Dein ψ *aggregandi.*—11 *Longissimum sumtum est ... et perficiendi* non sunt in Pithœi cod. '*Occult. et perficiendi maleficii spe*] Erf. *occult. et perficiundi malef. spe:* Duisb. *occ. malef. spe:* Lamb. ed. *perficiendi et occ. malef. spe.*' Græv. Schutz. delevit verba *et perficiendi,* quæ non sunt in Leid. 1. 3. 4. Voss. 2. et Tur. prob. Ern. et quæ Wetzel. et Orell. uncis includunt. A Leid. 2. et 4. abest *maleficii.* Dein Tur. *antequam is homo occ. est:* et Lamb. *visus est in loco.*—12 G, Leid. 3. Tur. et Orell. *in ipso loco maleficii:* ψ *in ipso loco malefici:* Voss. 2. *in ipso maleficii loco, in quo:* Schutz. *in ipso,* sine *maleficio.* Vulg. *in ipso maleficio.*—13 '*Audita est*] Verbum deest Voss. omn. Leid. 2. 4. Bene.' *Oud.* Abest etiam ab Erf. Duisb. Schutz. Wetzel. et Orell.—14 Duisb. et omnes Mss. Oud. *redisse.*—15 A, quinque meliores

de occisione illius[16] locutum: hæc partim testimoniis, partim quæstionibus et argumentis[17] omnia comprobantur, et rumore populi, quem ex argumentis natum, necesse est esse[18] verum: vestrum est, judices, his in unum locum collatis,[19] certam sumere scientiam,[20] non suspicionem maleficii. Nam unum aliquid,[1] aut alterum potest in istum casu[2] cecidisse suspiciose: ut omnia[3] inter se a primo ad postremum conveniant [maleficia],[4] necesse est casu non posse fieri. Vehemens est hæc[5] exornatio, et in conjecturali constitutione causæ ferme[6] semper necessaria, et in ceteris generibus causarum, et in omni oratione adhibenda nonnunquam.

XLII. 54. Expolitio[1] est, cum in eodem loco manemus, et aliud atque aliud dicere videmur. Ea dupliciter fit,[7] si aut eandem plane[8] rem dicemus, aut de eadem re. Ean-

Mss. Oud. cum Erf. Duisb. et Lamb. ed. *postero die.*—16 Leid. 3. *de occ. ejus:* Leid. 4. et Cauch. *de occ. filiis:* Duisb. *de occ. filium.*—17 Copula in A G deest; et in G legitur *partim argumentationibus.* In Erf. *partim quæst. argumentatis comprobata, et rumorem pop.* Orell. includit uncis verba *et argumentis,* quæ Tur. omittit.—18 Abest *est* ab A G, et *esse* a Leid. 4. et Duisb.—19 '*Vestrum est, jud., his in unum locum coll.*] Erf. *vestr., jud., erit, ex his in unum coll.* Nec longe abit Duisb. *vestr., jud., ex his in unum coll.* Cauch. *vestr. est, jud., ex his in unum coll.* *Ex* sane non est negligendum.' *Græv.* '*Vestr. est, jud., his*] Voss. 3. *vestr. quapropter est, jud.* Leid. 4. *vestr. jud. ex his.*' Oud. '*His in unum locum coll.*] Leid. 2. *his omnibus, &c.* bene. *Locum* deest ed. Med. *Collocatis* Mss. quatuor cum ed. Omnib.' *Idem.* *Vestr., jud., est* Tur. et Orell. qui mox *locum* uncis includit. Tum A *collatis.* Vulg. ut Ern.—20 A G R ψ, Voss. 1. 2. Leid. 3. ed. Omnib. *sum. sententiam.* Vid. Nott. Varr.—1 Lamb. *aliquod.*—2 Quatuor Mss. Oud. cum ed. Omnib. *casum.* Vid. Nott. Varr.—3 G *ut autem omnia,* et mox *ad extremum.*—4 Duisb. *maleficio.* Lambinus delevit *maleficia,* et eum sequuntur Schutz. et Wetzel. Orell. uncis inclusit. In Voss. 3. *nec. est casu maleficium non posse fieri:* ψ, Erf. et Leid. 2. *non potest fieri.* Vid. Nott. Varr.—5 '*Hæc est*] Sic Mss. excepto Leid. 3. in quo *est hæc.*' Oud. *Hæc est* quoque Erf. Tur. et Orell. Vulg. *est hæc.*—6 ψ *fere.*

CAP. XLII. 7 '*Ea autem dupl.*] Cauch. et Lamb. ed. *ea dupl.*' Græv. Voss. 1. 3. Leid. 2. ed. Med. *ea autem dupl.* ed. Omnib. dupl. *autem.* Vulg. *autem* deest. Tum Duisb. et Leid. 4. non agnoscunt *si.*—8 Tur. omittit *plane.*

NOTÆ

[1] *Expolitio*] Hanc adhibet Tullius pro Sext. § 7. 'Tam eram rudis? tam ignarus rerum? tam expers consilii, aut ingenii? nihil audieram? nihil videram?' &c. Non adeo jejunam ac pauperem, quod notat Fabius, natura eloquentiam fecit, ut una de re bene dici nisi semel non possit: verum in id potissimum incumbere debet orator, ut, cum idem dicat, aliud dicere videatur, alioquin in βαττολογίαν incidet, qua idem inepte ac sine causa repetitur.

dem rem [9] dicemus, non eodem modo (nam id quidem obtundere [f] [10] auditorem est, non rem expolire), sed commutate.[g] [11] Commutabimus tripliciter, verbis, pronuntiando, tractando. Verbis commutabimus,[12] cum, re semel dicta, iterum, aut sæpius aliis verbis, quæ idem valeant, eadem res proferetur,[13] hoc modo: Nullum tantum est periculum, quod sapiens [14] pro salute patriæ vitandum arbitretur. Cum agetur [15] incolumitas perpetua civitatis; qui bonis erit rationibus præditus,[16] profecto nullum vitæ discrimen sibi pro fortunis reipublicæ fugiendum putabit: [17] et erit in ea sententia semper, ut pro patria studiose quamvis [18] in magnam descendat vitæ dimicationem.[h] [19] Pronuntiando commutabimus, si tum [20] in sermone, tum in acrimonia; tum in alio atque alio genere vocis atque gestus, eadem [1] verbis commutando, pronuntiationem quoque vehementius immutabimus.[2] Hoc neque commodissime scribi [3] potest,

[f] *Fatigare.* [g] *Sed diverso modo.*
[h] *Ex animo se objiciat cuilibet magno vitæ periculo.*

Dein '*Dicimus*] Mss. omnes, edd. pr. *dicemus*, recte.' *Oud.* Erf. *dicemus rem:* Græv.-Burm. *rem dicimus:* vulg. *rem dicemus.*—9 Ab Erf. abest *Eandem rem.*—10 '*Nam id obtundere*] Erf. *nam id optinere.* Vulgati *nam id quidem obtundere.* Delevi autem *quidem*, volentibus Pith. et Duisb.' *Grævius.* 'Voss. 1. 3. Leid. 2. ed. Med. *nam id quidem obt.* Leid. 4. *nam id obtinere alias obt.*' Oud. Tur. omittit *quidem.* Verba *nam id . . . expolire* in A desunt. Vid. Nott. Varr.—11 '*Sed commutare*] *Sed commutate* legas, ut Lamb. recte ex Mss. emendat; a quibus stant nostri, et ratio adeo, quam sequimur.' *Brut.* '*Sed commutate*] Sic Voss. 2. in ceteris *sed commutare;* unde Omnib. addidit *debemus.* Ed. Med. *sed commutatione.*' Oud. In A *si commutate:* G *sed commutare oportet:* R ψ *sed commutare*, et *commutatione* sup. lin. Vulg. *sed commutate.* Vid. Nott. Varr. Tum Pith. Voss. 1. Leid. 1. *Comm. rem tripl.* Leid. 2. Voss. 3. ed. Med. *Commutatio fit tripl.* G *Commutabimus tripl. fit*, et *Commutatio* sup. lin.—12 Schutz. conjecit *traducendo;* et in G legitur *Verbis commutabitur.* Dein Lamb. ed. *si, cum res dicta sit:* Voss. 1. 3. Leid. 2. ed. Med. *si cum res semel dicta est.* Pro *cum*, ψ habet *sicut;* et pro *re*, G ψ, Erf. Voss. 2. Leid. 3. ed. Omnib. *res.*—13 Desunt *eadem res* in Leid. 3. *Profertur* Duisb. Voss. 3. Leid. 4. *proferatur* ed. Med.—14 A *qm sapientis.*—15 '*Cum agetur*] Vitiose Voss. 2. Leid. 3. edd. pr. *cum augetur:* Leid. 1. in marg. *adaugetur.*' Oud. R a m. sec. et A G ψ *augetur.* Vid. Nott. Varr. Mox Schutz. de Ern. suspic. delevit *perpetua.*—16 Leid. 2. 4. et Duisb. habent *Erat rat.* et Leid. 4. Duisb. omittunt *præditus.*—17 Duisb. *putavit.*—18 Al. pro *quamvis* legunt *pugnet.* Vid. Nott. Varr.—19 Erf. *diminutionem.*—20 Erf. Duisb. Leid. 1. 4. ed. Omnib. *cum in serm.*—1 G *eandem.*—2 '*Pronuntiatione . . . inmutabimus*] Voss. omn. Leid. 3. ed. Med. *pronuntiationem.* Probo. Tum Voss. 2. *inmutaverimus:* ed. Omnib. *commutaverimus.*' Oud. A G ψ, Tur. Schutz. Wetzel. et Orell. *pronuntiationem:* vulg. *pronuntiatione.* Præterea G *commutabimus:* Erf. et Duisb. *immutaverimus.*—3 Leid. 3. Voss. 2. *neque commode*

neque parum est apertum: quare non eget exempli.[4] 55. Tertium genus est commutationis, quod tractando conficitur, si sententiam trajiciemus[5] aut ad sermocinationem, aut ad[6] exsuscitationem.[i] XLIII. Sermocinatio[m] est, (de qua planius paulo post suo loco[7] dicemus, nunc breviter ad hanc rem, quod satis sit,[8] attingemus,) in qua constituetur alicujus personæ oratio accommodata ad dignitatem, hoc modo, ut,[9] quo facilius res cognosci possit, ne ab eadem[10] sententia recedamus:[k] Sapiens, qui[11] omnia reipublicæ causa suscipienda pericula[12] putabit, sæpe ipse secum sic loquetur:[13] Non mihi soli, sed etiam, atque adeo[14] multo potius, natus sum patriæ: vita, quæ fato debetur, saluti patriæ potissimum solvatur. Aluit hæc me: tute atque honeste produxit[l][15] usque ad hanc ætatem: muniit meas rationes[16] bonis legibus,[m] optimis moribus, honestis-

[i] *Si transferamus sententiam ad dialogismum aut ad commotionem, tum nostri, tum auditorum.*
[k] *Ab exemplo quod sit ejusdem generis.* [l] *Educavit.*
[m] *Procuravit meas utilitates legibus, &c.*

scribi: Leid. 2. *quoque commodissime scr. non.*—4 A, Tur. et Lamb. ed. *exemplo.* —5 ψ *triciemus.*—6 Præpositio non est in A G, Erf. Duisb. quatuor Mss. Oud. cum ed. Omnib.

Cap. XLIII. 7 Erf. *Sermocinatione de qua.* '*De qua planius paulo post suo loco*] Leid. 3. 4. *quam, &c.* Voss. 2. *quam paulo prædicemus:* Voss. 3. *plenius:* deest *paulo* Leid. 2. *suo loco* caret Leid. 4.' *Oud.* In A G R quoque *quam,* et G *plenius.* Erf. et Duisb. omittunt *suo loco.* Vulg. ut Ern.—8 '*Brev. ad hanc rem, quod satis sit*] Pith. *Brev. quod ad hanc rem satis sit.* Lambinus in margine, 'Forte *brev. quoad satis sit.*'' Græv. 'Mss. quinque, edd. pr. *quod ad hanc rem satis sit:* Voss. 1. *quod hanc ad rem satis sit.*' Oud. In G *satis est.* Vulg. ut Ern.—9 Duisb. *hoc modo, quo.*—10 A *nec,* et ψ *ea de sent.*—11 '*Sapiens qui omnia*] Pal. 4. excludit pronomen *qui;* forsan recte.' *Grut.* 'Erf. et Duisb. *sapiens omnia.*' Græv. ψ, Leid. 4. Duisb. et ed. Omnib. non agnoscunt pronomen *qui.*—12 In G *pericula* deest.—13 Lamb. ed. *secum ita loquitur:* ed. Med. 1498. et Junt. *secum loquetur:* Schutz. Wetzel. et Orell. etiam habent *loquetur:* vulg. *secum loquitur.* Ern. e perpetua consuetudine Latinorum addidit *sic* ante *loquetur,* et eum sequuntur Schutz. Wetzel. et Orell.—14 A non habet *adeo.* In Pith. legitur *etiam atque etiam adeo.*— 15 '*Produxit*] Fortasse legend. *perduxit.*' Lamb. 'Equidem in Pithœi libro est *perdùxit.*' Græv. 'Ed. Med. *perduxit.* Cave sequaris, et consule comment. ad Suetonii Claud. c. 4. 'per gradus producendus.'' *Oud.*—16 '*Muniit meas rationes*] Mss. quatuor *monuit* vel *monivit.* Voss. 1. *munivit me ad rat.* Leid. 3. *monuit me has rat.* Leid. 2. ed. Med. *munivit meas rat.*' Oud. A *munit me has orationes:* G et Erf. *monuit meas rat.* ψ *monuit me has rat.* Vulg.

NOTÆ

[m] *Sermocinatio*] De qua paulo inferius § 65.

simis[17] disciplinis. Quid est, quod a me satis ei persolvi possit, unde hæc accepta sunt?[18] Quia hæc loquitur secum sapiens,[19] sæpe ego in periculis reipublicæ nullum ipse periculum fugi. Item mutatur res tractando, si traducitur ad exsuscitationem,[20] cum et nos commoti dicere videamur, et auditoris animum commovemus,[1] sic: Quis est tam tenui cogitatione præditus, cujus animus tantis angustiis invidiæ continetur, qui non hunc hominem studiosissime laudet, et sapientissimum judicet, qui pro salute patriæ, pro incolumitate civitatis, pro reipublicæ fortunis, quamvis magnum atque atrox periculum studiose[2] suscipiat, et libenter subeat? Equidem hunc hominem magis cupio satis laudare, quam possum:[n][3] idemque[4] hoc certo scio vobis omnibus usu venire. 56. Eadem res igitur his tribus in dicendo commutabitur rebus;[5] verbis, pronuntiando,[6] tractando; sed tractando dupliciter, sermocinatione et exsuscitatione.[7] Sed de eadem re cum dicemus, pluribus[8] utemur commutationibus. Nam cum rem simpliciter[9] pronuntiaverimus, rationem poterimus subjicere: deinde dupliciter, vel sine rationibus, vel cum rationibus, pronuntiare sententiam:[10] deinde afferre contrarium; de

[n] *Tantum virum laudibus efferre minus possim quam velim.*

muniit meas rat.—17 A omittit *moribus, honestissimis.*—18 Leid. 3. et Erf. *accipies:* G *accepi,* sed in marg. *accepta sunt.*—19 '*Quia hæc loquitur*] Leid. 2. Voss. 3. ed. Med. *quare hæc loquitur:* Voss. 1. Leid. 1. *item hæc loquitur:* Leid. 4. *inde hæc loquetur:* Voss. 2. *in hæc loquatur.* Desunt Leid. 3. *hæc loquetur secum sap.*' Oud. A *In hæc loquetur:* R *In hoc loquetur:* ψ *Quare hæc loquitur:* Tur. *Item hæc loquitur.* In G *quia* deest, sed habet *quare* in marg. Vulg. *Quia hæc loquitur.* Vid. Nott. Varr. Schutz. delevit verba *quia hæc loq. . . . periculum fugi;* quæ Wetzel. et Orell. uncis includunt.—20 G et Erf. *suscitationem:* ψ *excusationem.*—1 Lamb. *commoveamus.*—2 ψ, Tur. Voss. 1. 3. Leid. 1. 2. ed. Med. *studiosissime.* Vid. Nott. Varr. Dein *et libenter subeat* non leguntur in Erf.—3 '*Possim*] Erf. et Lamb. ed. *possum.*' Græv. In ψ, Tur. et Voss. 2. *possim.* Vulg. *possum.*—4 G in marg. *itemque:* Leid. 1. *idque.* Tum ψ et quatuor Mss. Oud. *certe.* Mox *omnibus* in G deest.—5 Al. *modis.* Vid. Nott. Varr.—6 A *pronuntiatione.*—7 Verba *Eadem res . . . exsuscitatione* Schutzio et Wetzelio suspecta sunt.—8 A G R, Duisb. Pith. Leid. 1. 2. 4. Voss. 2. *plurimis.*—9 ψ *simplicem.*—10 E Mss. ap. Oud. et Græv. *dupliciter,* pro *duplicem,* dedit Ern. et eum sequuntur Schutz. Wetzel. et Orell. Vulg. *duplicem.* Tum *vel sine rationibus* absunt ab Erf. in quo legitur *vel cum rationibus, vel cum actionibus.* Porro '*Pronuntiare sententiam*] Ultima vox non comparet in ullo Ms. nec ed. Med. Bene, si legas *dupliciter.* Adi Græv.' *Oud.* *Sententiam* deest etiam in A R ψ, Tur. Erf. Pith. et Cauch. Orell.

quibus omnibus diximus in verborum exornationibus: deinde simile et[11] exemplum, de quo suo loco[12] plura dicemus: XLIV. deinde conclusionem; de qua in[13] secundo libro, quæ opus fuerunt,[14] diximus, demonstrantes, argumentationem[15] quemadmodum concludere oporteat. In hoc libro docuimus, cujusmodi esset exornatio verbi, cui conclusioni nomen est.[16] Ergo hujusmodi vehementer ornata poterit esse expolitio,[17] quæ constabit ex frequentibus verborum exornationibus et sententiarum. Hoc modo[18] igitur septem partibus[n] tractabitur: sed ab ejusdem sententiæ non recedemus[19] exemplo, ut scire possis, quam facile præceptione rhetorica[20] res simplex multiplici ratione trac-

uncis inclusit. Vid. Nott. Varr.—11 Copula deest Voss. 1. 2.—12 *Suo loco* non sunt in ψ.

CAP. XLIV. 13 Præpositio non est in A.—14 Idem Ms. *opus fuit.*—15 Erf. *argumentatione:* quinque Mss. Oud. et ed. Med. *argumentationes.*—16 '*In hoc libro doc., cujusm. esset exorn. verbi, cui conclusioni nomen est*] Hæc omnia Lambini ed. omisit. Duisb. *exorn. verborum:* Erf. *exorn. verbis,* scilicet, quæ fit verbis.' *Græv.* Ea verba quoque Schutz. delevit, Ern. probante: Wetzel. et Orell. uncis includunt. In Leid. 2. legitur *Et hoc in libro:* Voss. 1. 2. ed. Med. *Et in hoc libro.* Tum Leid. 4. *exorn. verborum.* Denique Voss. 2. *nomen conclusionis:* Leid. 2. *conclusio,* omisso *nomen.* Vid. Nott. Varr.—17 ψ *exornata,* et Erf. *pot. esse politio.*—18 In Duisb. et Leid. 4. non est *hoc modo.* Mox Erf. habet *tractatur.*—19 '*Sed ab ejusd. sent. non recedemus*] Bene Duisb. *sed ab ejusd. sent. non recedemus:* quamvis pro *sed* tam in Duisb. quam Erf. legatur *et.*' Græv. '*Sed ab . . . recedamus*] Leid. 1. 3. 4. *et ab. . . . recedemus.* Ed. Med. quoque *recedemus:* bene. Voss. 2. *ut, &c.*' Oud. '*Sed ab ejusd.*] *Ut ab ejusd.* Lambin. cui lectioni suffragantur duo Mss. Gryphii: alter, ut vulgati, *sed ab ejusd.* habet.' *Brut.* Pro *sed,* A G R ψ et Tur. habent *et;* et pro *ejusdem sent.,* A *eisdem* sine *sent.* Tum A;R ψ et Tur. *recedamus;* et sic vulg. G et ed. 1474. cum Schutz. Wetzel. et Orell. *recedemus.*—20 '*Facile præceptione rhetorica*] Leid. 4. *facili perceptione rhetorice.* Ultimum dant Mss. exceptis

NOTÆ

[n] *Septem partibus*] Septem illæ partes in eo ipso, quo utitur Cornificius, exemplo, exhibendæ sunt. Prima est propositio: 'Sapiens nullum pro republica periculum vitabit.' Secunda confirmatio propositionis: 'Ideo quod sæpe fit, ut, cum pro rep. perire noluerit, necessario cum rep. pereat.' Tertia est expolitio confirmationis: 'Et quoniam sunt omnia commoda a patria accepta, nullum incommodum pro patria grave putandum est.' Quarta petitur a contrario: 'Ergo qui fugiunt id periculum, quod pro patria subeundum est, stulte faciunt.' Quinta a similitudine: 'Itaque uti contemnendus est, qui in navigando se, quam navim, mavult incolumem; ita vituperandus, qui suæ plus quam communi saluti consulit.' Sexta ab exemplo: 'Decius pro legionibus se devovit.' Septima pars est conclusio: 'Quod si pro rep. debere accedere ad periculum,' &c.

tetur.[1] 57. Sapiens nullum pro republica periculum vitabit; ideo quod sæpe fit, ut, cum [2] pro republica perire noluerit, necessario [3] cum republica pereat. Et quoniam [4] sunt omnia commoda a patria accepta, nullum incommodum pro patria grave putandum est: ergo qui fugiunt id periculum, quod pro republica subeundum est, stulte faciunt. [*p.* 38.] Nam neque effugere incommoda possunt,[5] et ingrati in civitatem [6] reperiuntur. At, qui patriæ pericula suo periculo expetunt,[7] hi sapientes putandi sunt, cum et eum,[8] quem debent, honorem reipublicæ reddunt, et pro multis perire malunt, quam cum multis. Etenim [9] vehementer est iniquum, vitam, quam a natura acceptam propter patriam conservaveris,[10] naturæ, cum cogat, reddere; patriæ, cum roget,[11] non dare; et cum possis cum [12] summa virtute et honore pro patria interire, malle per dedecus et ignaviam vivere; et, cum [13] pro amicis et parentibus et ceteris necessariis adire periculum velis,[14] pro republica, in qua et hæc,[15] et illud sanctissimum nomen patriæ continentur,[16] nolle in discrimen venire.[17] Itaque uti [18] contemnendus est, qui in navigando se, quam navim,[19] mavult incolumem; ita

Voss. 2. Leid. 3. item edd. primæ, seu *rhetoricæ.*' Oud. Erf. *facile præceptione rhetoricæ:* Duisb. *facili perceptione rhetorice.* Vulg. *facile præc. rhetorica.*—1 Pith. *res simpliciter mult. ratione tractetur:* Erf. *res simplex mult. rat. tractatur.* In A G, Leid. 1. 3. Voss. 2. *tractatur:* Leid. 4. et Tur. *tractatur: Hoc modo.*—2 '*Sæpe fit, ut cum*] Leid. 3. *cum ipse:* Leid. 1. Voss. 2. *sæpe cum:* Leid. 4. *sæpe fit, cum.*' Oud. A ψ *sæpe cum,* omissis *fit ut.* In Erf. *sæpe fit, cum propter R. P. perire voluerit:* Tur. *sæpe, qui, quum pro rep. perire nol.*—3 Leid. 1. *necessario erit:* Leid. 4. et Duisb. *necesse est:* A G ψ, Voss. 1. 2. Leid. 3. et Tur. *necesse erit.* Dein A *pareat.*—4 Pith. *At quoniam.* Tum A omittit præpositionem ante *patria.*—5 Erf. *namque eff.* et Duisb. Voss. 1. 3. Leid. 2. 4. cum ed. Omnib. *eff. id possunt.*—6 A G ψ, Tur. omnes Mss. Oud. et edd. pr. *in civitate.*—7 Græv.-Burm. e Duisb. habet *excipiunt.* '*Excipiunt*] Mss. omnes, edd. pr. *expetunt;* non actionibus, sed votis suis: quare forsan nihil mutandum fuerat.' *Oud.* Vulg. *expetunt.* Vid. Nott. Varr.—8 A ψ *et qui eum:* Tur. *qui et eum.*—9 ψ *Contrarium: etenim.*—10 '*Conservaris*] Sic etiam Leid. 3. Voss. 2.' *Oud.* *Conservaris* etiam Tur. et Medic. In A *conservaveritis.* Vulg. *conservaveris.*—11 A G R *rogat.*—12 ψ *possis summa virt.*—13 Voss. 1. 3. Leid. 2. et Schutz. *per ded. et per ign.* A G *per ded. et ign. vivere: et pro am.* Erf. *per ded. et ign. pro am.* Duisb. *per ded. et ign. vivere pro am.* Vid. Gronov. ad l. III. c. 13.—14 Erf. *nec. adire velis, pro:* A et Duisb. *et cet. nec. adire, pro.*—15 A *hec:* G R ψ et vulg. *hoc:* Tur. Græv.-Burm. Lall. Schutz. Wetzel. et Orell. *hæc.* '*Hæc*] Sic Medic. et alius, Gronovio laudante, et ex meis Erf. et Duisb. at vulgg. *hoc.*' Græv.—16 Vulg. *continetur.* Schutz. Wetzel. et Orell. *continentur.*—17 ψ *venire simile.*—18 Erf. et Duisb. *Ita uti:* A omittit *uti,* et post *est* Duisb. et Leid. 4. addunt *is;* ed.

vituperandus,[20] qui in reipublicæ discrimine, suæ plus, quam communi saluti,[1] consulit. Nave[2] enim fracta, multi incolumes evaserunt:[3] ex naufragio patriæ salvus nemo potest enatare. Quod mihi bene videtur Decius[o] intellexisse, qui se devovisse dicitur, et pro legionibus in hostes immisisse medios:[4] unde amisit vitam;[a] at non perdidit; re enim vilissima certam et parva maximam[5] redemit: dedit vitam,[6]

[a] *Reliquit vitam.*

Omnib. *iste.*—19 ' *Qui in navigando, se quam navim*] Erf. et Duisb. *qui in navigio se, quam navim:* sed in Erf. est quoque *qui in navigio navim quam se.*' Græv. ' Leid. 4. *qui in navigando navim quam se:* Leidd. 1. 3. quoque *navigio*, et *navim* vel *navem quam se* perverse Mss. omnes, excepto Leid. 3. ed. Med. *qui in naufragio navium quam se:* Omnib. *qui in naufragio navem, quam se.*' Oud. A G ψ et Tur. habent *navigio*, sed G in marg. ' al. *navigando.*' Tum in R ψ *navem quam se.* Vulg. ut Ern.—20 A G, Tur. Duisb. Erf. omnes Mss. Oud. cum ed. Med. et Orell. *vitup. est.*—1 ψ *suo plus quam comm. sal.* Erf. *suæ sal. plus quam comm.*—2 ψ, Erf. Duisb. Tur. et omnes Mss. Oud. cum ed. Med. et Orell. *Navi.*—3 ' *Incolumes evaserunt*] Leid. 1. 4. Voss. 2. ed. Omnib. *inc. fuerunt:* Leid. 3. *inc. effugerunt:* ed. Med. *evadere; sed naufr.*' Oud. In A, Pith. et Duisb. *inc. fuerunt:* G *fuere*, et in marg. ' al. *evasere.*'—4 ' *Dicitur et pro leg. in hostes inmisisse*] Voss. .. 3. Leid. 2. *dicitur pro leg. et se.* Addit *se* etiam cum primis edd. Leid. 1. in quo et Leid. 3. *misisse.* Sed Leid. 2. habet *intulisse*, probe.' *Oud.* G *se immisisse med.* Schutz. *intulisse med.* Tum ' *Unde amisit vitam*] Sic Voss. 1. 3. Leid. 2. edd. pr. Aliis deest *unde.*' Oud. *Unde* deest etiam in R, Tur. et vulg. Ern. eam addidit, et eum sequuntur Græv.-Burm. Schutz. Wetzel. et Orell. Vid. Nott. Varr.—5 ' *Re enim vil. et parva certam et max.*] Voss. 1. Leid. 2. *re enim vil. certam et parva m.* Bene. Ed. Med. *pro re en. vil. et parva certam et max.* Ceteris abest *certam.*' Oud. In A *vilissima certa:* A G R ψ habent *parva;* et G R *certam et maximam.* Grut. Oliv. et Lall. *vil. et perparva max.* Græv.-Burm. *vil. et parva certam et max.* Schutz. e conj. *vanissima certam et parva max.* Tur. *vil. et*

NOTÆ

[o] *Decius*] Decii tres variis temporibus sese pro patria devoverunt. Primus P. Decius Mus consul in bello Latino, cum inclinaret sinistrum cornu cui præerat, solennibus verbis præeunte pontifice, se Diis Manibus devovit, et, admisso in medios hostes equo, fortiter pugnans obiit, ac morte sua victoriam Romanis consecutus est A. U. C. 413. ante Chr. 341. Livius lib. VIII. Hujus filius P. Decius consul patris exemplum secutus, cum ab Etruscis, Umbris, Gallis, et Samnitibus in fugam verteretur Romanus exercitus, in hostium cohortes irrumpens voluntaria morte suis victoriam peperit A. U. C. 458. ante Chr. 296. Livius lib. X. Denique P. Decius consul Publii filius, Publii nepos, cum Pyrrho bellum gerens sese hostium telis exposuit, seque ex continenti genere tertiam victimam reip. præbuit A. U. C. 475. ante Chr. 279. De tribus illis Romanis heroibus sic Tullius Tusc. Quæst. lib. I. sic scribit: ' Si mors timeretur, non cum Latinis decertans pater Decius, cum Etruscis filius, etiam cum Pyrrho nepos se hostium telis objecissent.'

accepit patriam: amisit animam, potitus est gloria, quæ cum summa laude prodita[p] vetustate[7] quotidie magis enitescit. Quod si, pro republica debere accedere[8] ad periculum, et ratione demonstratum est, et exemplo comprobatum, ii sapientes sunt existimandi, qui nullum pro salute patriæ periculum vitant. 58. In his igitur generibus expolitio versatur, de qua producti sumus,[q][9] ut plura diceremus, quod non modo, cum causam[10] dicimus, adjuvat et exornat orationem, sed multo maxime per eam exercemur[11] ad elocutionis facultatem. Quare conveniet extra[12] causam in exercendo rationes adhibere expolitionis, in dicendo uti, cum exornabimus argumentationem, de qua[13] diximus in libro secundo.

XLV. Commoratio est, cum in loco firmissimo, quo tota causa continetur, manetur diutius, et eodem sæpius reditur. Hac[14] uti maxime convenit, et id est oratoris boni maxime proprium. Non enim datur auditori potestas animum de re firmissima dimovendi.[15] Huic exemplum satis idoneum subjici non potuit, propterea quod hic locus non est a tota causa separatus, sicuti[16] membrum aliquod, sed tanquam sanguis, perfusus[17] est per totum corpus orationis.

[p] *Commendata.* [q] *Impulsi sumus.*

parva max. Wetzel. et Orell. sequuntur Ernestium. Orell. h. l. ut corruptum notavit. Vid. Nott. Varr.—6 Al. teste Grævio, *vitam dedit.*—7 A, Erf. Duisb. Leid. 4. *prod. venustate:* Leid. 3. *prod. vel venustate.* Tum A *cotidie,* sine *magis.*—8 ‘*Debere accedere ad peric.*] Voss. 1. Leid. 2. *decere suscipere peric.* Voss. 3. *debere suscipere peric.* Voss. 2. Leid. 1. a m. sec. *decet accedere peric.* Ed. Med. *decere adire peric.* Mihi rectius videtur *decere suscipere.*’ Oud. Pro *accedere,* G habet *suscipere* in marg. Schutz. edidit *decere pro rep. accedere peric.* Orell. *pro rep. decere accedere peric.* A G R ψ, Tur. et vulg. *pro rep. debere accedere peric.* Vid. Nott. Varr.—9 Lamb. conj. *provecti sumus.* Vid. Nott. Varr.—10 ψ *non modo, non causam.*—11 ψ *exercentur.*—12 A *conveniant extra:* ψ *convenit extra:* Pith. *conveniet etiam extra.*—13 ‘*Cum exornabimus argumentationem, de qua dix.*] Scripti nostri omnes *de qua re dix.* et hoc probandum existimo.’ *Gronov.* ‘Duisb. *cum exornationibus argumentationem, de qua re dix.* Erf. *cum exornabimus argumentatione, de qua dix.* Est et in Cauch. et Pith. *de qua re.*’ Græv. ‘Leid. 3. 4. *cum exornationibus argumentatione:* Leid. 1. *cum exornationibus et argumentatione:* Voss. 2. *cum argumentatione;* pendet enim a verbo *uti.*’ Oud. In A etiam *cum exornacionibus.* Tum ‘*De qua re*] Sic Mss. omnes et edd. pr. Vulgo exsulat *re.*’ Oud. In A R quoque *de qua re:* Tur. et Orell. *qua de re.* Schutz. et Wetzel. verba *Quare conveniet . . . in libro secundo* uncis includunt.

CAP. XLV. 14 A *Hec.*—15 ‘*Dimovendi*] *Demovendi* scriptum est in Gry-

Contentio[p] est, per quam contraria referuntur.[18] Ea est in verborum exornationibus, ut ante docuimus, ejusmodi:[19] Inimicis te placabilem, amicis inexorabilem[20] præbes. In sententiarum,[r] hujusmodi: Vos hujus incommodis[1] lugetis, iste reipublicæ calamitate lætatur. Vos vestris fortunis diffiditis, iste solus suis eo magis[2] confidit. Inter hæc duo contentionum genera hoc interest: illud[3] ex verbis celeriter relatis constat; hic sententiæ contrariæ[4] ex comparatione referantur oportet.

59. Similitudo,[q] est oratio traducens ad rem quampiam aliquid ex re dispari simile.[s] Ea sumitur aut ornandi[5] causa,[r] aut probandi, aut apertius dicendi, aut ante oculos ponendi. Et quomodo quatuor de causis sumitur, ita[6] quatuor modis dicitur; per contrarium,[7] per negationem, per brevitatem, per collationem.[8] Ad unamquamque su-

[r] *Exornationibus.*
[s] *Aliquid simile sumtum ex re, quæ specie differat a re quæ tractatur.*

phii libris duobus. Certe ut nullius auctoritas sit; postulat ratio, et locus, ut ita legatur.' *Brut.* Orell. *demovendi.* Vulg. *dimovendi.*—16 Erf. *sic uti:* al. *sicut.*—17 A, Erf. et ed. Med. *profusus.*—18 Erf. *contraria referentur:* Schutz. *contraria contrariis referuntur.*—19 ψ et Leid. 2. *diximus.* Tur. et omnes Mss. Oud. cum ed. Med. et Orell. *hujusmodi.* Vulg. *docuimus, ejusmodi.* —20 G *te inexorab.*—1 Erf. *incommodum.*—2 Pith. *solus es magis:* A *solus suis eo quod magis.*—3 G et Pith. *quod illud.*—4 Tur. omittit *contrariæ.*—5 Erf. *aut exornandi,* et mox A habet *ponendo.*—6 '*Quomodo igitur quatuor de causis sumitur, ita quatuor*] Erf. *Quom. quat. de causis sum., item quat.*' Græv. 'Leid. 1. 2. Voss. 1. 3. ed. Med. *Et quom. quat. de c.* Bene Leid. 3. *Quæ quom. de quat. c.* Abest *igitur* etiam a Leid. 4. et Voss. 2. ed. Omnib.' *Oud.* In A *Quoniam quat. de c.* G *Quom. autem quat. de c.* R, Tur. et vulg. *Quom. igitur quat. de c.* ψ et duo Mss. ap. Ern. cum Schutz. Wetzel. et Orell. *Et quom. quat. de c.*—7 G *dicitur: quod per contrarium dicitur, per neg.*—8 Al. teste

NOTÆ

[p] *Contentio*] Vide quæ supra diximus § 21.

[q] *Similitudo*] Recte monet ex re dispari petendam esse similitudinem: nisi enim aliqua in re differret id, ex quo sumitur similitudo, jam non esset simile, sed prorsus idem. Porro cum ad rerum imaginem exprimendam inventa sit similitudo, cavendum ne id, quod similitudinis gratia accersitur, ignotum sit aut obscurum.

[r] *Ornandi causa*] Cujusmodi est hæc apud Tullium in orat. pro Rosc. Amer. § 131. similitudo: 'Etenim si Jupiter optimus maximus, cujus nutu et arbitrio cœlum, terra, mariaque reguntur, sæpe ventis vehementioribus, aut immoderatis tempestatibus, aut nimio calore, aut intolerabili frigore hominibus nocuit, urbes delevit, fruges perdidit,' &c.

mendæ causam[9] similitudinis accommodabimus singulos modos pronuntiandi. XLVI. Ornandi causa sumitur[10] per contrarium, sic: Non enim, quemadmodum in palæstra,[11] qui tædas ardentes[12] accipit,[s] celerior est in cursu continuo,[13] quam ille, qui tradit; ita melior imperator novus, qui accipit exercitum, quam ille, qui decedit: propterea quod defatigatus cursor integro facem,[t][14] hic peritus imperator imperito exercitum tradit. Hoc sine simili satis plane, et perspicue, et probabiliter dici potuit, hoc modo: Minus[15] bonos imperatores a melioribus exercitum[16] accipere solere; sed[17] ornandi causa simile sumtum est, ut orationi dignitas quædam[18] compararetur. Dictum est autem per contrarium. Nam tunc[19] similitudo sumitur per

[t] *Tradit facem non fatigato.*

Grævio, *per coll.*, *per brev.*—9 Voss. 1. 3. Leid. 2. *sumendam:* Leid. 4. *sumendi:* et Erf. *causa.*

Cap. XLVI. 10 Voss. 2. *sumetur.* Tum Voss. 1. Leid. 1. 2. *et per contr. dicitur sic:* Voss. 3. *quod per contr. sic dicitur.*—11 Erf. et Duisb. *in pal. est.*—12 '*Tædas candentes*] Voss. 1. a m. pr. *cadentes*; suprascr. *ardentes*, ut in Voss. 2. et edd. pr. *cardentes* Leid. 1. Deest participium Voss. 3.' *Oud.* E scriptis libris et edd. 1474. Med. utraque, Junt., &c. *ardentes*, pro *candentes*, recepit Ern. et eum sequuntur Schutz. et Wetzel. Vulg. *candentes;* et sic A G R ψ et Tur. Vid. Nott. Varr.—13 Tur. omittit *continuo*, quocirca Orell. uncis inclusit. Schutz. eam transposuit ante *melior*, legens *ita continuo melior;* et eum Wetzel. sequitur. Erf. habet *item melior imp.*—14 ψ *defatigans curs. int. facere, hic.*—15 '*Dicitur minus*] Vox *dicitur* abest Bruil. item Pal. 4. et 6. meo animo recte.' *Grut.* 'Tres Grut. non agnoscunt *dicitur.*' Græv. Deest etiam in A G R, Voss. 2. et Mss. ap. Ern. qui eam delevit, cum Oliv. Lall. Schutz. Wetzel. et Orell. In Tur. Lamb. Grut. et Græv.-Burm. *Dicitur minus:* ed. Omnib. *Dicere minus:* ψ *Dicitur nimis.*—16 Erf. Tur. et omnes Mss. Oud. cum Orell. *exercitus.* Vulg. *exercitum.*—17 *Sed* in A deest.—18 Erf. *quædam dign.* Tum Mss. et edd. ante Ern. cum Oliv. Græv.-Burm. Lall. et Wetzel. *comparetur:* A, Schutz. et Orell. *compararetur:* G *accomode-*

NOTÆ

[s] *In palæstra, qui tædas ardentes* [*candentes*] *accipit*] Græci, ut tradit vetus interpres Aristophanis in Ranis, in tribus certaminibus solebant λαμπαδουχεῖν, id est, *faces gestare*, in Prometheis, in Vulcaniis, et Panathenaicis. Hoc ludi genus ferunt a Prometheo institutum, ut in cursu fax ardens ferretur, quam defatigatus proxime sequenti, ac deinceps alius alii daret in manus. Sic historiam Promethei exprimebant, qui ferulam qua cœlestem ignem ex rota solis exceperat, ne extingueretur, continuo motu jactarit, in terram devolans. Hinc cursu lampada tradere abiit in proverbium, pro eo quod est, partes suas quasi successione in alium atque alium transferre. Vide Erasmi Adagia.

contrarium, cum ei rei, quam nos probamus, aliquam rem negamus esse similem, ut paulo ante, cum[20] de cursoribus disserebamus. Per negationem dicetur,[1] probandi causa,[t] hoc modo: Neque equus indomitus,[2] quamvis natura bene[3] compositus sit, idoneus potest esse ad eas utilitates,[4] quæ desiderantur ab equo; neque homo indoctus, quamvis sit ingeniosus, ad virtutem potest pervenire. Hoc probabilius factum est, quod magis[5] est verisimile, non posse virtutem sine doctrina comparari; quoniam ne equus[6] quidem indomitus idoneus possit[7] esse: ergo sumtum est probandi causa. 60. Dictum est autem[8] per negationem: id enim[9] perspicuum est de primo similitudinis verbo.[10] XLVII. Sumetur et,[11] apertius dicendi causa, similitudo per brevi-

tur, sed in marg. *comparetur*.—19 A G et Erf. *tum*.—20 A omittit *cum*. Dein A, Tur. Leid. 1. 3. 4. *asserebatur*: ψ *afferebatur*: G R, Voss. 1. 2. Leid. 2. cum edd. pr. *asserebamus*: Voss. 3. *diferebamus*. Vulg. *disserebamus*. Vid. Nott. Varr. Schutz. delevit verba *ut paulo ante . . . disserebamus*: Wetzel. et Orell. uncis includunt.—1 A *dicet*: G *dicitur*.—2 '*Nec equus quidem ind.*] Erf. et edd. nonnullæ, *ne equus quidem ind.*' Græv. 'Mss. omnes et edd. pr. *neque eq. ind.* quod restituendum est auctori.' *Oud.* Vulg. *neque equus ind.*—3 Erf. *bene natura*: A *bona natura*.—4 '*Idon. pot. esse ad eas util.*] Voss. 1. *et idon. et aptus ad illas util.* Voss. 3. et ed. Med. *aptus et idon. esse pot. &c.* Leid. 2. et ed. Omnib. *idoneus pot. esse ad eas util. et aptus*.' Oud. In ψ *idon. pot. esse et aptas ad eas util.* Vulg. ut Ern. Vid. Nott. Varr.—5 Orell. e conjectura edidit *quo magis*: Ern. conj. *eo quod magis*. Vid. Nott. Varr. Tum '*Verisimile*] Sic Mss. omnes et edd. pr. non *verosimile*.' Oud.—6 '*Quoniam ne equus*] Voss. 1. Leid. 1. *quandoquidem nec eq.* Leid. 2. *quemadmodum nec eq.* In ceteris etiam *nec*. Ed. Med. *quamquam eq.*' Oud. A G R *quoniam nec eq.* Dein vox *quidem* in A deest.—7 A *potest*.—8 '*Dictum est autem*] Leid. 1. 2. 4. ed. Omnib. carent verbo. Leid. 3. *Dictum est hoc*.' Oud. Erf. *Dictum autem*: Duisb. *Deinde autem*.—9 A et Erf. *Id cum persp.* ψ *Id autem persp.*—10 A *verbo sumetur*. Vid. Nott. Varr.

CAP. XLVII. 11 In A *sumetur*, et in R copula deest: utrisque vocibus carent Leid. 1. 3. et Tur. Tum ed. Med. *simile per brev.* Leid. 1. 3. Tur. *sim.*

NOTÆ

[t] *Per negationem dicetur, probandi causa*] Ita Cicero philosophorum opinionem refutat, qui mundum fortuito atomorum concursu factum censebant, de Nat. Deor. lib. II. § 93. 'Hic ego non mirer esse quemquam, qui sibi persuadeat corpora quædam solida, atque individua, vi et gravitate ferri, mundumque effici ornatissimum et pulcherrimum ex eorum corporum concursione fortuita? Hoc qui existimat fieri potuisse, non intelligo cur non idem putet, si innumerabiles unius et viginti formæ literarum, vel aureæ, vel quales libet, aliquo conjiciantur, posse ex his in terram excussis annales Ennii, ut deinceps legi possint, effici: quod nescio anne in uno quidem versu, possit tantum valere fortuna.'

tatem,[u] hoc modo: In amicitia gerenda,[12][x] sicut in certamine currendi, non[13] ita convenit exerceri, ut, quoad necesse sit, pervenire[14] possis: sed ut productus[15] studio et viribus, ultra facile procurras.[16] Nam hoc simile est, ut apertius intelligatur,[17] mala ratione facere, qui reprehendant eos,[18] qui, verbi causa, post mortem amici liberos ejus custodiant, propterea quod in cursore[19] tantum velocitatis esse oporteat, ut efferatur usque ad finem:[20] in amico tantum benevolentiæ,[1] ut ultra, quam amicus sentire possit, procurrat amicitiæ studio.[2] Dictum autem simile est[3] per brevitatem: non enim ita,[4] ut in ceteris rebus, res ab re separata est, sed utraque res conjuncte et confuse comparata.[5] Ante oculos ponendi negotii causa sumetur similitudo, cum di-

dicitur per brev. A, Voss. 3. Leid. 4. *simile dicitur per brev.* Voss. 1. 2. Leid. 2. ed. Omnib. *simile dicitur autem per brev.* Vulg. ut Ern. Vid. Nott. Varr. —12 Voss. 1. Leid. 1. 3. *gerunda.*—13 Orell. conj. *non, sicut in cert. curr., ita conv.*—14 A G R, Cauch. Erf. Pith. omnes Mss. Oud. et edd. pr. *venire.*—15 Leid. 2. ed. Med. *producto:* Crat. ed. et al. teste Grævio, *productius.*—16 Erf. Pith. Cauch. Voss. 3. Leid. 4. ed. Omnib. *ultro facile:* et Leid. 2. *percurras.*—17 Schutz. e conj. edidit, *Nam hoc sim. sumptum est, ut ap. intelligeretur.*—18 A R ψ, Voss. 1. 3. Leid. 2. ed. Med. ac Crat. et Lamb. *facere eum:* et paulo post, A G, Voss. 1. 3. Leid. 2. ed. Med. Crat. et Lamb. *reprehendat eos.*—19 Erf. *quod in cursorem:* Voss. 1. 3. Leid. 1. 2. *quod et in cursore.* Tum Erf. *tantæ veloc.* '*Tantum veloc.*] Sic Mss. omnes et edd. pr. Vulgo *tantæ veloc.* vitiose.' *Oud.*—20 '*Ultra finem*] Leid. 1. 2. 4. Voss. 2. *usque ad fin.* cum edd. pr.' *Oud.* Græv.-Burm. sola *ultra fin.* Al. edd. *usque ad fin.* Vid. Nott. Varr.—1 '*In amico tantum benivolentiæ*] Voss. 1. 3. Leid. 2. ed. Med. *et in am.* Leid. 3. *in amicitia:* Voss. 3. Leid. 3. 4. edd. pr. *tant. ben. studium.*' Oud. In A *in amico tantam benevolenciam studium:* G *et in amico tantum benivolentiæ:* R *in amicicia tantum benivolentiæ:* ψ *in amicitiæ tantum benevolentiæ studium.* Vulg. *in amico tantum benivolentiæ.*—2 A R, Voss. 3. Leid. 2. ed. Omnib. *ut ultra quam quod, &c.* Leid. 1. 3. 4. Voss. 2. *ut efferatur ultra finem. Dictum, &c.* Post *studio,* in A additur *ut efferatur ultra finem.* —3 Lamb. ed. *Dictum est autem sim.*—4 Pith. omittit *ita.*—5 '*Sed utraque res conj. et conf. comparata*] Voss. 1. 3. Leid. 2. ed. Med. *sed utræque res.* Dein *pronunciatæ* vel *pronunciatæ sunt* Voss. 1. 3. Leid. 2. ed. Omnib. *comparata est* Leid. 3. at præferendus est numerus pluralis.' *Oud.* A R *comparata est:* G *separata est,* sed punctis subnotantur, et sup. lin. scribitur *pronuntiante.*

NOTÆ

[u] *Apertius dicendi causa per brevitatem*] Tale est illud Cic. in Philipp. II. § 115. 'Sed nimirum, ut quidam morbo aliquo et sensus stupore suavitatem cibi non sentiunt; sic libidinosi, avari, facinorosi veræ laudis gustum non habent.'

[x] *In amicitia gerenda*] Sensus est: In certamine currendi eatenus se quisque exercet, quatenus metam tantum attingat, nec ultra progredi curat. Dissimilis esse debet amicitiæ ratio: ultra mortem amici benevolentia excurrat, ad ejus etiam liberos extendatur.

cetur, per collationem, sic: Uti[6] citharœdus, cum prodierit[7] optime vestitus, palla[y] inaurata indutus,[8] [*p.* 39.] cum chlamyde[z] purpurea, coloribus variis intexta,[9] et cum corona aurea, magnis[10] fulgentibus gemmis illuminata, citharam tenens exornatissimam, auro et ebore distinctam, ipse præterea forma et specie sit et statura apposita ad dignitatem; si, cum magnam populo[11] commoverit his rebus expectationem,[12] repente silentio facto, vocem emittat[13] acerbissimam cum turpissimo[14] corporis motu; quo melius ornatus[15] et magis fuerit expectatus, eo magis derisus et contemtus, ejicitur: ita[16] si quis in excelso loco, et in magnis ac locupletibus copiis collocatus, fortunæ muneribus, et naturæ commodis omnibus abundabit;[17] si virtutis et artium, quæ virtutis magistræ sunt, egebit;[18] quo magis ceteris[19] rebus copiosus erit,[20] et illustris [et expectatus], eo vehementius derisus et contemtus, ex omni conventu bono-

Vulg. ut Ern. Vid. Nott. Varr.—6 E Mss. et edd. pr. *cum dicetur*, ante *per coll.*, inseruit Ern. quem Schutz. Wetzel. et Orell. sequuntur. '*Cum dicetur per coll.*] Sic rescribendum e Mss. sex et edd. pr. Vulgo et a Leid. 3. absunt *cum dicetur.*' Oud. In G *cum dicitur per coll.* Pith. *per coll. sicuti cith.* Vid. Nott. Varr.—7 Voss. 3. *cum producitur.* Pro *optime*, Christius suspic. *opime* legend. in qua voce vid. Clav.—8 Voss. 2. *pallam inauratam*, et Erf. *induitur.* —9 Erf. *col. var. corporis int.* Tum copula in A deest.—10 *Aurea* abest ab A, Leid. 1. 3. 4. Voss. 2. Tur. in quibus etiam legitur *magna.* In ψ quoque *magna.* Dein *fulg. gemmis* desunt a Leid. 1. Vid. Nott. Varr. Denique G *illuminatam.*—11 ψ *sicut magn. &c.* et pro *populo*, G *populi* habet. In A legitur, *si quum magna populum moveret.*—12 A *expectatione.*—13 A *mittam*: Erf. *mittat*: Duisb. *emittit.*—14 A *cum et turp.*—15 G, Leid. 2. ed. Med. et Lamb. *orn. sit*: Voss. 1. *sit orn.* Voss. 3. ed. Omnib. *exornatus sit.*—16 A G R ψ, Tur. Erf. Leid. 1. 2. 4. Voss. 3. *item.* Mox A *et magnis*: G *cum in magnis.*—17 '*Comm. omnibus abund.*] Bene Duisb. *comm. abund.*' Græv. Deest etiam *omnibus* in Leid. 3. 4. ac Tur. In A *abundabis.*—18 ψ *artium magistræ, egebit*: A *artium, quæ virtutum mag., sumptibus egebit.*—19 A *ex ceteris.*—20 Edd. ante Ern. *erit copiosus*: A ψ *copiosius erit.* Dein '*Illustris et exspectatus*] Leid. 4. *industrius*: Voss. 1. a m. pr. et 3. Leid. 1. *industris.* Abest copula a Voss. 2. Leid. 1. 4. ed. Omnib. bene; sed ejiciendum simul *τὸ exspectatus*, quod male e superioribus irrepsit.' *Oud.* Tur. Grut. Oliv. et Lall. *et industrius et expect.* A *et illustr. et exceptatus*: Schutz. delevit verba *et exspectatus*: Orell. ea uncis includit. Græv.-Burm. et Wetzel. uncos non habent. Vid. Nott.

NOTÆ

[y] *Palla*] Pallam vestimentum muliebre induebant olim qui saltabant in scena, et cantabant, aut citharam pulsabant, ut liquet ex Plauti Menæchm. I. 3.

[z] *Chlamyde*] Quæ proprie militaris, ut ex Epidico Plauti; aut viatoria vestis fuit, ut ex ejusdem Pseudolo colligitur.

rum ejicietur.[1] Hoc simile, exornatione utriusque rei,[2] et alterius inertiæ artificis alterius stultitia[3] simili ratione collata, sub aspectum omnium rem subjecit.[4] Dictum autem est[5] per collationem, propterea quod,[6] proposita similitudine, paria sunt omnia relata.

XLVIII. 61. In similibus[7] observare oportebit diligenter, ut, cum rem afferamus[8] similem, cujus rei causa similitudinem attulerimus, verba[9] quoque ad similitudinem habeamus accommodata. Id est hujusmodi: Ut hirundines[10] æstivo tempore præsto sunt,[u] frigore[11] pulsæ recedunt. Ex[12] eadem similitudine nunc per translationem verba sumimus: ita[13] falsi amici[a] sereno vitæ tempore præsto sunt; simul atque hyemem[14] fortunæ viderint, devolant omnes. Sed inventio similium facilis erit, si quis

[u] *Apparent.*

Varr.—1 Lamb. ed. *ejiciatur.*—2 A *Hec sim.* Erf. *Hac sim.* et Duisb. *exornationem:* R *per exornacionem.* Lamb. ed. *Hoc sim. per collationem utriusque rei.* Tò *rei* non est in Tur.—3 '*Et alterius inertiæ artificis*] Exsulat copula a Mss. quatuor. *Inertia* Leid. 1. *ineptia* Leid. 3. *inscitia* Voss. 3. ed. Med. *inscientia* Voss. 1. Leid. 2. 4. Tum *artificii* Voss. 1. 3. Leid. 2. 4. ed. Med. Deest vox a Leid. 3. quod præferrem.' *Oud.* A quoque non habet copulam. Pro *inertiæ*, G ψ habent *in scientia*, R *inscientiæ;* et pro *artificis*, G R ψ *artificii*, sed in R punctis subnotatur. Orell. omittit *artificis*. Vulg. ut Ern. Dein '*Alterius stultitiæ*] Leid. 4. *alteriusque stultitiæ:* ed. Med. *et alt. stultitia;* qui casus etiam in Mss. quinque.' *Oud.* Duisb. *atque alterius stultitiæ:* A R ψ, Tur. Grut. Oliv. Lall. et Græv.-Burm. *alt. stultitiæ.* '*Alterius stultitia*] Sic reposui pro *stultitiæ* e Mss. aliquot ap. Oud. et edd. 1474. Med. pr. Et sic res postulat. Malim etiam aut *alterius* primum deleri, vel potius *artificis*, quod a libro Leid. abest, et glossam sapit satis perspicue.' *Ern.* *Stultitia* etiam G, Schutz. Wetzel. et Orell.—4 '*Sub adspectum omnium rem subjicit*] Leid. 4. *sub adspectu* cum edd. pr. In ceteris *sub adspectus:* non male. Sic c. 50. '*adspectus* omnium præstringere.' *Hominum* ed. Med. *omnem* Leid. 1. 4. *subjiciet* Voss. 1. Leid. 2. 3. *subjecit* Leid. 1. 4. a m. sec. ed. Omnib.' *Oud.* In G ψ etiam *sub aspectus*, et A G *subjiciet.* Vulg. ut Ern. Vid. Nott. Varr. —5 Lamb. et Orell. *Dictum est autem.*—6 *Propterea quod* absunt a Duisb. et Leid. 4. Pro *proposita*, in A et Pith. legitur *posita*, in ψ *postposita.*

Cap. XLVIII. 7 Leid. 1. 2. 3. Voss. 1. et Erf. *In similitudinibus.* Dein A G R ψ, Duisb. Tur. et omnes Mss. Oud. cum edd. pr. *oportet.* Vulgo *oportebit.*—8 Erf. *referamus.*—9 Lamb. ed. *ejus rei verba.* Erf. Voss. 3. Leid. 2. non habent *quoque.*—10 A G ψ, Tur. et Græv.-Burm. *Ita ut hir.* '*Ita ut hir.*] Ed. Med. caret τῷ *ita*, dans *uti ir.*' Oud. Vid. Nott. Varr.—11 A *ita frigore:* G *simul frigore.*—12 Duisb. *Et ex ead.*—13 Erf. *item.*—14 A *sunt; et si nives atque hiemem:* ψ et Leid. 4. *sunt; si nivem atque hiemem:* Duisb. *sunt; nivem*

NOTÆ

[a] *Ita falsi amici*] Cui sententiæ congruit iste Ovidii locus: 'Donec eris felix, multos numerabis amicos: Tempora si fuerint nubila, solus eris.'

sibi omnes res animatas et inanimatas,[15] mutas et loquentes,[16] feras et mansuetas, terrestres et cœlestes et maritimas,[x 17] artificio, casu,[18] natura comparatas, usitatas atque inusitatas,[19] frequenter ante oculos poterit ponere,[20] et ex his aliquam venari[y] similitudinem, quæ aut ornare, aut docere, aut apertiorem rem facere, aut ponere ante oculos possit. Non enim res tota toti rei[1] necesse est similis sit, sed ad ipsum, ad quod conferetur,[2] similitudinem habeat oportet.

XLIX. 62. Exemplum[b] est alicujus facti, aut dicti [præteriti[3]], cum certi auctoris[4] nomine propositio. Id sumitur iisdem de causis,[5] quibus similitudo. Rem ornatiorem facit, cum nullius rei, nisi dignitatis, causa sumitur; aper-

[x] *Et volucres et pisces.* [y] *Investigare.*

atque hiemem.—15 ψ et Tur. *si quis sibi omnes res animantes et inanimantes;* et sic Cauch. et Duisb. sed omittunt *sibi.* Erf. *si qui sibi omnes res animatas et inan.* Lamb. ed. *si quis sibi omnes res animatas, et inanimas:* ed. Med. *atque inanimatas;* quæ verba non sunt in Voss. 3. Deest *res* a Voss. 2. in quo legitur *animantes et in animantes.* Vulg. ut Ern.—16 ‘*Mutas et loquentes*] Ita Voss. 3. Leid. 3. In reliquis et ed. Omnib. *mut. et eloquentes.* Ed. Med. *mut. atque eloq.*’ Oud. ψ et Duisb. *mut. et eloquentes.*—17 ‘*Terr. et cœl., et maritimas*] Duisb. et Erf. *terr., marit.* Al. *terr. et cœl., et marinas.*’ Græv. ‘*Et cœl. et maritimas*] Voss. 2. simpliciter *et maritas:* Voss. 1. a m. sec. *marinas.* Copula prima deest Leid. 4. utraque Leid. 3.’ *Oud.* A *terr. et cœl. marinas:* G *terr. et cœl. maritimas.*—18 ‘*Artificio, casu, natura*] Erf. *artificiosas una nat.* Cauchianus, *artificiosas et una nat.* Forte, inquit Cauchius, *artificio et a nat.*’ Græv. ‘*Artificio, casu*] Voss. 3. *artificio casu:* Leid. 3. *artificiosas.*’ Oud. Pro *artificio,* A habet *artificiosa;* G *et artificioso;* et ψ *artificiosas.*—19 Voss. 3. *et inus.* Desunt in Leid. 4. et Duisb. —20 Erf. *pon. ante oc. pot.* ‘*Ponere ante oc. pot.*] Sic Mss. cum ed. Med. vel *ante oc. pon. pot.*’ Oud.—1 A G, Erf. Voss. 2. 3. Leid. 1. 3. 4. *totæ rei.*—2 ‘*Sed ad ipsum, ad quod conferetur*] Melius Erf. *sed ipsum, quod conf.* Lamb. ed. *sed ad id ipsum ad quod confertur.*’ Græv. ‘*Ad ipsum ad quod conferetur*] Leid. 2. ed. Med. *ad ipsum, quod conf.* bene. Voss. 3. *id quod confertur ad ips. quod conferetur:* Voss. 1. ed. Omnib. *sed ipsum, quod.* In Voss. 1. et Leid. 4. ed. Med. *confertur.*’ Oud. A *sed ad ipsum, ad quod conferetur, ad idipsum quod conferetur:* G *sed ad ipsum, quod conferetur.* Vulg. ut Ern.

CAP. XLIX. 3 Schutz. e susp. Ern. delevit *præteriti.*—4 A *certo,* et ψ *ac-*

NOTÆ

[b] *Exemplum*] Insignis est in eo genere Tullii locus pro Lege Manil. § 11. quo bellum adversus Mithridatem suscipiendum probat: ‘Majores vestri sæpe mercatoribus ac naviculatoribus injuriosius tractatis bella gesserunt: vos tot civium Romanorum millibus uno nuntio atque uno tempore necatis, quo tandem animo esse debetis?’ &c. Hoc uno loco exemplum habes, quod rem et ornatiorem et apertiorem et probabiliorem simul facit.

tiorem, cum id, quod sit obscurius,[6] magis dilucidum reddit; probabiliorem, cum magis verisimilem facit; ante oculos ponit, cum exprimit[7] omnia perspicue, ut res prope dicam manu tentari[z] possit.[8] Uniuscujusque generis singula subjecissemus exempla, nisi exemplum, quod genus esset,[9] in expolitione demonstrassemus, et causas sumendi in similitudine[10] aperuissemus. Quare noluimus,[11] neque pauca,[12] quo minus intelligeretur, neque, re intellecta,[13] plura conscribere.[14]

Imago[c] est formæ cum forma[15] cum quadam similitudine collatio.[a] Hæc sumitur aut laudis aut vituperationis causa. Laudis causa, sic: Ibat[16] in prœlium, corpore[17] tauri validissimi, impetu leonis acerrimi similis.[18] Vituperationis,[19]

[z] *Tractari.*
[a] *Unius rei plerumque hominis cum alia re comparatio.*

toris.—5 Lamb. *iisdem ex causis.*—6 R ψ, Leid. 3. 4. Tur. Duisb. et Lamb. ed. *obscurum.*—7 Edd. vett. *explicit.*—8 ‘ *Res dicta prope manu tentari possit*] Voss. 2. Leid. 3. 4. *res proprie dicta:* Voss. 3. *res prope dicta.* Optime Erf. *prope dicam:* nam *tentari* est in Mss. omnibus et edd. pr. non *teneri.*’ Oud. Tur. *res prope dicta:* Schutz. Wetzel. et Orell. *res prope dicam:* vulg. *res dicta prope;* et sic A G R ψ. ‘ *Ut res, prope dicam*] Sic reposui e Mss. Erf. pro *ut res dicta prope:* in quo olim *dicta* delendum putabam. Adjuvat etiam hoc, quod in Ms. Winkl. est *prope dicta*, ut in Voss. ap. Oud.’ *Ern.*—9 ‘ *Nisi exemplum, quod genus esset*] Voss. 1. 3. Leid. 2. *nisi et ex.* In Voss. 1. Leid. 2. 4. ed. Med. *est:* deest Voss. 3.’ *Oud.* ‘ *Nisi exempli quis usus esset* legit Lamb. quo modo ratio poscere videtur. In vulgatis eodem modo et in Mss. legitur, *nisi exemplum quod genus esset.*’ Brut. Orell. *exemplum* uncis inclusit.—10 G *causa*, et Erf. *similitudinem.*—11 G *nolumus:* Junt. *volumus.* ‘Sensus postulat *voluimus*, quod habet ed. Med. 1474. secunda.’ *Wetzel.*—12 G *perpauca.*—13 Crat. *in re intell.*—14 A G R ψ, Erf. Tur. et omnes Mss. Oud. cum ed. Med. et Omnib. *scribere.* Vulgo *conscribere.*—15 ‘ *Imago est formæ cum forma*] Crat. ed. *Imago est formæ cum fortuna.* Non inepte Duisb. *Imago est similis formæ cum forma.* Rectius tamen abest.’ *Græv.* ψ et Leid. 4. *Im. est similis formæ.*—16 Voss. 3. *inibant:* Leid. 3. et Tur. *Ibant:* vulg. *ibat.* Vid. Nott. Var.—17 ‘ *Corpore*] Voss. 1. *pectore;* non male.’ *Oud.* Schutz. quoque *pectore.*—18 ‘ *Similis*] Alii *similes.* In duobus Mss. Gruterus non reperit *similis.*’ Græv. In G *similis* deest, et in R punctis subnotatur.—19 Pith. *Vitup. causa:* G *Vitup. causa tribus modis.* Tum ‘ *Ut in odium, aut in invid. aut in contemt. adducat. Ut in odium h. modo*] Sic fere Leid. 3. et ed.

NOTÆ

[c] *Imago*] Hæc, teste Aristot. Rhet. lib. III. aliud nihil est, nisi translatio addito adverbio, vel adjectivo nomine similitudinis. Itaque Cicero in Vatinium utitur imagine cum ait § 4. ‘ Repente enim te tanquam serpens e latibulis, oculis eminentibus, inflato collo, tumidis cervicibus intulisti.’ Translationem autem in Pisonem § 41. adhibet detracta similitudinis particula: ‘ Atque adeo vos geminæ voragines, scopulique reipublicæ.’

ut in odium, aut in invidiam, aut in contemtionem adducat. Ut in odium, hoc modo: Iste quotidie per forum medium, tanquam jubatus draco,[20] [d] serpit, dentibus aduncis, aspectu venenato, spiritu rabido,[1] circumspectans huc et illuc, si quem reperiat, cui aliquid mali faucibus afflare, [ore attingere,[2]] dentibus insecare,[3] lingua aspergere possit. Ut in[4] invidiam adducat, hoc modo: Iste, qui divitias suas jactat,[5] sicut Gallus e Phrygia,[6] [e] aut hariolus [f] quispiam depressus et oneratus[7] auro, clamat, et dejerat. Ut in contemtionem adducat, sic:[8] Iste, qui tanquam cochlea,[9]

Med. sic: *aut est odium vel invidia aut contemptio. In odium h. modo.* Ceteri præbent cum ed. Omnib. simpliciter *ut in odium adducat h. modo.*' Oud. Duisb. *ut aut in odium.* Voces *ut aut in odium . . . contemtionem* absunt ab ψ; et *aut in invid. . . . contemtionem* ab Pith. et Erf. In G legitur *aut contemt.* omissa præpositione. Porro Pith. et Erf. *adducat, hoc modo: Iste.* G *In odium, hoc modo: Istæ:* A R *Ut in odium adducat, hoc modo: Iste.* Denique Erf. Duisb. Voss. 2. et Leid. 3. 4. *Iste qui quotidie.* Vulg. ut Ern. Vid. Nott. Varr.—20 Leid. 2. *vibratus draco.*—1 '*Aspectu rabido circumspectans*] Lamb. ut nostri omnes Mss. et unus impressus Leoniceni, *aspectu venenato, spiritu rabido circumspectans, &c.*' Brut. '*Adspectu venenato, spiritu rabido*] Leid. 3. 4. *adspectu rab., sp. ven.* quod præfero. In Mss. quatuor et ed. Omnib. *rapido:* male.' *Oud.* G *asp. ven., sp. rapido:* R et Schutz. *asp. rabido, sp. ven.* ψ *asp. ven., sp. ven.* Tur. et Orell. *asp. rab., ven. sp.* Vulg. ut Ern. Vid. Nott. Varr.—2 '*Ore adtingere*] Præmittunt aliæ edd. *quem;* sed dictio ea non exstat in Pall. quatuor aut Bruil.' *Grut.* 'Edd. *quem ore attingere.*' Græv. R ψ, Leid. 1. 3. 4. Tur. et Orell. *quem ore attingere.* Vulg. *quem* omittitur. Schutz. delevit *ore attingere.*—3 Auratus censet *inuncare* legend. —4 Præpositio *in* A deest.—5 Erf. et Cauch. *jactans.*—6 '*Gallus e Phrygia*] Deest *Gallus* Leid. 4. *e Phrygia veniens* inepte ed. Med.' *Oud.* *Gallus* ψ non habet. In Erf. legitur *Gallus et Phrocia;* Cauch. *Gallus et Phrægia.*—7 ψ, Voss. 1. 3. Leid. 2. 4. *deprehensus oneratus,* nisi quod in Leid. 4. *ornatus.* Duisb. *deprehensus et orn.* Tum exulat *clamat* a Voss. 1. Leid. 2. in quibus *et delirat* cum G R, Leid. 4. et edd. pr. Vulg. *dejerat.* Vid. Nott. Varr.—8 '*Ut in contemtionem adducat*] Voss. 1. 3. Leid. 2. *et contemnitur:* Leid. 4. *et contemtu:* Voss. 2. cum edd. pr. *in contemtionem.* Desunt omnia Leid. 1. Abjiciendum puto verbum *adducat.*' Oud. In A *Et contemnit nos sicut:* ψ et Tur. *Ut contemnatur sic:* Erf. *Et contemnitur sicut.* Schutz. delevit vocem *adducat,* quam Wetzel. et Orell. uncis includunt. Vid. Nott. Varr.—9 Voss.

NOTÆ

[d] *Jubatus draco*] Draconum jubæ cristæ sunt in eorum capitibus eminentes.

[e] *Gallus e Phrygia*] Sacerdos Cybeles nomen habuit a Gallo Phrygiæ in Asia Minore regionis fluvio, cujus aquam qui degustassent, contrahebant insaniam: hujusmodi semivirorum genere ut nihil habebatur contemtius, ita si divitiis affluerent, publica flagrabant invidia.

[f] *Hariolus* [*ariolus*] Sive, ut alii scribunt, *hariolus*, futurorum conjector, quasi fariolum a fando dictum volunt.

abscondens et retentans sese tacitus,[b] [10] cum domo sua totus, ut comedatur, aufertur.

63. Effictio[g] est,[11] cum exprimitur et effingitur verbis corporis cujuspiam forma, quod[12] satis sit ad intelligendum, hoc modo: Hunc dico, judices, rubrum, brevem, incurvum, canum, subscrispum, cæsium, cui sane magna est in mento[13] cicatrix; si quo modo potest vobis[14] in memoriam redire.[15] Habet hæc exornatio cum[16] utilitatem, si quem velis demonstrare;[17] tum venustatem,[18] si breviter et dilucide facta est.[19] L. Notatio[h] est, cum alicujus natura certis describitur[20] signis, quæ, sicuti notæ quædam, naturæ[1] sunt attributa. Ut si velis non divitem, sed osten-

[b] *Sæpe clam domi se continet instar limacis.*

1. *cochleas.*—10 ‘*Abscondens retentat sese tacitus*] Deest participium Leid. 1. *retentans* Voss. 3. *et retentans* Voss. 2. Leid. 3. ed. Med. *tacite* Voss. 1. 3. Leid. 2. 3. ed. Med.’ *Oud.* A R ψ et ed. 1474. cum Schutz. et Wetzel. *et retentans:* Erf. et Medic. *retentans* sine copula. Pro *tacitus*, A habet *tacet*, et Lall. *tacite.* Vulg. *absc. retentat sese tacitus;* et sic Orell. qui *abscondens* uncis inclusit. Tum ‘*Quo sit tutus comeditur cum domo sua et aufertur*] Voss. 1. 3. ed. Omnib. *cum domo totus ut comedatur, auf.* Voss. 2. *cum domo totus comeditur et auf.* Leid. 1. 4. *quomodo sit tutus comeditur et auf.* Leid. 2. *cum domo totus ut comedatur, auferatur:* Leid. 3. *domo sua totus aufertur, ut comedatur:* ed. Med. *totus cum domo aufertur et comeditur.* Placet Voss. primi, et Omniboni lectio.’ *Oud.* In Erf. *quomodo sit tutus.* A *cum domo totus, ut comedatur, aufertur:* R *quo sit tutus, cum domo sic totus ut condatur aufertur:* Lall. *quo sit tutus, cum domo totus ut comedatur, aufertur:* Orell. *quo sit tutus, cum domo sua, ut comedatur, aufertur:* Ed. 1474. Schutz. et Wetzel. *cum domo sua totus, ut comedatur, aufertur:* vulg. *quo sit tutus, comeditur cum domo sua et aufertur.* Vid. Nott. Varr.—11 Voss. 1. Leid. 3. *Affectio est:* A ψ, Erf. quatuor Mss. Oud. et ed. Omnib. *Effectio est.* Dein A *expremitur.* Præterea Tur. duo Mss. ap. Græv. et omnes Mss. ap. Oud. cum ed. Med. et Orell. *atque effingitur.*—12 A G R, Erf. Tur. omnes Mss. Oud. et edd. pr. *quoad.*—13 A *mente.*—14 A *nobis:* G *verbis.*—15 ψ *venire.*—16 A G R, Erf. et Schutz. *tum.*—17 ‘*Si quem velis demonstrare*] Et sic Mss. omnes cum ed. Med. si excipias Voss. 3. in quo et vulgo *ostendere.*’ Oud. In ψ *si quam.* A G R ψ, Tur. Schutz. Wetzel. et Orell. *demonstrare.*—18 Erf. *tum in ven.*—19 G *brev. vel dil.* et Lamb. *facta sit.*

CAP. L. 20 Duisb. et Leid. 4. *designatur.*—1 Erf. *siculi notæ, quæ naturæ.*

NOTÆ

[g] *Effictio*] Characterismum vocat Rutilius, quo ut pictor coloribus figuras describit, sic orator vitia aut virtutes eorum, de quibus loquitur, deformat.

[h] *Notatio*] Quam ethopœiam recte dixeris, cum certæ personæ ficta tribuitur oratio, qua ejus affectus, mores, et facta exprimantur. Tale est illud, inquit Aquila Romanus, Ciceronis pro Quint. § 55. ‘Quid ad hæc Nævius? ridet scilicet nostram amentiam, qui in vita sua rationem summi officii desideremus, et instituta bonorum virorum requiramus,’ &c.

tatorem pecuniæ describere;[2] Iste, inquies,[3] judices, qui, se dici divitem, putat esse præclarum, primum nunc videte, quo vultu nos[4] intueatur. Nonne[5] vobis videtur dicere, Darem, si[6] mihi molesti non essetis? cum vero sinistra mentum sublevat,[7] existimat se gemmæ nitore[c] et auri[d] splendore aspectus omnium præstringere.[8] Cum puerum[e] respicit hunc unum, quem ego novi,[9] (vos non arbitror novisse,[10]) alio nomine appellat, deinde alio atque alio. Heus tu, inquit, veni Sannio,[i] ne quid isti barbari turbent:[11] ut ignoti, qui audiunt,[12] unum putent eligi[13] de multis: ei dicit[14] in aurem, aut ut[15] domi lectuli sternantur, aut ab

[c] *Quam digito gestat.* [d] *Aurei annuli.* [e] *Servulum.*

—2 '*Pecuniosum*] *Pecuniæ suæ* emendat Lamb. In uno Gryph. Ms. *pecuniosi* dimidiatum verbum legitur; ex quo non male conjectura probari possit, legendum *pecuniæ suæ* æque præclaro sensu.' *Brut.* *Pecuniæ* dedit Ern. e Ms. Lips. et eum sequuntur Schutz. Wetzel. et Orell. Vulg. *pecuniosum.* In Leid. 4. *pecuniosum dicere alias descr.* Vid. Nott. Varr.—3 G *Ita inquies est.* —4 Erf. *vos.*—5 Leid. 2. *Numne.*—6 '*Darem si*] Leid. 1. 3. *Daretis mihi locum, si:* Leid. 4. *Darem vobis locum, si.* In Voss. 1. 2. 4. *clare* vel *daretis locum.*' Oud. A *Darem michi locum, si:* R *Daretis mihi locum, si:* vulg. *Darem, si.* Vid. Nott. Varr.—7 '*Sinistra mentum sublevat*] Mss. vel *sublevabit* vel *sublevavit.*' Gronov. 'Mss. *sinistra mentum sublevabit:* al. *sublevavit:* Erf. *sinistrum mentum sublevabit.*' Græv. Ed. Med. *sinistram ad mentum sublevat:* Voss. 1. 3. Leid. 2. *sublevabit.* Vulg. *sinistra mentum sublevat.*—8 'Erf. *exist. se gemmæ nitorem et auri splendorem, &c.* quam scripturam non damno, si *se* expungatur.' *Græv.* Hinc Schutz. sequitur Erfurtensem, nisi quod omittit *se.* Dein '*Præstringere*] Sic Voss. 1. 3. ed. Omnib. In reliquis *perstr.*' Oud. In A G R ψ et Græv.-Burm. *perstringere.* '*Præstringere*] Sic edd. 1474. 1475. 1498. Junt. Primus Aldus *perstringere.*' Ern. Vulg. *præstringere.* Vid. Nott. Varr.—9 ψ *unumquemque ego novi.* Deest *ego* in G, Voss. 1. Leid. 2. 4. et quibusdam edd. In Voss. 2. *notavi.*—10 '*Vos non arbitror novisse*] Illud *novisse* non restat in Pal. 4. aut 6. et satis subintelligeretur.' *Grut.* 'Erf. et duo Pall. *vos non arb., alio.*' Græv. '*Novisse*] Voss. 1. Leid. 1. *nosse:* Voss. 2. *notavisse.*' Oud. Tur. omittit *novisse*, et Orell. uncis inclusit. —11 '*Alio atque alio: Heus*] Pith. *alio atque, heus tu:* Erf. *alio atque alio adeo. Tu, inquit.*' Græv. '*Heus, tu, &c.*] Medic. *At heus tu, inquit, veni Sannio, nequid istos barbaros perturbem.*' Gronov. 'Erf. *Tu, inquit, veni Sannio:* Medic. *At heus tu, inquit, veni Sannio.*' Græv. *Heus* abest a Voss. 1. 3. Leid. 2. Pro *tu*, Voss. 3. habet *tum.* Dein A *Annio:* G *Sammo*, et ψ *ut quid, &c.* Leid. 4. *sannio, sannio equidem isti, &c.* '*Ne quid isti barbari perturbent*] Erf. *ne quid his barbaris turbent:* Cauch. *ne quid isti barbari turbent:* Pith. *ne quid isti barbari conturbent:* Duisb. *equidem isti barbari conturbantur:* Medic. *ne quid istos barbaros perturbem.*' Græv. A quoque *ne quid istos barbaros perturbem.* In Voss. 2. 3. Leid. 2. ed. Omnib. Schutz. Wetzel. et Orell. *turbent:* Leid. 4. *conturbantur:* vulg. *perturbent.*—12 A et Erf. *audient.*—13 A R *seligi:* G *elegi:* ψ *se legi:* Erf. *se elegi.*—14 G ψ *et dicit:* A *ei dicet.*—

NOTÆ

Sannio] Ut et Libanus et Sosia servorum nomina sunt.

avunculo rogetur Æthiops,[k] qui ad balneas veniat, aut asturconi [16][l] locus ante ostium suum detur, aut aliquod fragile falsæ choragium [17][m] gloriæ[f] comparetur. Deinde exclamat, ut [18] omnes audiant, Videto,[19] ut diligenter numeretur,[20] si potest, ante noctem. Puer, qui jam bene hominis naturam novit,[1] Tu illo plures [2] mittas oportet, inquit, si hodie vis transnumerari. Age, inquit,[3] duc tecum Libanum et Sosiam. Sane.[g] Deinde casu veniunt hospites homini, qui istum splendide, dum peregrinaretur, receperant.[4] Ex ea re homo hercle sane[5] conturbatur; sed tamen a vitio

[f] *Inanis falsæ gloriæ ostentatio.* [g] *Certe id faciendum.*

15 ' *Ut aut domi*] Mss. omnes, ed. Med. *aut ut d.* Abest *ut* ab ed. Omnib. haud male.' *Oud.* Deest etiam in A, et in G punctis subnotatur. Græv.-Burm. *ut aut d.* Al. edd. *aut ut d.* Vid. Nott. Varr.—16 ' *Aut asturconi*] Sic plerique Mss. et edd. sed a Lambino et Grutero perperam *aut* omissum.' *Græv.* *Aut* abest ab A et Oliv. ac *aut asturconi* ab G R ψ. Vulg. *aut asturconi.*—17 A *falso,* et ψ *thoragium.*—18 Erf. non habet *ut.*—19 Leid. 2. *Vide:* G ψ, Voss. 1. Leid. 4. et ed. Med. *Videte.*—20 ' *Ut dil. numeretur*] Duisb. *ut omnes bene numeretur:* Pith. *ut dil. numeretur:* edd. *ut dil. enumeretur.*' Græv. ' *Ut dil. numerentur*] Leid. 4. *ut omnes bene numerentur:* ed. Med. *ut dil. omnes numerentur.* In Mss. omn. ed. Omnib. etiam *numerentur,* scil. servi. Optime.' *Oud.* *Numerentur* quoque A G R et Tur. Vulg. *numeretur.* Tum A R, Voss. 3. Leid. 2. *si potes:* G *si potest fieri.*—1 A *jam qui bene nat. novit:* unus Gryphii Ms. *qui hanc jam bene hom. nat. novit:* Erf. *qui jum bene nat. novit:* Voss. 1. *qui hanc bene hom. nat. novit:* Leid. 2. *qui hanc nat. bene norit:* Voss. 3. *qui jam hanc hom. nat. bene novit:* Lamb. ed. *qui bene hanc hom. nat. novit.* Vulg. *qui jam bene hom. nat. novit.*—2 Erf. omittit *plures.*—3 Edd. *inquit ille.* Vulg. *ille* omittitur.—4 ' *Qui istum spl. dum peregrinaretur, receperant*] Leid. 2. Voss. 3. *quos iste.* In nonnullis *peregrinabatur,* vel *peregrinatur.* Leid. 1. 2. *invitat:* Voss. 3. *invitaverat.* Ed. Med. *quos iste dum spl. peregrinantur, invitat:* ed. Omnib. *quos dum iste spl. peregrinatur, invitavit.* Mihi legendum videtur, *qui istum spl. dum peregrinabatur, invitarant.* Vid. Grævium.' *Oud.* A *a quibus iste spl., dum peregrinatur, susceptus est:* G *quos iste spl., dum peregrinatur, invitat.* Schutz. et Orell. *invitarant:* R ψ *receperunt.* Vulg. *receperant.* Vid. Nott. Varr.—5 Duisb. et Leid. 4. *re hic hercle sane:* Leid. 3.

NOTÆ

[k] *Æthiops*] Delicatis olim apud Græcos ministrabant Æthiopes. Theophrastus inter signa *μικροφιλοτιμίας* hoc reponit: *ἐπιμελεθῆναι ὅπως ὁ ἀκόλουθος Αἰθίοψ ἔσται· dare operam ut pedisequus Æthiops comitetur.* Ipsi etiam Romani eorum ministerio utebantur. Juven. Sat. v. ' Tibi pocula cursor Getulus dabit, aut nigri manus ossea Mauri.'

[l] *Asturconi* [*Asturco*] Equus ab Asturia Hispaniæ Tarraconensis regione sic appellatus, cui commodissimus in cursu gradus est.

[m] *Choragium*] Proprie locus est post scenam satis amplus, unde omnia ad ludos requisita depromebantur: *χορηγεῖν* enim non solum est chorum ducere, sed etiam suppeditare et subministrare. Transferri

naturæ non recedit. Bene, inquit, facitis, cum venitis; sed rectius fecissetis, si ad me domum recta abiissetis.[6] Id fecissemus, inquiunt illi, si domum novissemus. At istud quidem facile fuit[7] undelibet invenire.[h] Verum ite mecum.[8] Sequuntur illi. Sermo interea hujus consumitur omnis in ostentatione. [*p.* 40.] Quærit, in agris cujusmodi frumenta sint:[9] negat, se, quia villæ incensæ sint,[10] accedere posse, nec ædificare etiam nunc audere; tametsi in Tusculano[11][n] quidem cœpi insanire,[i] et in iisdem[12] fundamentis ædificare. LI. 64. Dum hæc loquitur, venit[13] in ædes quasdam, in quibus sodalitium erat eodem die futurum:[k] quo iste pro notitia domini ædium[14] ingreditur cum hospitibus. Hic, inquit, habito: perspicit argentum, quod erat expositum, triclinium[o] stratum: probat.[15] Ac-

[h] *A quolibet rescire.* [i] *Sumtus insanos ædificando facere.*
[k] *In quibus eo die conventus erat futurus.*



hercle homo: Tur. et Lamb. ed. *homo hercle,* sine τῷ *sane.* In Pith. *homo* deest.—6 '*Ad me domum recta abissetis*] Leid. 3. 4. edd. pr. *ad meam d.* male. *Recte* Voss. 2. *adissetis* ed. Med. vulgo *abiissetis.*' Oud. ψ *ad meam domum,* et A *recta via abiissetis:* Pith. *ad meam domum recta via abiissetis.* Tum G *At feciss.*—7 Edd. teste Grævio, *quidem, inquit, facile facile fuit.* Vulg. *quidem fac. fuit.* A non habet τὸ *fuit.*—8 '*Ite mecum*] Voss. 1. 3. Leidd. omn. ed. Omnib. *euntem illum:* bene. Ed. Med. *dum euntem illum:* Voss. 2. *iste mecum.*' Oud. A R ψ *euntem illum:* G *eundem illum:* Tur. *Verum. Euntem illum seq.* Ab duobus Mss. ap. Ern. absunt *ite mecum.* Vid. Nott. Varr.—9 Erf. *frum. cujusm.* et A *sunt.*—10 A G ψ *inc. sunt.*—11 ψ *Tusculanum.* Tum Voss. 3. *quidem incepi:* Leid. 4. *incepi,* et Duisb. *cœpi,* omisso τῷ *quidem.* Quædam edd. *quidem cœpit:* Lamb. *quidem, inquit, cœpi.*—12 Erf. *isdem.*

CAP. LI. 13 Voss. 3. *convenit.* Mox Duisb. et Leid. 4. *ubi sodal.* et Voss. 3. *eadem die.*—14 A *noctua,* et ψ *dominæ.* Vox *ædium* in Leid. 4. et Duisb. deest.—15 '*Perspicit argentum, &c. visit, &c. probat*] Hoc modo Pall. nostri: inepte igitur Lambinus, *perspiciunt arg. &c. visunt, &c. probant:* pertinent enim isthæc ad ostentatorem, non ad hospites.' *Grut.* 'Pith. et Erf. *perspicitur arg.* Lamb. *perspiciunt arg.*' Græv. '*Perspicit arg., quod erat expositum, visit*] Voss. 2. 3. *prospicit:* Leid. 3. *perspicitur:* Leid. 4. *perspicitur autem* (*aū* Leid. 1.) *quod erat appositum,* sine verbo *visit,* pro quo in Leid. 1. *ut fit.*' Oud. R *perspicit autem arg.* ψ *perspicitur autem arg.* Pith. *quod erat impositum.* A, Tur. et ed. 1474. *exp., ut sit tricl.* Vulg. *perspicit arg., quod erat exp., visit*

NOTÆ

potest ad quemlibet alterius rei apparatum.

[n] *Tusculano*] Subauditur 'territorio.' Tusculum urbs Latii antiquissima, nunc est *Frascati.* Tusculanum etiam fuit Ciceronis prædium prope Tusculum, quæ *Crypta Ferrata* dicitur his temporibus, vulgo *Grotta Ferrata.*

[o] *Triclinium*] Locus in quo cœnabant; a tribus lectis quos in eo sternebant, nomen habet; τρεῖς enim

cedit servulus:[16] dicit homini clam,[17] dominum jam venturum, si velit exire.[18] Itane? inquit,[19] eamus hospites; frater[20] venit ex Salerno:[p] ego illi obviam pergam: vos huc decima[l 1 q] venitote. Hospites discedunt. Iste se raptim domum suam conjicit:[2] illi decuma, quo[3] jusserat, veniunt: quærunt hunc: reperiunt, domus cuja sit:[m 4] in diversorium derisi conferunt sese. Vident hominem postera die:[5] narrant, expostulant, accusant: ait[6] iste, eos similitudine loci deceptos, angiporto[r] toto[7] deerrasse: se contra valetudinem suam[8] ad noctem multam expectasse. Sannioni[9] puero negotium dederat, ut vasa, vestimenta, pueros corrogaret.[10] Servulus non inurbanus satis strenue et con-

[l] *Hora.* [m] *Eum cujus erat domus.*

tricl. Ern. delevit *visit*, quod abest ab ψ et Ms. Cort. Schutz. et Wetzel. quoque id omittunt. Pro *probat*, in ψ *probavit* legitur.—16 Duisb. *servus.*—17 Leid. 1. *dicit hom. in aurem.* Pro vulg. *clare*, A G ψ, Pith. Tur. ed. Med. Schutz. Wetzel. et Orell. habent *clam.*—18 '*Dom. jam vent.*] Reposui ex Duisb. *dom. jam jam vent.* quod est efficacius.' *Græv.* '*Dom. jam jam v. si vel. exire*] Leid. 1. *dominum domus jam v. si vel. viderat exire:* Leid. 4. *dom. jam v. si vel. jam exire.* In nullo inveni *jam jam.*' Oud. A *dom. vent.* et A ψ *jam exire.* Vulg. ut Ern.—19 A *Itane est, inq.* Pith. *Itane, inq., est.*—20 Voss. 1. 3. Leid. 2. edd. pr. *frater meus.* Dein A ψ, Erf. Cauch. Voss. 1. 2. 3. Leid. 1. 2. cum ed. 1474. et Med. *Falerno*, 'nimirum agro,' ait Græv.—1 ψ *vos hic dec. ven.* Voss. 1. 2. 3. Leid. 2. ed. Med. *vos huc*, vel *huc vos ad decimam ven.* Leid. 1. *vos decima huc hora.* Vid. Nott. Varr.—2 A, Voss. 1. Leid. 1. *in domum*; et A G R, Voss. 1. 2. Leid. 1. Erf. Pith. ac ed. Med. *conjecit.*—3 *Illi* abest ab Erf. Pith. Leid. 1. 4. et Voss. 2. Tum Leid. 1. *decima hora.* ψ, Pith. et quinque Mss. Oud. cum edd. pr. *qua juss.*—4 Voss. 3. *domum cum absit.* Dein Lamb. ed. *in deversorium.*—5 Eadem ed. *postero die.*—6 '*Ait iste eos*] Pal. 4. 6. Bruil. a m. sec. *at iste eos*, placet.' *Grut.* 'Quidam Mss. *at iste eos.*' Græv.—7 Voss. 2. *in angiporto toto:* R ψ, Voss. 1. Leid. 1. 4. *angiportu toto.* Vid. Nott. Varr.—8 ψ *se ultra val.* Pronomen ante *contra* addidit Ern. quod etiam habent G, ed. 1474. Schutz. Wetzel. et Orell. *Se* ante *ad noctem* habent Lamb. et Græv.-Burm. sed abest ab Erf. Duisb. et Grut. ed. Vulg. omittitur. Vox *suam* in Græv.-Burm. sola deest. '*Contra valet.*] Mss. omnes et edd. pr. addunt *suam*, dum quidam carent *se.*' Oud.

NOTÆ

tres, et *κλίνη lectum* significat. Solebant quippe veterum in conviviis tres mensæ apponi, quibus accumbentes cibum sumerent.

[p] *Salerno*] Salernum urbs olim Picentinorum in Italia, hodie in regno Neapolitano, *Salerne.*

[q] *Decima*] Hora, ut Galli numeramus, quarta circiter pomeridiana. Horarum enim initium ab ortu solis Romani repetebant.

[r] *Angiporto*] Angiportum vel angiportus, quasi angustus ad portum aditus, vel via est exitum non habens, vel vicus angustus, et in modum anguis flexuosus.

cinne comparat:[11] iste hospites domum deducit.[12] Ait se ædes maximas cuidam amico[13] ad nuptias commodasse. Nuntiat puer,[14] argentum[n] repeti (pertimuerat enim, qui[15] commodarat). Apagete,[16] inquit, ædes commodavi, familiam dedi: argentum quoque vult? tametsi hospites habeo, tamen utatur licet,[17] nos Samiis[o] [s] delectabimur. Quid ego, quæ deinde efficiat,[18] narrem? ejusmodi est hominis natura, ut, quæ singulis diebus efficiat[19] gloria atque ostentatione, ea vix annuo[20] sermone enarrare possim. 65. Hujusmodi notationes, quæ describunt,[1] quid consentaneum sit uniuscujusque naturæ, vehementer habent magnam delectationem:[2] totam enim naturam cujuspiam[3] ponunt ante oculos, aut gloriosi,[4] ut nos, exempli causa, cœperamus,[5] aut invidi, aut timidi,[6] aut avari, ambitiosi, amatoris, luxuriosi, furis,[7] quadruplatoris:[t] denique[8] cujusvis studium protrahi potest in medium[9] tali notatione.

LII. Sermocinatio[u] est, cum alicui personæ sermo attri-

[n] *Vasa argentea e vasis fictilibus.* [o] *Hac figura, &c.*



Vid. Nott. Varr.—9 A *Annioni.*—10 ψ, Erf. et Duisb. *rogaret.*—11 Leid. 4. *servulos non inurbanos,* et mox G *conpereat omnia:* ψ *compararet.* Erf. *servulos non inurbanos satis et conc. compararet.*—12 Duisb. et Leid. 4. *hosp. suos ded.* —13 Iidem *ædes suas max. cuidam am. suo.* Tum G R, Duisb. Voss. 2. Leid. 3. 4. cum edd. pr. *ad nupt. accommodasse,* et mox Voss. 2. 3. Leid. 4.—14 '*Nuntiat interea puer*] Tres Mss. Erf. Duisb. Pith. *nuntiat puer:* sine ullo detrimento abest *interea.*' Græv. '*Nunciat puer*] Sic edi jubent Mss. omnes et edd. pr. Vulgo *nunt. interea puer.*' Oud. *Interea* deest in A G R ψ, et eam delevit Ern. quem Schutz. Wetzel. et Orell. sequuntur.—15 ψ *quia.*—16 Pith. *Apagite:* Lamb. Schutz. et Orell. *Apage te:* Erf. Cauch. et Tur. *Apage* sine *te:* vulg. *Apagete.*—17 *Licet* non est in Leid. 4. et Duisb.—18 Erf. et Pith. *eff. parem.*—19 Duo Mss. Lambini *quæ sing. efferat.*—20 ψ *animo.*—1 A *describuntur.*—2 Leid. 4. caret voce *magnam.* In A *magnam delectionem.* —3 Duisb. et Leid. 4. non habent *cujuspiam.*—4 Mss. plerique Oud. *glòsi:* Leid. 4. *gulosi.* Tum G *aut nos.*—5 Al. teste Græv. *ceperamus.*—6 Pith. *aut tumidi.*—7 Leid. 2. *lux furiosi, furis.*—8 A *deinde.*—9 Duisb. Leid. 4. *trahi potest;* et Voss. 3. *in medio.*

NOTÆ

[s] *Samiis*] Samos insula ad Ioniam in Ægæo mari, hodieque dicitur *Samo;* vasis fictilibus, quæ apud veteres in pretio fuere, nobilis.

[t] *Quadruplatoris*] Consule notas ad Heren. l. II. § 41.

[u] *Sermocinatio*] Videndum ex Cornificii præceptione ut 'sermo exponatur cum ratione dignitatis,' id est, quemadmodum ex Quintiliano Vossius exponit, ut ea locutos homines fingamus, quæ cogitasse eos non sit absurdum. In hoc schemate, quem διαλογισμὸν Græci appellant, excellit

buitur, et is exponitur [10] cum ratione dignitatis, hoc pacto: Cum militibus urbs redundaret, et omnes timore oppressi domi continerentur,[11] venit iste cum sago,[p] gladio succinctus, tenens jaculum: [12] quinque adolescentes hominem simili ornatu subsequuntur. Irrumpit [13] in ædes subito; deinde magna voce,[14] Ubi est iste beatus, inquit, ædium dominus? quin mihi præsto fit? [q] [15] quid tacetis? Hic alii omnes stupidi timore [16] obmutuerunt. Uxor illius [17] infelicissimi cum maximo [18] fletu ad istius pedes abjecit sese.[19] Parce, inquit, et per ea [20] quæ tibi dulcissima sunt in vita, miserere nostri: noli extinguere extinctos. Fer mansuete [1]

[p] *Veste militari.* [q] *Cur non hic mihi præsens adest?*

Cap. lii. 10 Leid. 4. Duisb. *sermo asscribitur;* et G ac Erf. *et his exp.* Leid. 3. *et is exprimitur.*—11 Voss. 3. *retinerentur:* ed. Omnib. *tenerentur.*—12 '*Tenens jaculum*] Quidam libri vett. habent *tenens baculum.*' Lamb. 'Ms. *tenens baculum:* Duisb. *tenens in manu gladium.*' Græv. '*Tenens jac.*] Addit ed. Med. *in manu.* Leid. 4. *tenens in manu gladium:* Leid. 1. *tenens baculum.*' Oud.—13 '*Quinque adol. hominem*] Erf. *quin* (Cauch. *in*) *adol. homines.*' Græv. '*Quinque adol. homines* habet unus e meis Mss.' *Brut.* *Quinque* non est in A, qui cum ψ habet *homines.* Dein Leid. 4. *simili habitu.*—13 A, Erf. et omnes Mss. Oud. cum ed. Omnib. *Irrupit.*—14 Leid. 4. *dixit magna voce.* In ψ et Leid. 2. *maxima.* Abest *voce* a Leid. 3.—15 '*Quin mihi præsto fit*] Pall. fere *fuit?* nisi quod Pal. 2. *is quomodo mihi pr. fuit;* unde forsan hæret in Gembl. Tosano et Lil. *qui non mihi præsto fuit?*' Grut. 'Erfurtensis consentit ultimis tribus Mss. a Grutero laudatis. Al. *is quoque mihi pr. fuit:* al. *quin mihi pr. fuit.*' Græv. 'Voss. 1. Leid. 1. *quid? mihi pr. fit:* Leid. 3. ed. Omnib. *qui non mihi pr. fit.* Tum *fuit* Mss. omnes cum edd. pr.' *Oud.* R *qui non mihi, &c.* et A G R ψ *fuit.* Vulg. *quin mihi præsto fit.*—16 Leid. 4. *homines st. tim.* Leid. 3. *omn. stupore.* Tum G *obtimuerunt,* sed in marg. *obmutuerunt.*—17 *Illius* non est in G.—18 Leid. 2. 3. *magno.*—19 A et Voss. 3. *subjecit esse:* G R ψ et Leid. 1. *adjecit esse:* Leid. 3. *injecit sese:* Leid. 4. Voss. 2. *projecit sese:* ed. Omnib. *objecit sese:* Duisb. et Pith. *projecit se:* Lamb. ed. *abjiciens se.*—20 '*Parce, parce, inquit*] Vocem *parce* iteratam reposui ex Pithœi optimo codice, quæ repetitio hic est ἐμφατικωτάτη.' *Græv.* '*Et parce, parce, inquit*] Abest copula a Mss. omn. et edd. pr. *per te inq.* Voss. 1. 3. Leid. 2. ed. Omnib. *parce inquit, per te.* Hinc malim *parce, inquit, parce.* Alterum *parce* primus recte inseruit Grævius.' *Oud.* Vulg. *Parce, inquit, et per ea.* Duisb. *per ea,* sine copula. '*Parce, inquit, et per ea*] Mss. et edd. plures *parce, parce inquit,* vel *parce, inq., parce, &c.* alterum Græv. alterum Oud. probat. Mihi neutrum, nec vulgatum placet. Ms. Winkl. *per te inq. et per.* An auctor dedit, *Per te, inq., ea, quæ, &c.* id elegantissimum foret.' *Ern.*—1 A *man-*

NOTÆ

Cicero cum alibi tum Verr. ult. § 109. 'Catenas habebat hospes tuus Aristeus Dexionis filius. Quid ita? prodiderat classem. Quod ob præmium? deseruerat exercitum. Quid Cleomenes? ignavus fuerat. At eum tu ob virtutem corona aurea donaras. Dimiserat nautas, tu ab omnibus mercedem missionis acceperas,' &c.

fortunam:[r] nos quoque fuimus beati: nosce te esse hominem. At ille:[2] Quin illum mihi datis,[3] ac vos auribus meis opplorare desinitis? non abibit.[4] Illi nuntiatur interea venisse istum, et[5] clamore maximo mortem minari. Quod simul ut audivit, Heus, inquit, Gorgia, pediseque[6] puerorum, absconde[7] pueros: defende: fac, ut incolumes ad adolescentiam perducas.[8] Vix hæc dixerat,[9] cum ecce iste præsto,[10] Sedes, inquit, audax? non vox mea[11] tibi vitam ademit? exple inimicitias meas, et iracundiam satura tuo[12] sanguine. Ille cum magno spiritu,[s] Metuebam, inquit,[13] ne plane victus essem:[14] nunc video: in judicio[15] mecum contendere non vis, ubi superari turpissimum,[16] et superare pulcherrimum est: interficere me[17] vis: occidar equidem,[18] sed victus non peribo. At iste,[19] In extremo vitæ tempore etiam sententiose loqueris?[20] neque ei, quem vides

[r] *Ne abutaris tua felicitate.* [s] *Cum ingenti fiducia.*

suetem.—2 In Erf. non est *at ille.* Orell. malit legere *at iste.*—3 ψ, Tur. et Leid. 3. 4. *date.* Vox *meis* in A deest. Pro *opplorare,* Pith. habet *explorare.* Dein ψ, Tur. et Leid. 3. 4. *desinite.*—4 Erf. *non abibo.*—5 ψ, Erf. et Leid. 3. *ven. factum est, et cl.* Leid. 4. et Duisb. *hunc ven. et cum cl.* G *ven. hunc, et cl.* A *ven., et ex cl.*—6 A G ψ, Erf. omnes Mss. Oud. cum edd. pr. *pedissequa:* Duisb. *pedissequo.*—7 Duisb. *defende pueros, def.*—8 Pith. *incolumes adol. perducas:* A G ψ, Tur. Leid. 1. 3. 4. Voss. 2. *incol. sit adolescentia:* Erf. Duisb. et Cauch. *incolumis adolescentia sit.* '*Ad adolesc. perducas*] In duobus Gryph. exemplaribus deest verbum; fortassis non male, ut videatur, temporis angustiis excluso addere postremum verbum non licuisse; quod ad significandam ferociam inimici eum subito opprimentis, magnam vim habet.' *Brut.* Vulg. *ad adolesc. perd.*—9 Erf. *dixit, at.*—10 '*Præsto*] Quidam existimat *Prædo* legendum, non male.' *Brut.* Tum e Ms. Erf. dederunt Schutz. et Wetzel. *Etiam sedes;* quæ lectio valde placet Ernestio. Vid. Nott. Varr.—11 A *num vox mea:* Erf. *non vis mea.*—12 Abest *tuo* a Leid. 4. et Duisb. ψ *satam meo sang.*—13 Tur. *Verebar, inq.* A, Voss. 1. Leid. 2. ed. Omnib. *Verba met. inq.* Voss. 3. *Vera met. inq.* Vid. Nott. Varr.—14 A non habet *essem.*—15 Tur. *judicio,* Erf. *judicium,* et Cauch. *indicio* sine præpositione. A *tu in jud.* Dein Voss. 1. Leid. 1. 3. ed. Med. *tu mecum.*—16 ψ *non jus tibi sup.* Erf. *ubi separari turp.* Duisb. *ubi superari est turp.* Leid. 4. *turp. est superari:* Pith. *ubi superari turp.*—17 Erf. et Tur. *me* omittunt.—18 A ψ, Leid. 3. ed. Med. *occides quidem:* Voss. 3. et Pith. *occidas equidem:* ed. Omnib. *occides equidem:* Erf. *occide quidem:* vulg. *occidar equidem.* Deest *equidem* in ψ et Duisb.—19 '*At ille*] Mss. omnes et edd. pr. carent pronomine. Voss. 1. Leid. 1. 3. *Ait.*' Oud. In ψ quoque *Ait.* A G R ψ non habent pronomen. Edd. ante Ern. cum Græv.-Burm. et Lall. *At ille:* Schutz. Wetzel. et Orell. *At iste.* Vid. Nott. Varr.—20 '*Etiam sententiose loqueris*] Mss. quatuor carent *etiam.* Voss. 1. 2. Leid. 1. *sententias eloqueris:* quod præferendum videtur.' *Oud.* A R *sententias eloq.* ψ *sententiose eloq.* Tur. Lamb. Schutz. Wetzel. et Orell. *sententias loq.* quod valde placet Ernestio. Vulg. *sententiose loq.* Vid. Nott.

dominari, vis supplicare? Tum mulier, Immo quidem ille[1] rogat et[2] supplicat: sed tu,[t] quæso, commovere;[3] et tu,[u] per Deos, inquit, hunc examplexare:[4] dominus est; vicit hic te, vince tu nunc animum.[5] Cur non desinis,[6] inquit, uxor, loqui, quæ me[7] digna non sunt? tace, et, quæ curanda sunt, cura: tu cessas mihi vitam, tibi omnem bene[8] vivendi spem mea morte eripere? Iste mulierem repulit ab se[9] lamentantem: illi,[10] nescio quid incipienti dicere, quod dignum videlicet illius virtute esset,[11] gladium in latere defixit.[z] Puto in hoc exemplo datos esse unicuique sermones[12] ad dignitatem accommodatos:[13] quod oportet in hoc genere observare.[14] Sunt item[15] sermocinationes consequentes hoc genus: Nam quid putamus illos dicturos, si hoc judicaveritis? nonne hac omnes utentur oratione?[16] deinde subjicere sermonem.[17]

LIII. 66. Conformatio[18] [x] est, cum aliqua, quæ non

[t] *Miles.* [u] *Marite.* [z] *Miles.*

Varr. Dein pro *neque ei*, G habet *nec enim.*—1 Mss. et edd. ante Ern. cum Græv.-Burm. et Lall. *iste.*—2 Copula non est in A.—3 ‘*Commoveare*] Libri vulgati habent *commovere*, et nonnulli item Mss.’ *Lamb.* ‘Erf. et al. *commoveare.*’ Græv. Voss. 1. *quidem commovere:* G et Leid. 3. *commoveare.*—4 *Inquit* in G deest; et in G R ψ ac Græv.-Burm. legitur *amplexare.* ‘*Amplexare*] Voss. 1. Leid. 1. edd. pr. *examplexare:* Voss. 3. *examplectare.*’ Oud. Vulg. *examplexare.*—5 Leid. 2. *vince nunc tu tuum an.* Leid. 3. *vince an. tuum.* —6 ‘*Cur non desinis*] Leid. 3. *quid non des.* Forte *quin.*’ Oud. ‘Erf. non male *quid desinitis.*’ Græv. A R *quid non desinis:* Schutz. et Wetzel. *quin desinis,* Ern. probante.—7 Pith. non habet *me.*—8 *Bene* deest in Leid. 4. et Duisb. Tum A ψ *dirimet morte:* Leid. 3. *morte dirimere:* Leid. 4. et Duisb. *morte adimere.*—9 Pith. *Iste mul. verbis repellit ab se:* Leid. 2. Voss. 3. *Is mul. repellit a se.* Duisb. Voss. 1. ed. Med. quoque *a se.*—10 Erf. *ille.*—11 *Videlicet* exulat a Voss. 2. et Lamb. ed. sola habet *illa virtute.* G *virt. fuisset.*—12 A *datum esse un. sermones:* Erf. *dato esse un. sermonem.*—13 Erf. *accommodatum.* Tum ‘*Id quod oportet*] Sic restituendum e Mss. Voss. omn. et Leid. 1. 2. edd. pr. Vulgo deest *id.* Adi ad Cic. de Inv. I. 17.’ *Oud.* A G R, Erf. quoque, cum Schutz. Wetzel. et Orell. *id quod op.*—14 Voss. 1. *observari:* A ψ et Erf. *conservare:* Pith. quatuor Mss. Oud. et ed. Med. *conservari;* et sic margo Cratandri.—15 Pith. *ita.*—16 Voss. 1. *utemur:* Voss. 3. Leid. 4. *utuntur:* et Leid. 2. *ratione.*—17 G *subj. oportet serm.* R *subj. sermocinationem debetis,* sed sup. lin. ‘vel *rationem.*’

NOTÆ

[x] *Conformatio*] Sive prosopopœia. Hac mirifice Tullius utitur in Cœliana, præsertim ad exagitandas Clodiæ libidines § 33. et seqq. ‘Sed tamen ex ipsa quæram prius, utrum me secum severe et graviter et prisce agere malit, an remisse ac leniter et urbane. Sin illo austero more ac modo, aliquis mihi ab inferis excitandus est ex barbatis illis, non hac barbula qua

adest, persona confingitur, quasi adsit, aut cum res muta aut informis,[19] fit eloquens et formata,[y] et ei oratio [20] attribuitur ad dignitatem accommodata, aut[1] actio quædam, hoc pacto: Quodsi nunc hæc urbs invictissima vocem mittat,[2] non hoc pacto loquatur?[3] Ego illa plurimis tropæis ornata, triumphis ditata certissimis, clarissimis locupletata[4] victoriis, nunc vestris seditionibus, o cives,[5] vexor: quam dolis[6] malitiosa Carthago,[y] viribus probata[7] Numantia, disciplinis erudita Corinthus labefactare non potuit, eam patiemini[8] nunc ab homunculis deterrimis[9] proteri atque conculcari? Item, Quodsi nunc L.[10] ille Brutus[z] reviviscat,

[y] *Animata.*

CAP. LIII. 18 A *Confirmatio.*—19 Leid. 2. Voss. 3. et Lamb. *muta et inf.* Tum ‘*Loquens*] Sic plane ed. Med. at Mss. omnes *eloquens.*’ Oud. *Loquens* quoque Mss. Lips. Winkl. cum Græv.-Burm. Wetzel. Schutz. et Orell. *Eloquens* A G R ψ, Tur. et vulg. Vid. Nott. Varr.—20 ‘*Et formata et ei oratio*] In uno Gryph. exemplari multo melius, *et forma ei et oratio*; quomodo edendum curavimus.’ *Brut.* ‘*Forma ei et oratio*] Ita Leid. 1. In aliis *et formata et ei*, vel *eique*. Leid. 3. *ratio.*’ Oud. R ψ, Tur. Ms. Lips. et Græv.-Burm. *et formà ei et oratio.* Vulg. *et formata, et ei oratio.* Vid. Nott. Varr.—1 Pro *aut*, ψ habet *ut.*—2 ‘*Mittat*] Sic solà ed. Omnib. In Mss. et ed. Med. *emittat.*’ Oud. *Emittat* quoque Tur. Lamb. et Orell. *mittat* A G R ψ et vulg. —3 G *mihi hoc pacto:* Leid. 2. 3. *nonne h. p.* Leid. 4. *num h. p.* Tum Leid. 3. 4. ed. Med. *loquetur.*—4 G *certissimus, clarissimus:* ψ *certissimas, clarissimus.* ‘*Clar. potita vict.*] Sic habet unus Gryph. duo alii Mss. ut excusi, *clar. locupletata vict.*’ Brut. Tur. *clar. ditata vict.* Vulg. *locupletata.*—5 Leid. 2. caret *o cives.*—6 Pith. *dolosis.*—7 Lamb. solus *viribus robusta Num.*—8 A G ψ, omnes Mss. Oud. et edd. pr. *patimini:* Erf. *patiamini.* Vulg. *patiemini.*—9 Leid. 2. *ab homunc. deterr.* edd. Med. *ab hominibus deterr.* Paucæ edd. *ab ho-*

NOTÆ

ista delectatur; sed illa horrida, quam in statuis antiquis, et in imaginibus videmus: qui objurget mulierem et pro me loquatur, ne ista mihi forte succenseat. Existat igitur ex hac ipsa familia aliquis; ac potissimum Cæcus ille: minimum enim dolorem capiet, qui istam non videbit: qui profecto si extiterit, sic aget et sic loquetur: Mulier, quid tibi cum Cœlio? quid cum homine adolescentulo? quid cum alieno? cur aut tam familiaris huic fuisti, ut aurum commodares; aut tam inimica, ut venenum timeres? non patrem tuum videras? non patruum, non avum, proavum, atavum audieras consules fuisse?’ &c.

[y] *Carthago*] De qua, ut et Numantia et Corintho, supra jam dictum.

[z] *L. Brutus*] L. Junius Brutus, quem Plutarchus patricium, Halicarnasseus plebeium dicit, cum insidias a Tarquinio Superbo sibi metueret, simulata stultitia nomen Stolidi seu Bruti non recusavit. Paulo post cum Tarquinii filius Lucretiæ stuprum obtulisset, Brutus populum ad libertatem vocans, Tarquinium regem expulit, primusque consul creatus est

et hic ante pedes vestros adsit, non hac[11] utatur oratione? Ego reges ejeci,[12] vos tyrannos introducitis: ego libertatem, quæ non erat, peperi, vos partam servare non vultis: ego capitis mei periculo patriam liberavi, vos liberi sine periculo esse non curatis? Hæc conformatio, licet in plures res mutas atque inanimas[13] transferatur, proficit tamen plurimum[14] in amplificationis partibus et commiseratione.[15]

67. Significatio[a] est,[16] quæ plus in suspicione relinquit, quam positum est[17] in oratione. [*p.* 41.] Ea fit per exuberationem,[18] ambiguum, consequentiam, abscissionem, similitudinem.[19] Per exuberationem,[b] cum plus dictum est,[20]



munc. teterrimis.—10 *L.* in A G deest.—11 A G, Leid. 4. ed. Omnib. *num hac:* Leid. 3. ed. Med. *nonne hac:* Erf. *si non hac:* Pith. ut nonnullæ edd. teste Græevio, *non hæc.* Tum G, Erf. Pith. Leid. 1. Voss. 3. et edd. pr. *utetur:* Leid. 4. *uteretur.*—12 G *eo reges ejecti.*—13 '*Mutas atque inanimas*] Mss. nostri tres retinent *inanimatas*, ut cap. 48. 'res animatas et inanimatas, mutas et loquentes.'' *Gronov.* '*Mss.* et edd. *mutas atque inanimatas:* sed Lambini et Grut. edd. *mutas atque inanimas.*' Græv. *Inanimatas* A G, Voss. 1. 2. 3. Leid. 1. 2. 4. et edd. pr. cum Græv.-Burm. et Orell. *inanimas* vulg. Verba *atque inanimas* absunt ab R ψ et Leid. 3.—14 '*Transferatur, proficit tamen plurimum*] Voss. 2. *ut transf.*, *sed prof.* Leid. 4. *tamen prof.* sine *plurimum.* A ceteris et ed. Omnib. abest vox *tamen.* Leid. 3. ed. Omnib. *multum.*' Oud. *Sed prof.* quoque in Gryph. exemplari uno. *Tamen* non est in G et Erf.—15 R, Pith. Leid. 2. Voss. 3. *et commiserationis:* A *et in commiserationis.*—16 '*Significatio est*] Mss. omnes et edd. pr. *Sign. est res.* Vid. c. 54. 'Brevitas est res.'' *Oud.* ψ *Dignificatio*, et A G, Erf. Tur. *est res.* Mox pro *suspicione*, in Erf. *significatione* legitur.—17 G *pos. sit.*—18 '*Exsuperationem*] Sic bis reposuit Græevius, ut probant Mss. omnes, si excipias Leid. 4. in quo et ed. Med. *exuberationem.*' Oud. *Exsuperationem* etiam A G R ψ et Orell. *exuberationem* vulg. Vid. Nott. Varr.—19 '*Ambiguum, &c.*] Quater hic repetitur præpositio *per* in Voss. 1. Leid. 1. in quo et Voss. 2. 3. Leid. 2. et edd. pr. *abscisionem*, uti et mox Mss. omnes.' *Oud.*—20 Erf. omittit *est.*—

NOTÆ

collega L. Tarquinio Collatino, A. U. C. ineunte 245. ante Chr. 509. Filios, qui de recipiendis in urbem regibus consilia habuerant, capitali supplicio affecit. His versibus a Virgilio celebratus est, Æn. VI. 'Consulis imperium hic primus, sævasque secures Accipiet: natosque pater nova bella moventes Ad pœnam pulchra pro libertate vocabit Infelix: utcumque ferent ea fata minores, Vincet amor patriæ, laudumque immensa cupido.'

[a] *Significatio*] Ad emphasim refertur, quæ plus ad intelligendum quam dicitur relinquit.

[b] *Per exuberationem*] Quæ poëtis præcipue familiaris est, ut cum de Polyphemo Virgil. ait, 'Jacuitque per antrum Immensum.' Nec ignota est oratoribus. 'Tu istis faucibus,' inquit Tullius Philipp. II. 'istis lateribus, ista gladiatoria totius corporis firmitate, tantum vini in Hippiæ nup-

quam patitur veritas, augendæ suspicionis causa, sic:[1] Hic de tanto patrimonio[2] tam cito testam, qua sibi petat ignem,[z][3] non reliquit. Per ambiguum, cum verbum potest in duas pluresve sententias accipi, sed accipitur[4] in eam partem, quam vult is qui dixit: ut de eo si dicas,[5] qui multas hæreditates adierit, Prospice tu, qui plurimum[6] cernis.[c] LIV. Ambigua quemadmodum vitanda sunt, quæ obscuram reddunt orationem, ita hæc[7] consequenda[d] quæ conficiunt hujusmodi significationem. Ea reperientur facile, si noverimus et animadverterimus[8] verborum ancipites aut[9] multiplices potestates.[a] Per consequentiam significatio fit,[10] cum res, quæ sequuntur[11] aliquam rem, dicuntur, ex quibus tota res relinquitur in suspicione, ut si salsamentarii filio dicas, Quiesce tu, cujus pater cubito se emungere solebat.[12] Per abscissionem,[13][e] si, cum incipimus

[z] *A vicino, more veterum.* [a] *Significationes.*

1 Erf. *sit.*—2 Idem Ms. *præmio.*—3 ‘*Testam, qua sibi petat ignem*] Duisb. *testam qua pet. ign.* Cauch. *testum quo sibi pet. ign.* Unde Cauchius existimat legendum *testu, quo sibi petat.* Sic ‘sub æreo testu’ ap. Plin. ‘sub calido testu’ ap. Catonem de R. R.’ *Græv.* Deest *sibi* in Leid. 4.—4 ‘*Sed accipitur*] Duisb. *sed acc. tantum:* Pith. *acc. tamen.*’ Græv. ‘*Accipitur*] Sic in solo Leid. 3. et ed. Omnib. In Mss. quinque *acc. tamen:* Voss. 3. ed. Med. *acc. tantum.*’ Oud. G *sed acc. tamen.*—5 ψ *quam vult ut si dicas:* Lamb. *quam vult is qui dixit, ut si dicas de eo.*—6 G *Perspice tu,* et Duisb. Leid. 4. *illum qui.* Voss. 3. *plurima:* ψ, Pith. Leid. 2. et ed. Med. *multum.*

CAP. LIV. 7 Leid. 4. et Duisb. *hic.*—8 ψ *nov. aut animadv.* Erf. *nov. et animum advertimus.*—9 R ψ et Lamb. *anc. et multipl.*—10 A G *signif. est:* Erf. *significationum* sine *fit.*—11 A G, Erf. Leid. 2. Voss. 3. et Tur. *sequantur:* ed. Med. *sequentur.*—12 ‘*Cubito se emungere sol.*] Optime Cauch. et Erf. *cubitis emungi sol.*’ Græv. ‘Vid. Victor. Var. Lect. XIV. 10.’ *Burm.* Voss. 2. *subito;* et Leid. 3. *mungere:* ed. Med. *emingere.*—13 Tur. *abscisionem.* Vid.

NOTÆ

tiis exhauseras, ut tibi necesse esset in populi Romani conspectu vomere postridie.’

[c] *Qui plurimum cernis*] *Cernere* ambigua vox et videre et hæreditatem adire significat.

[d] *Hæc consequenda*] Ambigua in verbis ad facetias plurimum valere probat exemplis Tullius de Orat. l. II. § 253.

[e] *Per abscissionem*] Qua utendum præcipue obscœnitatis vitandæ causa, exemplo Tullii in Cœl. § 69. ‘Hic etiam miramur, si illam commentitiam pyxidem obscœnissima sit fabula consecuta. Nihil est quod in hujusmodi mulierem non cadere videatur. Audita et pervulgata et percelebrata sermonibus res est; perspicitis animis, judices, jamdudum quid velim, vel potius quid nolim dicere; quod etiamsi est factum, certe a Cœlio non est factum.’

aliquid [14] dicere, præcidimus, et ex eo, quod jam diximus, satis relinquitur suspicionis, [15] sic: Qui ista forma et ætate [16] nuper alienæ domui: [17] nolo plura dicere. Per similitudinem, cum aliqua re simili allata, [18] nihil amplius dicimus, sed ex [19] ea significamus quid sentiamus, hoc modo: Noli, Saturnine, [f] nimium populi frequentia [20] fretus esse: inulti jacent Gracchi. [1] Hæc exornatio plurimum festivitatis habet interdum, et dignitatis: [2] sinit enim [3] quiddam, tacito oratore, [4] ipsum auditorem suspicari.

68. Brevitas est res ipsis tantummodo verbis [5] necessariis expedita, hoc modo: [6] Lemnum [g] præteriens cepit: inde Thasi [7] [h] præsidium reliquit: post urbem in Bithynia [8] [i] sustulit: inde pulsus [9] in Hellespontum, [k] statim potitur

Nott. Varr.—14 G, Pith. Voss. 1. Leid. 2. ed. Med. *incipiemus aliq.* Voss. 3. et Schutz. *incepimus aliq.* Leid. 4. *incipiamus aliqua.* Tum A G R et Erf. *præcidamus:* Pith. *deinde præcidamus:* Schutz. *deinde præcidimus.* '*Præcidimus*] *Deinde præcidamus* Voss. 1. 3. Leid. 1. 2. ed. Med. Bene. *Deinde* agnoscit quoque ed. Omnib. et *præcidamus* Leid. 3. 4.' *Oud.* Vulg. ut Ern.—15 ψ *suspicioni.*—16 Pith. *quia:* ψ *ista fortuna;* et Erf. *ex ætate.*—17 ψ *super,* et Erf. Leid. 2. Voss. 3. ed. Med. *al. domi.*—18 Leid. 2. *re sim. ablata:* Leid. 3. *re sim. collata:* A ψ *sim. collata,* sine *re.*—19 Deest præpositio Voss. 1.—20 '*Populi reverentia fretus*] Sic ex meis soli dant Leid. 4. et Voss. 2. In ceteris est *frequentia.* Abest *populi* a Leid. 2.' *Oud.* *Reverentia* Tur. Græv.-Burm. et Schutz. *frequentia* A G R ψ et vulg. Vid. Nott. Varr.—1 '*Inulti jacent Gracchi*] Leid. 1. *Stultitiæ memento Gr.* Voss. 2. *stultitiam dinosce Gr.* Leid. 4. *stultitiam C. Gr.* ed. Med. *Gracchi memento:* Omnib. *stultitiam nosce Gr.* Leid. 2. *multi tacent Gr.*' Oud. In A ψ *stulticiæ C. Gracchi memento.* Vulg. *inulti tacent Gracchi.* Vid. Nott. Varr.—2 ψ *et etiam;* et G *dignitas.*—3 *Enim* non est in A.—4 ψ *ore.*—5 Lamb. *Brev. est cum res:* G *res ipsa tant.* A non habet *verbis.* Tum Lamb. *exped. est.*—6 Pro *hoc modo,* in Voss. 3. *sic* legitur.—7 A *tasti:* R *Thapsi:* Leid. 2. *Tapsi:* Leid. 1. *Thacci:* Voss. 2. *Thani:* Voss. 3. *Thulius:* Leid. 3. *Tharsum:* edd. pr. *Tharsi.* Vulg. *Thasi.* Vid. Nott. Varr.—8 '*In Bithynia*] Voss. 1. 3. Leid. 2. edd. pr. *Bithinniam, Bithiniam:* Leid. 1. *in Machidum:* Leid. 3. *Macedum:* Leid. 4. *Machium:* Voss. 2. *Macidum.* Latet urbis nomen.' *Oudendorp.* A *in Machiufri:* G ψ *Bithiniam.* In Duisburgensi *urbem Michium:* Erf. *urbem vi Inachium:* Cauch. *viminachium.* Vulg. ut Ernest.—9 A *trussus;* 'forsan pro *trusus,*' ut ait Oxoniensis editor. Lamb. de Aurati conjectura,

NOTÆ

[f] *Saturnine*] De quo diximus in notis ad l. I. § 21. De Gracchis agetur in lib. de Clar. Orat.

[g] *Lemnum*] Lemnos, insula maris Ægæi, Vulcano quondam sacra, hodie *Stalimene* appellatur.

[h] *Thasi*] Thasus sive Thassus, ejusdem maris insula, Thraciæ proxima: variis olim nominibus Æria, Æthria, Ogygia, et Chrysa dicta est; nunc, teste Sophiano, *Tasso.*

[i] *Bithynia*] Quæ Asiæ Minoris regio *Becsangial,* teste Castaldo, appellatur, a Turcis autem *Osman ili,* ut scribit Leunclavius.

[k] *Hellespontum*] Ab Helle Atha-

Abydo.[10] [l] Item, Modo consul, quondam tribunus,[11] deinde primus erat civitatis. Tum,[12] proficiscitur in Asiam, deinde exul et [13] hostis est dictus, post imperator, postremo consul factus est.[14] Habet paucis comprehensa brevitas multarum rerum expeditionem.[b] Quare adhibenda sæpe est, cum aut res non egent [15] longæ orationis, aut tempus non sinit commorari.[16]

LV. Demonstratio [m] est, cum ita res verbis exprimitur,

[b] *Concisa brevitas multa paucis absolvit.*

cum Wetzel. Schutz. et Orell. *appulsus*, probante Ern.—10 Leid. 2. *pot. Abydi:* Pith. *pot. rursus Abydo.*—11 Pro *tribunus*, Erf. habet *iste.* Tum A ψ et Leid. 3. *is deinde:* G *iis deinde:* Leid. 4. *is denique.* Porro Voss. 3. *primus in civitate.* Vid. Nott. Varr.—12 Orell. malit legere *Item.*—13 *Exul et* desunt in A R, Leid. 3. 4. *est* addunt Mss. plerique Oud. et edd. pr.—14 Pro *postremo*, in A legitur *et populorum:* G R *et postremo.* '*Postremo consul est factus*] *Et postr.* Voss. 3. *et populorum cons.* Voss. 2. Leid. 1. 3. 4. Ed. Omnib. *et populi Ri.* Desunt bene τὰ *est factus* Voss. 1. 3. Leid. 2. In aliis *factus est consul.*' Oud. Tur. quoque *factus est consul.* Verba *est factus* absunt ab Cauch. et Cort. non bene, ut Ern. existimat.—15 Pith. *eguerit:* G, Duisb. Voss. 1. Leid. 2. 4. ed. Omnib. *egebit:* Voss. 3. *eget:* ψ *egeret:* ed. Med. *egeat.*—16 '*Non sinit comm.*] Ed. Omnib. *non sinet.* Voss. 1. *immorari.*' Oud. Erf. *sinet*, et Schutz. *immorari.*

NOTÆ

mantis Thebanorum regis filia, quæ ibi summersa est, nomen habuit. Hellespontus fretum inter Sestum et Abydum. *Le détroit de Gallipoli.*

[l] *Abydo*] Abydus urbs Phrygiæ Minoris in Asia, in littore Bosphori Thracii e regione Sesti, quæ est in Europa. In hac utraque urbe arces munitissimas exstruxere Turci, unde tormentis explosis facile navium transitum intercludant. Dicuntur Dardanellæ, *les Dardanelles.*

[m] *Demonstratio*] Quam διατύπωσιν alii, alii hypotyposin, Cicero subjectionem sub aspectum vocat. Qualis est ista in Pison. § 13. 'Meministine, cœnum, cum ad te quinta fere hora cum C. Pisone venissem, nescio quo e gurgustio te prodire, involuto capite, soleatum? et, cum isto ore fœtido teterrimam nobis popinam inhalasses, excusatione te uti valetudinis, quod diceres, vinolentis te quibusdam medicaminibus solere curari? quam nos causam cum accepissemus, (quid enim facere poteramus?) paulisper stetimus in illo ganearum tuarum nidore atque fumo; unde tu nos, cum improbissime respondendo, tum turpissime eructando, ejecisti.' Ejusdem sordidam ingluviem eodem schemate exagitat § 67. 'Est quædam, quamquam omnis est vitiosa atque turpis, tamen ingenuo ac libero dignior, luxuria. Nihil apud hunc lautum, nihil elegans, nihil exquisitum: laudabo inimicum: ne magnopere quidem quicquam, præter libidines, sumtuosum. Toreuma nullum: maximi calices, et hi, ne contemnere suos videatur, Placentini: exstructa mensa, non conchyliis aut piscibus, sed multa carne subrancida. Servi sordidati ministrant, nonnulli etiam

ut geri negotium, et res ante oculos esse videatur.[17] Id fieri poterit, si, quæ ante, et post,[18] et in ipsa re facta erunt, comprehendemus, aut si a rebus consequentibus,[19] aut a circumstantibus non recedemus,[20] hoc modo: Quod simul atque[1] Gracchus prospexit, fluctuare populum, verentem, ne ipse[2] auctoritate senatus commotus a sententia desisteret,[3] jubet advocari concionem.[4] Iste interea scelere et malis cogitationibus redundans, evolat ex[5] templo Jovis, et sudans,[6] oculis ardentibus, erecto[7] capillo, contorta[8] toga, cum pluribus aliis[9] ire celerius cœpit. Illi præco[n] faciebat audientiam:[10] hic subsellium quoddam calce premens,[11] dextra pedem defringit,[c][12] et alios hoc idem ju-

[c] *Frangit dextra manu pedem subsellii, ut, armis deficientibus, eo uteretur ad vim faciendam.*

Cap. lv. 17 A *videtur.*—18 Duisb. Leid. 4. *et ante et postea:* G *et ante et post.* A G R ψ, omnes Mss. Oud. et edd. pr. quoque habent *post:* et sic vulg. Græv.-Burm. sola *postea.*—19 '*Aut si a rebus conseq.*] Omnes quatuor Mss. Erf. Pith. Cauch. Duisb. et Cratand. ac aliæ vetustiores edd. non agnoscunt *si.* Commode potest ἀπὸ κοινοῦ repeti. Mox Erf. et Duisb. *aut circumstantibus,* sine *a,* pro quo male Cratand. ed. et aliæ *a circumstantiis.*' Græv. 'In nullo Ms. nec ed. est *si.* Leid. 2. *sequentibus.*' Oud. *Si* quoque non est in A G et Tur. '*Aut circumstantibus*] Voss. 2. 3. Leid. 3. ed. Med. *aut a circumst.*' Oud. Vulg. *aut a circumst.* Præpositio in A G deest.—20 A *recedimus.*—1 A omittit *atque.* Tum Cauch. *adspexit:* Leid. 2. *perspexit:* ed. Med. *conspexit.*—2 ψ *verens,* et G *ut ipse.*—3 Erf. *auct. comm. sententia des.* Præpositionem ante *sententia* non agnoscunt Pith. Voss. 1. 2. 3. Leid. 2. ed. Omnib. nec Ms. A, in quo *sententiam* legitur. Dein G *desideret.*—4 G *vocari conc.* Leid. 4. *conc. vocari:* Erf. *adv. continet.* Tum A G ψ, Duisb. Erf. Leid. 3. 4. et Voss. 2. *Ipse int.*—5 Erf. *evocat:* A, Leid. 1. Voss. 2. *evocatus:* et omnes Mss. Oud. cum ed. Med. *et templo.*—6 Copula ante *sudans* deest in A G R ψ, Erf. omn. Mss. Oud. cum ed. Med. et Omnib. Pro *sudans,* legitur *stans* in A ψ, Erf. Duisb. Leid. 1. 4. Voss. 2. '*Sudans*] Lambin. vocem *sudans* tollit: pro eo nos *stans* legendum putamus: quam lectionem duo Gryph. exemplaria tuentur. Ceteri Leonic. Ald. Victor. Manutii, eodem modo *sudans,* sed æque male habent, ut opinor.' *Brut.*—7 G *a recto cap.*—8 A G *cum torta.*—9 *Aliis* non est in G.—10 Erf. *aud. fac.* Tur. *fac. viam:* A *fac. viam adibat:* Leid. 1. Voss. 2. *viam fac. adibat.* In Voss. 1. a m. pr. *audaciam.*—11 A *quondam scorgalle prehendens.* In Voss. 2. *prendensque.* In Leid. 1. a m. pr. *quoddam excors galle prensans,* et supra *c* scripto *s.* Supra Leid. 4. *hic adiit subsellium.*—12 '*Dextra pedem defringit*] Sic habent omnes

NOTÆ

senes: idem coquus, idem atriensis: pistor domi nullus, nulla cella: panis et vinum a propola atque de cupa: Græci stipati, quini in lectulis, sæpe plures; ipse solus, bibiturus quæ eodem de solio ministrentur: ubi galli cantum audivit, avum suum revixisse putat: mensam tolli jubet.'

[n] *Præco*] Præcones a præcinendo dicti sunt. Solebant et jussu magis-

bet [13] facere. Cum Gracchus Deos inciperet precari,[o] cursim [14] isti impetum faciunt: ex aliis aliisque partibus convolant: [15] atque e populo unus, Fuge, inquit, Tiberi, fuge: [16] non vides? [17] respice, inquam.[18] Deinde, vaga multitudo, subito timore [19] perterrita, fugere cœpit. At iste spumans ex ore scelus,[20] anhelans ex intimo [1] pectore crudelitatem, contorquet brachium; et dubitanti Graccho, quid esset,[2] neque tamen locum, in quo constiterat,[3] relinquenti, percutit tempus.[d] [4] Ille nulla voce delabens, insita virtute [5] concidit tacitus. Iste viri fortissimi miserando

[d] *Partem capitis.*



libri vulgati, quos quidem viderim, quibuscum aliquot Mss. consentiunt: quos nunc sequor, quamvis olim ediderim *dextro pede defr.*, quomodo in uno alio item Ms. repereram. Pedem autem subsellii intelligere debemus.' *Lamb.* 'Pith. *hoc subsellium quoddam fregit pede.*' Græv. '*Dextera pedem defringit*] Nos, probata Lamb. conjectura, *dextro pede*, aliquanto meliore sensu, edidimus.' *Brut.* 'Voss. 1. Leid. 1. a m. sec. item Leid. 2. *dextro pede*, ac *fregit* Voss. 2.' *Oud.* In ψ *refringit.* Vulg. *dextra pedem defringit.*—13 Erf. *et hoc alios jubet idem:* A *et alteros hoc idem jubet.* G omittit *hoc idem.*—14 A *cursu.*—15 '*Ex aliis aliisque partibus convolant*] Mss. tres *et ex aliis aliisque part. conv.* Leid. 1. Voss. 3. ed. Med. *et ex aliis alii part.* Optime, si deleas copulam. Leid. 2. *et aliis al. part.* Dein *commeant* Leid. 1. ed. Med.' *Oud.* A G R ψ *et ex aliis aliisque part.* Erf. *ex aliis aliis part.* Tur. et Lamb. ed. *ex aliis atque aliis part.* Schutz. Wetzel. et Orell. *ex aliis alii part.* Vulg. *ex aliis aliique part.* Tum '*Convolant, atque e pop.*] Nonnulli libri vulgg. et Mss. habent *commeant omnes: atque e pop.* alii quidam *convolant omnes: &c.*' Lamb. Unus Gryph. Ms. *commeant:* A ψ *comeant:* Erf. *commodant.* Vulg. *convolant.*—16 G caret *Tiberi, fuge.* In Erf. *fuge, fuge, inquit, Videri.* '*Fuge inquit Tiberi fuge*] Mss. plerique et edd. pr. *fuge, fuge inq. Tib.* semel *fuge* abest a Leid. 3. 4. A tribus exsulat *Tiberi*, pro quo *Gracche* Leid. 3.' *Oud.* —17 G *nonne vides.*—18 Leid. 1. 3. *inquit jam:* Duisb. Leid. 4. Voss. 3. *inquiunt:* G ψ *inquit.*—19 ψ *rumore.*—20 Voss. 1. 3. Leid. 2. edd. pr. *spumam ex ore rejiciens.* Pro *scelus* in Voss. 2. *ictus,* in R *reiciens* sup. lin. Vid. Nott. Varr.—1 Unus Ms. Bruti habet *imo:* A R ψ, Erf. Tur. omnes Mss. Oud. et edd. pr. *infimo.*—2 ψ *ergo quid esset.*—3 Voss. 3. *steterat:* ed. Med. *consisteret.* Pro *relinquenti,* in G *aliquanti* legitur.—4 Mss. duo Lamb. *perc. frontem.* Vid. Nott. Varr.—5 '*Nulla voce delibans insitam virtutem*] Voss. 1. 3. Leid. 2. edd. pr. *nullam vocem edens insita virtute:* Leid. 1. *nullam vocem delabans insita virtute:* Leid. 3. *nulla voce delibans insita virtute:* Leid. 4. *nulla voce labens insita virtute:* Voss. 2. *nulla voce delabens insitam virtutem.* Vid. Græv.' *Oud.* Tur. *nulla voce delabans insita virtute:* Græv.-Burm. et Schutz. *nulla voce delibans insitam virtutem:* G ψ *nullam vocem edens insita virtute:* R habet *edens* in marg. A R, Oliv. et Lall. *nulla voce delabans insita virtute:* Wetzel. et Orell.

NOTÆ

tratus aliquid populo denuntiare, et facere auctionem, et audientiam in theatris indicere. Plautus in Pœn. 'Exsurge, præco, fac populo audientiam.'

[o] *Deos inciperet precari*] Id est, cum orationem inciperet. Servius in illud Virg. Æn. II. 'Præfatus divos, solio

sanguine aspersus, quasi facinus præclarissimum[6] fecisset, circumspectans et hilaris sceleratam[7] gratulantibus manum porrigens, in[8] templum Jovis contulit sese. 69. Hæc exornatio plurimum prodest in amplificanda et commiseranda re,[e][9] hujusmodi enarrationibus: statuit enim totam rem, et prope ponit[10] ante oculos.

LVI. Omnes rationes honestandæ[f] elocutionis[11] studiose collegimus,[12] in quibus, Herenni, si te diligenter[13] exercueris, et gravitatem, et dignitatem, et suavitatem habere in dicendo[14] poteris, ut oratorie plane loquaris;[15] ne nuda atque inornata inventio vulgari sermone efferatur.[16] Nunc identidem nosmetipsi nobis[17] instemus,[g] res enim communis agitur,[18] ut frequenter et assidue consequamur artis rationem[19] studio et exercitatione: quod alii cum molestia[20] tribus de causis maxime faciunt; aut si, cum quibus[1] libenter exerceantur, non habent;[2] aut si sibi diffidunt;[3]

[e] *In re exaggeranda et excitanda commiseratione.*
[f] *Ornandæ.* [g] *Nos ipsos excitemus.*

nulla roce delabens insita virtute. Vid. Nott. Varr.—6 G *præclarossimus.*—7 '*Circumspectans, et hilaris sceleratam*] Erf. *et circ. ei hilare scelera:* Medic. *circ. et hilariter sceleratam:* Lamb. ed. *circ. et hilare sceleratam.*' Græv. 'Voss. omnes et ed. Med. *et circ.* Malim ponere ante τὸ *quasi.* Dein *hilaris* est in solo Leid. 4. *hilariter* Mss. quatuor et ed. Med. *hilare* Leid. 2. 3. ed. Omnib. Bene, ut opinor.' *Oud.* Verbum *circumspectans*, de Oud. sententia, Schutz. transposuit ante *quasi.* ψ, Schutz. et Orell. *hilare;* sed ψ omittit *sceleratam.* Tur. *hilariter.* A G R et vulg. ut Ern.—8 Præpositio non est in A.—9 A *confirmanda re.* Dein '*Hujusm. enarrationibus*] Voss. 1. 3. Leid. 2. edd. pr. *et in huj.* Leid. 1. 4. *in huj.* Vere. *Narr.* Mss. quatuor, edd. pr.' *Oud.* G R, Duisb. et Lamb. ed. *in hujusm. enarr.* Vulg. *hujusm. enarr.* Vid. Nott. Varr.—10 A ψ, Erf. Cauch. Pith. et Lamb. ed. *et proponit.*

CAP. LVI. 11 '*Honestandæ eloc.*] Al. *ornandæ eloc.* Erf. *hon. studiose collegimus locutionis.*' Græv. A ψ *hon. locutionis.*—12 A *colligimus.*—13 Erf. Tur. quatuor Mss. Oud. et edd. pr. *diligentius.*—14 Erf. *in secundo:* A G, Leid. 3. 4. *in loquendo;* sed G in marg. *dicendo.*—15 ψ et Voss. 1. *plene.* Leid. 1. *eloquaris.*—16 '*Efferatur*] Voss. 1. Leid. 1. 3. 4. *proferatur* cum edd. pr. Cur mutatum?' *Oud.* A G ψ, Duisb. Tur. quoque *proferatur:* Erf. *esse saturum.*—17 *Nobis* in A deest.—18 ψ et Erf. *agetur.*—19 '*Conseq. artis rationem*] Leid. 3. *assequamur.* Ed. Omnib. *artis orationem:* non male.' *Oud.* Erf. quoque *artis orationem.* Vid. Nott. Varr.—20 A ψ *que alicui molestiam.*—1 '*Aut si cum quibus lib.*] Erf. *aut si qui cum lib.* quod minime damnandum. Si non habent cum quo libenter exerceantur.' *Græv.* '*Cum quibus lib. exerceantur*] Leid.

NOTÆ

rex infit ab alto:' 'More' inquit 'antiquo: nam majores nullam orationem nisi invocatis numinibus inchoabant.'

aut si nesciunt,[4] quam viam sequi debeant: quæ a nobis absunt omnes difficultates. Nam et simul libenter exercemur[5] propter amicitiam, cujus initium cognatio[6] fecit, cetera[7] philosophiæ ratio confirmavit:[8] et nobis[9] non diffidimus, propterea quod et aliquantulum[10] processimus, et alia meliora[p] sunt, quæ multo intentius[h 11] petimus in vita, ut, etiamsi[12] non pervenerimus in dicendo, quo volumus,[13] parva pars vitæ[14] perfectissimæ desideretur: et viam, quam[15] sequamur, habemus, propterea quod in his libris nihil præteritum est rhetoricæ præceptionis. Demonstratum est enim,[16] quomodo res in omnibus generibus causarum inveniri[17] oporteret: dictum est, quo pacto eas disponere conveniret;[18] traditum est, qua ratione esset[19]

[h] *Majori cupiditate.*

4. *quibuscum lib. exerceant:* Leid. 1. 3. *quicum lib. exerc.* Optime.' *Oud.* In A *qui cum exerceatur*, omisso *si:* ψ *si qui exerceatur:* Tur. Schutz. Wetzel. et Orell. *si quicum lib. exerceantur:* G R et vulg. *si cum quibus lib. exerceantur.*—2 A G *habeant:* ψ *habeat.*—3 Pith. *aut sibi diff.* Voss. 2. *aut si id diff.* Erf. Leid. 1. 3. *aut si id diffisus sit:* A ψ *aut si id diffisus sibi sit:* Leid. 4. *aut si sibi diffusus sit.* Deest *sibi* a Voss. 3.—4 Leid. 2. *si nesciant:* G *nesciunt*, et Erf. *nesciat*, omisso *si:* A ψ, Leid. 1. 3. Voss. 2. *nescius*, sine *si:* Leid. 4. *sit nescius.* Mox Leid. 1. 3. 4. et Voss. 2. *debeat.*—5 Leid. 1. *exercemus:* G, Leid. 3. 4. *exercebimus:* A ψ *exercebimur:* Erf. *exerceamur.*—6 A ψ, Erf. Leid. 1. 3. Voss. 3. *cognitio:* Erf. Voss. 1. 2. 3. Leid. 2. edd. pr. *facit.*—7 '*Cetera* genuinum non videtur. Sensus postulat *cursum*, aut *progressum.*' Schutz.—8 '*Confirmavit*] Sic Leid. 3. In reliquis et edd. pr. *confirmabit.*' Oud. *Confirmavit* quoque A G ψ et Duisb. *confirmabat* Erf. *consummabit* Pith.—9 Voss. 1. 3. Leid. 2. ed. Med. *et de nobis:* Pith. *et dein nobis.*—10 A, Pith. Leid. 2. 3. et edd. pr. *quod aliquant.* Voss. 3. *quod et ad aliq.* Voss. 1. Leid. 1. *quod et aliquantum.*—11 ψ, Voss. 1. Leid. 1. 3. *attentius:* Erf. *certius.* —12 A et Erf. *ut etsi:* Voss. 2. *ut et si:* Leid. 3. *ut si:* G *etsi:* Leid. 1. 4. *et si.* Tum A *pervenimus:* G *perveniremus.*—13 A *quod*, et G *volemus.*—14 Erf. *parva pars tamen vitæ.*—15 G *per quam.*—16 Grut. censet verba *Demonstratum est, &c.* usque ad finem, esse spuria. Schutz. et Orell. ea uncis inclusit.—17 ψ, tres Mss. Oud. et ed. Med. *invenire.* Dein Ern. e conj. *oporteret*, et eum Wetzel. sequitur: omnes aliæ edd. et Mss. *oporteat.*—18 Hic quoque *conveniret* e conj. dedit Ern. quem Wetzel. sequitur. Erf. Leid. 1. 3. *convenit:* omnes alii Mss. et edd. *conveniat.*—19 Duisb. Schutz. et Orell. omittunt

NOTÆ

[p] *Et alia meliora*] Sensus est: Viribus nostris non diffidimus: tum quia jam aliquem in eloquentia progressum fecimus; tum quia aliæ sunt res ipsa eloquentia præstantiores, quas, dum vivimus, majore studio postulamus, et assequi speramus: adeo ut, etiamsi primas in dicendi facultate non tenuerimus, exiguum quid nobis ad beate vivendum deesse videatur.

pronuntiandum; præceptum est, qua via meminisse possemus;[20] demonstratum est,[1] quibus modis perfecta elocutio compararetur.[2] Quæ si exsequimur,[3] acute et cito reperiemus, distincte et ordinate[4] disponemus, graviter et venuste pronuntiabimus, firme et perpetuo[5] meminerimus, ornate et suaviter eloquemur.[6] Ergo amplius in arte rhetorica nihil est.[7] Hæc omnia adipiscemur, si rationes præceptionis[8] diligentia consequemur exercitationis.[9]



esset. '*Esset pron.*] Verbum deest bene Leid. 4.' *Oud.*—20 '*Qua via mem. possemus*] Leid. 4. *quomodo.* Voss. 2. Leid. 3. 4. ed. Med. *possimus.* Id præfero.' *Oud.* Pro *qua via,* A habet *qua re,* et G *quo,* 'forsan pro *quo modo,*' ut ait editor Oxoniensis. Dein G ψ, Duisb. Schutz. et Orell. habent *possimus.* Vulg. *possemus.*—1 '*Demonstratum est*] Ed. Med. *Offensum est,* pro *ostensum.*' Oud.—2 A *locutio;* et A G R ψ, Duisb. Tur. cum Lamb. Schutz. et Orell. *comparetur.* '*Compararetur*] Sic Leid. 1. 3. In ceteris et edd. pr. *comparetur.* Rectius, ut opinor.' *Oud.* Vulg. *compararetur.*—3 '*Exsequimur*] Est a Pal. 4. Gembl. et Bruil. Vulgo *sequamur.*' Grut. 'Al. *sequamur:* Grut. edd. *exequimur:* Duisb. *sequemur.* Retineo vulgatam, annuentibus meis libris, nisi quod ex Erf. rescripserim *sequimur.*' Græv. '*Sequamur*] Sic lego cum Voss. 1. 2. Leid. 1. 3. *sequemur* Leid. 4. edd. pr. *sequimur* Voss. 2. 3. et vulgo. Al. *exseq.*' Oud. A *sequimur:* G R ψ et Tur. *sequamur.* Vulg. *exsequimur.*—4 '*Distincte et ordine*] Al. *et dist. et ordinate:* edd. *dist. et ordinate.* Malim cum Erf. *dist. et ordine.* Sane melioris ætatis apud scriptores *ordinate* non legas.' *Græv.* '*Dist. et ordinate*] Leid. 4. *debite et ornate.* In Leid. 1. 3. ed. Med. *dist. et ornate* cum manu pr. Voss. 1. suprascripto *di.* Sequor Grævium *ordine* legentem.' *Oud.* G et ed. 1474. *dist. et ornate.* Vulg. *dist. et ordinate.*—5 Erf. et quatuor Mss. Oud. *perpetue.*—6 '*Ornate et suaviter*] Leid. 2. *ordinate et suav.* Scilicet transponenda sunt quædam hoc modo: *distincte et ordine disp., ornate et suav. eloq., firme et perp. mem., grav. et ven. pronuntiabimus.* Male vulgo *pronuntiationi* prior datur locus. At consule ipsum auctorem l. I. c. 2. Cic. de Inv. I. 7.' *Oud.*—7 Al. teste Grævio, *ergo in arte rhet. nihil est amplius.*—8 Erf. *conceptionis.*—9 '*Consequemur et exercitatione*] Non absurde Pal. 4. 6. Gemb. Tos. Bruil. *consequamur exercitationis.*' Grut. 'Al. Mss. et edd. *consequemur et exercitatione.* Sed nihil certius est scriptura, quam ex veteribus libris produxit Gruterus, eam quoque asserit omnium optimus Erf. ac Pithœi codex.' *Græv.* '*Conseq. exercitationis*] Sic Voss. 2. Leid. 1. 3. cum ed. Omnib. In ceteris *et exercitatione.* In Leid. 1. 4. Voss. 3. ed. Med. *consequamur.* In fine Voss. 2. adscriptum M. TVLLII CICERONIS LIBER SEXTVS EXPLICIT. Leid. 4. *Ad Gajum Herennium Marci Tullii Ciceronis Rhetoricorum libri expliciunt feliciter.*' Oud. In G R *consequamur.* A G ψ, Ms. Lips. et Tur. cum edd. 1474. 1475. Venet. 1485. Med. Junt. Græv.-Burm. Schutz. Wetzel. et Orell. *exercitationis.* Al. edd. *et exercitatione.* In fine addiderat manus Pithœi: V.C. CL. PVT. (hoc est vetus codex Claudii Puteani) M. TVLLII CICERONIS AD HERENNIVM LIBER VI. EXPLICIT.

M. TULLII CICERONIS

RHETORICORUM[1] [a]

SEU

DE INVENTIONE RHETORICA

LIBRI DUO,

QUI RELIQUI SUNT EX QUATUOR.[b]

LIBER I.

ARGUMENTUM.

Disserit Tullius primo de eloquentiæ insigni in omni vita ac republica utilitate et abusu, quomodo inventa sensim ac paulatim, exculta et perfecta sit, accedente arte scilicet ac ratione, quæ eam certis regulis ac legibus astringeret. Addit deinde, de eloquentiæ officio et fine, materia, et partibus; quarum quinque facit; inventionem, dispositionem, elocutionem, memoriam, pronuntiationem. De inventione ergo, quæ prima pars est, fuse suscipit dicere, et qualis esse in omni causarum constitutione tum conjecturali, tum definitiva, tum generali debeat. Tandem exordiorum, narrationum, partitionum, confirmationum, refutationum, conclusionum, præcepta ac regulas ponit, earumque cum virtutes, tum vitia, et usum demonstrat.

I. 1. [p. 42.] SÆPE et multum hoc mecum cogitavi,[2] bonine an mali plus attulerit hominibus et civitatibus copia

CAP. I. 1 ' RHETORICORUM] Male hos libros inscribi *de Inventione*, ex Fabio et Prisciano docet Gerhard. Vossius; additque vulgatam inscriptionem non esse a Tullio, clare arguere, quod non de sola Inventione in iis egerit. In Ms. Coloniensi Basilicæ Maximæ antiquissimo ante Prolegomena

NOTÆ

[a] *Rhetoricorum*] Hac inscriptione passim citantur a Quintiliano et Prisciano hi libri, quos rudes et impolitos Tullius adolescens, ut ipse testatur de Orat. l. I. § 2. edidit. Tantus est, ut memini me jam observare, in

dicendi, ac summum[3] eloquentiæ studium: nam cum et[4] nostræ reipublicæ detrimenta[c] considero, et maximarum civitatum[d] veteres animo calamitates colligo,[5] non minimam

M. Fabii Victorini hæc inscriptio legebatur; Q. FABII LAVRENTI EXPATTONVM IN RHETOC. LIBER PRIMVS. Eamdem inscriptionem in cod. Pal. se reperisse testatur P. Pithœus: 'Quæ in hos libros Victorini nomine Commentaria circumferuntur, Q. Fabio Laurenti tribuuntur in vet. cod. Biblioth. Palatinæ his verbis: Q. FABII LAVRENTI EXPLTIONVM IN RHETORICA LIBER I. EXPLICIT. INCIPIT LIBER SECVNDVS.' Deest enim titulus libri primi, folio tamen, quod præcedit Commenta, ita scriptum est.' *Burm.* 'RHETORICORUM] Sic, vel RHETORICÔN, ipse Cicero hos nominasse libros videtur, solumque verum esse titulum opinor, confirmatum a vetustissimis membranis Vossianis, M. TVLLII CICERONIS RHETORICORVM LIBER PRIOR, ac dein LIB. II. INCIPIT. et in fine, M. TVLLII CICERONIS RHETORICORVM LIB. I. EXPLICIT. Adde Leid. 4. clausulam p. 612. In aliis PRIMA RHETORICA. Vel PROLOGVS IN ARTE RHETORICA. Vel RHETORICAE LIB. PR. SEC. Consule M. Victorinum in Expositione *Rhetoricôn* Ciceronis p. 80. ed. Pith.' *Oud.* Vulg. *M. Tullii Ciceronis de Inventione Rhetorica.* Vid. Nott. Varr.—2 Erf. *mult. hoc cog. mecum:* Cauch. *mult. hoc cog.* sine *mecum.*—3 '*Ac summum*] Pessime in ed. Verburgii leges *ad summ.*' Oud.—4 Al. *Nam et cum,*

NOTÆ

hisce de Inventione commentariis et libris ad Herennium, tum præceptionum et exemplorum, tum rerum prope omnium consensus, ut scriptorem utrumque Ciceronem et Cornificium non casu in eadem incurrisse vestigia, sed præeuntem alterum, Hermagoram scilicet, dedita opera secutos esse, non temere possit affirmari. Si quid porro nostris hic notis deesse videbitur, ex iis quas præmisimus, facile quivis supplebit. Brevitatis ubique studiosi lectorum fastidiis, quantum in nobis est, occurrere decrevimus.

[b] *Qui reliqui sunt ex quatuor*] Duos saltem de Inventione Ciceronis libros periisse colligimus ex ultimis lib. II. verbis: 'Quare quoniam et una pars ad exitum hunc a superiore libro perducta est, et hic liber non parum continet literarum, quæ restant, in reliquis dicemus.'

[c] *Nostræ reipublicæ detrimenta*] Laude dicendi celebres Titus Gracchus propter turbulentissimum tribunatum interfectus est; C. Carbo propter perpetuam in populari ratione levitatem morte voluntaria carnificis partes in se occupavit. Cic. in Bruto § 103. Q. Rubrius Varro a senatu hostis judicatus est. Ibid. § 168. Saturninus item, de quo diximus in notis ad Heren. l. I. § 21. seditiosorum post Gracchos eloquentissimus, teste Cicerone, visus est.

[d] *Maximarum civitatum, &c.*] Ex iis qui inter Græcos singulari dicendi facultate præstiterunt, plurimi tristissimis patriam affecere cladibus. Themistocles Atheniensis ad Xerxem Persarum regem ingenti patriæ damno transfugit. Pericles, dictus a nonnullis Olympius, quod in concione vox ejus fulminis vim exprimeret, septem millibus talentum expensis, ne rationes reddere cogeretur, omnia permiscuit, et luctuosissimo bello Peloponnesiaco initium dedit, cujus anno secundo pestilentia mortuus est, annis ante Chr. 434. Plutarch. Si quis tamen eloquentia male utatur, non continuo damnanda est, inquit Aristot. Rhet. l. I. cum id eloquentiæ

video per disertissimos homines invectam partem[6] incommodorum: cum autem res ab nostra memoria, propter vetustatem, remotas, ex literarum monumentis[a] repetere instituo; multas[7] urbes constitutas, plurima bella restincta, firmissimas[8] societates, sanctissimas amicitias intelligo cum animi[9] ratione, tum facilius eloquentia comparatas. Ac me quidem diu cogitantem, ratio ipsa in hanc potissimum sententiam ducit,[10] ut existimem, sapientiam sine eloquentia parum prodesse civitatibus, eloquentiam vero sine sapientia nimium obesse plerumque, prodesse nunquam.[11] Quare si quis, omissis[12] rectissimis atque honestissimis studiis rationis et officii, consumit omnem operam in exercitatione dicendi, is[13] inutilis sibi, perniciosus[14] patriæ civis alitur; qui vero ita sese armat eloquentia, ut non[15] oppugnare commoda patriæ, sed pro his propugnare[16] possit, is mihi vir et suis, et publicis rationibus utilissimus, atque amicissimus[17] civis fore videtur.

2. Ac si volumus hujus rei, quæ vocatur eloquentia,

[a] *Ex annalibus et historiis.*

teste Grævio.—5 Al. *coll. cal.* eodem teste.—6 B L M W ψ, et edd. vett. pleræque cum Oliv. et Lall. *inv. esse partem;* θ κ, ω 1. 2. Tur. Grut. Græv.-Burm. Schutz. Wetzel. et Orell. omittunt *esse.*—7 Duisb. et Sch. *nam multas.* —8 '*Firmissimas*] Sic Mss. omnes et ed. Omnib. cum Victorino.' *Oud.* Edd. vett. *fortissimas.*—9 B L M W θ ψ, ω 1. 2. Duisb. omnes Mss. Oud. cum Junt. Oliv. Lall. et Schutz. *tum animi:* al. edd. et Mss. *cum animi.* Vox *animi* suspicabatur Ernestio, et Wetzel. eam uncis includit. Dein edd. vett. *tum etiam fac.*—10 ψ, ω 1. 2. Leid. 3. et Voss. duo *duxit:* Leid. 1. *induxit.*—11 Erf. *prod. vero nunq.*—12 Sch. *amissis:* ψ *obmissis.*—13 ω 2. *his.*—14 W *perniciosusque:* Voss. 2. *et pernic.*—15 Schutz. e conj. *non ut.*—16 Edd. quædam vett. *verum propugnare:* B M W θ κ, ω 2. Tur. et vulg. *sed pro his pugnare:* L ψ, ω 1. Erf. Duisb. Sch. Voss. 1. Leid. 3. ed. Manut. et nonnullæ aliæ, cum Schutz. Wetzel. et Orell. *sed pro his propugnare,* probante Oud.—17 ω 1. omittit *atque amicissimus.*—18 W θ, ω 1. *sive studii, sive artis initium:* Sch. Leid. 1. 3. *sive artis initium sive studii:* Tur. Victorin. Junt. Crat. Lamb. Schutz. et Orell. *sive artis, sive studii:* B L M κ ψ, ω 2. et vulg. *sive studii sive artis.*—19 ω 1. 2. Erf. Cauch. Sch. Leid. 3. Voss. 2. *ab nat.*—20 Lamb. et Ern. e conj. dederunt *ab opt.* et sic Wetzel. Aliæ edd. et Mss. non habent præpositionem.

NOTÆ

commune sit cum bonis omnibus præter virtutem; et cum iis præcipue quæ maximas utilitates afferre solent, ut cum robore corporis, cum sanitate, cum divitiis, cum arte imperatoria: quibus si quis recte utatur, plurimum prodesse; sin male, non mediocriter obesse potest. In arte non est vitium, sed in eo qui abutitur. Consule Fabium II. 16.

sive studii, sive artis,[18] sive exercitationis cujusdam, sive facultatis a natura[19] profectæ considerare principium; reperiemus id ex honestissimis causis natum, atque ab optimis[20] rationibus profectum. II. Nam fuit quoddam tempus, cum in agris homines passim bestiarum modo[1] [e] vagabantur, et sibi victu fero[2] vitam propagabant; nec ratione animi quicquam,[3] sed pleraque viribus corporis administrabant: nondum divinæ religionis, non humani officii ratio colebatur: nemo nuptias viderat legitimas:[4] non[5] certos quisquam aspexerat[6] liberos: non, jus æquabile quid utilitatis haberet, acceperat. Ita,[7] propter errorem atque inscientiam,[8] cæca ac temeraria dominatrix animi cupiditas, ad se explendam viribus corporis abutebatur, perniciosissimis[9] satellitibus. Quo tempore quidam, magnus videlicet vir [f] et sapiens,[10] cognovit, quæ materia esset,[11] et quanta ad maximas res opportunitas in animis homi-



CAP. II. 1 B L W θ κ ψ, ω 1. 2. Erf. Duisb. Cauch. et omnes Mss. Oud. cum edd. Rob. et Car. Steph. Victor. Hervag. Manut. et nonnullis aliis vett. ac etiam Oliv. Græv.-Burm. Schutz. et Orell. *more:* M *vel more* supra lin. Tur. Pall. 2. 3. Grev. Lamb. Grut. Lall. et Wetzel. *modo.*—2 Duo Mss. Gryphii *vero:* novem Oxonn. Mss. cum Junt. Lamb. Grut. Oliv. Græv.-Burm. et Lall. *ferino:* Gu. a m. pr. Sch. Cauch. Cass. Tur. et Victorinus, ac etiam Schutz. Wetzel. et Orell. *fero.*—3 θ *quemquam.*—4 Erf. *nupt. leg. vid.* Junt. Crat. Lamb. Schutz. et Orell. *leg. vid. nupt.* Vulg. *nupt. vid. leg.* et sic Oxonn. Mss.—5 L *nec.*—6 Edd. multæ, teste Grævio, *quispiam:* Cauch. *quisque.* Tum septem Oxonn. Mss. Voss. 1. Leid. 1. Tur. Ald. Junt. Crat. Lamb. Oliv. Grut. et Lall. *inspexerat:* Voss. 2. *aspexit:* L κ, Duisb. Erf. Cauch. Jun. et multæ edd. (teste Grævio,) cum Græv.-Burm. Schutz. Wetzel. et Orell. *aspexerat.*—7 Leid. 3. *Itaque.*—8 '*Atque inscitiam*] In quatuor Mss. libris, eodem consensu, *atque inscientiam*, scriptum invenitur, quomodo Lamb. edidit. Leonic. Ald. Victor. Manut. Lugduni et Lutetiæ impressi *inscitiam* habent. Ubicumque vero in impressis *inscitia*, in Mss. *inscientia* legitur.' *Brut.* Septem Oxonn. Mss. Voss. 2. et multæ edd. ac etiam Omnib. Junt. Crat. et Oliv. *atque inscitiam:* Voss. 1. *et inscientiam:* ω 1. 2. Pall. 2. 3. Grev. Fabr. Erf. Duisb. Tur. Lamb. Grut. Græv.-Burm. Lall. Schutz. Wetzel. et Orell. *atque inscientiam.*—9 Jun. *perniciosis.*—10 Pal.

NOTÆ

[e] *Bestiarum modo*] Quod Evander apud Virgil. Æn. VIII. sic exponit: 'Hæc nemora indigenæ Fauni Nymphæque tenebant, Gensque virum truncis et duro robore nata: Quis neque mos neque cultus erat; nec jungere tauros, Aut componere opes norant, aut parcere parto: Sed rami atque asper victu venatus alebat.'

[f] *Magnus videlicet vir*] Hanc Tullii sententiam Quintil. III. 2. minime probat: 'cum sint,' inquit, 'adhuc quædam vagæ et sine urbibus ac sine legibus gentes, et tamen qui sunt in

num,[b] [12] si quis eam posset elicere, et præcipiendo [c] meliorem reddere: qui dispersos homines in agris,[13] et in tectis sylvestribus abditos, ratione quadam compulit unum in locum et congregavit, et eos in unamquamque rem [14] inducens utilem atque honestam, primo propter insolentiam reclamantes, deinde propter rationem atque orationem [d] studiosius audientes, ex feris et immanibus, mites reddidit et mansuetos. 3. Ac mihi quidem videtur hoc nec tacita,[15] nec inops dicendi sapientia perficere potuisse, ut homines a consuetudine subito converteret,[16] et ad diversas vitæ rationes [17] traduceret. Age vero, urbibus constitutis, ut fidem colere et justitiam retinere [18] discerent, et aliis parere sua voluntate consuescerent,[19] ac non modo labores excipiendos communis commodi causa, sed etiam vitam amittendam [20] existimarent: qui tandem fieri potuit, nisi homines ea, quæ ratione invenissent, eloquentia persuadere potuissent? [1] Profecto nemo, nisi gravi ac suavi commotus oratione, cum viribus plurimum posset, ad jus voluisset sine vi descendere: [2] ut inter quos posset excellere, cum iis [3] se

[b] *Quæ esset in animis hominum materia, ex qua egregium aliquid fieri posset.*
[c] *Præceptis.*
[d] *Propter sententiarum gravitatem et ornamenta verborum.*

2. *magnus vir sapiens.* Copula quoque in B deest.—11 Schutz. e conj. delevit *esset:* Orell. e Tur. *materies,* sine *esset.* In B L M *materia inesset.*—12 Octo Oxonn. Mss. et tres Mss. Oud. cum Tur. ed. Omnib. Oliv. et Lall. *animis inesset hom.* ω 2. Grut. et Græv.-Burm. *in animis esset hom.* Duisb. Victorin. Lamb. et Orell. *in animis inesset hom.* Schutz. *inesset in animis hom.* Vulg. *in animis esset hom.* Ern. e suspic. delevit *esset,* et eum Wetzel. sequitur.—13 ω 1. Voss. 1. 2. Leid. 1. 2. 3. *in agros.*—14 ω 1. *et unum in locum cong.* et ω 2. Voss. 1. unus Ms. Bruti ac duo Mss. Gryphii *unam in quamque rem.*—15 Sch. Leid. 1. *hoc ne tacita vid.* Erf. Cauch. Jun. Græv.-Burm. et Orell. *hoc nec tac. vid.* ed. Omnib. *vid. hoc non tac. neque:* Oxonn. Mss. et vulg. *vid. hoc nec tac.*—16 Ern. suspic. *averteret.*—17 ω 1. 2. Sch. Voss. 1. 2. Leid. 2. 3. et ed. Omnib. *div. rationes vitæ.* Leid. 1. a m. pr. et Cauch. carent voce *vitæ.* In edd. vett. teste Grævio, *adversas rationes,* sine *vitæ.*—18 Voss. 1. *just. ret.* omissa copula: Leid. 1. *ut just. ret.* Jun. *et just. tenere.*—19 In L desunt verba *et aliis . . . consuescerent.*—20 ω 1. *admittendam.*—1 Suprascr. in Sch. *hominibus . . . potuisset.*—2 ψ *descendere: sine vi.*—3 Erf. *potuisset exc.* et ω 2. ψ,

NOTÆ

iis nati, et legationibus fungantur, et accusent aliqua ac defendant, et denique alium alio melius loqui credant.'

pateretur æquari, et sua voluntate [4] a jucundissima consuetudine recederet,[5] quæ præsertim jam [6] naturæ vim obtineret propter vetustatem. Ac [7] primo quidem sic et nata, et progressa longius eloquentia videtur; et item postea [8] maximis in rebus pacis et belli [g] cum summis hominum utilitatibus esse versata. Postquam vero commoditas [9] quædam, prava virtutis imitatrix, sine ratione officii, dicendi copiam consecuta est; tum ingenio freta malitia, pervertere urbes, et vitas hominum labefactare assuevit.[10] III. Atque hujus quoque exordium mali, quoniam principium boni [11] diximus, explicemus.

4. Verisimillimum mihi videtur, quodam tempore neque in publicis rebus infantes [e] et insipientes homines solitos esse versari, nec vero ad privatas causas [12] magnos ac disertos homines accedere: sed cum a summis viris maximæ res administrarentur, arbitror alios [13] fuisse non incallidos [f] homines, qui ad parvas [14] controversias privatorum accederent: quibus in controversiis cum sæpe a mendacio [15] contra verum homines stare [16] consuescerent,[g] dicendi assiduitas aluit [17] audaciam, ut necessario superiores illi prop-

[e] *Indisertos.* [f] *Non simplices.*
[g] *Cum sæpe solerent adversus veritatem partes mendacii defendere.*

Tur. ac ed. Lamb. *cum his :* B W *cum suis.*—4 ω 1. *vol. sua :* ω 2. *ac sua vol.* —5 Erf. *cons. juc. recedere :* θ *juc. cons. recedere.*—6 Pal. 2. *præsertim cum jam.* Pro *vim,* Lamb. susp. *vicem* legend. Dein ω 2. *propter vet. obt.*— 7 Deest *ac* Leid. 1.—8 θ *et item post eam:* Sch. et Duisb. *et iterum postea.* In Sch. quoque *pacis ac belli.*—9 Ern. proposuit *calliditas,* et quam Schutz. recepit. Vulg. *commoditas.* Tum in ψ comma transponitur post *prava.*—10 Cauch. *et civitas hom.* et B cum Voss. 1. *lab. consuevit.*

Cap. III. 11 Jun. *boni princ.*—12 L *ad priv. res.*—13 Voss. 1. non habet *alios.*—14 Sch. et Lamb. *pravas.*—15 Voss. 2. *pro mend.* Præpositio deest in B L M θ κ, Sch. Voss. 1. Leid. 1. 2. 3.—16 Erf. *stare hom.*—17 Pro *aluit,*

NOTÆ

[g] *In rebus pacis et belli*] Inter Græcos Lycurgus eloquentissimus, cujus tempora ad Olymp. I. nonnulli referunt, id est, an. ante Chr. 776. Lacedæmoniorum remp. optimis legibus fundavit. Epaminondas Thebanus Spartanos victoriis fregit, et cives suos ad principatum evexit, circa Olymp. CII. ante Christ. ann. 334. Quantum autem Romanæ reip. sapientia et consilio profuerint viri in dicendo exercitatissimi L. Brutus, M. Valerius dictator, Appius Claudius, C. Fabricius, et alii, Tullius indicat in Bruto.

ter injurias [18] civium resistere audacibus, et opitulari [19] suis quisque necessariis cogerentur.[20] Itaque cum in dicendo sæpe par, nonnunquam etiam [1] superior visus esset is, qui, omisso [2] studio sapientiæ, nihil sibi præter [3] eloquentiam comparasset, fiebat, ut et multitudinis et suo judicio, dignus, qui rempublicam gereret,[4] videretur. Hinc nimirum non injuria,[h] cum ad gubernacula reipublicæ temerarii atque audaces homines [5] accesserant, maxima ac miserrima naufragia fiebant. Quibus rebus tantum odii atque invidiæ suscepit eloquentia, ut homines ingeniosissimi, quasi ex aliqua turbida tempestate in portum, sic ex seditiosa et tumultuosa [6] vita se in studium aliquod traderent quietum.[i] Quare mihi videntur postea cetera studia recta atque honesta, per otium concelebrata [k7] ab optimis, enituisse: hoc vero a plerisque [8] eorum desertum obsolevisse eo tempore,[l] quo multo vehementius erat retinendum, et studiosius adaugendum. 5. Nam quo indignius [9] rem honestissimam et rectissimam [10] [*p.* 43.] violabat [m] stultorum et improborum temeritas et audacia, summo cum reipublicæ detrimento; eo studiosius et illis resistendum fuit, et reipublicæ consulendum. IV. Quod nostrum illum non fugit [n] Catonem,[h] neque Lælium, neque horum [11] (vere dicam) dis-

[h] *Non immerito.* [i] *Remotum a forensibus causis.* [k] *Sæpius exculta.*
[l] *Hoc autem eloquentiæ studium a plerisque abjectum desiisse esse in usu.*
[m] *Corrumpebat.* [n] *Hoc non ignoravit Cato, neque Lælius, &c.*

in Sch. *incussit*, non improb. Oud.—18 Leid. 1. *pro injuriis*. Tum Grev. *restare aud.* quod placuit Gulielmio.—19 W *opitulare*.—20 W κ, ω 1. Duisb. Sch. Voss. 2. Leid. 1. 3. *cogeretur*.—1 Tur. *nonnunq. sup.* omisso *etiam*: ed. Omnib. *nonn. vero sup.*—2 ψ *misso*.—3 ψ *potest*, sed in marg. *præter*.—4 Leid. 1. *regeret*, copula *et* ante *multitudinis* etiam omissa.—5 Deest *homines* ed. Omnib. In eadem mox *homines ingeniosi*.—6 Sch. Voss. 2. Leid. 1. 2. 3. Tur. et Orell. *ac tumultuosa*: Voss. 1. *ac contumeliosa*.—7 θ κ, Voss. 2. Leid. 3. *celebrata*.—8 B *his a plerisque*. Vox *eorum* in M deest. Præterea ψ *obolevisse*: Leid. 1. 3. *obsoluisse*. Vid. var. lectt. ad c. 26. hujus lib. Denique τὸ *eo* ante *tempore* non est in Sch. Erf. et Duisb.—9 ω 1. *in quo dignius*. —10 Sch. *atque rect.* et mox Leid. 3. *atque improb. temp. atque aud.*

CAP. IV. 11 Sch. et duo alii Mss. Oud. *eorum*. Dein Sch. et Duisb. *ut*

NOTÆ

[h] *Catonem*] De Catone, Lælio, Gracchis, et aliis oratoribus tum Græcis tum Latinis, quorum mores et characterem suis coloribus depingit Tullius in Bruto, dicemus in nostris ad eum librum notis.

cipulum Africanum, neque Gracchos [12] Africani nepotes: quibus in hominibus erat [13] summa virtus, et summa virtute amplificata auctoritas, et, quæ his rebus ornamento, et reipublicæ præsidio esset, eloquentia. Quare, meo [14] quidem animo, nihilo minus eloquentiæ studendum est, etsi ea quidam et [15] privatim et publice perverse abutuntur: sed eo quidem vehementius; [16] ne mali magno cum detrimento bonorum, et [17] communi omnium pernicie, plurimum possint: cum præsertim hoc unum sit,[18] quod ad omnes res et privatas et publicas maxime pertineat; hoc tuta,[19] hoc honesta, hoc illustris, hoc eodem vita jucunda [20] fiat. Nam hinc ad rempublicam plurima [1] commoda veniunt, si moderatrix omnium rerum præsto est sapientia: [2] hinc ad ipsos, qui [3] eam adepti sunt, laus, honos,[4] dignitas confluit: hinc amicis quoque eorum [5] certissimum ac tutissimum [6] præsidium comparatur. Ac mihi quidem videntur homines,[7] cum multis rebus humiliores [8] et infirmiores sint, hac re maxime bestiis [9] præstare, quod loqui possunt.[10] Quare præclarum mihi quiddam [11] videtur adeptus is, qui, qua re [12] homines bestiis præstent, ea in re hominibus ipsis antecellat.[13] Hoc si forte non natura modo, neque exercitatione conficitur,



ita dicam: θ *ut vere,* omisso *dicam.* Ern. delevit *ut,* quod non erat in Pal. 2. et eam omittunt Schutz. Wetzel. et Orell. Vulg. *ut vere dicam.* Præterea *discipulum* in W deest.—12 Erf. *Graccos.*—13 θ *in omnibus erat.*—14 ω 1. *in eo.*—15 Copula ante *privatim* non est in B, Sch. et Leid. 1. Tum vox *perverse* non agnoscitur a Sch. Voss. 2. Leid. 3. a m. pr. Erf. Cauch. Duisb. nec a nonnullis a J. Gronovio inspectis. Schutz. eam delevit, Ern. prob. Wetzel. uncis inclusit. Porro ψ *abutantur.*—16 M W θ κ ψ et Tur. *sed eo veh.* omisso *quidem:* Wetzel. e conj. Ern. *et eo quidem veh.*—17 θ non habet *et.*—18 ω 2. et Erf. *sit unum.*—19 Leid. 1. *et hoc tuta.*—20 ψ et Erf. *jocunda.* —1 Ed. vet. teste Grævio, *maxima.*—2 ω 2. *moderatrix omnium præsto est sap.* M *mod. omnium virtutum rerum;* et B *pr. est sap. rerum:* L *pr. est i. e. rerum: hinc, &c.* '*Mod. omn. rerum pr. est sap.*] Erf. Duisb. *mod. omn. pr. est sap. rerum.*' Græv. 'Sch. Leid. 1. *mod. omn. pr. est sap. rerum:* ed. Omnib. *mod. omn. pr. sap. rerum.* Abest *rerum* a Voss. 2. Mei si res arbitrii foret, delerem τὰ *omnium rerum.*' Oud. Vulg. *mod. omn. rerum pr. est sap.*—3 M *ad eos, qui.*—4 Erf. Victorin. Sch. Leid. 1. ed. Omnib. Junt. et Schutz. *honor.*—5 *Quoque* abest ab κ, et *eorum* ab M et Lamb. ed. In W *eorum* supra lineam scribitur.—6 Sch. Leid. 3. *et tut.* Voss. 1. *atque tut.*—7 ω 2. *hom. vid.*—8 ω 1. *hum. sint.*—9 Pro *bestiis,* in M *feris* legitur. Cass. et Leid. 1. *belluis,* prob. Ern.—10 Erf. et ed. Omnib. *eloqui possunt:* κ ψ et Voss. 1. *loqui possint.* —11 ω 2. *quiddam mihi.*—12 κ *qua in re:* Voss. 1. Leid. 3. a m. sec. *in qua re.* Tum Schutz. e Leid. 1. *præstant,* prob. Oud.—13 Græv.-Burm. e Ms. Erf.

verum etiam[14] artificio quodam comparatur; non alienum est videre, quid dicant ii qui quædam ejus rei præcepta[15] nobis reliquerunt. Sed antequam de præceptis oratoriis[16] dicamus, videtur dicendum de genere ipsius artis, de officio, de fine, de materia, de partibus: nam his rebus cognitis, facilius et expeditius uniuscujusque animus[17] ipsam rationem ac viam artis considerare poterit.[18]

V. 6. Civilis[i] quædam ratio[o] est, quæ multis et magnis ex[19] rebus constat. Ejus quædam magna et ampla pars[20] est artificiosa eloquentia,[k] quam rhetoricam vocant: nam neque cum iis sentimus,[1] qui civilem scientiam eloquentia non putant indigere;[2] et ab iis, qui eam putant omnem rhetoris vi et artificio[3] contineri, magnopere dissentimus: quare hanc oratoriam facultatem in eo genere ponemus,[4] ut eam civilis scientiæ partem esse dicamus. Officium autem ejus facultatis[5] videtur esse, dicere apposite[l] ad

[o] *Scientia politica.*

ipse; et M *præcellat.*—14 Deest *etiam* Voss. 2.—15 ψ et ω 2. *quæ dicant hi.* ‘*Quæ dicant ii, qui quæd. ejus rei pr.*] Erf. *quæ dic. hi, qui quæd. hujus rei pr.* Al. edd. *quæ dicunt ii, qui quæd. ejus artis pr.*’ Græv. ‘Leid. 1. ed. Omnib. *quid dicant ii:* ed. Omnib. *ejus artis pr.* contra Mstos omnes.’ *Oud.* Vulg. *quæ dicant ii, qui quæd. ejus rei pr.* Pro vulg. *quæ*, ex edd. pr. *quid* dedit Ern. quem Schutz. Wetzel. et Orell. sequuntur.—16 ψ *de præc. oratoris.* ‘*Sed anteq. de præc. oratoriis dicamus*] *Anteq. dicimus* duo Mss. vetustissimi habent.’ *Brut.*—17 Erf. *an. un. cuj.*—18 Voss. 1. *et ipsam rat. .... cons. valebit.*

CAP. V. 19 Abest præpositio ab Voss. 1.—20 ω 1. *et magna et ampla pars.* Pro *pars*, θ habet *res.*—1 ω 2. B W ψ, Tur. Erf. Duisb. omnes Mss. Oud. cum Omnib. Lamb. et Schutz. *cum his sent.* κ *cum iis consentimus:* alii Mss. et edd. *cum iis sent.*—2 Erf. *non ind. put.* Tum Sch. *et ab eis:* ω 2. et Erf. *et ab his:* Leid. 1. *sed et ab his.*—3 ω 1. *rhet. in artif.* ψ *rhet. vim et artif.*—4 Sch.

NOTÆ

[i] *Civilis*] Politicæ sive civili scientiæ multum prodest eloquentia, ut probat Plato in Polit. Est autem politice scientia reipublicæ bene gerendæ: tres habet partes, monarchiam, aristocratiam, et democratiam; de quibus philosophi disputant.

[k] *Artificiosa eloquentia*] Scite Quintil. III. 2. ‘Initium dicendi dedit natura; initium artis, observatio. Homines enim, sicut in medicina, cum viderent alia salubria, alia insalubria, ex observatione eorum effecerunt artem; ita, cum in dicendo alia utilia, alia inutilia deprehenderent, notarunt ea ad imitandum vitandumque, et quædam secundum rationem eorum adjecerunt ipsi quoque: hæc confirmata sunt usu: tum quæ sciebat quisque, docuit.’

[l] *Dicere apposite, &c.*] Oratoris offi-

persuasionem;[6] finis, persuadere dictione: inter officium autem[7] et finem hoc interest; quod in officio,[8] quid fieri; in fine, quid officio[9] conveniat, consideratur. Ut medici[10] officium dicimus esse, curare ad sanandum[11] apposite; finem, sanare curatione: item oratoris quid officium, et quid finem esse dicamus, intelligemus,[12] cum id, quod facere debet, officium esse dicemus;[13] illud, cujus causa facere debet, finem appellabimus.[14]

7. Materiam artis eam dicimus, in qua omnis ars, et ea facultas,[15] quæ conficitur ex arte, versatur. Ut si medicinæ materiam dicamus[16] morbos ac vulnera,[17] quod in his omnis medicina versetur:[18] item, quibus in rebus versatur ars, et facultas oratoria, eas res[19] materiam artis rhetoricæ nominamus. Has autem res, alii plures, alii pauciores existimaverunt.[20] Nam Gorgias Leontinus, antiquissimus fere rhetor,[1] omnibus de rebus oratorem optime posse dicere existimavit. Hic infinitam et immensam huic artificio materiam subjicere[2] videtur. Aristoteles [m] autem, qui huic

ponimus.—5 ψ *hujus fac.*—6 B κ et Voss. 2. *persuadendum.*—7 B M κ, Tur. Erf. Voss. 1. 2. ed. Omnib. carent *autem.*—8 Duisb. Sch. Leid. 3. *quia in off.* Dein Mss. ap. Ursinum *quid fini,* quod non displicuit Gulielmio.—9 W θ *quid ex off.*—10 Duisb. et Sch. *Uti medici:* Leid. 3. a m. pr. *Ut medicinæ.*—11 Voss. 1. *curare vulnera ad san.*—12 W θ ψ, Voss. 1. Leid. 1. a m. pr. Leid. 3. cum ed. Omnib. Junt. et Lamb. *intelligimus.* Vulg. *intelligemus.*—13 B L W, Erf. Sch. Leid. 1. a m. pr. Leid. 3. et ed. Omnib. ac quædam aliæ vett. edd. *dicimus.* W θ κ et Voss. 1. *dicamus.* Vulg. *dicemus.*—14 B L W θ ψ, Erf. Sch. Leid. 1. 3. et quædam vett. edd. *appellamus.* Vulg. *appellabimus.*—15 Voss. 2. *omn. ars et omnis fac.*—16 κ *mat. esse dic.*—17 Leid. 3. *morb. at vuln.*—18 θ, Sch. *omnibus med.* et B M W, Voss. 2. Leid. 1. 3. *versatur.*—19 Grut. omisit *res.*—20 Leid. 3. *esse existimaverunt:* al. *existimarunt.*—1 ω 1.

NOTÆ

cium, ut observat in hunc locum Victorinus, non est tantum dicere, dicunt enim et poëtæ et philosophi; nec persuadere, nam persuadetur testibus, tormentis, aliisque rebus; sed persuadere dictione.

[m] *Aristoteles*] Hic et alibi sæpius a Tullio summa cum laude appellandus, cum plurimos de omnibus philosophiæ partibus libros edidit, tum de arte rhetorica tres, quibus nihil præstantius dici aut excogitari potest. Philosophorum ac rhetorum haud dubie princeps, Stagiræ in Macedonia natus, post datam magistro Platoni operam Alexandro Magno doctor accitus est. Post mortem Alexandri conjiciunt historici eum, ne in potestatem Antipatri tyranni veniret, manus sibi violentas attulisse. Fabulæ ferunt, cum Euripi æstum non posset comprehendere, in mare se præcipitem egisse. Ejus mors incidit in annum ante Chr. 322.

arti plurima adjumenta[3] atque ornamenta subministravit, tribus in generibus rerum[4] versari rhetoris officium putavit; demonstrativo, deliberativo, judiciali. Demonstrativum est, quod tribuitur in alicujus certæ personæ laudem aut vituperationem: deliberativum,[5] quod positum in disceptatione et consultatione civili,[6] habet in se sententiæ dictionem:[p] judiciale,[7] quod positum in judicio, habet in se accusationem et defensionem, aut petitionem et recusationem.[8] Et, quemadmodum nostra quidem[9] fert opinio, oratoris ars et facultas in hac materia tripertita versari existimanda est. VI. 8. Nam Hermagoras[10] [n] quidem, nec quid dicat, attendere, nec quid polliceatur, intelligere videtur;[11] qui oratoris materiam in causam et in quæstionem dividat.[12] Causam esse dicit[13] rem, quæ habeat[14] in se controversiam in dicendo positam cum personarum certarum

[p] *In eo consistit, ut qui deliberant, exponant suam sententiam.*

rhetorum: B *rethor* semper.—2 B *subdicere.*—3 κ et Voss. 1. *plur. adminicula.* —4 Lamb. conjecit *causarum* legend.—5 '*Del. est*] In Cauch. non habetur *est.*' Græv. '*Del., quod*] Sic Sch. Leid. 1. Voss. 2. cum aliis et ed. Omnib. Vulgo additur *est.*' Oud. *Est* quoque non legitur in B L θ et Tur. '*Del. est . . . judiciale est*] Utrumque *est* delent Mss. Cass. Gu. bene sane et eleganter. Cui quia consentiunt edd. pr. delevi.' *Ern.* quem Schutz. Wetzel. et Orell. sequuntur.—6 W θ *in disc. duorum vel plurium vel cons. civ.* L M κ et quædam edd. *in disc. vel cons. civ.* Erf. Duisb. Cauch. Sch. et Ms. Gryphii *in disc. civ.* prob. Oud. improb. Ern. et Schutz. Duo Mss. Gryph. *in cons. civ.* Voss. 1. 2. *in disc. civ. vel cons.* ed. Omnib. *in disc. alicujus et cons. civ.*—7 Vulg. *jud. est.* Verbum *est* omittunt B L W θ, Sch. Leid. 1. Voss. 2. ed. Omnib. cum Schutz. Wetzel. et Orell. Vid. paulo ante.—8 θ, Voss. 1. Leid. 1. 3. *aut recus.* κ *et negationem.*—9 Leid. 1. non habet vocem *quidem.*

CAP. VI. 10 *Hermagora* Quintil. I. 5. § 61. Vid. Spalding. ac etiam Not. Delph. infra.—11 ω 2. *videntur.*—12 ω 2. Erf. Duisb. Sch. Leid. 1. ed. Omnib. *et quæst.* ω 1. ψ, Voss. 1. Leid. 1. 3. et unus Ms. Grævii cum ed. Omnib. *dividit.* Voces *et in quæst. . . . Causam* in B desunt.—13 Erf. Duisb. Cauch. Sch. Voss. 1. ed. Omnib. ac Græv.-Burm. *dicat*, et sic B a m. sec. Vulg.

NOTÆ

[n] *Hermagoras*] Floruit post Aristotelis et Theophrasti tempora, ut ex Quintil. III. 1. colligi potest; 'fecitque,' ut idem tradit, 'velut propriam' in oratoriis institutionibus 'viam, quam plurimi secuti sunt.' Hic ipse est quem corrupto, ut opinor, nomine, Hermetem sæpius vocat Cornificius, quemadmodum observatum est in notis ad Herenn. l. I. § 18. Oratoris materiam Hermagoras dividebat in thesim, id est, argumentum nullis locorum, temporum, ac personarum circumstantiis definitum; et in hypothesim, quæ causa erat cum certarum personarum interpositione.

interpositione; quam nos quoque oratori dicimus esse attributam: nam tres ei partes,[15] quas ante diximus,[16] supponimus; judicialem, deliberativam, demonstrativam. Quæstionem autem eam appellat, quæ habeat[17] in se controversiam in dicendo positam, sine certarum personarum interpositione, ad hunc modum: Ecquid sit bonum[18] præter honestatem?[o] verine sint sensus?[19][p] quæ sit mundi forma?[q] quæ solis[20] magnitudo?[r] Quas quæstiones[1] procul ab

dicit.—14 B W et ed. Omnib. *habet.*—15 Erf. Duisb. Cauch. Sch. et Græv.-Burm. *nam tres eas partes:* ω 1. 2. Leid. 3. et vet. ed. *nam ei tres eas partes:* Voss. 1. *nam tres ei causæ partes:* L *nam ei causæ tres partes:* ed. Omnib. Oliv. et Lall. *nam ei tres partes:* Voss. 1. reperit *ei* ante *supponimus*. In B *ei* deest, sed additur supra lineam a m. sec. Vulg. *nam tres ei partes.*—16 L *quas dix.* omisso *ante*. Dein Erf. *suponimus.*—17 B L W ψ, Voss. 1. Leid. 3. ed. Omnib. *habet.*—18 M ω 1. Voss. 1. 2. Leid. 3. et Hervag. *Ut quid sit bon.* ψ, Erf. Leid. 1. et nonnullæ edd. *Quid sit bon.* Vulg. *Ecquid sit bon.* Addunt *in vita* κ ψ, ω 1. Voss. 1. Leid. 1. 3. et pauci alii Mss. cum ed. Omnib. Hervag. Victorin. Junt. Lamb. et al. Vulg. desunt.—19 '*Sint sensus*] Prave *hominis* adnectit ed. Omnib.' *Oud.*—20 B L M W θ κ ψ ω 2. Tur. quidam Mss. ap. Græv. et omnes Mss. Oud. cum Omnib. Victorin. Junt. Oliv. et Lall. *quæ sit solis:* ω 1. Grut. Græv.-Burm. Schutz. Wetzel. et Orell. omittunt *sit*.

NOTÆ

[o] *Præter honestatem*] Mira fuit de summo bono inter philosophos sententiarum varietas; illud honestate Stoici, Epicurei voluptate metiebantur, alii aliis in rebus constituebant. Disputant præterea an sit bonum, utile, an jucundum.

[p] *Verine sint sensus*] Sceptici sive Pyrrhonii philosophi, cum dicerent sensus esse fallaces, assensum in omnibus sustinebant. Quantumlibet pro eorum opinione tuenda contendat Sextus Empiricus, aurium, oculorum, ceterorumque sensuum, modo sani sint et integri, et res objectæ recte sint dispositæ, verum esse judicium tam constat, quam certo dolorem ab igne percipit, quisquis comburitur. Anaxagoras tamen, ut refert Tullius Acad. Quæst. IV. 'non modo albam nivem esse negabat, sed sibi, quia sciret aquam nigram esse, unde illa concreta esset, albam ipsam ne videri quidem... Habitari ait Xenophanes in luna, eamque esse terram multarum urbium et montium... Nicetas Syracusius, ut ait Theophrastus, cœlum, solem, lunam, stellas, supera denique omnia stare censet; neque præter terram rem ullam in mundo moveri.' Quid facias istis hominibus? 'Nescio,' inquit Cic. de Div. l. III. § 119. 'quomodo nihil tam absurde dici potest, quod non dicatur ab aliquo philosophorum.'

[q] *Quæ sit mundi forma*] Globosa est terra, ut liquet ex ejus umbra, quæ cum in lunæ deficientis corpus incurrit, videtur rotunda. Fuere tamen qui plana facie, qui quadrata, qui in modum cameræ formatam affirmarent.

[r] *Quæ solis magnitudo*] Multis partibus solem universa terra majorem atque ampliorem esse, ex eo demonstrant mathematici, quod umbra terræ in conum attenuata lunam in apogeo deficientem non omnino obscu-

oratoris officio remotas,[2] facile omnes intelligere existimamus. Nam, quibus in rebus summa ingenia philosophorum plurimo[3] cum labore consumta intelligimus,[4] eas, sicut aliquas[5] parvas res,[s] oratori attribuere, magna amentia videtur. Quodsi magnam in his Hermagoras habuisset facultatem,[q] studio et disciplina comparatam, videretur fretus sua scientia, falsum quiddam constituisse de oratoris officio,[6] et non quid ars, sed quid ipse posset, exposuisse. Nunc vero ea vis est[7] in homine, ut ei multo rhetoricam citius quis ademerit,[8] quam philosophiam concesserit.[r] Neque eo dico,[9] quod ejus ars, quam edidit, mihi mendosissime[10] scripta videatur: [*p.* 44.] nam satis in ea videtur[11] ex antiquis artibus ingeniose et diligenter electas res collocasse,[12] et nonnihil ipse quoque novi protulisse: verum oratori minimum est de arte loqui, quod hic fecit; multo maximum[13] ex arte dicere; quod eum minime potuisse, omnes videmus. VII. 9. Quare materia quidem[14] nobis

[q] *Dicendi peritiam.*

[r] *Tale est ingenium et studium Hermagoræ, ut qui noverit, potius dicat eum non esse rhetorem, quam philosophum affirmet.*



—1 *Quæstiones* in θ deest.—2 Lamb. *esse rem.* Sch. *rem. esse.*—3 θ *plurimorum.*—4 B *intellegimus.*—5 M et Tur. omittunt *aliquas.*—6 κ ψ, ω 1. Tur. Erf. Cauch. et Leid. 3. *de or. artificio:* Voss. 2. *de or. officio vel artificio.*—7 M *vis in hom.* Leid. 3. *vis non est in hom.*—8 θ *quid ademit.*—9 *Dies* abest ab B L W θ κ ψ, ω 1. Tur. Erf. Cass. Guelf. 1. 2. omnibus Mss. Oud. ac aliis, cum quibusdam edd. vett. Schutz. e conj. et Wetzel. *Neque id eo dico.* Tum Ms. Cass. et Tur. *quo ejus ars.*—10 Abest *mihi* a Leid. 1. et in ω 1. *mendacissime* legitur.—11 *Nam satis in ea vid.* non sunt in κ. Dein cod. Fabr. *antiquissimis artibus:* fortasse, ait Gulielmius, *antiquissimis artificibus.*—12 Victorin. et al. *collegisse:* Sch. et ed. Omnib. *collegisse et collocasse.* Vulg. *collocasse.* —13 Tur. *max. est.* Voss. 2. caret *ex arte.*

CAP. VII. 14 Erf. *Est quare materia equidem:* ψ et Tur. *Quare materies qui-*

NOTÆ

ret: si sole major esset terra, hujus umbra magis ac magis dilatata, in immensum circumfunderetur. Nihilominus Epicurus veritatis et alieni de se judicii securus, teste Tullio de Fin. l. I. § 20. solem existimavit fortasse bipedalem: tantum enim esse censuit, quantus videtur, vel paulo aut majorem aut minorem.

[s] *Sicut aliquas parvas res*] Sensus est: Cum tantum sit oratoris munus, ut suas ipse partes vix implere possit de rebus in medio positis, et ad usum forensem accommodatis disserendo; quam absurdum illud est quasi tenui ac facili argumento eum tractandis quæstionibus astringere, in quibus ingeniosissimi philosophi desudarunt?

rhetoricæ videtur ea,[15] quam Aristoteli visam esse diximus; partes autem hæ,[16] quas plerique dixerunt, inventio, dispositio, elocutio, memoria, pronuntiatio. Inventio est excogitatio rerum verarum,[17] aut verisimilium, quæ causam probabilem reddant:[18] dispositio est rerum inventarum in ordinem[19] distributio: elocutio est idoneorum verborum[20] et sententiarum ad inventionem[t] accommodatio: memoria est firma animi rerum[1] ac verborum ad inventionem[2] perceptio: pronuntiatio est,[3] ex rerum et[4] verborum dignitate, vocis et corporis moderatio.[s][5] Nunc his rebus breviter constitutis, eas rationes, quibus ostendere possimus genus, et officium, et finem[6] hujus artis, aliud in tempus differemus: nam et multorum verborum indigent, et non tantopere ad artis descriptionem et præcepta tradenda pertinent. Eum autem, qui artem rhetoricam scribat,[7] de duabus reliquis rebus, de materia artis, ac partibus scribere oportere existimamus.[8] Ac mihi quidem videtur conjuncte[9] agendum de materia ac partibus. Quare inventio,

[s] *Actio est idonea vocis et corporis conformatio, qualem exigunt verba et sententiæ quæ proferuntur.*

dem.—15 Voss. 2. *rhet. artis, omisso vid. ea:* ed. Omnib. et Victorin. *rhet. artis vid.* sine *ea:* ω 1. *vid. artis rhet.* κ, Erf. Duisb. Sch. Leid. 3. et nonnulli alii, ac Junt. *rhet. vid. artis,* prob. Oud. B *rhet. vid. artis ea.* Vulg. *rhet. vid. ea.*—16 Erf. Duisb. et Tur. *eæ.* Verbum substantivum *sunt* delevit Ern. quem Schutz. Wetzel. et Orell. sequuntur; abest ab Erf. Duisb. omnibus Mss. Oud. et aliis. Vulgo *hæ sunt;* et sic Oxonn. Mss.—17 ω 1. *cogitatio verarum rerum.*—18 Tur. et Leid. 1. *reddunt.*—19 Sch. Duisb. et edd. pr. usque ad Ald. *per ord.* prob. Oud. κ *in ordine.*—20 ω 1. *verborum singulorum.* Tum copula in θ deest.—1 ω 1. *rerum firma animi.*—2 '*Ad invent.*] Vel delendum *ad invent.* vel addendum *idoneorum.*' Lamb. 'Aut omnino tollendum videtur *ad invent.* aut, quod magis placet, legend. *ad elocutionem.*' Verburg. Lall. *ad elocutionem:* omnes aliæ edd. et Mss. *ad inventionem;* quæ verba Wetzel. et Orell. uncis includunt.—3 Erf. omittit *est.*—4 Sch. Leid. 1. *ac.* —5 Tosanus *modulatis,* improbb. Grut. et Græv.—6 κ et Voss. 1. *off. et fin.* omissa copula ante *off.* ω 1. Erf. Sch. Leid. 1. et alii cum ed. Omnib. *et fin. et off.* Mox Voss. 1. *differimus:* Victorin. *deferemus,* improb. Oud.—7 W *scribit.* Tum præpositio ante *materia* abest ab B, Leid. 3. Sch. et Mss. ap. Gronov. et *rebus* ab Sch. Duisb. et duobus aliis Mss. ap. Grævium. Porro W caret *artis.* Denique M, Leid. 3. et Voss. 1. *ac de part.*—8 Voss. 1. ed. Omnib. *existimavimus.*—9 Al. *conjunctim,* et paulo post Voss. 2. *ac de part.*—

NOTÆ

[t] *Et sententiarum ad inventionem* [*ad sent. inv.*] Ita corrigit Lusinus. Vulgata lectio, *et sent. ad inv.*

quæ princeps est[10] omnium partium,[t] potissimum in omni causarum genere, qualis debeat esse, consideretur.

VIII. 10. Omnis res, quæ habet in se, positam in dictione[u] aut disceptatione,[w] [11] aliquam controversiam, aut facti,[x] aut nominis, aut generis, aut actionis continet quæstionem.[12] Eam igitur quæstionem, ex qua causa nascitur, constitutionem appellamus. Constitutio est prima conflictio causarum ex depulsione intentionis[y] profecta,[13] hoc modo: Fecisti: Non feci, aut Jure feci. Cum facti controversia est, quoniam conjecturis causa firmatur, constitutio conjecturalis appellatur. Cum autem nominis, quia[14] vis vocabuli definienda[15] verbis est, constitutio definitiva[15] nominatur. Cum vero, qualis sit res,[16] quæritur, quia et de vi et de genere negotii controversia est, constitutio generalis vocatur.[17] At cum causa ex eo pendet,[18] quod non aut[19] is agere videtur, quem oportet, aut non cum eo, quicum oportet,[20] aut non apud quos, quo tempore, qua lege, quo crimine, qua pœna oportet, trans-

[t] *Primum locum tenet.*
[w] *In genere exornativo aut deliberativo et judiciali.*

10 Leid. 1. omittit *est*.

CAP. VIII. 11 M *dict. atque in disc.* Leid. 1. *dict. aut in disc.* W θ κ ω 1. 2. Erf. Cauch. Sch. Voss. 1. 2. Leid. 3. Tur. cum Victorin. Schutz. Wetzel. et Orell. *dict. ac disc.* Duisb. *dict. et disc.* Vulg. *dict. aut disc.*—12 Post *quæstionem*, addit Sch. *facti, ut conjectura nominis, ut finis: generis, ut qualitas: actionis, ut præscriptio.*—13 ψ *progressa.*—14 Erf. *quoniam.*—15 Omnes Mss. Oud. et ed. Omnib. semper *diff.*—16 Tur. Erf. Lamb. et Orell. *res sit.*—17 ψ *dicitur.*—18 M et Leid. 1. *aut cum:* ed. Omnib. *ac cum:* Erf. *ex eo causa;* et ed. Omnib. *pendens.*—19 Schutz. e Mss. ap. Oud. *aut non.* θ omittit *aut.*—20 M et Sch. *cum quo;* et ω 1. *oporteat.* Voss. 2. *quicum oportet hoc modo.*—

NOTÆ

[u] *In dictione*] Interpretationem nostram expressimus ex Victorino. In genus exornativum cadere potest triplex status, an quis recte fecerit, &c. De aliis generibus nullum dubium.

[x] *Aut facti, &c.*] Quadruplicem hic statum causarum facit Tullius, cum non nisi triplicem ex Hermetis sententia afferat auctor ad Herenn. l. I. § 18.

[y] *Ex depulsione intentionis*] Intentio est; Tu, Ulysse, occidisti Ajacem: depulsio; Non occidi. Item intentio est; Tu, Milo, Clodium occidisti: depulsio; Occidi, sed jure. Porro doctrinæ de statibus, si quid hic sit obscurum, lucem afferent nostræ notæ in l. I. ad Herenn. § 18. &c.

lativa dicitur constitutio; quia actio,[1] translationis et commutationis indigere videtur. Atque harum aliquam in omne causæ genus incidere [2] necesse est: nam in quam rem [3] non inciderit, in ea nihil esse poterit controversiæ: quare eam ne [4] causam quidem convenit putari.

11. Ac facti quidem controversia, in omnia tempora potest distribui: nam quid [5] factum sit, potest quæri, hoc modo: Occideritne Ajacem Ulysses.[6] Et quid fiat, hoc modo: Bonone animo sint erga populum Romanum [7] Fregellani. Et quid futurum sit, hoc modo: Si Carthaginem reliquerimus [8] incolumem, num quid sit incommodi [9] ad rempublicam perventurum. Nominis controversia est,[10] cum de facto convenit, et quæritur, id quod factum est,[11] quo nomine appelletur. Quo in genere necesse est [ideo nominis] [12] esse controversiam, (non quod de re ipsa non conveniat,[13]) non quod [14] de facto non constet, sed quod id, quod factum sit, aliud alii videatur esse, et idcirco alius alio nomine id appellet. Quare in hujusmodi [15] generibus definienda res erit verbis, et breviter describenda: ut, si quis sacrum ex privato [16] surripuerit, utrum fur an sacrilegus sit judicandus: nam id cum quæritur, necesse erit definire [17] utrumque, quid sit fur, quid sacrilegus,[18] et sua

1 κ et Voss. 1. *quoniam actio:* Tur. Duisb. Sch. Leid. 3. *quod actio.* Erf. Schutz. Wetzel. et Orell. *quia transl. et comm. actio.* Vulg. ut Ern.—2 B L M W θ κ ω 1. 2. et Oliv. *incedere.*—3 Edd. pr. *in qua re:* Cass. Guelf. 1. 2. Erf. Duisb. Cauch. et Mss. ap. Oud. ac Mss. Oxonn. cum Græv.-Burm. Schutz. Wetzel. et Orell. *in quam rem:* aliæ edd. et Mss. omittunt *rem.*—4 ω 2. Leid. 1. 2. 3. Voss. 1. 2. et edd. vett. *nec.*—5 Orell. *ecquid* ter dedit cum Lamb. Schutz. Wetzel. et Orell.—6 Quidam *Ulyxes:* al. *Ulixes.*—7 ω 2. Erf. Leid. 1. Voss. 2. ed. Omnib. *erga rempublicam.* Tum B κ, Sch. Leid. 3. *Fragelliani:* ψ, Voss. 1. Leid. 1. *Fregelliani:* Voss. 2. *Flagelliani:* ed. Omnib. *Fragellani.*—8 Leid. 3. *delinquimus.*—9 *Incommodi* ψ deest. Sch. *incommodum.*—10 Tur. Lamb. et Orell. *est contr.*—11 In κ *est* omittitur. Dein B *appellatur:* ω 2. *appellari oporteat.*—12 Hæc verba delevit Schutz.—13 Pal. 2. *quod de re quod ipsa non conv.* sine priore *non:* Cauch. *non quod de re qd ipsa non conv.* Erf. *quod de re quoque ipsa non conv.* Prius *non* abest ab B L M W, ω 1. 2. Leid. 1. Voss. 1. 2. Pal. 3. ed. Omnib. et id Orell. delevit. In Voss. 2. *quo:* ed. Omnib. *quod et de re:* ω 1. *quod de re nomen:* ω 2. *quod de re ipsa.* Leid. 1. caret *ipsa.* Verba *non quod de re ipsa non conv.* desunt in W, Duisb. Fabr. et ea Schutz. delevit.—14 Suprascr. in Sch. *nec quod.*—15 B M W κ, Erf. et omnes Mss. Oud. *ejusmodi.*—16 Leid. 1. *sacra,* et Voss. 1. *de priv.*—17 ψ *diffinire.*—18 Leid. 1. *quod sit fur, quod sacril.* Voss. 2. *quid sit fur, et quid sacril.*

descriptione ostendere, alio nomine illam rem, de qua agitur, appellari [19] oportere, atque adversarii dicant.[20]

IX. 12. Generis est controversia, cum et quid [1] factum sit, convenit, et quo id factum nomine appellari oporteat, constat: et tamen, quantum, et cujusmodi,[2] et omnino quale sit, quæritur; hoc modo: [3] Justum, an injustum; utile, an inutile; et omnia,[4] in quibus, quale sit id quod factum est, quæritur, sine ulla nominis controversia. Huic generi Hermagoras partes quatuor supposuit; deliberativam, demonstrativam, juridicialem, negotialem: quod ejus, ut nos putamus, non mediocre peccatum, reprehendendum videtur, verum brevi; ne aut, si [5] taciti præterierimus, sine causa non secuti eum [6] putemur; aut, si diutius in hoc constiterimus, moram atque impedimentum [7] reliquis præceptis intulisse videamur. Si deliberatio et demonstratio genera sunt causarum, non possunt recte partes alicujus generis causæ putari. Eadem enim res [z] alii genus esse, alii pars potest: eidem genus esse et pars non potest. Deliberatio autem et demonstratio genera sunt causarum: nam aut nullum causæ genus est, aut judiciale solum, aut et judiciale, et demonstrativum, et delibera-



—19 Erf. *appellare.*—20 Voss. 2. *atque alii dicunt.* Mss. et edd. ante Ern. cum Orell. *dicunt.*

CAP. IX. 1 W *cum et quod:* Lamb. e conj. cum Schutz. et Orell. *cum ecquid.*—2 Erf. *et tunc quantum, et cujusm.* Sch. *et tamen, quant., cujusm.*—3 ω 1. *quæritur id quod factum sit hoc modo.*—4 Schutz. *omnino,* 'nescio quo errore,' ait Orell. M habet *vel omnino* supra lineam.—5 Grut. et Græv.-Burm. *ne, si aut:* ed. Omnib. *ne et si aut:* vulg. *ne aut si.* Tum Erf. *tacito præt.* ω 2. *taciti præterimus:* Voss. 1. ed. Omnib. *taciti præteriemus.* 'In Guelf. 1. deest *taciti* a m. pr. sed supra ascriptum est alia manu; nec eo opus est.' *Ern.*—6 Græv.-Burm. *eum non secuti:* antiqua ed. *eum consecuti.* In Duisb.

NOTÆ

[z] *Eadem enim res, &c.*] Opinionem Hermagoræ variis refutat argumentis. Primum est quod res eadem eidem genus esse et pars non possit. Totum hoc patebit exemplo. Virtus genus est respectu justitiæ ac prudentiæ, eademque pars est respectu habituum, quorum alii sunt virtutes, alii vitia: at virtus, quæ justitiæ ac prudentiæ genus est, justitiæ ac prudentiæ tanquam pars subjici non potest. Sic, cum triplex sit causarum genus, deliberativum, demonstrativum, et juridiciale; certe cujuspiam causæ, ut juridicialis, pars esse nequit deliberatio et demonstratio.

tivum. Nullum dicere causæ esse genus,[8] cum causas esse multas dicat, et in eas[9] præcepta det, amentia est: unum autem judiciale[10] solum esse qui potest, cum deliberatio et demonstratio, neque ipsæ similes inter se sint, et ab judiciali genere plurimum dissideant,[11] et suum quæque[12] finem habeat, quo referri debeat? relinquitur ergo, ut omnia[13] tria genera sint causarum. Deliberatio igitur,[14] et demonstratio non possunt recte partes alicujus generis causæ putari. Male igitur eas generalis constitutionis partes esse dixit.

X. 13. Quodsi generis[a] causæ partes non possunt recte putari, multo minus recte partis causæ partes putabuntur. [*p.* 45.] Pars autem causæ, constitutio est omnis:[15] non enim causa ad constitutionem, sed constitutio ad causam accommodatur. Sed[16] demonstratio et deliberatio, generis causæ partes non possunt[17] recte putari, quod[18] ipsa sunt genera: multo igitur minus recte partis[19] ejus, quod[20] hic dicit, partes putabuntur. Deinde si constitutio[b] et ipsa, et

Sch. et Tur. *eum* deest.—7 Leid. 3. *aut imped.*—8 Erf. *null. autem dicere;* et L *causæ genus,* omisso *esse.*—9 Voss. 1. *et dicat, et in eas:* ed. Omnib. *dicat, et in eis.* Dein liber Suffridi *summa amentia est.*—10 Erf. *unum: judiciale,* omisso *autem:* Tur. *unum judiciale autem.*—11 θ *dissident.*—12 ω 2. *quoque.* Tum Oud. e Mss. Gron. et Sch. ac Leid. 3. rescripsit *habeant, quo ref. debeant.* In W *res ferri debeat:* θ *res ferri debeant.*—13 Lamb. e conj. et Schutz. *omnino,* prob. Græv.—14 M *ergo:* ω 1. *autem:* in θ deest.

Cap. x. 15 Erf. Tur. Victorin. et ed. Omnib. cum Græv.-Burm. Schutz. et Orell. *const. est omnis:* Leid. 1. *est constitutionis:* ω 1. *est constitutio omnis non enim.*—16 Erf. Sch. et Tur. *Et dem.* Lamb. et Schutz. *At dem.*—17 Ed. Omnib. *generis causam non poss.*—18 Lamb. *quia.*—19 Erf. *partes.*—20 B *quæ:* θ, Tur. ed. Omnib. et Lamb. *quam.* Tum B *dicitur partes:* ω 2. *partes dicit:*

NOTÆ

[a] *Quodsi generis, &c.*] Idem altero conficit argumento: Si deliberatio et demonstratio, propterea quod sint genera causarum, non possunt recte dici partes alicujus generis causæ, multo minus partes dici possunt partis causæ: constitutio autem, cujus partes deliberatio et demonstratio dicuntur ab Hermagora, est pars causæ juridicialis. Quemadmodum, ut hæreamus in exemplo superiore, si virtus genus justitiæ non potest esse pars propria justitiæ, haud dubie pars justitiæ, puta pietas in parentes, tanquam partem sibi subjectam non habebit virtutem: immo potius ab ipsa derivabitur tanquam effectus.

[b] *Deinde si constitutio*] Tertium contra Hermagoram argumentum: Definitio generis ad speciem extenditur, non pertinet autem ad genus

pars constitutionis ejus quælibet, intentionis depulsio est;[1] quæ intentionis depulsio non est, ea nec constitutio, nec pars constitutionis est. At si, quæ[2] intentionis depulsio non est, ea nec constitutio, nec pars constitutionis est; demonstratio et deliberatio, neque[3] constitutio, nec pars constitutionis est. Si igitur constitutio et ipsa, et pars ejus,[4] intentionis depulsio est; deliberatio et demonstratio neque constitutio, neque pars constitutionis est.[5] Placet autem ipsi, constitutionem[6] intentionis esse depulsionem: placeat igitur[7] oportet, demonstrationem et deliberationem non esse constitutionem, nec partem constitutionis. Atque hoc eodem urgebitur,[8] sive constitutionem, primam causæ accusatoris confirmationem dixerit, sive defensoris[9] primam deprecationem: nam eum eadem omnia incommoda sequentur.[10]

M *dicit*, sine *partes*.—1 Ms. teste Grævio, *si igitur const. et ipsa et pars ejus quælibet int. dep. est*: Erf. *Deinde const. si et ipsa, et pars constitutionis ejus quælibet int. dep. est*. Est etiam in Duisb. *quælibet*; 'quæ vox male a Grutero omittitur,' ut ait Græv. *Constitutionis* carent Sch. Leid. 3. Victorin. Junt. Lamb. Schutz. et Orell. ac etiam omnes Oxonn. Mss. præter ω 1. 2. Dein ω 2. et Voss. 2. non habent *quælibet*.—2 θ *quæque*.—3 Lamb. *nec const.* Verba *demonstratio et del., neque const., nec pars const. est* in ψ desunt.—4 θ *ipsa*, sine priore copula: ω 1. 2. *pars ejus quælibet*, sine altera copula: L M ψ *et pars ejus quælibet*.—5 Voces *Si igitur const. est .... const. est* Schutz. delevit: eas Wetzel. uncis inclusit.—6 Voss. 2. *ipsius*. B θ κ ψ, duo Mss. Gryphii, Grut. Oliv. et Lall. non habent *constitutionem*.—7 Sch. *placeat autem*. Tum ω 1. 2. *op. delib. et dem. non esse*. W θ ψ, Oliv. Græv.-Burm. et Lall. omittunt *dem.* et *delib.* Porro al. edd. *nec esse*.—8 L W θ ψ, Junt. et Lamb. *eodem incommodo urg.* ω 1. 2. Erf. et Græv.-Burm. *eod. urg. incommodo*. '*Eodem urg. incomm.*] Exsulat vox ultima a Sch. et edd. ante Græv. In Leid. 3. *urg. modo*.' Oud. 'Grævius addidit *incommodo* e Ms. Erf. In Guelf. 2. est supra ascriptum a glossatore. Errat Oudendorpius, cum in nulla ante editione esse dicit. Est autem ap. Ald. Rob. Steph. forte et alios: nam longius inquirere, insuper habuimus.' *Ern.*—9 Ed. Omnib. *defensionis*.—10 Leid. 1.

NOTÆ

definitio speciei: verbi causa; virtutis definitio, habitus inclinans in bonum, justitiæ convenit; nulla enim justitia est quæ non sit habitus inclinans in bonum; at definitio justitiæ, constans et perpetua voluntas jus suum cuique tribuendi, non quadrat in virtutem: quota enim virtus est ejusmodi? Ergo, inquit Tullius, si demonstratio et deliberatio sunt partes sive species constitutionis, debet ipsa constitutionis definitio ipsis congruere: non congruit autem; constitutio enim est intentionis depulsio, hoc modo: Fecisti; Non feci, aut Jure feci. Quod in deliberationem aut demonstrationem cadere, quis dixerit?

14. Deinde conjecturalis[c] causa non potest simul ex eadem parte, eodem in genere, et conjecturalis esse et definitiva. Rursus[11] nec definitiva causa potest simul ex eadem parte, eodem in genere, et definitiva esse et translativa. Et omnino nulla constitutio, nec pars constitutionis, potest simul et suam habere, et alterius in se vim continere: ideo[12] quod unaquæque ex se, et ex sua natura,[13] simpliciter consideratur; altera assumta,[14] numerus constitutionum[15] duplicatur, non vis constitutionis augetur. At deliberativa causa simul ex eadem parte, eodem in[16] genere, et conjecturalem, et generalem, et definitivam, et translativam solet habere constitutionem, et unam aliquando,[17] et plures nonnunquam: ergo ipsa nec constitutio est, nec pars[18] constitutionis. Idem in demonstratione[19] solet usu evenire.[20] Genera igitur, ut ante diximus, hæc causarum putanda sunt, non partes[1] alicujus constitutionis. XI. Hæc ergo[2] constitutio, quam generalem nominamus,[d] partes nobis videtur duas habere,[3] juridicialem et negotialem.

sequuntur: Leid. 3. *consequuntur.*—11 Oud. jubet *rursus* deleri.—12 ψ *ideoque.*—13 Voss. 2. *et sua nat.* L *et ex sua vi nat.*—14 Junt. et Lamb. *alt. autem ass.*—15 Leid. 1. *constitutionis.*—16 ω 1. omittit præpositionem.—17 θ κ, ω 1. 2. quædam edd. vett. cum Oliv. et Lall. *aliquam.*—18 Erf. et duo Mss. ap. Gronov. cum Schutz. et Orell. *neque const. est, nec pars:* Sch. Voss. 2. Leid. 3. *neque const., neque pars:* κ et Leid. 1. *nec const., neque pars.* Dein L W *const. est.*—19 ω 1. *in demonstrationem.*—20 B L κ, Erf. Cauch. Sch. Voss. 2. Guelf. 1. 2. et Tur. cum Lamb. Schutz. et Orell. *venire,* probb. Græv. et Oud.—1 θ *nec partes:* ed. Omnib. *neque partes:* ω 1. et Leid. 3. *et non partes.*

CAP. XI. 2 M *igitur.*—3 Erf. *partes nobis duas habere vid.* Cauch. *partes*

NOTÆ

[c] *Deinde conjecturalis*] Quarto argumento impugnat Hermagoram: Cuilibet constitutioni, ejusque singulis partibus, sua est notio, qua distinguitur a reliquis: alia nimirum est conjecturalis, alia definitiva, alia generalis, alia denique translativa. At deliberativa causa has omnes partes aliquando complectitur: non debet igitur ipsa ad generalem constitutionem referri. Quod autem deliberatio plures habere soleat constitutiones sibi subjectas, liquet exemplo consultationis de evertenda Carthagine: tum enim esse potest quasi conjecturalis constitutio, an evertenda Carthago; deinde definitiva, si evertenda Carthago, quid sit evertere Carthaginem; an cives exilio mulctare, an ipsis alias leges imponere, an vita privare, an ipsam urbem flammis abolere, &c.

[d] *Quam generalem nominamus*] Dicitur quoque constitutio qualitatis, qui status generis, sive generalis, hic appellatur.

Juridicialis[e] est, in qua æqui et iniqui natura,[4] præmii[5] aut pœnæ ratio quæritur: negotialis[f] est,[6] in qua, quid juris ex civili more et æquitate sit, consideratur: cui diligentiæ præesse apud nos jurisconsulti[7] existimantur. 15. Ac juridicialis quidem ipsa[8] in duas distribuitur partes, absolutam et assumtivam. Absoluta[g] est, quæ ipsa[9] in se continet juris et injuriæ quæstionem: assumtiva,[10][h] quæ ipsa ex se nihil firmi dat ad recusationem, foris autem[11] aliquid defensionis assumit. Ejus partes sunt quatuor; concessio, remotio criminis, relatio criminis,[12] comparatio. Concessio est, cum reus non id, quod factum est, defendit, sed, ut ignoscatur,[13] postulat. Hæc in duas partes dividitur, purgationem et deprecationem. Purgatio est, cum factum conceditur, culpa removetur. Hæc partes habet tres, imprudentiam, casum, necessitatem. Deprecatio est, cum et peccasse et consulto peccasse reus se confitetur,[14] et tamen, ut ignoscatur, postulat: quod genus perraro potest accidere. Remotio criminis[i] est, cum id crimen,[1]

vid. duas habere, omisso *nobis*. In θ *duas* omittitur.—4 B W θ κ, ω 1. Tur. et plures Mss. cum Vict. Man. Junt. Lamb. *æqui et recti nat.* ω 2. *æqui, et iniqui, et recti nat.*—5 Ern. delevit *aut* ante *præmii*, et eum sequuntur Schutz. Wetzel. et Orell.—6 B L M θ κ omittunt *est.*—7 L *consulti.*—8 Duisb. Sch. Voss. 1. *ac jur. quidem et ipsa:* Erf. *ac juri diem ipsa.* Tum θ *et in duas.* —9 *Ipsa* in M deest. Tum ω 1. *cont. in se.*—10 *Est* post *assumtiva* delevit Ernesti, quem Schutzius, Wetzel. et Orell. sequuntur: deest in B L θ, Cass. Guelferb. 1. 2. Sch. Voss. 1. 2. Leid. 1. Dein ω 1. *se ex ipsa nihil dat firmi.*—11 Leid. 3. non habet *autem.*—12 κ caret *relatio criminis.*—13 Lamb. *ign. sibi.*—14 Idem *pecc. se reus, et cons. pecc. conf.*—

NOTÆ

[e] *Juridicialis*] Judiciis convenit et esse solet de re præterita, cui si justa sit, præmium: si iniqua, supplicium rependi debet.

[f] *Negotialis*] Est de re facienda, et ad genus deliberativum pertinet.

[g] *Absoluta*] Cum simpliciter ac directe factum defenditur. Hujus quatuor loci sunt, teste Fortunatiano; lex, mos, secta, ars. Legem qua vim vi licet repellere, proferet Milo homicidii reus: morem Scytha, qui ex gentis suæ consuetudine Athenis patrem sexagenarium in fluvium dejecerat: sectam philosophus damni accusatus, quod multi qui eum de bono mortis disserentem audierant, laqueo vitam finissent: artem denique pictor, læsæ reip. reus, quod naufragii pictura in portu Diis marinis appensa, reliqui cives a navigando deterriti essent.

[h] *Assumtiva*] Cum debilis per se est facti defensio, sed probabili facti causa foris assumta confirmatur. Vide ad Herenn. lib. I. § 24. &c. et de Inv. l. II. § 71. &c.

[i] *Remotio criminis*] De qua fuse l. II. de Inv. § 86. &c.

quod infertur, ab se et ab sua culpa, vi et potestate in alium reus removere[15] conatur; id dupliciter fieri poterit, si aut causa aut factum in alium transferetur.[16] Causa transfertur,[17] cum aliena dicitur vi et potestate factum; factum autem, cum alius aut debuisse, aut potuisse facere dicitur. Relatio criminis est, cum ideo jure factum[18] dicitur, quod aliquis[19] ante injuria lacessierit. Comparatio est, cum aliud aliquod alicujus[20] factum rectum aut utile contenditur, quod ut fieret, illud, quod arguitur, dicitur esse commissum.

16. In quarta constitutione, quam translativam[1] nominamus, ejus constitutionis est controversia, cum aut quem, aut quicum, aut quomodo, aut apud quos, aut quo jure, aut quo tempore agere oporteat, quæritur, aut omnino aliquid de commutatione aut infirmatione actionis agitur. Hujus constitutionis Hermagoras inventor esse existimatur, non quo non[2] usi sint ea veteres oratores sæpe multi, sed quia non animadverterint[3] artis scriptores eam superiores,[4] nec retulerint in numerum constitutionum. Post autem ab hoc inventam multi reprehenderunt, quos non tam imprudentia falli putamus, (res enim[5] perspicua est,) quam invidia atque obtrectatione[6] quadam impediri. XII. Et constitutiones quidem, et earum partes exposuimus: exempla autem cujusque generis tunc commodius expososituri videre-



15 ψ *transferre.*—16 M, ω 1. 2. et Erf. *transferatur:* B W, Sch. Voss. 2. ed. Omnib. *transfertur.*—17 W, Erf. et Tur. *transferetur.*—18 B M et Erf. *quod ideo:* L *quod cum ideo:* et ω 1. *factum jure.*—19 Pro *alius,* B L M W θ κ ψ, Tur. Cass. Guelf. 1. 2. Voss. 1. 2. Leid. 1. edd. pr. *aliquis,* et quod Schutz. Wetzel. et Orell. habent. Al. edd. et Mss. *alius.* Tum ed. Hervag. non habet *injuria.*—20 Unus Ms. ap. Lamb. *cum aliquod aliud ab illo, de quo agitur, factum rectum aut utile cont.* Pal. 2. *cum aliud aliquod rectum aut ut. conceditur:* Fabr. *cum aliquod alicui factum rectum aut ut. cont.* liber Tosanus, *cum alicujus aliquod factum rectum aut ut. cont.* Sch. Leid. 1. Voss. 2. *cum aliud aliquid alicujus factum rectum aut ut. cont.* B *cum aliud aliquid factum rectum aut ut. cont.* M *cum aliud alicujus factum rectum aut ut. cont.* Vocem *alicujus* post *aliquod* inseruit Ern. quem Schutz. Wetzel. et Orell. sequuntur: et eam habent L W ψ, ω 2. Cass. et edd. ante Ald. Vulgo deest.—1 ω 1. *translationem.*—2 M ψ, ω 1. et Schutz. *non quod non:* θ, ω 2. Vict. Lamb. Grut. Oliv. et Lall. *non quia non:* B L W κ, Tur. et omnes Mss. Oud. cum Junt. Græv.-Burm. Wetzel. et Orell. *non quo non.*—3 B *animadverterent:* κ *jam animadverterint:* ψ, Schutz. Wetzel. et Orell. *animadverterunt,* et mox *retulerunt.*—4 L omittit *eam,* et ψ *superiores.* Gruter. censet verba *artis script. eam sup.* delenda esse.—5 *Enim* in κ deest.—6 B *obtræctatione:* ψ *detractione.*

mur,[7] cum in unumquodque eorum[8] argumentorum copiam dabimus: nam argumentandi ratio dilucidior erit, cum et ad genus, et ad exemplum[9] causæ statim poterit accommodari.

17. Constitutione[10] causæ reperta, statim[11] placet considerare, utrum causa sit simplex,[12] an juncta; et si juncta erit, utrum sit[13] ex pluribus quæstionibus juncta,[14] an ex aliqua comparatione. Simplex est, quæ absolutam in se continet unam quæstionem, hoc modo: Corinthiis bellum indicamus, annon. Conjuncta ex[15] pluribus quæstionibus, in qua plura quæruntur, hoc pacto:[16] Utrum Carthago[17] diruatur, an Carthaginiensibus[18] reddatur, an eo colonia[k] deducatur.[z] [19] Ex comparatione, in qua per contentionem, utrum potius, aut quid potissimum sit,[20] quæritur, ad hunc modum: Utrum[1] exercitus in Macedoniam contra Philippum[l] mittatur, qui sociis sit auxilio, an teneatur in Italia, ut quam maximæ contra Hannibalem copiæ sint. Deinde

[z] *An illuc deducendi sint cives Romani aut Latini ad stabiliendam coloniam.*

Cap. xii. 7 ω 1. *videbimur:* B M W θ, Leid. 1. Voss. 2. *videamur.*—8 ω 1. *cum in unamquamque earum:* ψ *cum ad unumquodque eorum.*—9 κ et Voss. 1. *cum ad genus:* ω 1. *cum et genus.* Leid. 1. *et exemplum.*—10 ω 2. *Et const.*—11 Schutz. e susp. delevit *statim*, quod Orell. uncis includit.—12 ω 1. *sit causa simplex.* Tum Sch. Voss. 1. Leid. 3. et Leid. 1. a m. sec. ac Oxonn. Mss. cum ed. Omnib. Junt. Lamb. Oliv. Lall. et Schutz. *an conjuncta; et si conjuncta.*—13 In M *sit* omittitur.—14 κ, Voss. 1. Leid. 3. et Leid. 1. a m. sec. *conjuncta.*—15 Erf. Duisb. Cauch. et Sch. *Juncta ex:* M. *Conj. est ex.*—16 Junt. et Lamb. *modo;* et sic B M ψ, sed *pacto* supra lineam.—17 B *Chartago* perpetuo; et M *diluatur.*—18 Al. *Carthaginiensibus.*—19 L *ducatur.*—20 B M θ *potiss.* sine *sit.*—1 Grævius e cod. Erf. inseruit *potius* post *Utrum;*

NOTÆ

[k] *Colonia*] Oppidum erat in quod Romani magistratus cives traduxerant, quibus erat jus ferendi suffragii.

[l] *Philippum*] Non Alexandri Magni patrem, sed alterum Macedoniæ regem, qui tempore belli Punici secundi, inito cum Hannibale fœdere, Italiæ imminens, a Lævino prætore coërcitus, in Macedoniam, incensis ultro navibus, se recipere coactus est. Pace facta, intervenientibus Epirotis; rursus bellum exarsit Macedonicum. Philippus Demetrium filium, apud Romanos antea obsidem, fratris Persei calumniis suspectum, capitali supplicio mulctavit; ipseque obiit Olymp. cl. a. 2. A. U. C. 575. ante Chr. 179. Polyb. Liv. &c.

considerandum est, in ratione an in scripto [2] sit controversia: [3] nam scripti controversia est ea,[4] quæ ex scriptionis genere [y] nascitur. XIII. Ejus autem genera, quæ sunt separata [5] a constitutionibus, quinque sunt: nam cum verba [6] ipsa videntur cum sententia scriptoris dissidere, tum [7] inter se duæ leges aut plures discrepare, [*p.* 46.] tum id, quod scriptum est,[8] duas aut plures res significare:[9] tum ex eo, quod scriptum est, aliud quoque, quod non scriptum est, inveniri: tum vis verbi, quasi in definitiva constitutione, in quo posita sit,[10] quæri. Quare primum genus, de scripto et sententia;[11] secundum, ex contrariis legibus; tertium, ambiguum; quartum, ratiocinativum; quintum, definitivum [12] nominamus. 18. Ratio autem est,[13] cum omnis quæstio [14] non in scriptione, sed in aliqua argumentatione consistit.

At tum,[15] considerato genere causæ, et [16] cognita constitutione, cum, simplexne an [17] conjuncta [18] sit, intellexeris, et, scripti an rationis [19] habeat controversiam,[20] videris; deinceps erit videndum, quæ quæstio, quæ ratio, quæ judicatio, quod firmamentum causæ sit: quæ omnia a constitutione [1] proficiscantur oportet. Quæstio est ea,[2] quæ ex conflictione causarum gignitur controversia,[3] hoc modo:

[y] *Sive legis, sive senatusconsulti, sive testamenti.*

et eum Schutz. secutus est.—2 B L M W et al. cum Oliv. *an in ratione.* Voss. 1. Leid. 1. et ed. Omnib. omittunt præpositionem ante *scripto.*—3 B hic et mox *contraversia.*—4 ψ *est illa.* Pronomen non est in Sch.

Cap. XIII. 5 Erf. *Ejus enim gen.* et idem Ms. cum Tur. Lamb. Schutz. et Orell. *quæ sep. sunt.*—6 Tur. et omnes Mss. Oud. cum Junt. Lamb. Schutz. Wetzel. et Orell. *nam tum verba:* Duisb. *tum verba,* omisso *nam.*—7 θ *tum cum.*—8 Leid. 1. *tum ex eo quod;* et Sch. *scriptum sit.*—9 *Res* in θ deest. Junt. Lamb. et Schutz. habent *signif. videtur.*—10 Sch. *posita est.*—11 M *sententia est.*—12 ψ *diff.*—13 B *Ratio autem,* sine *est:* L *Vel ratio autem est:* M *Oratio autem est:* Tur. Junt. Lamb. Schutz. et Orell. *Ratio est autem.*—14 ω 2. *cum omnis orationis quæstio:* Voss. 2. *cum oratio vel quæstio,* suprascr. *omnis;* contra in Sch. suprascr. *oratio vel.* Lamb. ed. non habet *omnis.*—15 Duisb. Sch. a m. pr. ac Schutz. Wetzel. et Orell. *At cum;* et quod Ern. conjecerat legendum esse: al. *Ac tum:* al. *Ac cum:* Grut. et edd. recentiores *At tum.*—16 ω 1. *causarum.* Copula abest ab ω 2. B L M θ κ, et omn. Mss. Oud.—17 Duisb. *utrum simplex an:* Sch. et Victorin. *utrum simplexne an:* Schutz. Wetzel. et Orell. *simplexne, an:* ω 1. 2. L W θ κ *cum simplex an.* Vulg. *cum simplexne, an.*—18 B M W θ et Tur. *juncta.*—19 ω 1. *et rat.*—20 B *contraversiam;* et sic semper.—1 κ *ut a const.*—2 ω 1. *est illa.* Pronomen omittunt

Non jure fecisti: Jure feci.[4] Causarum autem [5] hæc est conflictio, in qua constitutio constat: ex ea igitur nascitur controversia, quam quæstionem dicimus, hoc modo: Jurene fecerit? Ratio est, quæ continet causam, quæ si sublata sit, nihil in causa controversiæ relinquetur, hoc modo,[6] ut docendi causa in facili et pervulgato exemplo consistamus:[7] Orestes si accusetur [8] matricidii, nisi hoc [9] dicat, Jure feci; illa enim patrem meum occiderat;[10] non habet defensionem: qua sublata, omnis quoque controversia sublata sit.[11] Ergo ejus causæ ratio [12] est, quod illa Agamemnonem occiderit.[13] Judicatio est, quæ ex infirmatione et confirmatione [14] rationis nascitur controversia: nam sit ea [15] nobis exposita ratio, quam paulo ante exposuimus.[16] Illa enim, inquit, patrem meum [17] occiderat. At non, inquit adversarius, abs te filio matrem necari oportuit: potuit enim [18] sine tuo scelere illius factum puniri.[19] XIV. Ex hac deductione [20] rationis, illa summa nascitur controversia,[1] quam judicationem [2] appellamus: ea est hujusmodi: Rectumne fuerit, ab Oreste matrem occidi, cum illa Orestis patrem occidisset?[3] 19. Firmamentum est firmissima ar-



B L M W θ ω 2. Oliv. et Lall.—3 *Controversia* in M deest.—4 *Hoc modo ... Jure feci* Schutz. transposuit post *constat.*—5 Deest particula *autem* B M W θ κ, Tur. Voss. 1. 2. Leid. 3. qui caret quoque pronomine *hæc.*—6 Erf. *hoc jure ne feceris:* Leid. 3. *hoc est jure fecerit.* Verba *Jurene fecerit ... hoc modo* absunt ab ψ. Dein octo Oxonn. Mss. cum Voss. 2. Leid. 1. 2. 3. Junt. Lamb. Grut. Oliv. Græv.-Burm. et Lall. *Ratio est ea.* Pro *sublata sit*, Leid. 1. *ablata sit.* Præterea B, Erf. Duisb. Cauch. Sch. Voss. 1. Leid. 1. Tur. Schutz. Wetzel. et Orell. *relinquatur:* W θ κ Lamb. et al. *relinquitur:* ω 1. *relinquitur controversiæ.* al. *relinquetur.*—7 Erf. *exemplo constituamus:* Sch. *exempla constituamus:* L *exemplo existamus et persistamus.*—8 ω 2. *Horestes si accusaretur.*—9 ψ *hic.*—10 κ *occidit;* et mox Tur. *habeat def.*—11 Sch. Voss. 1. *Quare sublata, &c.* edd. pr. *qua re sublata, &c.* Erf. et Duisb. *Quare omnis contr. quoque subl. sit.* Vox *omnis* non est in L. Verba *Qua sublata ... sublata sit* Ernestio suspecta sunt. Schutz. ea delevit; Wetzel. et Orell. uncis includunt.—12 Leid. 1. *causæ quoque ratio.*—13 M *Agamemnona,* et Leid. 1. *occiderat.*—14 Schutz. recepit *ex ratione et infirmatione*, ex emendatione Jo. C. Th. Ernesti in Lex. Technol. Lat. Rhet. voce 'Judicatio.'—15 ω 1. omittit *ea.*—16 ψ *apposuimus.*—17 *Meum*, post *enim*, adjecit Græv. ex Erf. et ed. Hervag. extat etiam in B L M θ κ ψ, Erf. Tur. omn. Mss. Oud. et sic ed. Omnib. Crat. et Orell. Verbum *inquit* non est in M. Post *patrem*, Ern. addidit *meum*, quod habent ψ, ω 1. 2. Cass. et edd. pr. usque ad Aldum, cum Schutz. et Wetzel. A plerisque Mss. Oud. cum Junt. Grut. Oliv. et Lall. abest *meum* et hic et ante.—18 θ omittit *enim.*—19 ψ *factum ejus pun.*

CAP. XIV. 20 B ψ et plerique Mss. Oud. *diductione;* et sic M habet supra lineam.—1 Schutz. et Wetzel. ex Ern. suspic. *controversiæ.*—2 Leid. 1.

gumentatio defensoris, et appositissima[4] ad judicationem: ut si velit Orestes dicere, ejusmodi animum matris[5] suæ fuisse in patrem suum,[6] in se ipsum ac sorores,[7] in regnum, in famam generis et familiæ,[8] ut ab ea pœnas liberi sui potissimum petere debuerint. Et in ceteris quidem constitutionibus[9] ad hunc modum judicationes reperiuntur:[10] in conjecturali autem[11] constitutione, quia ratio non est, (factum enim non conceditur,[12]) non potest ex deductione[13] rationis nasci judicatio. Quare necesse est eandem esse quæstionem et judicationem:[14] ut,[15] factum est, non est factum;[16] factumne sit?[17] Quot autem in causa constitutiones, aut earum partes erunt, totidem necesse[18] erit quæstiones, rationes, judicationes, firmamenta reperiri.[19]

His omnibus in causa repertis, tum[20] denique singulæ partes totius causæ considerandæ sunt: nam non[1] ut quidque dicendum primum,[m] ita primum animadvertendum

judicialem.—3 Erf. et Leid. 3. *occiderit.*—4 Pro *et*, in L *ac* legitur. W θ κ ψ, ω 1. omnes Mss. Oud. et vulg. *aptissima:* L *potissima:* B M, ω 2. Tur. Pal. 2. et Græv. a manu pr. cum Schutz. Wetzel. et Orell. *appositissima.* 'Mss. duo, item Guelf. 1. 2. (nisi quod in illo *appotissima*, cui ascripsit manus sec. *aptissima*,) *appositissima:* quod non spernendum videtur; et apparet e Ms. Guelf. quomodo *aptissima* natum sit.' *Ern.*—5 Erf. Victorin. et Schutz. *matri.*—6 Ed. Omnib. *in parentem suum.*—7 Sch. *et sorores:* Leid. 1. *et sororem:* B L M W ψ, et al. cum Oliv. et Lall. *in sorores.*—8 Voss. 1. *gen. ac fam.*—9 κ *Et cet. quidem const.* θ *Et cet. quidem quæstionibus:* W *Et in cet. quidem quæstionibus:* Leid. 3. *Et quidem cet. in const.*—10 W θ κ, ω 2. et Tur. *reperientur.*—11 Voss. 1. non habet *autem.*—12 ψ *factum enim nisi conc.*—13 Schutz. solus *ex ea et ex ded.*—14 Voss. 2. *eandem quæst.* et θ *quæst., jud.*—15 *Ut* non est in B L M W θ κ, ω 1. 2. Tur. Duisb. Erf. et omn. Mss. Oud. et eam Orell. delevit.—16 Duisb. et octo Oxonn. Mss. ac vulg. *factum non est.* Ab Guelf. utroque abest *factum*, et ab M voces *factum* et *est.*—17 ω 2. *factumne sit interrogant.*—18 ψ *tot necesse.*—19 Leid. 1. omittit *firmamenta.* In Sch. *reperire.*—20 Ed. Omnib. *cum.*—1 *Non* in θ deest. Tum B M W, Leid. 1. ed. Omnib. Junt. et Lamb. *ut quodque:* ψ *ut quicquid.* L, ω 2. Voss. 1. 2. et ed. Omnib. *dicendum est pr.* θ κ *dic. pr. est.* Pro *primum*, hic et paulo post M

NOTÆ

[m] *Non ut quidque dicendum primum, &c.*] Omnino quemadmodum architectus fundamentum quod in ædificio primum est, non ante locat, quam totius operis formam animo comprehensam designaverit, ut singulæ sibi partes apte respondeant; sic orator, etsi exordium primo dicere debet, illud tamen non aggreditur, nisi attente meditata et perspecta totius causæ ratione, ex cujus visceribus duci debet initium.

videtur:[2] ideo quod illa, quæ prima[3] dicuntur, si vehementer velis congruere,[4] et cohærere cum causa, ex eis[5] ducas oportet, quæ post[6] dicenda sunt. Quare cum judicatio, et ea, quæ ad judicationem oportet inveniri, argumenta,[7] diligenter erunt artificio reperta, cura[8] et cogitatione pertractata; tum denique ordinandæ sunt ceteræ[9] partes orationis. Hæ[10] partes sex esse omnino nobis videntur; exordium, narratio, partitio, confirmatio,[11] reprehensio, conclusio. Nunc quoniam[12] exordium princeps omnium esse debet,[z] nos quoque primum in rationem[13] exordiendi præcepta dabimus.

XV. 20. Exordium est oratio animum auditoris idonee comparans ad reliquam dictionem: quod eveniet,[14] si eum benivolum, attentum, docilem fecerit:[15] quare qui bene exordiri causam volet,[16] eum necesse est genus suæ causæ diligenter ante cognoscere. Genera causarum sunt quinque;[17] honestum, admirabile, humile, anceps, obscurum. Honestum causæ[18] genus est, cui statim sine oratione nostra auditoris favet animus;[19] admirabile,[n] a quo alienatus est animus[20] eorum qui audituri sunt; humile,[1] quod

[z] *Prima est omnium orationis partium.*

habet *primo.* Abest *primum* a Leid. 1.—2 Voss. 1. *ante advertendum vid.* Leid. 1. *ad animum advert. vid.* Dein Erf. Duisb. et Sch. *ideoque illa:* ψ *ideo quia illa.*—3 M *primo* supra lin.—4 κ *velis vel congruere.*—5 ω 2. Tur. Erf. omnes Mss. Oud. cum Schutz. *his;* et sic B passim.—6 κ *postea.*—7 ω 1. Erf. et Tur. *arg. inv.*—8 ω 1. *et cura.*—9 ω 2. *certæ.*—10 Erf. Cauch. et Tur. *Eæ:* κ ψ et Leid. 3. *Et hæ.* Mox *nobis* non est in Leid. 1.—11 θ omittit *confirmatio.* —12 Duisb. *quomodo.* Tum Erf. et Sch. *princeps deb. esse:* Cauch. *princeps deb.* sine *omnium* et *esse.*—13 ω 1. Sch. Leid. 1. 3. Junt. et Græv.-Burm. *in ratione:* Mss. ap. Lamb. *in oratione:* Lamb. ed. *in orationem.* Dein L W, Erf. et pauci alii Mss. *exordii.*

CAP. XV. 14 Leid. 3. *evenit.*—15 Ed. Omnib. *et attentum et doc. confecerit.* *Confecerit* quoque B M W, Erf. Sch. Tur. et edd. vett. ac etiam Orell. —16 Leid. 2. *voluerit.*—17 Oxonn. Mss. et Mss. Oud. cum Oliv. Lall. et paucis aliis, *sunt quinque:* ed. Omnib. *sunt n. quinque,* i. e. *numero quinque.*— 18 In B L M W, Oliv. et Lall. *causæ* deest.—19 Erf. *aud. an. favet.* In Cauch. non est *auditoris.* Tum κ, ω 1. Junt. et Lamb. *admirabile est.*—20 κ *alienatur animus:* Leid. 1. *alienatus animus.*—1 ω 1. *audituri sunt, ut de passere*

NOTÆ

[n] *Admirabile*] Τῷ ἐνδόξῳ, id est, honesto causæ generi, opponitur τὸ παράδοξον, admirabile, ut Tullius hic et Fortunatianus interpretantur; cum is defenditur, quem ob sceleris gravitatem defendi posse nemo suspicaretur. Recte dici posset aut inhonestum aut odiosum.

negligitur ab auditore, et non magnopere attendendum videtur; anceps, in quo aut judicatio[a] dubia est, aut causa, et[2] honestatis et turpitudinis particeps, ut et benivolentiam[3] pariat, et offensionem; obscurum, in quo aut tardi auditores sunt, aut difficilioribus[4] ad cognoscendum negotiis causa implicita est.[5] Quare quoniam tam diversa sunt[6] genera causarum, exordiri quoque dispari ratione in unoquoque[7] genere necesse est. Igitur exordium in duas partes dividitur, in principium et insinuationem.[8] Principium est oratio, perspicue[9] et protinus perficiens[10] auditorem benivolum, aut docilem, aut attentum. Insinuatio est oratio quadam dissimulatione[11] et circuitione obscure[12] subiens auditoris animum.

21. In admirabili genere causæ, si non omnino infesti auditores erunt, principio benivolentiam comparare licebit: sin erunt vehementer abalienati, confugere[13] necesse erit ad insinuationem: nam ab iratis[14] si perspicue pax et benivolentia petitur,[15] non modo ea non invenitur, sed augetur atque inflammatur odium.[16] In humili autem genere causæ, contemtionis[17] tollendæ causa, necesse erit attentum efficere auditorem.[18] Anceps genus causæ, si dubiam judicationem habebit,[19] ab ipsa judicatione exordiendum est: sin autem partem turpitudinis et partem[20] honestatis habebit,[1] benivolentiam captare oportebit, ut in

[a] *Propria judicii quæstio.*

ambo vendito et empto: humile.—2 Deest copula in κ et Leid. 1.—3 *κ ut benev.*—4 M *difficilibus.*—5 B W et Cauch. *est implicata:* Erf. *est implicita.* Sch. Voss. 2. Cass. cum Victorin. et Schutz. *implicata est: θ κ implicata,* sine *est.*—6 Octo Mss. Oud. ac Junt. et Oliv. *cum tam div. sint:* Tur. Sch. Leid. 1. *cum tam div. sunt.*—7 ω 1. non habet verba *dispari rat. in unoquoque.*—8 M *princ. et in insin.* L M W et Voss. 2. *in princ. et in insin.*—9 B *perspicua.*—10 Tur. et Orell. *conficiens:* Lamb. *efficiens;* et sic Schutz. de conj. Ern.—11 *θ dissimilitudine.*—12 B, Tur. Erf. Sch. Leid. 3. et Græv.-Burm. *obscura;* et sic M supra lineam. Dein Erf. omittit *auditoris.*—13 ω 1. Voss. 2. *alienati;* et M *effugere.*—14 *κ cum ab iratis: θ ab alienatis.*—15 ψ et ω 2. *appetitur.*—16 κ, ω 1. 2. et Voss. 1. cum Junt. et Crat. *sed augetur potius et inflammatur odium:* ed. Omnib. *sed augetur atque inflam. odium potius:* Leid. 3. *sed ira augetur atque flammatur odio:* Erf. Græv.-Burm. Schutz. et Orell. *sed ira augetur atque inflammatur odio.*—17 B L *contentionis.*—18 B L, Sch. Voss. 1. 2. *necesse est;* et Sch. Leid. 1. *facere aud.*—19 Leid. 1. *jud. habuerit.*—20 B L M W θ κ, ω 1. Tur. et plerique Mss. Oud. omittunt copulam. In Leid. 1.

genus honestum causa translata videatur. Cum autem erit honestum causæ genus, vel [2] præteriri principium poterit, vel, si [3] commodum fuerit, aut a narratione incipiemus, aut a lege, aut ab aliqua [4] firmissima ratione nostræ dictionis: [p. 47.] sin uti [5] principio placebit, benivolentiæ partibus utendum est, ut id, quod est, augeatur. XVI. In obscuro causæ [6] genere, per principium dociles auditores efficere oportebit.[7] Nunc, quoniam, quas res exordio [8] conficere oporteat, dictum est; reliquum est, ut ostendatur quibus quæque res rationibus [9] confici possit.

22. Benivolentia quatuor ex locis comparatur; ab nostra, ab adversariorum, ab judicum persona, ab ipsa causa.[10] Ab nostra,[11] si de nostris factis et officiis sine arrogantia dicemus: [12] si crimina illata, et aliquas minus honestas suspiciones injectas [13] diluemus: si, quæ incommoda acciderint, aut quæ instent difficultates, proferemus: si prece, et obsecratione humili ac supplici [14] utemur. Ab adversariorum autem, si eos aut in odium, aut in [15] invidiam, aut in contemtionem adducemus. In odium adducentur,[16] si quod [17] eorum spurce,[b] superbe, crudeliter, malitiose factum proferetur: [18] in invidiam, si vis eorum, potentia, divitiæ, cognatio,[19] pecuniæ proferentur,[20] atque eorum usus arrogans et [1] intolerabilis; ut his rebus magis videantur, quam causæ suæ confidere: in contemtionem ad-

[b] *Turpiter.*

partemque.—1 ω 1. *habetis.*—2 Deest *vel* in ω 1. Voss. 1. Leid. 3.—3 B L M W ψ, ω 1. Voss. 1. Leid. 3. Tur. ed. Omnib. Junt. Schutz. Wetzel. et Orell. *et si.*—4 κ *aut lege, aut ab aliqua:* ed. Omnib. *aut lege, aut aliqua.* Tum M. et al. *firma ratione:* L *affirmatione, ratione.*—5 B L M W, ω 1. Tur. Junt. Lamb. *vel si uti:* Schutz. *sin ubi*, omisso *vel.*

CAP. XVI. 6 L, ω 2. Sch. et ed. Omnib. *in obs. autem causæ.*—7 Sch. *aud. fiant:* Leid. 1. *aud. efficere oporteat.* Hæc verba, *in obscuro . . . oportebit*, Schutz. retraxit post *translata videantur.*—8 κ et ω 2. *exordium.*—9 ω 1. *quæque orationibus:* ω 2. *quæque rationibus res.*—10 B M W θ κ, ω 1. 2. Pal. 1. 3. Tur. et omnes Mss. Oud. *a causa*, sine *ipsa.*—11 Lamb. et Schutz. *Ab nostra persona:* κ *Ab nostra persona benevolentia comparatur, si de nostris, &c.* Tum Leid. 3. *nostris de factis.* —12 ψ *dicimus:* ed. Omnib. *dixerimus.*—13 Erf. *suspectationes injectas:* Hervag. margo *suspiciones illatas.*—14 Sch. *hum. et supp.* Voss. 1. Leid. 3. *hum. aut supp.* —15 Sch. Voss. 1. carent præpositione.—16 M W θ ψ, ω 1. Tur. et plerique Mss. Oud. *ducentur.*—17 Oxonn. Mss. cum Junt. Lamb. et Oliv. *quid.*—18 Grev. *ostendatur.*—19 ψ et Lamb. *div., gratia, cogn.*—20 Leid. 1. *proferan-*

ducentur,[2] si eorum inertia, negligentia, ignavia, desidiosum studium, et [3] luxuriosum otium proferetur. Ab auditorum persona [4] benivolentia captabitur,[5] si res ab his fortiter, sapienter, mansuete gestæ proferentur, ut ne qua assentatio nimia significetur: et [6] si de his, quam honesta existimatio, quantaque eorum judicii et auctoritatis expectatio sit, ostendetur: [7] ab ipsis rebus, si nostram causam [8] laudando extollemus, adversariorum causam per contemtionem deprimemus.[9] 23. Attentos [10] [o] autem faciemus, si demonstrabimus, ea, quæ dicturi erimus,[11] magna, nova, incredibilia esse, aut [12] ad omnes, aut ad eos qui audiunt, aut ad aliquos illustres homines, aut [13] ad Deos immortales, aut ad summam rempublicam [14] pertinere; et si pollicebimur,[15] nos brevi nostram causam demonstraturos, atque exponemus [16] judicationem, aut judicationes, si plures erunt. Dociles auditores faciemus, si aperte et breviter [17] summam causæ exponemus; hoc est, in quo consistat controversia: nam et cum [18] docilem velis facere, simul attentum facias oportet: [19] nam is maxime docilis est,[20] qui attentissime est paratus audire.

---

tur: Leid. 2. qui hic incipit, *proferuntur.*—1 Copula non est in θ.—2 ω 1. *autem adducentur.*—3 Tur. omittit *et.*—4 Erf. Duisb. Sch. a m. pr. cum Victorin. Græv.-Burm. et Schutz. *Ab judicum persona.*—5 Leid. 1. *captatur.*—6 Deest copula in Sch.—7 κ, Sch. Leid. 3. Duisb. et Erf. *ostenditur.*—8 Mss. et quædam edd. *causam nostram.* Tum Duisb. Sch. et Victorin. *extollamus.*—9 Lamb. ed. omittit *causam.* Dein W *per contemptum;* et Sch. Duisb. cum Victorino *deprimamus.*—10 Schutz. e suspicione addidit *auditores.*—11 κ ψ, Duisb. et Sch. *dict. sumus.*—12 Voss. 1. 2. ac Lamb. ed. *et aut.*—13 B M θ κ, Erf. et pauci alii cum Græv.-Burm. Schutz. et Orell. *audient.* Tum B κ non habent præpositionem ante *aliquos.* Verba *ad eos qui aud. . . . homines aut* non sunt in W.—14 Oxonn. Mss. et Mss. Oud. cum Tur. Cass. Junt. Grut. Oliv. Græv.-Burm. et Lall. *reipublicæ.*—15 L *et poll.* Sch. *et si pollicemur.*—16 Erf. *aut exp.*—17 Erf. *ap. ac brev.*—18 W θ *Nam quum:* Tur. *Et quum.*—19 ω 1. *oporteat.*—20 Erf. Tur. et omnes Mss. Oud. cum Græv.-Burm. et Orell. *Nam is est max. doc.*

NOTÆ

[o] *Attentos*] Attentionem sibi maxime conciliat orator, ut notat Aristot. Rhet. lib. III. inducta suæ probitatis opinione: quomodo Cicero act. I. in Verr. 'Adductus sum,' inquit, 'judices, officio, fide, misericordia, multorum bonorum exemplo, veteri consuetudine institutoque majorum, ut onus hoc laboris atque officii non ex meo, sed ex meorum necessariorum tempore mihi suscipiendum putarem. Quo in negotio, tamen illa me res,

XVII. Nunc insinuationes[1] quemadmodum tractari conveniat, deinceps dicendum[2] videtur. Insinuatione[p] igitur utendum est, cum admirabile genus causæ est, hoc est, ut ante diximus,[3] cum animus auditoris infestus[4] est. Id autem tribus ex causis fit maxime; si aut inest in ipsa causa quædam turpitudo, aut ab iis,[5] qui ante dixerunt, jam quiddam auditori persuasum videtur, aut eo tempore[6] locus dicendi datur, cum jam illi, quos audire oportet, defessi sunt audiendo: nam ex hac quoque re, non minus quam ex primis duabus, in oratore[7] nonnunquam animus auditoris offenditur. 24. Si causæ turpitudo contrahet[8] offensionem; aut pro eo homine,[9] in quo offenditur, alium

CAP. XVII. 1 Leid. 2. *insinuationem.* Tum L, Voss. 1. 2. Leid. 1. 3. *tractare.*—2 W *docendum.*—3 B *ut ante jam vid.*—4 Lambinus malit legi *infensus* seu *offensus.*—5 κ ψ, quidam Mss. ap. Græv. cum Junt. Oliv. Græv.-Burm. Lall. et Schutz. *aut si ab iis:* Erf. *si aut ab iis:* ω 2. Sch. et ed. Omnib. *aut si ab his:* ω 1. *aut ab his.*—6 ω 1. 2. *aut si eo temp.*—7 L M θ κ ψ, ω 1. 2. Tur. Voss. 1. 2. Leid. 2. Guelf. 2. et ed. Omnib. ac Stephanica Victorii, Lamb. Ald. et Oliv. *in oratorem:* W, Grut. et al. edd. *in oratione:* B, Guelf. 1. Erf. Cauch. Duisb. Sch. Leid. 1. 3. et al. cum Græv.-Burm. Lall. Schutz. Wetzel. et Orell. *in oratore.*—8 L W θ

NOTÆ

judices, consolatur, quod hæc quæ videtur accusatio mea, non potius accusatio, quam defensio est existimanda: defendo enim multos mortales, multas civitates, provinciam Siciliam totam.'

p *Insinuatione*] Insigne est in eo genere cujusdam ad Cæsarem de Rep. Ordinanda exordium e Sallustii fragmentis excerptum: 'Scio ego quam difficile atque asperum factu sit consilium dare regi aut imperatori, postremo cuiquam mortali cujus opes in excelso sunt: quippe cum et illis consultorum copiæ adsint, neque de futuro quisquam satis callidus satisque prudens sit. Quinetiam sæpe prava magis quam bona consilia prospere eveniunt; quia plerasque res fortuna ex libidine sua agitat. Sed mihi studium fuit adolescentulo remp. capessere.... Itaque mihi multa cum animo agitanti consilium fuit famam modestiamque meam post tuam dignitatem habere; et hujus rei lubet periculum facere, dum quid tibi ex eo gloriæ accederet. Idque non temere aut ex fortuna tua decrevi; sed quia in te præter ceteras artem unam egregie mirabilem comperi, semper tibi majorem in adversis, quam in secundis rebus animum esse. Sed per ceteros mortales illa res clarior est, quod et prius defessi sunt homines laudando atque admirando munificentiam tuam, quam tu faciendo quæ gloria digna essent.' In lubrico atque difficili loco versabatur, quisquis Cæsarem, cui summa rerum omnium potestas, de republica bene gerenda in se susceperat admonere: itaque hujusmodi insinuatio præmittenda fuit.

hominem, qui diligitur, interponi oportet; aut pro re, in qua offenditur, aliam rem,[10] quæ probatur; aut pro re hominem,[q] aut pro homine rem, ut ab eo quod odit, ad id quod diligit, auditoris animus traducatur, et dissimulare[11] id te defensurum, quod[12] existimeris defensurus: deinde, cum jam mitior[13] factus erit auditor, ingredi pedetentim[14] in defensionem et dicere, ea,[15] quæ indignentur[16] adversarii, tibi quoque indigna videri;[17] deinde, [cum lenieris eum, qui audiet,][18] demonstrare, nihil eorum ad te pertinere, et negare te quicquam de adversariis esse dicturum, neque hoc, neque illud: ut neque aperte lædas eos qui diliguntur, et tamen id obscure faciens, quoad possis, alienes[19] ab eis auditorum voluntatem: et aliquorum judicium simili de re, aut auctoritatem proferre imitatione dignam: deinde eandem,[20] aut consimilem, aut majorem, aut minorem agi rem[1] in præsentia demonstrare. 25. Sin oratio adversariorum fidem videbitur auditoribus fecisse, id quod ei,[2] qui intelligit,[3] quibus rebus fides fiat, facile erit cognitu;[4] oportet aut de eo, quod adversarii sibi firmissimum putarint,[5] et maxime ii, qui audierint,[6] probarint, primum te dicturum polliceri, aut ab adversarii dicto exordiri, et ab[7] eo potissimum, quod ille nuperrime dix-

κ, Sch. Vossiani, et Leid. 2. *contrahit.*—9 Tur. omittit *homine.*—10 *Rem* in θ deest.—11 κ *dissim. oportet.*—12 κ *quem,* sed *quod* in marg. Tum Duisb. *existimaris defens.* Sch. *existimaris*, suprascr. a m. sec. *defensurus:* Leid. 1. *existimaveris def.* Leid. 3. *estimeris def.* Verbum *defensurus* non est in B, nec *quod exist. def.* in Cauch.—13 Tur. *amicior.*—14 Erf. *pedetemptim.*—15 *Ea* in κ deest—16 θ κ, ω 1. 2. Ald. Junt. Grut. Oliv. et Lall. *indignantur.* —17 Verba *deinde quum jam mitior . . . indigna videri* ω 1. omittit.—18 L et ω 1. *cum jam lenieris.* Victorin. Lamb. et Schutz. non agnoscunt voces *cum lenieris eum qui audiet;* quas Wetzel. et Schutz. uncis includunt.—19 L κ *abalienes:* Sch. Leid. 1. *abalienas.*—20 B L M W ψ, ω 2. Leid. 3. cum Victorin. Junt. Oliv. Lall. et Schutz. *deinde aut eand.*—1 *Agi rem* in θ deest. Dein Sch. Erf. Duisb. et edd. ante Græv. cum Lall. *præsentia.*—2 M L W, Erf. Duisb. Cass. Guelf. 1. quinque Mss. Oud. et pleræque edd. ante Grut. *idque ei:* L et Leid. 3. *et id ei:* Ald. Junt. Grut. Græv.-Burm. nude *quod ei.* —3 L W *quod intell.*—4 κ et Erf. *cognitum.*—5 Erf. *adv. firm. sibi put.* Cauch. *adv. firm. put.* M *adv. sibi firm. putaverint.*—6 ω 1. Erf. et Græv.-Burm. *audierunt:* Cauch. Leid. 3. Schutz. Wetzel. et Orell. *audient.* Tum ψ *probarunt:* Voss. 2. Leid. 1. *probaverint.*—7 Præpositio non est in θ.—8

NOTÆ

[q] *Aut pro re hominem*] Legesis notas in lib. I. ad Herenn. § 9.

erit; aut dubitatione uti, quid primum dicas, aut cui potissimum loco respondeas, cum admiratione. Nam auditor cum eum, quem adversarii perturbatum putant[8] oratione, videt animo firmissimo[9] contra dicere paratum, plerumque se potius temere assensisse, quam illum[10] sine causa confidere arbitratur. Sin auditoris studium[11] defatigatio abalienavit a causa, te brevius, quam paratus fueris, esse dicturum, commodum est polliceri; non[12] imitaturum adversarium. Sin res dabit,[c] non inutile est,[13] ab aliqua re nova aut ridicula[14] incipere, aut ex tempore[15] quæ nata sit; quod genus, strepitum, acclamationem;[d][16] aut jam parata, quæ vel apologum, vel fabulam, vel aliquam contineat irrisionem; aut, si rei dignitas adimet jocandi facultatem, aliquid triste,[17] novum, horribile, statim non incommodum est injicere: nam ut cibi satietas et fastidium aut subamara aliqua re relevatur,[18] aut dulci mitigatur; sic animus[19] defessus audiendo, aut admiratione integratur, aut risu novatur.[20]

XVIII. Ac separatim quidem,[1] quæ de principio et insinuatione[2] dicenda videbantur, hæc fere sunt. Nunc quiddam breviter et communiter[3] de utroque præcipiendum

[c] *Si occasio se offerat.*
[d] *Quod accidit, si forte clamor aut strepitus alicunde excitetur.*

ω 2. *putavit:* vetus liber Ursini, et duo Mss. ap. Lall. ac Lall. ipse, cum Wetzel. et Orell. *putat.*—9 Plerique Oxonn. Mss. cum Oliv. et Lall. *animo fortissimo:* Erf. *firmissimo animo.*—10 θ *timere assens.* et B *quia illum.*—11 Erf. *Sin autem aud. stud.* M *Sin autem aud. an.* Codd. Suffridi *Sin aud. animum specie recti.* Dein Leid. 2. *alienavit:* κ et ceteri Mss. Oud. ac ed. Omnib. *abalienabit.*—12 Mss. omnes Oud. et ed. Græv.-Burm. *et non im.*—13 B M W θ et Leid. 1. *sit.*—14 Al. *et rid.*—15 W *aut tempore*, sine præpositione: L M κ, ω 1. Sch. Voss. 1. *aut ex eo temp.* Leid. 1. *aut ea ex temp.*—16 θ *strepitum ac clamationem:* κ *strepitus acclamationem:* ω 2. *strepitum aut acclamationem:* Græv. *genus exclamationem:* Leid. 1. a m. pr. *genus dicimus tripitum adclamationem:* Sch. *genus strepitu adclamatione*, dein est addita litera *m*, et suprascr. *dicere possumus:* B L M W, Oliv. Schutz. et Orell. *strepitu, acclamatione.* Edd. Med. 1498. Junt. addunt *dicimus;* et Ms. Ursini *dicemus.* Tum Grev. *aut jam peracta:* Cauch. *aut jam paratioque.*—17 θ *joca in difficultatem;* et Leid. 2. *aliquod triste.*—18 Leid. 3. *levatur:* θ et Victorin. *revelatur.*—19 B *ita animus.*—20 B L M ψ, ω 1. 2. Ald. Grut. Oliv. Græv.-Burm. et Lall. *renovatur.*

CAP. XVIII. 1 κ omittit *quidem.*—2 M θ κ, Tur. Voss. 1. 2. Leid. 1. 3. *et de insin.* prob. Oud.—3 Erf. Cauch. Schutz. et Orell. *brevi communiter:* Sch. et Tur. *breviter comm.* ed. Omnib. *breviter communiterque:* θ *breviter conjunctim.*

videtur. Exordium, sententiarum [r] et gravitatis plurimum debet habere, et omnino omnia, quæ [4] pertinent ad dignitatem, in se continere,[5] propterea quod [6] id optime faciendum est, quod oratorem auditori maxime commendet; [7] splendoris, et festivitatis, et concinnitudinis minimum, [*p.* 48.] propterea quod [8] ex his suspicio quædam apparationis atque artificiosæ diligentiæ nascitur; quæ maxime orationi fidem, oratori adimit auctoritatem. 26. Vitia vero [9] hæc sunt certissima exordiorum, quæ summopere vitare [10] oportebit; vulgare, commune, commutabile, longum, separatum, translatum, contra præcepta.[11] Vulgare est,[12] quod in plures causas potest accommodari, ut convenire videatur. Commune est,[13] quod nihilo minus in hanc, quam in contrariam partem causæ, potest convenire. Commutabile est,[14] quod ab adversario potest, leviter mutatum, ex contraria parte dici.[15] Longum est, quod pluribus verbis aut sententiis,[16] ultra quam satis est, producitur. Separatum est,[17] quod non ex ipsa causa ductum [18] est, nec, sicut aliquod membrum, annexum orationi. Translatum est, quod aliud conficit,[19] quam causæ genus postulat;

que, omissis *de utroque*. Tum pro *præcipiendum*, al. *dicendum*.—4 M *omnino ea quæ:* L et Leid. 3. *omnino quæ*.—5 Oxonn. Mss. cum Oliv. *cont. in se*.—6 Abest *quod* ab κ et Leid. 3.—7 B L M W θ κ, ω 1. 2. Erf. Voss. 2. Tur. Junt. Grut. Oliv. Græv.-Burm. Lall. Schutz. et Orell. *commendat:* Leid. 1. *commodet*.—8 Sch. *propter quod:* Leid. 2. *propterea quia*.—9 L *ergo*.—10 B M θ, Voss. 1. et Erf. *vitari*.—11 ω 1. Sch. et Leid. 2. *præceptum*.—12 '*Vulgare est*] Hic sexies *est* repetitur. In Ms. Cass. quater abest. In aliis Mss. modo diversis locis. Unde suspicor etiam ceteris locis abesse debere.' *Ern*.—13 B L M, ω 2. Tur. Schutz. et Orell. omittunt *est*.—14 Sch. a m. pr. Voss. 1. 2. Leid. 1. Tur. et plerique Mss. Oxonn. cum Oliv. Schutz. Wetzel. et Orell. carent verbo. Dein ψ *leniter mut.* Leid. 3. *leviter commutatum*.—15 Erf. *duci*. Tum Voss. 1. Tur. Schutz. Wetzel. et Orell. non agnoscunt τὸ *est* post *longum*.—16 κ *et sent*.—17 Sch. Voss. 1. 2. Leid. 1. Tur. Schutz. Wetzel. et Orell. omittunt *est*.—18

NOTÆ

[r] *Exordium, sententiarum, &c.*] Sane ex artis regulis observat Fabius IV. 1. accuratum esse debere exordium, cum judices contemni se credant, nisi in dicendo diligentia appareat; non tamen studiosius expolitum, quod videatur ars omnis dicentis contra judicem adhiberi. Est difficilis hujus rei moderatio; quæ tamen ita temperari potest, ut videamur accurate, non callide dicere.

ut si quis[20] docilem faciat auditorem, cum benivolentiam causa desiderat;[1] aut, si principio utatur, cum insinuationem res postulat.[2] Contra præcepta[3] est, quod nihil eorum efficit,[4] quorum causa de exordiis præcepta traduntur: hoc est, quod eum, qui audit, neque benivolum, neque attentum, neque docilem efficit; aut, quo profecto nihil pejus est,[5] ut contra sit,[e] facit. Ac de exordio[6] quidem satis dictum est.

XIX. 27. Narratio est rerum gestarum,[7] aut ut gestarum, expositio. Narrationum tria sunt genera:[8] unum genus est, in quo ipsa causa, et omnis ratio controversiæ continetur:[9] alterum, in quo digressio aliqua extra causam aut criminationis,[10] aut similitudinis, aut delectationis non alienæ ab eo negotio quo de[11] agitur, aut amplificationis causa, interponitur. Tertium genus est remotum a civilibus causis, quod delectationis causa, non inutili cum[12] exercitatione, dicitur et scribitur. Ejus partes sunt duæ, quarum altera in negotiis,[13] altera in personis maxime versatur. Ea, quæ in negotiorum expositione posita est, tres habet partes; fabulam, historiam, argumentum. Fabula est, in qua nec veræ nec verisimiles res continentur: cujusmodi est,[14]

Angues ingentes[s] alites, juncti jugo.[f]

[e] *Nimirum infensus nobis, aversus ab audiendo, nec ullo modo docilis.*
[f] *Magni serpentes alati, ad currum juncti.*

Tres Mss. Oud. *dictum.*—19 Leid. 1. *efficit.*—20 Erf. Tur. et Orell. *qui.*—1 Erf. Cauch. Tur. Cass. Guelf. quinque Mss. Oud. et omnes Oxonn. Mss. cum Victorin. Grut. Oliv. et Lall. *desideret.*—2 B ψ, Cass. Guelf. Tur. Erf. Cauch. quinque Mss. Oud. et Victorin. *postulet.*—3 κ, Leid. 2. et Victorin. *præceptum.*—4 M κ *facit:* ed. Omnib. *reddit.*—5 Sch. Voss. 1. Leid. 1. 3. Erf. Tur. et Orell. *quo nihil prof. pejus est:* Cauch. *quo nihil pejus est:* ed. Omnib. *quod quo nihil prof. pejus est.* Dein κ *se facit:* ed. Omnib. *sit, faciet:* Erf. *sit, faciat.*—6 Cauch. et Leid. 1. *de exordiis.* Post *quidem* in Leid. 2. *nunc* additur.

Cap. XIX. 7 Tur. *gest. rerum.*—8 Erf. Tur. et Orell. *gen. sunt tria.* Mox *genus* abest a Sch.—9 ω 1. *oratio contr. cont.* Voss. 1. *narratio contr. exponitur.* Dein Duisb. et Sch. *alterum genus est:* ω 1. *alt. genus.* Porro al. *degressio.*—10 Leid. 1. *criminis.*—11 Plures Mss. Oud. *de quo.*—12 θ non habet præpositionem. Dein ω 1. *dic. et adscribitur:* Voss. 1. *et dic. et scrib.*—13

NOTÆ

[s] *Angues ingentes*] Versus senarius veteris poëtæ describentis fortasse

Historia est gesta res,[t] ab ætatis nostræ memoria remota:[15] quod genus, Appius [16][u] indixit Carthaginiensibus bellum. Argumentum est ficta res, quæ tamen fieri potuit. Hujusmodi apud Terentium,[x]

Nam is postquam[y] excessit ex ephebis, Sosia.[g] [17]

Illa autem narratio, quæ versatur in personis, ejusmodi est, ut in ea simul cum rebus ipsis[18] personarum sermones et animi perspici possint, hoc modo:

Venit ad me[z] sæpe[19] clamitans, Quid agis Mitio?
Cur perdis adolescentem nobis? cur amat?
Cur potat? cur tu[20] his rebus sumtum suggeris?
Vestitu nimio indulges, nimium ineptus es.
Nimium ipse durus est[1] præter æquumque et bonum.[h]

[g] *Nam ille filius meus Pamphilus, o Sosia, postquam excessit annum ætatis decimumquartum.*

[h] *Vestes pretiosiores suppeditas, nimis inepte facis. Sed ille austerior est quam jus et ratio postulat.*

In ω 1. desunt *alt. in neg.*—14 κ *ejusmodi est:* L *ejusmodi sunt.*—15 Lamb. *mem. propter venustatem remota.*—16 ω 1. *quod genus est, ut apius:* ω 2. *quod genus hujusmodi est, Appius*—17 θ *esosia.*—18 θ omittit *ipsis*, et mox in κ legitur *animi qualitates persp.*—19 ω 2. *sæpe ad me.*—20 θ non habet *tu.* Dein L, ω 2. et al. *sumtas.*—1 W θ non habet *Nimium ipse.* M W θ *durus*, sine verbo *est:* al. *durus es:* E Ter. Adelph. I. 1. 39. Oud. malit e Mss. suis *est durus*, ut fuit etiam in Ms. vet. Terentii, edidítque h. l. Lambinus. Tum omnes Mss. Oud. et Oxonn. Mss. cum ed. Omnib. et Oliv. *æquum* sine

NOTÆ

Medeam, quæ, occisis quos ab Jasone susceperat liberis, fugam per medium aëra, submissis jugo serpentibus alatis, corripuit.

[t] *Historia est gesta res, &c.*] Eodem vitio laborat hæc definitio, quod in lib. I. ad Heren. § 13. carpsimus.

[u] *Appius*] Appius Claudius Caudex consul A.U.C. 490. ante Chr. 264. Livii l. XXXI. mendose legitur U. C. 488. Primus, ut ibi refertur, bellum Carthaginiensibus intulit, cum scilicet exercitum in Siciliam contra Pœnos transportavit.

[x] *Terentium*] P. Terentius Afer comicorum inter Latinos facile princeps, Carthagine natus, servivit Romæ Terentio Lucano senatori, a quo ob ingenium et formam non institutus modo liberaliter, sed et mature manumissus est, ut in ejus vita tradit Suetonius. Cum ex Græcia rediret in Italiam, in mari periit, Coss. Cn. Cornelio Dolabella et M. Fulvio Nobiliore, A. U. C. 595. ante Chr. 159. Scripsit sex comœdias, quæ, ut ait Tullius ad Att. VII. 3. 'propter elegantiam sermonis putabantur a C. Lælio scribi.'

[y] *Nam is postquam*] Verba Simonis de suo filio ad Sosiam libertum, in Andria I. 1.

[z] *Venit ad me*] Versus ex Adelphis Terentii comœdia, act. I. sc. 1. ubi

Hoc[2] in genere narrationis multa inesse debet festivitas, confecta[3] ex rerum varietate, animorum[4] dissimilitudine, gravitate, lenitate, spe, metu, suspicione,[5] desiderio, dissimulatione, errore, misericordia, fortunæ commutatione, insperato incommodo, subita lætitia, jucundo[6] exitu rerum. Verum hæc ex his,[7] quæ postea de elocutione præcipientur, ornamenta sumentur.[8]

28. Nunc de narratione ea, quæ causæ continet expositionem, dicendum videtur. XX. Oportet igitur eam tres[9] habere res; ut brevis, ut aperta, ut probabilis sit. Brevis erit,[a] si, unde necesse est,[10] inde initium sumetur, et non ab ultimo[b] repetetur,[i] [11] et si cujus rei satis erit summam dixisse,[c] ejus partes non dicentur:[12] nam sæpe satis est, quid factum sit,[13] dicere; non ut enarres,[14] quemadmodum sit factum: et si non longius, quam quod scitu[15] opus est,

[i] *Non altius repetatur.*

que; et W *est et bonum.*—2 κ *Præterea hoc;* et paulo post Voss. 1. *esse debet.* —3 κ *conferta.*—4 Leid. 1. *animarum;* et mox Leid. 1. Schutz. et Wetzel. *levitate.*—5 B *suspectione* supra lin. Pro *errore*, in Leid. 1. *terrore* legitur. —6 Erf. *ex insp. inc., sub. læt., jocundo.*—7 Voss. 1. *Verum autem;* et Junt. Lamb. ac Orell. *ex iis.*—8 L θ ψ, ω 1. 2. Leid. 1. 2. 3. Voss. 2. ed. Omnib. et Oliv. *sumuntur.*

Cap. xx. 9 Erf. *tres eam.*—10 κ et Voss. 1. *necesse erit.* Vox *inde* in κ deest. —11 Leid. 2. et ed. Omnib. *sumatur . . . repetatur.*—12 Leid. 2. *dicantur.*—13 Octo Oxonn. Mss. et plerique Mss. Oud. cum Oliv. Græv.-Burm. et Lall. *quod;* et ω 2. Leid. 1. *factum est.*—14 Lamb. ed. *ut non;* et ψ ac Erf. *narres.* —15 Lamb. ed. et Schutz. *quam quoad scitu:* Voss. 2. *quam sciri.* Ab ed.

NOTÆ

Micio senex plus æquo indulgens loquitur.

[a] *Brevis erit*] Brevis esse debet narratio, tum quia cum sit rei gestæ tantum expositio, adeoque facile comprehendi soleat, qui semel eam percepit, aliud nihil præterea requirit; tum quia cum factum aliquod pluribus describitur, auditor iniquo animo patitur suam solertiam oratori suspectam videri, quasi uno intuitu rem concipere non posset.

[b] *Non ab ultimo*] Idem præcipit Horatius in Arte, ne altius repetatur narratio, et, si de bello Trojano sit dicendum, ne ab ipso Helenæ ortu, sed tantum a raptu ducat initium: 'Nec gemino bellum Trojanum orditur ab ovo.' Cave itaque quod hic ultimum vocat Tullius, extremum interpreteris; immo primum est: quo sensu de primo Latini regis progenitore Saturno apud Virgil. Æn. VIII. dicitur, 'Tu sanguinis ultimus auctor.'

[c] *Satis erit summam dixisse*] E. g. cum sufficiat dicere, Occidit, longior fuerit narratio si dixerimus, Et voluit et potuit et occidit.

in narrando procedetur: et si nullam in rem aliam transibitur: et si ita dicetur, ut nonnunquam ex eo quod dictum sit, id quod dictum non sit, intelligatur:[16] et si non modo id quod obest, verum etiam id quod nec obest nec adjuvat, præteribitur:[17] et si semel unumquodque[18] dicetur: et si non ab eo, in quo proxime[19] desitum erit, deinceps incipietur. Ac multos imitatio brevitatis decipit,[20] ut, cum se breves putent esse,[1] longissimi sint: cum dent operam, ut res multas breviter dicant,[2] non ut omnino paucas res dicant,[3] et non plures, quam necesse sit. Nam plerisque breviter dicere[4] videtur, qui ita dicit:[5] Accessi ad ædes, puerum evocavi: respondit:[6] quæsivi dominum: domi negavit esse.[7] Hic, tametsi tot res brevius non potuit dicere, tamen, quia satis fuit dixisse, Domi negavit esse, fit rerum multitudine longus.[8] Quare hoc quoque in genere vitanda est brevitatis imitatio, et non minus rerum non necessariarum, quam verborum multitudine supersedendum est.[k]
29. Aperta autem narratio poterit esse, si, ut quidque primum[9] gestum erit, ita primum exponetur, et rerum ac temporum ordo servabitur, ut ita narrentur, ut gestæ res erunt,[10] aut ut potuisse geri videbuntur. Hic considerandum erit,[11] ne quid perturbate, ne quid contorte dicatur, ne quam in aliam rem transeatur,[12] ne ab ultimo repetatur, ne ad extremum prodeatur, ne quid,[13] quod ad rem pertineat,

[k] *Abstinendum est.*

Omnib. abest etiam *quod.* Tum L W θ *in enarrando; κ in narratione.*—16 Erf. *non sit dictum*, et ψ *intelligitur.*—17 Leid. 3. *non abest:* Leid. 1. *neque adjuvat:* ed. Omnib. *nec juvat:* et M habet *præterietur* supra lineam.—18 Sch. Voss. 2. Tur. Lamb. Grut. Græv.-Burm. et paucæ aliæ *unumquidque:* Cauch. *unum quidquam.* Dein κ *dicitur.*—19 Erf. *quod in proximo;* et Leid. 1. *desitum sit:* Leid. 2. *des. est.*—20 Septem Oxonn. Mss. cum Lamb. Oliv. et Lall. *dec. brev.*—1 Leid. 1. *ubi cum se br. putent esse:* Leid. 2. *ut cum br. putant.* In ed. Omnib. quoque *putant.*—2 Tur. *brevi;* et M *dicant vel comprehendant.*—3 Fabr. et Grev. non habent *non ut omnino paucas res dicant.* Mox in M legitur *necesse est.*—4 θ omittit *dicere.*—5 L ψ *dixit.*—6 Lamb. censet vocem *respondi* delendam esse.—7 ω 1. *negavi esse.* In θ desunt verba *Hic tametsi . . . negavit esse.*—8 Ms. Cauch. et edd. nonnullæ *longius.*—9 B M W θ ψ, Leid. 2. et quædam edd. *quodque pr.* L κ, ω 1. 2. et Oliv. *quidquid pr.* ed. Hervag. *quidquam pr.* Voss. 1. *quidque eorum pr.*—10 *Erunt* deest in Voss. 1.—11 ω 1. *Hæc erit cons.* Plerique Mss. Oxonn. cum Oliv. et Lall. *Hæc erit cons.*—12 M *transferatur*, sed supra lin. ‘vel *se.*’—13 Voss. 1. *neque id.*—

prætereatur: et omnino,[14] quæ præcepta de brevitate sunt, hoc quoque in genere sunt conservanda:[15] nam sæpe res parum est intellecta longitudine magis, quam obscuritate narrationis. Ac verbis quoque dilucidis utendum est: quo de genere dicendum est[16] in præceptis elocutionis. XXI. Probabilis erit narratio, si in ea videbuntur inesse[17] ea quæ solent apparere in veritate; si personarum dignitates servabuntur; si causæ factorum extabunt; si fuisse facultates faciundi videbuntur;[18] [p. 49.] si tempus idoneum; si spatii satis;[l] si locus opportunus ad eandem rem, qua de re narrabitur,[19] fuisse ostendetur; si res et[20] ad eorum, qui agent, naturam, et ad vulgi morem, et ad eorum, qui audient,[1] opinionem accommodabitur. Ac veri quidem similis[2] ex his rationibus esse poterit. 30. Illud autem[3] præterea considerare oportebit, ne aut, cum obsit narratio, aut cum nihil prosit, tamen interponatur;[4] aut non loco, aut non, quemadmodum causa postulat, narretur.[5] Obest tum,[6] cum ipsius rei gestæ expositio magnam excipit[7] offensionem, quam argumentando, et causam agendo[8] leniri[9] oportebit. Quod cum acciderit,[10] membratim oportebit partes rei gestæ dispergere in causam,[11] et ad[12] unamquamque confestim rationem accommodare, ut vulneri præsto[m] medicamentum sit, et odium statim defensio mitiget. Nihil prodest narratio tunc, cum aut[13] ab adversa-

[l] *Si sit opportunitas temporis, si sit satis intervalli.* [m] *Continuo adsit.*

14 θ *omnia.*—15 M et Leid. 1. *servanda.*—16 ω 1. *quod de gen.* et Voss. 2. *dictum est.*

Cap. xxi. 17 M *esse.*—18 ω 1. *si fac. fac. vid.* Voss. 2. *si fuisse fac. dicendi vid.* Victorin. *si fuisse facultates vid.*—19 ω 2. Lamb. et Schutz. *ad eam rem;* et Leid. 2. 3. *de qua narr.*—20 κ, Voss. 1. Leid. 2. omittunt copulam. Tum B κ ψ, ω 1. 2. Leid. 2. Ald. Junt. Crat. Oliv. et Lall. *agunt.* Porro septem Oxonn. Mss. et omnes Mss. Oud. cum Tur. Junt. Grut. Oliv. Græv.-Burm. et Lall. *ad vulgi rumorem.* Verba *et ad eorum, qui agent, naturam, et ad vulgi morem* in ψ desunt.—1 κ ψ, ω 1. 2. Lamb. Grut. Oliv. Græv.-Burm. et Lall. *audiunt:* κ *audiant.*—2 ψ *Ac verisimile.*—3 Voss. 1. non agnoscit *autem.*—4 B a m. pr. *ita interp.* et a m. sec. *tamen int.* L W θ, ω 2. et vulg. *tunc interp.* Erf. *tunc tamen int.* et sic κ in marg. Plerique Mss. cum Schutz. Wetzel. et Orell. *tamen int.*—5 Erf. *postulet, narratur:* B L M W θ κ, Voss. 1. Leid. 1. 2. 3. *postulet, narretur:* Voss. 2. *postulet, narratur.*—6 Leid. 1. *obest enim tunc.*—7 Purgoldus suspic. *excitat.*—8 θ caret *et causam agendo.*—9 W θ *lenire;* et sic M supra lin.—10 Erf. et plerique Mss. Oud. *accidit.*—11 M κ *in causas.*—12 Edd. vett. non habent præpositionem.—13 κ ψ, ω 1. Voss. 1.

riis re exposita, nostra nihil interest, iterum aut alio modo[14] narrare; aut cum[15] ab iis, qui audiunt,[16] ita tenetur negotium, ut nostra nihil intersit eos alio pacto docere.[17] Quod cum acciderit, omnino narratione supersedendum est. Non loco dicitur, cum non in ea parte orationis collocatur, in qua res postulat: quo de genere agemus tum,[18] cum de dispositione dicemus; nam hoc ad dispositionem pertinet. Non quemadmodum causa postulat, narratur, cum aut id, quod[19] adversario prodest, dilucide et ornate exponitur, aut id, quod ipsum adjuvat,[n] obscure dicitur, et negligenter. Quare, ut hoc[20] vitium vitetur, omnia torquenda sunt ad commodum[1] suæ causæ, contraria,[2] quæ præteriri poterunt, prætereundo; quæ illius erunt,[3] leviter attingendo, sua diligenter[4] et enodate[o] narrando. Ac de narratione quidem satis dictum videtur: deinceps ad partitionem transeamus.[5]

XXII. 31. Recte habita in causa partitio,[p] [d] illustrem et perspicuam totam efficit orationem. Ejus partes duæ sunt, quarum utraque magnopere ad aperiendam causam,[q] et ad[6] constituendam pertinet controversiam. Una pars[7]

[n] *Qui narrat.* [o] *Dilucide.* [p] *In aliqua causa partitio recte adhibita.* [q] *Ad declarandam rationem causæ.*

Leid. 1. 3. Lamb. Grut. Oliv. Græv.-Burm. et Lall. omittunt *aut:* W *cum vel aut.*—14 Erf. et Victorin. *iterum eodem modo.*—15 *Cum* in B L M W θ κ, ω 1. deest. Pro *iis*, ω 2. habet *his.*—16 Orell. jubet *audient* rescribendum.—17 B *doceri;* et mox B L *accidit.* Tum Voss. 1. *a narratione.*—18 *Tum* deest in θ et Leid. 1.—19 Græv.-Burm. *aut quod*, sine *id.* Dein B L M W, ω 2. Junt. Oliv. et Lall. *seipsum adj.*—20 θ *ut in hoc.*—1 Leid. 1. *commoda.*—2 κ *contraria sua.*—3 ω 1. *quæ illius erunt commoda:* Voss. 2. *quæ illius commoda erunt.* Pro *quæ illius erunt*, Schutz. susp. legend. *quæ minus poterunt.* Tum θ *leniter.*—4 M, ω 1. 2. Voss. Leid. 1. 2. 3. *commoda sua dil.*—5 Voss. 1. Leid. 2. *dictum est. Deinde ad part. trans.*

Cap. XXII. 6 Oxonn. Mss. et plerique Mss. Oud. cum Tur. Oliv. Græv.-Burm. et Lall. omittunt præpositionem.—7 Lamb. e uno cod. *partitio:* ei

NOTÆ

[d] *Recte habita partitio*] Partitio sive divisio perfecta, si logicos audimus, est oratio qua totum tribuitur in suas, ut ipsi aiunt, partes subjectivas: imperfecta triplex est, subjecti in accidentia, ut 'homo alius albus, alius niger, alius fuscus:' accidentis in subjecta, ut 'albor alius nivis, alius cycni,' &c. accidentis in accidentia, ut 'dulce aliud album, aliud flavum,' &c.

est, quæ, quid cum adversariis conveniat, et quid in controversia relinquatur, ostendit; ex qua certum quiddam designatur[8] auditori, in quo animum debeat habere occupatum. Altera est, in qua rerum earum, de quibus erimus dicturi, breviter expositio ponitur distributa; ex qua conficitur, ut certas animo res teneat auditor, quibus dictis intelligat fore peroratum.[r] Nunc utroque genere partitionis quemadmodum conveniat uti, breviter dicendum videtur. Quæ partitio, quid conveniat, aut quid non conveniat, ostendit; hæc debet illud, quod convenit, inclinare ad suæ causæ commodum, hoc modo: Interfectam matrem esse a filio, convenit mihi cum adversariis. Item contra: Interfectum esse a Clytæmnestra[9] Agamemnonem, convenit. nam hic uterque et id[10] posuit quod conveniebat, et tamen suæ causæ commodo consuluit. Deinde, quid controversiæ[11] sit, ponendum est in judicationis expositione;[s] quæ quemadmodum inveniretur, ante dictum est. 32. Quæ autem[12] partitio rerum distributam[13] continet expositionem, hæc habere debet brevitatem,[e] absolutionem, paucitatem. Brevitas est, cum, nisi necessarium, nullum assu-

[r] *Absolvendam esse orationem.*
[s] *Ejus rei in qua præcipua pars causæ consistit.*



tamen utrumque spurium videbatur.—8 Leid. 3. *ex quo certum:* W, ω 1. et ed. Omnib. *quoddam:* et M W θ, Tur. Cauch. Voss. 2. ed. Omnib. *destinatur;* 'et sic margo Hervagianæ Erf. *vel destinatur designatur aud.* ubi *vel destinatur* est varia lectio, quæ ex margine irrepsit in contextum.' *Græv.* In Leid. 2. *significatur.*—9 B *Clytemnestra.*—10 Voces *et id* in L desunt.—11 κ, ω 2. Erf. Hervag. et edd. vett. *in controversia.*—12 Tur. omittit *autem.*—13 κ, ω 2. Erf. Guelf. a m. sec. et omnes Mss. Oud. cum ed. Omnib. et

NOTÆ

[e] *Habere debet brevitatem*] Quatuor vulgo divisionis leges statuunt subtiliores dialectici. Prima, divisionis partes debent esse finitæ et paucissimæ: secunda, debent esse minores toto; vitiose itaque sic divideret aliquis, 'homo vel est particeps rationis, vel scientia præditus;' nam 'rationis particeps' tam late extenditur quam 'homo:' tertia, omnes partes simul sumtæ debent adæquare totum, sive, ut hic Tullius loquitur, debet habere absolutionem; male igitur divideretur virtus moralis in prudentiam et justitiam; quid enim de temperantia et fortitudine accideret? quarta, debent esse partes oppositæ; una pars in altera non debet contineri; perperam igitur quis diceret, 'hæc virtus vel est justitia, vel pietas in parentes.'

mitur verbum. Hæc in hoc genere idcirco utilis est, quod rebus ipsis, et partibus causæ, non verbis, neque extraneis ornamentis animus auditoris tenendus est. Absolutio est,[14] per quam omnia, quæ incidunt in causam, genera, de quibus dicendum est,[15] amplectimur: in qua partitione videndum[16] est, ne aut aliquod genus utile relinquatur, aut sero[17] extra partitionem, id quod vitiosissimum[18] ac turpissimum est, inferatur. Paucitas in partitione servatur, si genera ipsa[19] rerum ponuntur, neque permixte cum partibus implicantur.[20] Nam genus est, quod plures partes amplectitur,[1] ut animal. Pars[t] est,[2] quæ subest generi, ut equus. Sed sæpe eadem res alii genus, alii pars est.[3] Nam homo, animalis[4] pars est; Thebani aut Trojani,[5] genus.[f] XXIII. Hæc ideo diligentius inducitur præscriptio,[u][6] ut aperte intellecta generali partitione,[7] paucitas generum in partitione[x] servari possit. Nam qui[8] ita partitur, Ostendam, propter cupiditatem, et audaciam, et avaritiam adversariorum, omnia incommoda ad rempublicam pervenisse; is non intellexit,[9] in partitione, exposito genere, partem se generis admiscuisse.[10] Nam genus est, omnium ni-

[t] *Species.* [u] *Regula affertur.* [x] *Paucitas partium divisionis.*

Græv.-Burm. *distributarum;* et sic M habet supra lineam.—14 Erf. *Abs. autem est.*—15 ω 1. et Victorin. *postea dic. est.*—16 Junt. et Lamb. *ampl. partitione: in qua vid.* Schutz. e conj. *ampl. partitione: in quo vid.*—17 Græv. ex Erf. adjecit vocem *postea* post *sero*, quam servavit etiam Voss. 1. immo, et Victorin.—18 ω 2. *vit. est.* Leid. 3. *vitiosum,* sine *est.*—19 *Ipsa* in M deest. Dein Leid. 2. *ponantur neque mixte.* Al. *permiste.*—20 ω 1. *implicentur.*—1 κ *complectitur.*—2 Voss. 1. *pars autem est.* Deest verbum Leid. 1.—3 Leid. 1. cum ed. Omnib. *alii pars esse potest.*—4 Schutz. e Leid. 1. *animali.* —5 Leid. 2. *Theb. vel Troj.* M. *Theb. aut Tuscani:* Schutz. e conj. *Thebanis aut Trojanis.* Orell. putat legend. *animali . . . Thebano aut Trojano.* Tum κ et ω 2. *genus est.*

Cap. XXIII. 6 ψ *indicitur perscriptio:* L W θ κ, Erf. et ed. Omnib. ac Schutz. et Orell. *induc. descriptio;* et sic Tur. supra lin.—7 Leid. 2. Schutz. et Orell. *præscriptione.*—8 Erf. *Nam ita qui.*—9 Leid. 1. *intelligit.*—10 Erf.

NOTÆ

[f] *Thebani aut Trojani, genus*] Genus ad substantiam pertinet; esse Trojanum aut Thebanum non est nisi, ut vocant, accidentale; itaque genus hominis proprie esse non potest: alio fortasse rectius uteretur exemplo. Animal est genus respectu hominis, quæ species est: idem animal est species respectu viventis, quod genus est.

mirum libidinum, cupiditas: ejus autem generis [11] sine dubio pars est avaritia.

33. Hoc igitur vitandum est, ne,[12] cujus genus posueris, ejus secum aliquam, sicut diversam ac dissimilem, partem [13] ponas in eadem partitione. Quodsi quod in [14] genus plures incident partes, id cum in prima partitione causæ erit simpliciter expositum, distribuetur eo tempore [15] commodissime, cum ad ipsum ventum erit [16] explicandum in causæ dictione post partitionem. Atque illud quoque pertinet ad paucitatem, ne aut plura,[17] quam satis est,[18] demonstraturos nos dicamus, hoc modo: Ostendam, adversarios, quod arguimus,[19] et potuisse facere, et voluisse, et fecisse; nam fecisse ostendere satis est: [20] aut, cum in causa partitio nulla sit, et cum [1] quiddam simplex agatur, tamen utamur distributione; [2] id quod [3] perraro potest [4] accidere. Ac sunt alia quoque præcepta partitionum, quæ ad hunc usum oratorium [5] non tantopere pertineant; quæ versantur in philosophia, ex quibus [6] hæc ipsa transtulimus, quæ convenire videbantur,[7] quorum nihil in ceteris artibus inveniebamus. Atque his de partitione præceptis,



partem gen. se adm. Leid. 1. a m. pr. *partes gen. adm.* Exsulat pronomen etiam a Leid. 3. qui caret mox *autem.*—11 M *generi* supra lineam. Tum Erf. *pars est avaritiæ sine dubio.*—12 ω 2. *nec.*—13 B L W et Mss. ap. Gronov. et Lall. *ejus sicuti aliquam diversam.* 'Lamb. habet *ejus sicuti diversam, &c.* quomodo et Pal. 3. nam Pal. 1. *secuti:* Pal. 2. *secum, &c.* Forte fuit initio, *ejusce aliquam diversam, &c.*' Grut. Erf. *siculi aliq. div.* ed. vet. *ejus secum secuti aliq. div.* Pal. 1. *ejus secuti adversam:* Cauch. *ejus secuti aliq. div.* Voss. 1. Leid. 2. *ejus secum sicuti aliq. partem div. ac diss.* Leid. 1. *ejus sicuti aliquam partem div. ac diss.* ed. Omnib. *ejus secum sicuti aliq. divisam partem ac diss.* Orell. h. l. ut corruptum notavit, et vocem *secum* uncis inclusit. Schutz. cum Wetzel. e conj. Becichemi, *quum genus pos., ejus speciem aliquam sicut div.* Vulg. ut Ern. Vid. Nott. Varr.—14 κ et ed. Omnib. *Quod si quidem in:* ψ *Quod si in.* Tum κ *incidunt:* Leid. 1. *accident.*—15 Erf. *temp. eo.*—16 Leid. 3. *ventum fuerit.* Deest præpositio ante *causæ* in Leid. 2.—17 κ *plura vel plures.*—18 Leid. 1. caret *est,* sed mox cum ω 2. Voss. 1. et ed. Omnib. ac Victorin. præbet *nos esse dicturos.*—19 Erf. *arguamus.*—20 Erf. *satis est ostendere:* κ *satis est considerare vel ostendere.*—1 Edd. vett. cum Grut. et Græv.-Burm. omittunt *cum.* In Cauch. Tur. Oliv. et Lall. *simplex quiddam;* et sic Oxonn. Mss. Tum omnes Mss. Oud. *agitur.*—2 κ *tamen utatur distr.* ω 1. *tantum distr.*—3 Ed. Omnib. Oliv. et Lall. *idque;* et sic Oxonn. Mss. et Mss. Oud.—4 M et ed. Omnib. *poterit.*—5 Voss. 1. *oratoris.* Mox Voss. 1. Leid. 3. 4. et ed. Omnib. *pertinet:* ω 1. 2. Junt. Grut. Oliv. Græv.-Burm. Lall. Schutz. et Wetzel. *pertinent.* Pro *quæ,* Schutz. de suspic. Ern. edidit *sed.*—6 Ex

in omni dictione[8] meminisse oportebit, ut et prima quæque pars, ut exposita est in partitione, sic ordine transigatur, et omnibus explicatis, peroratum sit; hoc modo,[9] ut ne quid posterius præter conclusionem inferatur. [*p.* 50.] Partitur[10] apud Terentium breviter et commode senex[g] in Andria, quæ cognoscere libertum velit:[11]

Eo pacto, et gnati vitam, et consilium meum
Cognosces, et quid[12] facere in hac re te velim.

Itaque quemadmodum in partitione proposuit, ita narrat,[13] primum gnati vitam:

Nam is postquam excessit ex ephebis, Sosia,[14]
Liberius vivendi fuit potestas.[15]

Deinde[16] suum consilium:

Et nunc id operam do.[y] [17]

Deinde quid[18] Sosiam velit facere, id quod postremum posuit[19] in partitione, postremum dicit:

Nunc tuum est officium.

Quemadmodum igitur hic et[20] ad primam quamque partem primum accessit,[1] et omnibus absolutis, finem dicendi fecit, sic nobis placet, et ad singulas partes accedere, et omnibus absolutis,[2] perorare. Nunc de confirmatione[3] deinceps, ita ut ordo ipse[4] postulat, præcipiendum videtur.

[y] *Et nunc hoc meum consilium est.*

Victorino Schutz. habet *de qua.*—7 Erf. *videantur.*—8 Voss. 1. *distinctione.*—9 B L M W, Lamb. et Oliv. transposuerunt *hoc modo* ante *Partitur.* In ω 1. 2. *hoc modo* desunt.—10 ψ, Cauch. Leid. 1. et ed. Omnib. *Partitur autem.*—11 M *quod cogn.* et Erf. *velit. Sic dicit.*—12 M *quod.*—13 κ *prop., enarravit:* Leid. 2. *prop., ita enarrat.* Dein Leid. 2. *vitam filii:* al. et ed. Omnib. *vitam nati.*—14 Abest vox *Sosia* ab Voss. 1.—15 Totus hic versus deest in B M W θ κ, ω 1. 2. Voss. 1. 2. Leid. 1. 2. Tur. Pall. Mss. Manutianis exemplis, et ed. Rob. Steph. Schutz. eum delevit: Wetzel. et Orell. uncis includunt. Post *potestas,* L et Leid. 3. addunt *et cetera.* Vox *potestas* non est in Erf.—16 ω 1. omittit *Deinde.*—17 L W *operando.*—18 ω 2. *Post hoc quid:* M W *Deinde quod:* Grut. et Græv.-Burm. *Posthæc quid.*—19 Leid. 2. et ed. Omnib. *extremum posuit.* Voces *in partitione* in ω 1. desunt. Porro Voss. 2. habet *postr. dicitur.*—20 κ non habet copulam.—1 Leid. 1. *ad pr. et quamque partem pr. acc.* ed. Omnib. *ad pr. partem quam acc.* edd. vett. *et ad pr. quamque partem acc.* In Erf. et quibusdam edd. *primum* non legitur.—2 κ *et in omn. abs.* edd. antiquæ *omn. abs. et fin.*—3 κ *consumatione.*—4 Abest *ita* a Voss. 1. *ipse* ab κ et Leid. 3.

NOTÆ

[g] *Senex*] Simo, cujus verba depromit ex act. I. sc. 1.

XXIV. 34. Confirmatio est,[5] per quam argumentando, nostræ causæ fidem, et auctoritatem, et firmamentum adjungit oratio. Hujus partis certa sunt præcepta, quæ in singula causarum genera dividentur. Verumtamen non[6] incommodum videtur, quandam sylvam,[z] atque materiam[7] universam ante permistam et confusam[8] exponere omnium argumentationum: post autem tradere, quemadmodum unumquodque genus causæ,[9] omnibus hinc argumentandi rationibus tractis, confirmare oporteat.

Omnes res argumentando confirmantur,[10] aut ex eo quod personis,[h] aut ex eo quod negotiis est attributum. Ac personis[11] has res attributas[12] putamus; nomen, naturam, victum, fortunam, habitum, affectionem, studia, consilia, facta, casus, orationes. Nomen[i] est, quod unicuique personæ attribuitur, quo suo quæque proprio et certo vocabulo appelletur.[13] Naturam[k] ipsam definire difficile est:[14]

[z] *Copiam et ubertatem.*

CAP. XXIV. 5 L *Conf. autem est.*—6 L *Ver. si inc.*—7 Voss. 2. *materiem.* —8 Pro *ante perm. et conf.* in κ legitur *atque permistam,* sed in marg. *ante perm. atque conf.*—9 '*Quemadm. un. causæ genus*] Voss. 1. *quomodo unumq.* Dein male vulgo contra Mss. et edd. vett. *genus causæ.*' Oud.—10 ω 1. 2. Tur. Voss. 2. Leid. 2. 3. et Mss. ap. Gronov. et Gothofredum, cum Victorin. et Orell. *Omnis res arg. confirmatur:* ψ *Omnis res confirmantur:* Voss. 1. *Omnis res arg. formatur.*—11 κ, Lamb. et Schutz. *Ac pers. quidem.*—12 ω 1. *contributas.*—13 Pro *attribuitur,* θ, ω 1. 2. Grev. Pal. 2. 3. Voss. 2. Cass. Guelf. 1. *tribuitur:* B L M W ψ, Voss. 1. Leid. 1. 2. 3. cum Ald. Junt. Grut. Oliv. Græv.-Burm. et Lall. *datur.* Tum ω 1. *quod suo quæque.* Denique Leid. 1. *voc. nuncupatur:* Ern. e conj. dedit *appelletur;* et sic Schutz. et Wetzel. In Tur. tota sententia sic legitur: *Nomen est uniuscujusque personæ, quo suo quæque pr. et certo voc. appellatur:* Lamb. ed. *Nomen est certum et proprium uniuscujusque personæ vocabulum quo quæque appellatur.*—14 ω 1. *Nat. ips. quo difficile*

NOTÆ

[h] *Aut ex eo quod personis*] Sylva rerum ac verborum ei nunquam deerit, qui ea omnia attente consideraverit, quæ et personis quibuscum aget, et negotiis de quibus disseret, convenient. Sit Alexander Magnus nobis propositus, cui suadere velimus aliquid, quem laudemus vel vituperemus, accusemus aut defendamus, certe undecim illa capita personis attributa, quæ suggerit Tullius percurrentibus, suppetet uberrimum dicendi argumentum.

[i] *Nomen*] Notum illud ex Platonis Cratylo, rerum imagines esse nomina, quibus, si minus ipsa rerum natura, saltem affectiones exprimantur.

[k] *Naturam*] Naturæ nomine intelliguntur ea, quæ a natura tum animo tum corpori data sunt, sive laudi sive probro verti possint.

partes autem ejus enumerare[15] eas, quarum indigemus ad hanc præceptionem, facilius est. 35. Hæ autem[16] partim divino, partim mortali in genere versantur.[17] Mortalium autem pars[18] in hominum, pars in bestiarum genere numeratur. Atque hominum genus et in sexu[19] consideratur,[20] virile an muliebre sit; et in natione, patria, cognatione, ætate. Natione, Graius[1] an Barbarus;[1] patria, Atheniensis[2] an Lacedæmonius; cognatione, quibus majoribus, quibus consanguineis;[3] ætate, puer an adolescens, natu grandior[4] an senex. Præterea commoda et incommoda[5] considerantur ab natura data animo aut corpori, hoc modo:[6] valens an imbecillus;[7] longus an brevis; formosus an deformis; velox an tardus sit; acutus[8] an hebetior; memor an obliviosus; comis, officiosus, pudens,[9] patiens an contra. Et omnino, quæ a natura data animo et corpori [considerabuntur], in natura consideranda sunt:[10] nam quæ industria comparantur, ad habitum pertinent; de quo posterius dicendum est. XXV. In victu considerare oportet,

est diffinire.—15 κ *numerare.*—16 Tur. *Eæ autem:* ψ *Naturæ autem.*—17 Leid. 3. *partim in div., partim in humano gen. vers.* Pro *versantur*, Leid. 1. habet *numerantur.*—18 ω 1. *Mort. hæc pars.* Tum Voss. 1. *in hom. genere, pars in bes. gen. numeratur.* In κ et Leid 1. *numerantur.*—19 Leid. 2. 3. *at hom. gen.* et Leid. 3. *in sexu* sine copula.—20 Tur. et duo Mss. Gryphii *considerandum.* —1 W ψ, ω 2. Voss. 1. Leid. 3. duo Mss. Gryphii, et ed. perantiqua Leoniceni, cum Victorin. et ed. Omnib. *Græcus.*—2 ω 1. *an atheniensis.*—3 L et Leid. 2. 3. *vel quibus cons.* Voss. 1. *et quibus cons.* M *et cons.*—4 ω 1. *an natu grandior.*—5 ψ *comm. an incomm.*—6 Lamb. *corpori: corpori hoc modo*, prob. Grævio.—7 Omnes Mss. Oud. cum Victor. et ed. Omnib. *imbecillis.*—8 Lamb. *tardus sit animo; acutus.*—9 Leid. 3. *an offic., pudens:* unus Ms. Gronovii *off., facetus, pudens:* Leid. 1. *off., facetus, prudens:* B *off., an infacetus, prudens:* κ *off., facetus, an infacetus pudens:* M ψ, Voss. 1. Leid. 3. Victorin. et ed. Omnib. *off., prudens:* Schutz. *facetus, pudens*, deleta e conj. voce *officiosus.*—10 Leid. 1. *ab nat. dantur an. et corp. considerabuntur in natura:* B et Leid. 2. *a nat. data an. et corp. considerantur, in nat. consideranda sunt;* sed in Leid. 2. deest *sunt;* quod abest etiam ab Ms. Cass. et Guelf. Schutz. et Orell. e Voss. 2. ediderunt *a nat. dantur an. et corp. in nat. consideranda sunt.* Vulg. ut Ern. Wetzel. vocem *considerabuntur* delevit. Oud. conjecit legend. simpliciter, *a nat. dantur* (vel *data sunt*) *an. et corp. Nam.* Ern. censet locum ita corrigend. *a nat. et corp. data sunt, in nat. consideranda.*

Cap. xxv. 11 B L M W ψ et ω 1. cum Oliv. Lall. et quibusdam aliis

NOTÆ

[1] *Barbarus*] Dicebatur, quisquis Græcus non erat, ut ait Festus. Hinc 'barbare' pro Latine dixit Plautus in prologo Trinummi, 'Huic nomen Græce est Thesauro fabulæ: Philemo scripsit, Plautus vertit barbare.' Idem fere ait in prologo Asinariæ.

apud quos,[11] et quo more, et cujus arbitratu[12] sit educatus, quos habuerit artium liberalium magistros,[13] quos vivendi præceptores, quibus amicis utatur, quo in negotio, quæstu, artificio[14] sit occupatus; quo modo rem familiarem administret,[15] qua consuetudine domestica sit.[a] In fortuna quæritur, servus sit an liber;[16] pecuniosus an tenuis; privatus an cum potestate; si cum potestate, jure an injuria;[17] felix, clarus, an contra; quales liberos habeat.[18] Ac si[19] de non vivo quæretur,[20] etiam quali morte sit affectus, erit considerandum. 36. Habitum autem appellamus,[1] animi aut corporis constantem et absolutam[2] aliqua in re perfectionem; ut virtutis[3] aut artis perceptionem alicujus, aut quamvis[4] scientiam; et item corporis aliquam commoditatem, non natura[5] datam, sed studio industriaque partam. Affectio[m] est, animi aut corporis ex tempore, aliqua de causa, commutatio,[6] ut lætitia, cupiditas, metus, molestia, morbus,[7] debilitas, et alia quæ genere in eodem reperiuntur.[8] Studium est[9] animi assidua et vehemens ad aliquam

[a] *Quomodo se gerat in convictu domestico.*

apud quem.—12 Leid. 3. *arbitrio.* Tum M *et quos hab.*—13 Pro *magistros,* Leid. 3. *doctores.*—14 ψ *artificioso.*—15 Voss. 1. *quo modo,* et W *administrat.*—16 Ed. Omnib. *quæretur, servus an liber.* In Voss. 1. *si servus an lib.* L κ et Leid. 2. *servusne sit, an lib.*—17 ω 1. et Voss. 2. *jure an cum injuria,* sed in Voss. 1. voces *si cum potestate* omittuntur.—18 In ψ desunt *quales liberos habeat.*—19 M a m. pr. *At si;* a m. sec. *Aut si;* et sic Leid. 1. In θ *An si.*—20 κ, Voss. 1. Leid. 2. 3. *quæritur:* Voss. 2. *quæratur.* Pro *etiam,* M habet *in.* Mox *erit* abest Leid. 3.—1 B M W, ω 2. Voss. 2. Leid. 2. 3. *Hab. autem hunc app.* θ κ *Hab. hunc app.* Voss. 1. *Hab. autem consideramus.*—2 Schutz. e Victorino edidit *et usu absol.*—3 Voss. 1. *vel virt.* B W θ, ω 1. Tur. Leid. 1. a m. sec. ac Leid. 3. et Voss. 2. cum ed. Omnib. *aut virt.* quod Oud. præfert. Schutz. e Victorino habet *ut virtutem.*—4 κ *cujusvis,* sed in marg. *quamvis.* Mox Leid. 3. *itemque corp.*—5 θ *naturam.* Mox omnes Mss. Oxonn. cum Tur. Junt. Oliv. Lall. et Orell. *et industria.*—6 B *ac comm.*—7 θ non habet *morbus.*—8 Tur. *reperientur.*—9 Leid. 3. *Studium hoc est:* Tur. Junt. et ed. Omnib. *Studium est autem.* Vulg. *Studium autem est.* Ern. delevit vocem *autem,* quæ abest a B κ, Leid. 1. 2. Voss. 1. et quam Schutz. Wetzel. et Orell.

NOTÆ

[m] *Affectio*] Quod Græci πάθος, recte Tullius hic vocat 'affectionem.' Alibi 'perturbationem,' 'morbum animi' et 'ægritudinem' minus proprie appellat, quibus vocabulis ii tantum animi motus designantur, qui rationi consentanei non sunt. Vossius non improbat cum eodem πάθη vel 'commotiones animorum' vel simpliciter 'permotiones' vocari.

rem applicata magna cum voluntate [10] occupatio, ut philosophiæ, poëticæ,[11] geometriæ,[n] literarum: [b] consilium est aliquid faciendi, aut non faciendi [vere] excogitata ratio.[12] Facta autem, et casus, et orationes tribus ex temporibus considerabuntur; [13] quid fecerit, aut quid ipsi acciderit,[14] aut quid dixerit; aut quid faciat, quid ipsi accidat, quid dicat; [15] aut quid facturus sit, quid ipsi casurum sit,[c] qua sit usurus oratione. Ac personis quidem hæc videntur esse [16] attributa.

XXVI. 37. Negotiis autem quæ sunt attributa, partim sunt continentia cum ipso negotio, partim in gestione negotii considerantur, partim adjuncta [17] negotio sunt, partim gestum negotium consequuntur. Continentia cum ipso negotio sunt ea quæ semper affixa esse videntur ad rem, neque ab ea possunt separari.[18] Ex his prima est brevis complexio totius negotii, quæ summam continet facti, hoc modo: Parentis occisio, patriæ proditio: deinde causa [19] ejus summæ, per quam, et quamobrem, et cujus rei causa factum sit, quæritur: [20] deinde ante rem gestam quæ facta sunt,[1] continenter [2] usque ad ipsum negotium: deinde, in ipso gerendo negotio [3] quid actum sit: deinde, quid postea factum sit.[4]

[b] *Eruditionis.* [c] *Quid sit ipsi eventurum.*

omittunt.—10 ψ *voluptate.*—11 B W θ κ et quatuor Mss. Oud. et ed. Omnib. cum Victorin. *poëtriæ:* alii Oxonn. Mss. et vulg. *poëtices:* e Mss. Guelf. Cass. *poëticæ* dedit Ern. quem Schutz. Wetzel. et Orell. sequuntur.—12 Schutz. et Wetzel. e duobus Mss. dederunt *non faciendive exc.* quod Oud. probaverat. Vulg. *aut non faciendi vere excog.* Vocem *vere* delevit in Ms. Cass. manus secunda. Wetzel. eam uncis includit. Voces *vere excog. ratio* in ω 1. desunt.—13 Voss. 1. *considerantur.*—14 Leid. 3. *quidve ipsi acc.* B et ed. Omnib. *aut quid sibi acc.* κ *aut quid ei acc.*—15 B, ω 1. 2. et quatuor Mss. Oud. *et quid faciat:* ω 1. *quid ipsi accidit;* et Leid. 3. *aut quid dicat.* Leid. 1. omittit verba *quid ipsi acc., quid dicat.*—16 Ed. Omnib. caret *esse.*

CAP. XXVI. 17 ω 1. *in gestione adjuncta.* Verbum substantivum *sunt* non est in Mss. ap. Gronov. nec ed. Omnib.—18 ψ *posse sep.*—19 ω 1. *deinde est causa.*—20 B *quæretur.*—1 Tur. *gestam rem, quæ facta sint.* Lamb. et Orell. quoque habent *facta sint.*—2 ω 2. *quæ continentur.*—3 Leid. 1. *regendo neg.* Deest *negotio* in ω 1. et Leid. 1.—4 M *denique quid, &c.* ω 2. *deinde quid est,*

NOTÆ

[n] *Geometriæ*] Scientiæ sive artis, qua tum locorum intervalla, tum rerum quæ sub aspectum cadunt, longitudinem et latitudinem, altitudinem ac profunditatem dimetimur. Γῆ *terra,* μέτρον *mensura.*

38. In gestione autem negotii, qui locus secundus erat[5] de iis quæ negotiis attributa sunt, quæritur[6] locus, tempus, occasio, modus,[7] facultates. Locus consideratur,[8] in quo res gesta sit, ex opportunitate quam videatur habuisse[9] ad negotium administrandum. Ea autem opportunitas quæritur ex magnitudine, intervallo, longinquitate, propinquitate, solitudine, celebritate,[d] natura ipsius loci, et vicinitate totius regionis.[10] Ex his etiam attributionibus: [p. 51.] sacer an profanus, publicus an privatus, alienus an ipsius,[11] de quo agitur, locus sit an fuerit.[12] 39. Tempus est,[13] id quo nunc utimur, (nam ipsum quidem generaliter definire[o] difficile est,[14]) pars quædam æternitatis, cum alicujus annui, menstrui, diurni, nocturnive[15] spatii certa sig-

[d] *Frequentia.*

quod postea factum est.—5 Voss. 1. *fuerat.*—6 Tur. Voss. 2. et plerique Oxonn. Mss. *quæretur;* et sic vulg. Cass. Guelf. 1. 2. Voss. 1. Leid. 1. 2. et edd. vett. cum Schutz. Wetzel. et Orell. habent *quæritur.* κ habet *quæruntur* supra lin. —7 Oxonn. Mss. cum Junt. Oliv. Græv.-Burm. et Lall. *tempus, occasio, modus.* Dein Voss. 1. 2. et sex Oxonn. Mss. cum Grut. Oliv. Græv.-Burm. et Lall. *facultas.*—8 In θ et bonæ notæ exemplari ap. Gronov. legitur: *Locus non ex eo nobis quod est locus considerandus est, sed qualis sit, ut ex opportunitate ejus ad aliquid, in eo aut fieri potuisse, aut non potuisse doceamur. Locus cons. &c.* nisi quod præpositio ante *aliquid* in θ deest, et pro *doceamur* idem Ms. habet *doceamus.*—9 Leid. 2. *videantur,* sine *habuisse:* Leid. 3. *videbatur hab.* et mox *quæretur.*—10 B, Voss. 2. et Tur. *et vicinitatis et tot. reg.* Voss. 1. *et ex vicin. tot. reg.* Voss. 3. *et vicinitate et tot. regionis:* ed. Omnib. *ex vicin. tot. reg.*—11 B W *anne priv.* et Voss. 2. Leid. 3. *alienus anne ips.*—12 M, Tur. et unus Ms. Oud. cum Schutz. et Orell. *aut fuerit:* B *an fuerit,* et supra lin. 'vel *aut.*'—13 Vulg. *Tempus autem est.* Schutz. Wetzel. et Orell. omittunt *autem.*—14 ω 1. *diff. est diffinire.* Tum pro *pars,* in κ *Est* legitur.—15 L *alic. animi, mensurni, vespertini, noct.* κ *alic. mensurni vespertini, noct.* θ ψ *alic. mensurni, noct.* Cod. Medic. *alic. annui, mensurni, vespertini, noct.* ed. Omnib. *alic. anni mensura diurna vespertina nocturnave spatii.* Pro *menstrui,* in Pal. 1. a m. sec. Grev.

NOTÆ

[o] *Ipsum generaliter definire*] Temporis naturam in genere definire, quatenus ipsum mundi conditum imaginandi vi fingitur præcessisse, arduum et operosum esse dicit. Quo pertinet illud Augustini Confess. XI. 14. 'Quid est ergo tempus? si nemo ex me quærit, scio; si quærenti explicare velim, nescio.' Tempus definit Aristot. Physic. IV. 11. Τοῦτο γάρ ἐστιν ὁ χρόνος ἀριθμὸς κινήσεως κατὰ τὸ πρότερον καὶ ὕστερον· *Hoc enim est tempus numerus motus ratione prioris et posterioris.* Id est, tempus est mensura motus summe æquabilis, qualis est conversio supremæ sphæræ, quæ in tota naturæ universitate maxime nota est. Duorum tamen præcipue siderum conversione conficitur, solis atque lunæ, quorum prior circuitu suo annum, luna mensem facit.

nificatione.[16] In hoc et quæ præterierint,[17] considerantur; et eorum ipsorum, quæ propter[18] vetustatem obsoleverint, ut incredibilia videantur,[p] et jam in fabularum numerum[19] reponantur; et quæ jam diu gesta, et a memoria nostra remota,[20] tamen faciant[1] fidem, vere tradita esse, quod eorum[2] monumenta certa in literis extent; et quæ nuper gesta sint, quæ scire plerique possint:[3] et item quæ instent in præsentia,[4] et quæ maxime[5] fiant, et quæ consequantur. In quibus potest[6] considerari, quid ocyus, et quid serius[7] futurum sit. Et item communiter in tempore perspiciendo longinquitas ejus est consideranda:[8] nam sæpe[9] oportet commetiri cum tempore negotium, et videre, potueritne aut magnitudo negotii aut multitudo rerum in eo transigi tempore.[10] Consideratur autem tempus et anni, et mensis, et diei, et noctis, et vigiliæ, et horæ, et in[11] aliqua parte alicujus horum. XXVII. 40. Occasio[q] est[12] pars temporis,

Voss.1. Leid. 1. 2. *mensurni*; et sic Schutz. '*Menstrui, diurni*] Mss. plures *mensurni*, ut et Priscian. citat. Favent edd. pr. *mensura diurni*, usque ad Aldum; a quo vulgatum est. In Ms. Cass. additur *vespertini*.' Ern. Vulg. ut Ern.—16 ω 1. *cum certa signif.*—17 θ, Leid. 3. et Guelf. 1. 2. cum Wetzel. *præterierint*: alii Mss. et edd. *præterierunt*.—18 B L W θ, ω 1. Leid. 1. 2. 3. *quæ aut propter*. Tum θ κ, Voss. 2. et duo Mss. ap. Lamb. *obsoluerunt*: Voss. 1. Leid. 1. 3. *obsoluerint*: Leid. 2. et Wetzel. *obsoleverint*: al. Mss. et edd. *obsoleverunt*. Denique B *aut incred. vid.* et B W θ κ *ut jam*. Leid. 1. non habet *jam*.—19 L W, Voss. 1. Leid. 2. 3. cum Schutz. Wetzel. et Orell. *numero*.—20 Lamb. ed. *tum ea, quæ tametsi jamdiu gesta, et a mem. nostra rem. sint*.—1 Voss. 1. *faciunt*.—2 L et Leid. 2. 3. *quia eorum*. Tum Leid. 2. *certis in lit.* et Voss. 2. *exstant*: L M W θ κ, ω 1. 2. Leid. 1. 2. 3. et ed. Omnib. *existant*.—3 Voss. 1. ed. Omnib. *gesta sunt*; et L, Leid. 1. 3. Voss. 2. *plerique possunt*.—4 Leid. 1. *in præsenti*. Vid. cap. 17.—5 Auct. Excerpt. de L. Rhet. p. 277. *et quum maxime*; et sic Tur. et Schutz. Orell. e conj. dedit *et quæ quum maxime*.—6 Leid. 3. *posset*.—7 Leid. 3. et Auct. Excerpt. de L. Rhet. *quid ocyus, quid serius*: ω 1. *quod otius et quod serius*.—8 Voss. 1. *conspicienda*.—9 Leid. 3. *semper*.—10 Grev. *eo trans.* omissa præpositione. Leid. 3. omittit *tempore*.—11 Voss. 2. *aliqua*, sine præpositione. Dein Voss. 1. a m. pr. *alicujus horæ*: unde Schutz. conjecit legend. *aut alicujus partis horæ*.

CAP. XXVII. 12 Vulg. *Occasio autem est*. Ern. cum paucis codd. delevit

NOTÆ

p *Ut incredibilia videantur*] Talia sunt quæ de Græcorum historiis leguntur ante Olymp. I. quæ incidit in an. ante Chr. 776. Ante hæc tempora quæ a profanis scriptoribus produntur, fabulis quam vero propiora sunt, ut ex Varrone Censorinus observat.

q *Occasio*] 'Tempus actionis opportunum Græce εὐκαιρία, Latine appellatur occasio.' Cic. de Off. I. I. § 142.

habens in se alicujus rei idoneam faciendi aut non faciendi [13] opportunitatem: quare cum tempore hoc [14] differt: nam genere quidem utrumque idem esse intelligitur: [15] verum in tempore spatium quodammodo declaratur, quod in annis, aut in anno, aut in aliqua anni parte spectatur: in occasione, ad spatium temporis, faciendi quædam opportunitas intelligitur adjuncta: quare cum genere idem sit, fit aliud, quod parte quadam [16] et specie, ut diximus, differat.[17] Hæc distribuitur in tria genera; publicum, commune, singulare. Publicum est, quod civitas universa aliqua de causa frequentat, ut ludi, dies festus,[18] bellum. Commune,[19] quod accidit omnibus eodem [20] fere tempore, ut messis, vindemia, calor, frigus: singulare autem [1] est, quod aliqua de causa privatim solet alicui accidere, ut nuptiæ, sacrificium, funus, convivium,[2] somnus. 41. Modus est,[3] in quo, quemadmodum, et quo animo factum sit, quæritur. Ejus partes sunt,[4] prudentia et imprudentia. Prudentiæ ratio [5] quæritur ex iis quæ clam, palam, vi, persuasione fecerit: imprudentia autem [6] in purgationem confertur, cujus partes [7] sunt inscientia, casus, necessitas, et in affectionem animi, hoc est, molestiam, iracundiam, amorem, et cetera, quæ in simili genere versantur. Facultates sunt,[8] aut quibus facilius fit,[9] aut sine quibus aliquid [10] confici non potest.

XXVIII. Adjunctum [e r] autem negotio [11] id intelligitur, quod

[e] *Circumstantia.*

autem, et eum sequuntur Schutz. Wetzel. et Orell.—13 ψ *faciendæ aut non faciendæ.* Verba *aut non faciendi* suspecta Ernestio.—14 ψ *hæc.*—15 B *intellegitur* semper.—16 Leid. 3. *fit aliud quiddam, quod parte quadam:* W *fit aliud, parte quadam.*—17 W et Lamb. *differt.*—18 Sch. Leid. 2. *ludum, dies festos.* In ed. Omnib. *festi.*—19 Junt. et Lamb. *Comm. est.*—20 ω 1. *de eodem.*—1 Deest *autem* in Leid. 3.—2 Leid. 2. *conviviæ.*—3 Vulg. *Modus autem est.* Hic quoque Ern. delevit *autem*; quam vocem Schutz. Wetzel. et Orell. omittunt.—4 κ *Ejus pars sunt duæ.*—5 Al. *Prud. autem ratio:* ω 1. *Prud. autem oratio.*—6 *Autem* in L deest.—7 Ed. Omnib. *ejus partes.* Tum Victorin. et ed. Omnib. *inscitia*; et sic B, sed habet 'vel *inscientia*' supra lin. Denique ω 1. *necessitudo.*—8 Leid. 3. et ed. Omnib. *Fac. autem sunt.*—9 θ *sit.*—10 ω 1. *aliquod.*

NOTÆ

[r] *Adjunctum*] Quæ tradit obiter hic Cicero de adjunctis, de majori et minori, de simili, contrario, genere et specie, ea referri debent ad locos

majus, et quod minus, et quod simile erit ei negotio, quo de agitur, et quod æque magnum,[12] et quod contrarium, et quod disparatum, et genus,[13] et pars, et eventus. Majus et minus, et æque magnum, ex vi, et ex numero,[14] et ex figura negotii, sicut ex statura corporis, consideratur.[15] 42. Simile autem ex specie comparabili, aut ex conferenda[16] atque assimilanda natura judicatur. Contrarium[s] est, quod positum in genere diverso, ab eodem,[17] cui contrarium esse dicitur, plurimum distat,[18] ut frigus calori, vitæ[19] mors.[t] Disparatum[u] autem[20] est id quod ab aliqua re per oppositionem negationis separatur, hoc modo: Sapere et[1] non sapere. Genus est,[2] quod partes aliquas amplectitur, ut cupiditas.[3] Pars est, quæ subest generi, ut amor, avaritia.[4] Eventus est alicujus exitus[5] negotii, in quo quæri solet,

Cap. xxviii. 11 Leid. 3. *negotiis.*—12 ω 2. Schutz. Wetzel. et Orell. transponunt verba *et quod æque magnum,* post *quod minus.* In κ legitur *quod majus, minus et quodcunque magnum et simile erit ei neg.* ω 2. Leid. 2. 3. Voss. 1. 2. et ed. Omnib. *de quo agitur.* M *æque est magnum.* Denique *quod contrarium* in L desunt.—13 κ *et quod genus.*—14 ω 2. *ex vi, ex numero:* ed. Omnib. et Victorin. *ex vi et numero:* Schutz. e suspicione edidit *ex rerum et personarum vi et numero.*—15 ψ, ω 1. et Voss. 2. *considerantur:* Leid. 3. *considerabitur.* —16 ω 1. *Simile autem aut ex specie.* θ κ *comparabili: comparabile ex conf.* ψ, ω 2. Tur. et Sch. a m. sec. cum Lamb. Grut. Oliv. Græv.-Burm. et Lall. *comparabili: comparabile autem ex conf.* Leid. 1. *ex specie corporali, aut ex conf.* B L M W, Voss. 1. 2. Leid. 1. 2. 3. Sch. a m. pr. Victorin. et edd. vett. cum Schutz. Wetzel. et Orell. *comparabili, aut ex conf.* Tum Leid. 3. *et assim.* al. *atque assimulanda.*—17 L et Leid. 2. *ab eo.* Dein Leid. 2. a m. pr. Sch. et Voss. 2. *contr. dic.* omisso *esse.*—18 κ, Sch. Voss. 1. 2. Leid. 1. *differt.*—19 κ *calor, vita:* Sch. *calore, vita.*—20 Leid. 2. omittit *autem.*—1 In L voces *sapere et* desunt. Voss. 1. Leid. 3. Victorin. Schutz. et Orell. non agnoscunt copulam, prob. Oud.—2 ω 1. *Genus,* sine *est.*—3 L supra lin. *cupiditati.*—4 M *ut*

NOTÆ

rhetoricos, de quibus agendi proprius est in Topicis locus.

[s] *Contrarium*] Multo accuratior est Peripateticorum definitio. Contraria sunt ea, inquiunt post Aristotelem, quæ sub eodem genere maxime distant, et eidem subjecto vicissim insunt, a quo mutuo se expellunt, nisi alterum eorum insit a natura: e. g. sub genere coloris albor et nigrities, sub genere habitus virtus et vitium, error et scientia maxime differunt.

[t] *Vitæ mors*] Non contrarie, sed privative, ut aiunt logici, mors opponitur vitæ.

[u] *Disparatum*] Privationem vocant logici, cum forma quæ negatur de subjecto ipsi convenire potest, ut si quis homo visu careat; negationem, cum forma subjecto non convenit, ut visus lapidi: non videre in homine privatio, in lapide negatio appellatur.

quid ex quaque re[6] evenerit, eveniat, eventurum[7] sit. Quare hoc in genere, ut commodius,[8] quid eventurum sit, ante animo colligi possit, quid quaque ex re soleat evenire, considerandum est, hoc modo: Ex arrogantia odium,[f] ex insolentia arrogantia.[9]

43. Quarta autem pars est ex iis, quas negotiis dicebamus esse attributas,[10] consecutio. In hac eæ res[11] quæruntur, quæ gestum negotium consequuntur:[12] primum, quod factum est, quo id nomine appellari conveniat: deinde, ejus facti qui sint principes et inventores, qui denique auctoritatis ejus et inventionis comprobatores atque æmuli:[g] deinde, ecquæ ea de re,[13] aut ejus rei sit lex, consuetudo, actio, judicium, scientia, artificium:[14] deinde, natura[15] ejus evenire vulgo soleat, an insolenter et raro:[h][16] postea, homines id sua auctoritate comprobare, an offendi[17] in his consueverint; et cetera, quæ factum aliquod similiter confestim,[18] aut ex intervallo solent consequi.[19] Deinde postremo, attendendum est, num quæ res ex iis rebus, quæ sunt positæ[20] in partibus honestatis aut utilitatis,[1] consequantur; de quibus in deliberativo genere causæ distinctius

[f] *Oriri solet.*

[g] *Quinam hoc de quo agitur, primi fecerint; quinam deinde factum probaverint ac secuti sint.*

[h] *Deinde, an id quod evenit ex tali facto naturaliter et sæpe oriatur, an infrequenter et raro.*

cupiditati avaritia: B *ut amor avaritiæ.*—5 Tur. *exitus alicujus.*—6 L et Leid. 3. *ex qua re.*—7 Sch. a m. sec. Voss. 2. Leid. 1. et octo Oxonn. Mss. cum Grut. Oliv. Græv.-Burm. et Lall. *eventurumque.*—8 Sch. et Victorin. *commode.*—9 Schutz. e conjectura, cum Wetzel. dedit *Ex insol. arrog., ex arrog. odium.* In κ *Ex arrog., exit,* sed in marg. scribitur, *odium exit.* *Et ex insol.* —10 M *quas res neg. &c.* Leid. 1. *quæ dic. esse attributa:* Schutz. et Wetzel. *quæ neg. dic. esse attributa.* Oud. suspic. vocem *rebus* excidi post *iis.*—11 Leid. 2. *in qua,* et B W *hæ res.*—12 θ *sequuntur.*—13 Voss. 1. *Dein:* B ψ omnes Mss. Oud. cum Victorin. et ed. Omnib. *et quæ:* et Leid. 3. Victorin. *de ea re.*—14 B *consuetudo, pactio vel actio, jud., scientia, artif.* ω 1. *consuetudo ut medicina, actio, judicium, sententia, artif.* Pro *scientia,* ψ habet *sententia;* et sic M supra lineam.—15 κ *deinde a nat.* Victorin. *deinde quid ex nat.* probb. Mureto et Capperon.—16 Octo Oxonn. Mss. et vulgo *ac raro.*—17 κ *aut offendi:* Voss. 1. Leid. 1. Tur. Cass. Schutz. et Orell. *an offendere.* Vulg. *an offendi.* Tum Tur. et Orell. *in iis;* et ω 1. *consueverunt:* B, Tur. Guelf. 1. et Orell. *consuerint.*—18 Sch. Voss. 1. *aliquid:* θ et ed. Omnib. *simile:* et Schutz. e Leid. 1. *aut confestim.* Denique Voss. 1. *aut int.* sine præpositione. —19 Quædam edd. vett. teste Lambino, *sequi.*—20 ψ *ex his rebus pos. sunt.*—

erit dicendum. Ac negotiis quidem fere res eæ, quas commemoravimus, sunt attributæ.[2]

XXIX. 44. Omnis autem[3] argumentatio, quæ ex iis locis, quos commemoravimus, sumetur, aut probabilis aut necessaria debebit esse. Etenim, ut breviter describamus,[4] argumentatio videtur esse inventum[5] [x] ex aliquo genere, rem aliquam aut probabiliter ostendens, aut necessarie[6] demonstrans. Necessarie[7] demonstrantur ea, quæ aliter ac dicuntur, nec fieri nec probari possunt, hoc modo: Si peperit, cum viro concubuit.[y] Hoc genus argumentandi, quod in necessaria demonstratione versatur, maxime tractatur[8] in dicendo, aut per complexionem, aut per enumerationem, aut per simplicem conclusionem. 45. Complexio[z] est, in qua, utrum concesseris, reprehenditur,[9] ad hunc modum: Si improbus est, cur uteris? sin probus,[10] cur accusas? Enumeratio est, in qua, pluribus rebus expositis, et ceteris infirmatis, [p. 52.] una reliqua necessario[11] confirmatur, hoc pacto: Necesse est aut[12] inimicitiarum causa ab hoc esse occisum, aut metus, aut spei, aut alicujus amici[13] gratia; aut, si horum nihil est, ab hoc[14] non esse occisum:

1 Leid. 3. *util. et hon.:* ω 2. *hon. et util.*—2 B *hæ:* L *quas commemoravi;* et θ *attributæ*, sine verbo *sunt.*

Cap. XXIX. 3 Voss. 1. non agnoscit *autem*, et mox habet *sumitur.*—4 ψ *eam descr.*—5 θ et Sch. *inventa.* Tum Sch. Voss. 1. Leid. 1. 2. 3. Tur. Schutz. et Orell. *aliquo ex gen.*—6 Voss. 1. 2. Leid. 1. *necessario.*—7 Leid. 1. *Necessitate:* ω 2. *Necessario.*—8 M *tractabitur.*—9 Sch. Leid. 1. et plerique Mss. Oxonn. cum Oliv. *reprehendetur.* Tum ed. Omnib. *in hunc modum:* Leid. 3. *hoc modo.*—10 Omnes Mss. Oud. cum ed. Omnib. et Oliv. *si probus.*—11 H. l. omnes codd. et edd. habent *necessario*, præter Leid. 1. in quo *necessaria* legitur.—12 L *Nec. esse aut:* κ *Nec. est autem.*—13 ω 2. *aut metu aut spei:* plerique Oxonn. Mss. cum Oliv. et Lall. *aut metu aut spe:* Tur. *aut metus aut spei*

NOTÆ

[x] *Videtur esse inventum*] A logicis argumentatio definitur, operatio mentis ab una veritate nota ad alteram prius ignotam progredientis.

[y] *Si peperit, cum viro concubuit*] Necessaria conclusio ethnicis ordinem rerum tantum naturalem intuentibus. Nam alias certum est Christum singulari miraculo virgine matre natum esse.

[z] *Complexio*] Alibi argumenti conclusionem, hic dilemma significat; quæ species argumentationis utrum concesseris reprehendit. Tullius in epist. ad Q. Fratr. 'Nam si implacabiles iracundiæ sunt, summa est acerbitas; sin autem exorabiles, summa levitas.'

nam sine causa maleficium susceptum esse non potest: sed neque inimicitiæ fuerunt, nec metus ullus, nec spes ex morte illius alicujus commodi, neque ad amicum hujus aliquem mors illius[15] pertinebat: relinquitur igitur, ut ab hoc non sit occisus. Simplex autem conclusio[16] ex necessaria consecutione conficitur,[17] hoc modo: Si vos me istud[18] eo tempore fecisse dicitis, ego autem[19] eo ipso tempore[20] trans mare fui; relinquitur,[1] ut id, quod dicitis, non modo non fecerim, sed ne potuerim quidem facere. Atque hoc diligenter[2] videre oportebit, ne quo pacto genus hoc refelli possit, ut ne confirmatio[3] modum in se argumentationis solum[4] habeat, et quandam similitudinem necessariæ conclusionis, verum ipsa argumentatio ex necessaria ratione consistat.[i]

46. Probabile autem est id,[5] quod fere fieri solet, aut quod in opinione positum est, aut quod habet in se ad hæc[6] quandam similitudinem, sive id falsum est, sive verum.[7] In eo genere, quod fere solet fieri, probabile hujusmodi est: Si mater est, diligit filium:[8] si avarus est,[9] negligit jusjurandum. In eo autem,[10] quod in opinione positum est, hujusmodi sunt probabilia: impiis apud inferos[a] pœnas

[i] *Danda est opera, ut confirmatio non præ se ferat formam argumentationis et speciem aliquam necessariæ conclusionis, sed ut vere ipsa argumentatio conficiatur ex rationibus necessario concludentibus.*

alicujus, aut amici.—14 ψ *si horum non aliquid ab hoc.*—15 Omnib. Lamb. Grut. et Græv.-Burm. *ejus.*—16 ω 2. *est conclusio quæ.*—17 In Leid. 3. pro *conficitur,* legitur *est.*—18 B *illud me.*—19 Deest *autem* Leid. 1. 3.—20 *Ex eo temp.* Voss. 1. *eo* abest Leid. 3. In κ *eo temp.* omisso *ipso.*—1 κ *relinq. igitur:* Sch. *relinq. ergo.*—2 κ *hoc quidem dilig.*—3 M *nec conf.* Voss. 1. *ut nec conf.* plerique Mss. Oxonn. cum Oliv. et Lall. *et ne conf.* Lamb. e libb. vett. præferebat *infirmatio.* Tum ω 2. *modum ipsum arg.*—4 W θ omittunt *solum.*—5 θ non agnoscit pronomen *id.* Dein Leid. 3. *quod semper fere;* et Orell. e Tur. *solet fieri.*—6 Junt. et Lamb. *ad hoc.*—7 κ *falsum sit:* et M W θ κ, ω 2. *sive verum. Verum in.*—8 ω 1. *Si autem pater dilig. fil.* Vox *filium* in M deest.—9 κ, ω 2. Sch. et Voss. 1. *avarus,* sine *est,* prob. Oud.—10 κ et

NOTÆ

[a] *Impiis apud inferos*] Non esse commentitia inferorum supplicia censet Plato in Gorgia, cum de iis egregie disserentem Socratem inducit. Quid senserit Tullius, ambigitur; aliquando enim fidem iis abrogat, non modo cum in concione dicit ad populum, verum etiam cum philosophico more res accuratius expendit. Sic enim in orat. pro Cluent. § 171. ' Nam nunc

esse præparatas;[11] eos, qui philosophiæ dent operam, non arbitrari Deos esse.[b] XXX. Similitudo autem in contrariis et paribus, et in iis rebus quæ sub eandem[12] cadunt rationem, maxime spectatur. In contrariis, hoc modo: Nam si iis, qui imprudentes[c] læserunt,[13] ignosci convenit, iis, qui necessario profuerunt,[14] haberi gratiam[15] non oportet. 47. Ex pari, sic: Nam ut locus sine portu,[16] navibus esse non potest tutus; sic animus sine fide, stabilis amicis[17] non potest esse. In iis rebus[18] quæ sub eandem rationem cadunt, hoc modo probabile consideratur: Nam si Rhodiis[d]

ω 2. carent *autem.*—11 L κ ψ, Grev. Voss. 1. Leid. 1. 3. *paratas*, prob. Oud.

CAP. XXX. 12 M *eadem.*—13 ω 2. *imprudenter leserunt.*—14 *Profuerunt* in κ deest, sed scribitur in marg.—15 Oxonn. Mss. et Oliv. *habere grat.* In Voss. 2. *oportebit.*—16 L W θ κ ψ, ω 1. 2. Sch. Voss. 1. Leid. 2. 3. Victorin. et edd. vett. cum Schutz. *locus in mari sine portu.*—17 ψ *amicus:* in ω 2. omit-

NOTÆ

quidem quid tandem illi mali mors attulit? nisi forte ineptiis ac fabulis ducimur, ut existimemus illum apud inferos supplicia perferre, ac plures illic offendisse inimicos, quam hic reliquisse: a socrus, ab uxorum, a fratris, a liberum pœnis actum esse præcipitem in sceleratorum sedem atque regionem. Quæ si falsa sunt, id quod omnes intelligunt, quid ei tandem aliud mors eripuit, præter sensum doloris?' Et Tusc. Qu. l. I. § 36. 'Sed ut Deos esse natura opinamur, qualesque sint, ratione cognoscimus; sic permanere animos arbitramur consensu nationum omnium: qua in sede maneant, qualesque sint, ratione discendum est: cujus ignoratio finxit inferos, easque formidines, quas tu contemnere non sine causa videbare.' Contrariam in opinionem inclinat Philipp. XIV. § 32. 'Illi igitur impii, quos cecidistis, etiam ad inferos pœnas parricidii luent; vos vero, qui extremum spiritum in victoria effudistis, piorum estis sedem et locum consecuti.'

[b] *Non arbitrari Deos esse*] Convicium hic facit Tullius philosophis, quos atheos probabile esse dicit. Omnium mentem imbuit Deorum opinio, si paucissimos excipias; Epicurum qui re sustulit, oratione reliquit Deos; Protagoram qui esse dubitavit; Diagoram, Theodorum Cyrenaicum, et alios fortasse nullius aut obscuri nominis, qui nullos esse omnino putaverunt.

[c] *Nam si iis, qui imprudentes, &c.*] Hic contraria sunt prodesse et nocere: sed ipsa contraria, quemadmodum observat Victorinus in hunc locum, non faciunt argumentum, nisi habeant inter se aliquam similitudinem: hic itaque animorum similitudo est. Nam si ille imprudenter obfuit, hic necessitate profuit; neque ille voluit obesse, neque hic voluit prodesse. Ergo si ignoscitur ei qui non voluntate, sed imprudentia læsit; et illi gratia non habenda est, qui non voluntate profuit, sed necessitate.

[d] *Nam si Rhodiis*] Locus ex Aristot. Rhet. II. 43. expressus, ubi nescio quis Diomedon publicanus accusatus, quod redimendis publicis vec-

turpe non est portorium [19] locare, ne Hermacreonti quidem turpe est conducere.[k] Hæc tum vera sunt, hoc pacto: Quoniam cicatrix est,[20] fuit vulnus; tum verisimilia, hoc modo: Si multus [1] erat in calceis pulvis, ex itinere eum venire oportebat.

Omne autem (ut certas quasdam in partes distribuamus [2]) probabile, quod sumitur [3] ad argumentationem, aut signum est, aut credibile, aut judicatum, aut comparabile. 48. Signum est, quod sub sensum [4] aliquem cadit, et quiddam significat, quod ex ipso profectum videtur,[5] quod aut ante fuerit,[6] aut in ipso negotio, aut post sit consecutum, et tamen indiget testimonii et gravioris confirmationis; ut cruor, fuga, pallor, pulvis, et quæ his sunt similia. Credibile est, quod sine ullo teste, auditoris opinione firmatur,[l] [7] hoc modo: Nemo est, qui non liberos suos incolumes et beatos esse cupiat. Judicatum [e] est, res assensione, aut

[k] *Tradere conducenti vectigal, quod in portu exigitur ex rerum portatione.*
[l] *Credibile est argumentum quod per se ipsum fidem facit, neque ut probetur desiderat testem.*

titur.—18 M *In iis omnibus rebus.*—19 Voss. 1. Leid. 2. 3. *portum,* improb. Oud. Tum B L M W θ κ ψ *nec Hermacr.* Voss. 1. 2. Leid. 1. 2. 3. *nec Hermocreonti.* Victorin. quoque *Hermocr.*—20 ω 1. 2. Voss. 1. *si cicatrix:* et ω 1. caret *est.* Dein ω 2. *vulnus affuit:* Leid. 2. *affuit vulnus.*—1 Octo Oxonn. Mss. cum Oliv. *multa.*—2 κ, Leid. 1. et Tur. *tribuamus.*—3 Tur. *sumetur.*—4 Sch. *in sensum.*—5 κ *prof. esse videatur.*—6 Deest *aut* Leid. 1. In ω 1. Voss. 2. et Leid. 1. *antea fuerit.*—7 κ *auditoris animus;* et L *opinione confirma-*

NOTÆ

tigalibus rem familiarem amplificaret, ita causam peroravit: *Si vobis turpe non est vectigalia vendere, neque publicanis ea redimere turpe fuerit.* Εἰ γὰρ μηδ' ὑμῖν αἰσχρὸν τὸ πωλεῖν, οὐδ' ἡμῖν τὸ ὠνεῖσθαι.

Rhodiis] Rhodus insula in mari Carpathio. *L'île de Rhodes.*

[e] *Judicatum*] A rebus judicatis deducitur argumentum. Quod enim sapientum auctoritate semel aut sæpius stabilitum est, id nullo modo censetur esse immutandum. Præjudicium vocat Asconius rem quæ cum statuta fuerit, affert judicaturis exemplum quod sequantur. Tullius Catilinam plectendum esse a præjudiciis sic probat orat. I. in Catil. § 3. et 4. 'An vero vir amplissimus, P. Scipio, pontifex maximus, Tiberium Gracchum, mediocriter labefactantem statum reip., privatus interfecit: Catilinam orbem terræ cæde atque incendiis vastare cupientem, nos consules perferemus? Nam illa nimis antiqua prætereo, quod Q. Servilius Ahala Sp. Melium, novis rebus studentem, manu sua occidit . . . Decrevit quondam senatus, ut L. Opimius consul videret, ne quid resp. detrimenti caperet. Nox nulla intercessit; interfectus est propter quasdam

auctoritate, aut judicio alicujus,[8] aut aliquorum comprobata. Id tribus in generibus spectatur;[9] religioso, communi, approbato. Religiosum est, quod jurati legibus judicarunt:[m] commune est, quod omnes[10] vulgo probarunt, et secuti sunt, hujusmodi: ut majoribus natu assurgatur, ut supplicum[11] misereatur: approbatum est, quod homines, cum dubium esset, quale haberi oporteret,[12] sua constituerunt auctoritate: velut Gracchi[f] patris factum, quem

[m] *Religiosum est si quid de re aliqua jurati judices ex legibus judicarunt.*

tur.—8 θ *et jud. alic.* ω 2. *aut jud. aut alic.*—9 *Spectatur* non est in Voss. 1. —10 L omittit *omnes.* In Sch. *vulgo homines prob.* Voss. 1. 2. Leid. 2. et Tur. *homines vulgo prob.* ed. Omnib. *omnes communiter prob.*—11 L *supplitium:* Pal. 1. *simplicium:* Grev. *supplicium.*—12 κ *cum id dub.* et Leid. 3. *hab.*

NOTÆ

seditionum suspiciones C. Gracchus, clarissimo patre, avo, majoribus: occisus est cum liberis M. Fulvius consularis. Simili senatusconsulto, C. Mario et L. Valerio coss., permissa est resp. Num unum diem postea L. Saturninum trib. pleb., et C. Servilium prætorem, mors ac reip. pœna remorata est? At nos vicesimum jam diem patimur hebescere aciem horum auctoritatis. Habemus enim hujusmodi senatusconsultum, verumtamen inclusum in tabulis tanquam in vagina reconditum: quo ex senatusconsulto confestim interfectum te esse, Catilina, convenit.'

[f] *Velut Gracchi*] Cum veteris codicis plagula in editione Schrevelii, tum vero Victorini commentarius, locum hunc mutilum ostendit. Ita codex: *velut gracci* (lege *Horatii*) *factum est a pop. Rom. approbatum, quod occidit sororem, cum illa devictum ab eo Curiatium hostem deleret* (l. *defleret*), *et velut Gracchi, &c.* Victorinus autem, scriptor antiquus, et alias urbis Romæ rhetor, hunc locum sic exponit: 'Approbatum est, inquit Tullius, quod cum dubium esset circa qualitatem bonam malamve, ad unam partem homines inclinaverunt. Ut, inquit, cum sororem Horatius occidisset et de facto ejus populus esset incertus, tamen absolutus est. Deinde, ut Tib. Gracchus, cum censor,' &c. Tale autem fuit Gracchi quod hic perstringitur factum. C. Claudius Appius Pulcher et T. Sempronius Gracchus censores, cum, in equitibus recensendis, multis equos ademissent, publica invidia, annitentibus tribunis plebis, flagrarunt. Odiosior omnibus Appius populi sententia unus damnandus erat. Gracchus conceptis verbis juravit, si quid in collegam decerneretur, non expectato de se judicio, comitem exilii futurum. Constans Gracchi integritas populum ad absolvendum Appium commovit A. U. C. 585. ante Chr. 169. Pighius ex asteriscis qui in antiquis libris notantur, locum hunc truncum arbitratur, et sic fere supplendum conjicit: 'Velut Gracchi patris factum, collegam reum non deserentis, sed utriusque causam unam esse volentis. Quem pop. Rom. ob id factum, et quod insciente collega in censura nihil gessit, post censuram iterum consulem fecit,' anno scilicet 591. ante Chr. 163.

populus Romanus eo, quod insciente collega in censura nihil egisset, post censuram consulem fecit.[13] 49. Comparabile autem est,[14] quod in rebus diversis similem aliquam rationem continet. Ejus partes sunt tres;[15] imago, collatio, exemplum. Imago[g] est oratio demonstrans corporum aut naturarum[16] similitudinem: collatio est oratio rem cum re ex[17] similitudine conferens. Exemplum est, quod rem, auctoritate aut casu[18] alicujus hominis aut negotii, confirmat, aut infirmat.[19] Horum exempla et descriptiones in præceptis elocutionis cognoscentur.[20] Ac fons quidem confirmationis, ut facultas[1] tulit, apertus est,[n] nec minus dilucide, quam rei natura ferebat, demonstratus est:[2] quemadmodum autem quæque constitutio, et pars constitutionis, et omnis controversia, sive in ratione,[3] sive in scripto versetur,[o] tractari debeat, et quæ in quasque[4] argumentationes conveniant, singillatim[5] in secundo libro[h]

[n] *Principia confirmationis pro viribus nostris explicata sunt.*

[o] *Sive dicendum sit pro sententia ac mente scribentis, sive pro ipsis scripti verbis.*

oporteat.—13 Pal. 1. præmittit hæc verba: *velut gracchi factum est a populo Rom. approbatum, quod occidit sororem, cum illa devictum ab eo Curiatium hostem deleret, et velut Gracchi, &c.* Ed. Omnib. *Veluti Oratii factum a populo approbatur quod occidit sororem, cum illa devictum Curiatium hostem doleret; et velut, &c.* Hinc Schutz., auctoritate cod. Pal. et Victorini, restituit: *velut Horatii factum, a populo approbatum, quod occidit sororem, cum illa devictum Curiatium hostem doleret; vel ut Gracchi patris, quem populus Rom. ob id reum factum, quod insc. coll. in cens. non nihil egisset, post cens. iterum consulem fecit.* In Voss. 1. *veluti Gr.* M W θ, Voss. 2. *uti Gr.* B L *ut Gr.* Tum B *Rom. id factum eo quod:* L W θ κ *Rom. id factum quod:* ψ *Rom. quietum ob id factum quod:* Sch. *velut Gr. factum populus Romanus qui eum ob id factum eo quod:* Junt. Crat. Grut. Oliv. Græv.-Burm. et Lall. *velut Gr. patris factum, quem pop. Rom. ob id quod;* et sic Orell. qui *factum* uncis inseruit ante *quod.* Omnes Mss. Oud. (excepto Voss. 2.) et edd. vett. habent *ob id factum quod.* Præterea plures Mss. Oxon. et omnes Mss. Oud. cum edd. vett. ac etiam Oliv. et Lall. *gessit.* —14 θ *est* omittit.—15 W θ et paucæ edd. carent *tres.*—16 Schutz. e Sch. *aut corp. aut nat.*—17 Præpositio non est in Leid. 2.—18 κ *aut auct. aut casu.* —19 Sch. *aut conf. aut inf.* Victor. et Leid. 2. *conf. atque inf.*—20 ψ *agnoscentur.*—1 Voss. 1. *facilitas.*—2 ψ *apertum est:* Schutz. *demonstr.* omisso verbo.—3 Voss. 2. *sive ratione;* et mox θ et Voss. 1. *versatur:* Tur. *versabitur:* Sch. *quæ versabatur.*—4 Leid. 3. *quæ argumenta;* et ψ cum ed. Omnib. *in quamque.*—5 ω 1. Voss. 1. Leid. 3. *singulatim:* ω 2. et ed. Omnib. *sigillatim.*

NOTÆ

[g] *Imago*] Ad translationem refertur ab Aristotele, estque brevior similitudo.

[h] *Secundo libro*] § 46. &c. fuse de scripti et sententiæ controversia disserit.

de unoquoque genere dicemus. In præsentia[6] tantummodo numeros, et modos, et partes argumentandi confuse et permixte[7] dispersimus: post descripte[8] et electe in genus quodque causæ, quid cuique conveniat,[9] ex hac copia digeremus.

50. Atque inveniri quidem omnis ex his locis argumentatio poterit: inventam exornari,[10] et certas in partes distingui, et suavissimum est, et summe[11] necessarium, et ab artis scriptoribus maxime neglectum: quare et de ea præceptione nobis in hoc loco[12] dicendum visum est, ut ad inventionem argumenti,[13] absolutio quoque argumentandi[p] adjungeretur. Et magna cum cura[14] et diligentia locus hic omnis[15] considerandus est, quod non solum rei[16] magna utilitas est, sed præcipiendi quoque summa difficultas.

XXXI. 51. Omnis igitur argumentatio aut per inductionem tractanda est, aut per ratiocinationem. Inductio[i] est oratio, quæ rebus non dubiis captat assensionem[17] ejus

[p] *Perfectio argumentationis.*

—6 Leid. 1. a m. sec. et Pal. 2. *In præsentiarum:* Grev. *In præsenti.*—7 L, ω 1. 2. Sch. Leid. 1. 3. *conf. et permixtim.* Desunt *et perm.* Voss. 2.—8 Ed. Omnib. *et post discrete:* Leid. 3. *post autem discrete:* Sch. Voss. 2. Leid. 2. 3. *descripte:* M κ ψ, Junt. Grut. et Græv.-Burm. *post discrete:* ω 2. *post discretæ s. discrete:* B L W θ, ω 1. Grev. Pall. 1. 2. 3. Tur. Schutz. Wetzel. et Orell. *post descripte.*—9 L W θ κ, ω 1. 2. *quid unicuique conveniat:* Schutz. e conj. *quod cuique conveniat.*—10 Leid. 2. *inventa:* Leid. 3. *inventam autem:* et Sch. *ornari.*—11 Leid. 3. *et quidem suav. est, et quidem summe.*—12 B L M W θ κ, Pal. 1. 2. et quinque Mss. Oud. cum Tur. Junt. et ed. Omnib. *et in hoc loco:* ω 1. *in loco hoc.* Tum *visum* omittunt M, Pal. 3. Grev. Grut. Oliv. et Græv.-Burm. In Grev. *videtur dicendum:* W θ κ ψ *visum est*, et B L *est visum*, omisso *dicendum:* ω 1. 2. Pal. 1. 2. omnes Mss. Oud. et edd. pr. cum Lall. Schutz. Wetzel. et Orell. *dicendum visum est*, vel *dic. est visum.* Oud. conj. Ciceronem scripsisse *dicendi visum est.* Vid. Nott. Varr.—13 B M, Leid. 1. 2. Pal. 1. et edd. ante Ald. non habent *argumenti.* In ψ *ratio argumentandi.* Porro vox *quoque* abest ab L W θ, ω 2. Voss. 1. Leid. 2. et *absolutio quoque argumentandi* ab Sch. et Leid. 3. In Leid. 1. *ut ad inv., argumentandi ratio adj.* Pal. 3. solum habet *ut ad inv. argumentandi adjung.* Grev. *argumenti absolutio adjung.* Schutz. *absoluta quoque ratio adjung.*—14 Sch. *cura*, sine *cum.*—15 L et Leid. 3. non habent *hic*, nec κ *omnis.*—16 Tur. *rei solum.*

NOTÆ

[i] *Inductio*] Est argumentatio quæ ex pluribus collationibus pervenit quo intendit. Quintilian. v. 11. hoc affert exemplum: 'Quod pomum generosissimum? puto quod optimum: et equus? qui velocissimus. Ita hominum, non qui claritate nascendi, sed qui virtute maxime excellet.'

quicum instituta est; quibus assensionibus facit, ut illi dubia quædam res, propter similitudinem earum rerum quibus assensit,[18] probetur; velut apud Socraticum Æschinem[19] [k] demonstrat Socrates,[l] cum Xenophontis[20] [m] uxore, et cum ipso Xenophonte Aspasiam[n] locutam; [*p.* 53.] Dic mihi, quæso, Xenophontis uxor, si vicina tua melius habeat aurum, quam tu habes, utrum illius an tuum malis?[1] Illius, inquit. Quid si[2] vestem et ceterum ornatum muliebrem[3] pretii majoris habeat, quam tu habes, tuumne an illius malis? Illius vero, respondit.[4] Age, inquit, si virum[5] illa meliorem habeat, quam tu habes, virumne tuum

Cap. xxxi. 17 Schutz. e conj. dedit *assensiones.*—18 Leid. 3. *assentit.*—19 Leid. 2. *Socratinum Æsch.* In Sch. et Leid. 2. *Æschinen:* B *Eschinen.*—20 Leid. 3. *cum ipsa Xen.*—1 κ, Lamb. et ed. Omnib. omittunt *utrum.* In W θ, Voss. 2. Leid. 1. 2. 3. et uno cod. Gronovii *utrum illiusne, an tuum malis:* L *utrumne an illius malis:* Tur. *utrumne illius an tuum malis.*—2 Octo Oxonn. Mss. et Oliv. cum paucis aliis *Quod si.*—3 L M W θ κ et Leid. 3. *ornamentum muliebrem:* Sch. Voss. 1. a m. sec. Leid. 1. ed. Omnib. Junt. ac Crat. cum Alcuino *ornamentum muliebre.*—4 ω 2. et omnes Mss. Oud. *respondit: illius vero;* nisi quod a Sch. et Alcuino absit *vero;* et quod Schutz. quoque omittit. Verbum exsulat ab W θ et ed. Omnib.—5 L *Age vero, si inquit virum:* ω 2. *Age, inquit, quid si virum:* Voss. 2. Leid. 3. ed. Omnib. *Age si inquit virum:* Sch. *Age sis, inquit. Quid si virum:* Leid. 1. 2. *Age, sit, inquit. Quid si virum:*

NOTÆ

[k] *Socraticum Æschinem*] Non oratorem illum Demosthenis æmulum, qui Socratem, ut in ejus vita scribit Apollonius, nunquam audivit; sed alium Atheniensem, ignobili loco natum, perpetuum Socratis comitem, cujus dialogos plurimos a Xantippe acceptos sibi tribuere ferebatur. Laërt. in ejus vita. Claruit Olymp. lxxvii. annis ante Chr. 372.

[l] *Socrates*] Philosophiæ parens, Apollinis oraculo sapientissimus hominum appellatus, natus est Athenis Olymp. lxxvii. an. 4. ante Chr. 469. Eodem semper vultu visus est, maximus ceteroqui cavillator, adeo ut εἴρων nominaretur: quod de Diis male sentiret, a judicibus damnatus, venenum intrepidus hausit anno ætatis 70. Ipse quidem literam nullam reliquit: verum et Plato, et Æschines, et alii primas ipsi in dialogis partes assignant: nam hic erat mos discipulis, quemadmodum notat Marius Victorinus, ut ingenio proprio reperta ad magistros referrent.

[m] *Xenophontis*] De quo identidem Cicero in lib. ii. de Oratore, et nos ibidem in notis dicemus.

[n] *Aspasiam*] Non uxorem Xenophontis, ut falso credidit Quintilianus, sed Milesiam nobilem sophistriam, ipsiusque Socratis, teste Athenæo, in eloquentiæ studiis magistram, quæ pudicitiæ minus consulens cum tandem nupsisset Pericli, duorum subinde bellorum et Samii et Peloponnesiaci causa extitit. Plut. in Pericle, et Suidas. Claruit Olymp. lxxxvii. annis ante Chr. 470.

an illius malis?[6] Hic mulier[7] erubuit. 52. Aspasia autem[8] cum ipso Xenophonte sermonem instituit. Quæso, inquit, Xenophon, si vicinus tuus equum meliorem habeat,[9] quam tuus est; tuumne equum malis an illius?[10] Illius, inquit. Quid si[11] fundum meliorem habeat, quam tu habes, utrum tandem fundum habere malis?[12] Illum, inquit, meliorem scilicet. Quid si[13] uxorem meliorem habeat, quam tu habes,[14] utram malis? Atque hic Xenophon quoque ipse[15] tacuit. Post Aspasia: Quoniam uterque vestrum,[16] inquit, id mihi solum non respondit, quod ego solum audire volueram,[17] egomet dicam, quid uterque cogitet: nam et tu, mulier, optimum virum mavis[18] habere, et tu, Xenophon, uxorem habere[19] lectissimam maxime vis.[20] Quare, nisi hoc perfeceritis,[1] ut neque vir melior, neque fœmina lectior in terris sit, profecto id semper,[2] quod optimum putabitis[3] esse, multo maxime requiretis,[4] ut et tu maritus sis quam optimæ,[5] et hæc quam optimo viro[6] nupta sit. Hic cum

---

Wetzel. *Age, si virum.* Tum in L *illa* deest.—6 ω 1. 2. *tuumne virum malis an illius:* L κ *tuumne an illius malis:* M W θ et quatuor Mss. Oud. *utrumne tuum virum an illius malis:* Pal. 1. *ne tuum an illius malis:* Pal. 3. *utrum tuum an illius malis:* Alcuin. *utrum et tuum virum malis, an illius:* B ψ, Grut. Oliv. Græv.-Burm. et Lall. *utrumne tuum, an illius malis:* Tur. *utrumne tuum malis virum, an illius.* Schutz. e Leid. 1. *utrum tuum malis, an illius:* Omnib. Victorin. et Orell. *virumne tuum malis, an illius:* Junt. *virumne tuum, an illius malis.*—7 κ *At mulier.*—8 *Autem* non est in ed. Omnib. κ habet *Asp. vero.* Dein Tur. ω 1. et Lamb. *serm. cum ipso Zenoph.*—9 Oxonn. Mss. cum Oliv. et Lall. *meliorem eq. habeat:* Voss. 1. *eq. mel. habuerit.* Porro Voss. 2. *quam tu habes:* ed. Omnib. *quam tu habeas.*—10 Pro *tuumne equum malis, an illius,* Voss. 2. habet *utrum illius malis.*—11 Oxonn. Mss. et paucæ edd. *Quod si.*—12 Ed. Omnib. *utrum talem fundum;* et Voss. 1. *habere mavis.*—13 Hic quoque Oxonn. Mss. et paucæ edd. *Quod si.*—14 Deest *habes* a Sch. et Alcuino. Tum Tur. Oxonn. Mss. et plures Mss. ac vulgo, *utrum illius malis.* E Leid. 1. 2. et optimo Gronov. dedit Ern. *utram malis,* et eum sequuntur Schutz. Wetzel. et Orell.—15 Leid. 2. caret *hic,* κ *Xenophon,* et M cum ed. Omnib. *ipse.* In Leid. 1. et libb. vett. ap. Lamb. *conticuit.*—16 Ed. Omnib. *uterque enim vestrum.*—17 ω 1. *et ego solum aud. volueram:* Sch. *quod ego aud. voluero:* ed. Omnib. *quod uterque enim volueram.*—18 Sch. Voss. 2. a m. pr. Tur. a m. pr. optimus Gronov. Victorin. Alcuin. Schutz. Wetzel. et Orell. *vis.*—19 Exsulat verbum *habere* a Leid. 3. et Alcuin. Dein κ *electissimam.*—20 Victorin. *max. cupis.*—1 Leid. 2. *Quare ut nisi;* et ed. Omnib. *hæc perf.* Mox M *neque vir in terra melior.*—2 Tur. *prof. semper id.*—3 Voss. 1. *putabatis.*—4 ω 1. *magis req.* κ *maxime inquiretis.* Tum Sch. a m. pr. et Alcuin. *et mar.* Leid. 1. Voss. 2. ed. Omnib. et Schutz. *tu ut mar.*—5 B L M κ, ω 1. *opt. fœminæ:* W θ ψ, ω 2. Voss. 1. Leid. 2. ed. Omnib. Oliv. et Lall. *opt. mulieris:* al. Mss. et edd. non habent *mulieris.* Porro Schutz. secutus ed. Omnib. delevit copulam ante *hæc.*—6 *Viro* suspectum est Ernestio. Oud. mallet id delere. Pro *nupta sit,*

rebus non dubiis esset assensum, factum est propter similitudinem, ut etiam illud, quod dubium videbatur,[7] si quis separatim quæreret, id pro certo,[8] propter rationem rogandi, concederetur.[9] 53. Hoc modo sermonis[10] [o] plurimum Socrates usus est,[11] propterea quod nihil ipse afferre ad persuadendum volebat, sed ex eo, quod sibi[12] ille dederat, quicum disputabat,[13] aliquid conficere malebat, quod ille ex eo, quod jam[14] concessisset, necessario[15] approbare deberet. XXXII. Hoc in genere præcipiendum nobis videtur, primum, ut illud, quod inducemus[16] per similitudinem, ejusmodi sit, ut sit necesse concedi: nam ex quo postulabimus nobis illud, quod dubium sit,[17] concedi, dubium esse idipsum non oportebit.[18] Deinde illud,[19] cujus confirmandi causa fiet inductio, videndum est, ut simile iis rebus sit, quas res, quasi non dubias, ante induxerimus: nam ante aliquid nobis concessum esse, nihil proderit,[20] si ei dissimile erit id, cujus causa illud concedi primum voluerimus: deinde non intelligat,[1] quo spectent illæ primæ inductiones, et ad quem sint exitum perventuræ. 54. Nam qui videt, si ei rei,[2] quam primo rogetur, recte assenserit, illam quoque



in ω 2. *lucta sit.*—7 Sch. a m. pr. et Leid. 2. *videretur.* Dein Voss. 2. *si quid sep.* Sch. Leid. 2. Schutz. et Orell. *si qui sep.*—8 Leid. 3. *idcirco:* Leid. 2. *et id pro certo:* ed. Omnib. *id profecto.*—9 M *interrogandi;* et Leid. 2. *concederet:* ed. Omnib. *concederent.*—10 *Sermonis* in κ deest.—11 Tur. *Socr. plurimum;* et L *in usus est.*—12 θ *quod cum sibi.*—13 Voss. 2. *qui cum eo disp.*—14 θ et Sch. *qui jam.*—15 L *necessarium.*

Cap. xxxii. 16 θ, ω 2. Sch. Voss. 2. et ed. Omnib. *inducimus:* κ *induximus.*—17 ω 2. *dubium est.*—18 *Id ipsum* desunt Leid. 2. B L M W, et ed. Omnib. cum Oliv. *id ipsum quod inducimus non oportebit.*—19 Voss. 1. *Denique illud.* Tum W et θ non habent *confirmandi.* In Leid. 1. *firmandi.* Denique Leid. 2. 3. *fit inductio.*—20 ω 1. *ante aliquid conc. nobis nihil esse prod.*—1 ω 2. *intelligat is quicum agimus:* ψ *intelligant:* ω 1. Oliv. Wetzel. et quædam aliæ edd. *intelligatur:* Leid. 2. *ne* (pro *non*) *intelligat:* Leid. 3. et Sch. a m. pr. *intelligant*, suprascripto *s. is quicum agimus:* Schutz. e Leid. 1. *ne intelligat is, quicum agimus:* Junt. Grut. Græv.-Burm. Lall. et Orell. *intelligat.* Ern. censet e Ms. Leid. *quicum agimus* delendum esse, aut scribendum *intelligatur.*—2 M et ω 1. *Nam qui videt ante concessum,* sed in ω 1. desunt voces *si ei rei.* Dein κ *quam primus:* Voss. 1. Leid. 1. et octo Oxonn. Mss. cum Junt. Grut. Oliv. Græv.-Burm. et Lall. *quæ primo:* al. Mss. et edd.

NOTÆ

[o] *Hoc modo sermonis*] Socrates minutis interrogatiunculis id, quod sibi proposuerat, solebat efficere; ut videre est in omnibus Platonis dialogis.

rem, quæ sibi displiceat,[3] esse necessario concedendam, plerumque aut non respondendo,[4] aut male respondendo longius procedere rogationem [q] [5] non sinit. Quare ratione rogationis imprudens ab eo quod concessit, ad id quod non vult concedere, deducendus[6] est. Extremum autem aut taceatur oportet, aut concedatur, aut negetur. Si negabitur,[7] aut ostendenda est similitudo earum rerum, quæ ante concessæ sunt, aut alia utendum inductione. Si concedetur,[8] concludenda est argumentatio. Si tacebitur, aut[9] elicienda est responsio; aut, quoniam taciturnitas[10] [p] imitatur confessionem, pro eo, ac si concessum sit,[11] concludere oportebit argumentationem. Ita fit[12] hoc genus argumentandi tripertitum: prima pars ex similitudine constat[13] una, pluribusve; altera ex eo, quod concedi volumus, cujus causa similitudines adhibitæ sunt; tertia ex conclusione, quæ aut confirmat concessionem,[14] aut, quid ex ea conficiatur, ostendit. XXXIII. 55. Sed quia[15] non satis alicui videbitur dilucide demonstratum, nisi quod ex civili causarum genere exemplum[16] subjecerimus; videtur hujusmodi[17] quoque utendum exemplo, non quo[18] præceptio differat; aut aliter hoc in sermone atque in dicendo[19] sit utendum:[r] sed ut

[q] *Interrogationem.*

[r] *Aut utendum sit hoc exemplo inductionis aliter in sermone philosophi, aliter in dictione oratoris.*

quam primo, prob. Oud. Ern. existimat veriorem lectionem esse *quæ prima.* —3 Deest *sibi* Leid. 3. In κ et Voss. 2. *displicet.*—4 L *respondens.* Leid. 1. caret *non*, suprascr. *respuendo.*—5 B W, Leid. 1. 2. *rationem*, sed B habet rogationem supra lineam. In ω 1. *rationem procedere.*—6 Ed. Omnib. *ducendus.* Mox deest *autem* Leid. 1.—7 Sch. *Si autem neg.* Leid. 2. *Si negetur.*—8 L M et Leid. 2. *Si concedatur:* W θ *Si conceditur.*—9 Sch. non habet *aut.* In Tur. *resp. est.*—10 Voss. 1. *quando tac.*—11 κ *conc. esset:* ω 1. *conc. est.* —12 θ et ω 1. *sit.*—13 Leid. 1. *consistit.*—14 M *affirmat;* et Leid. 3. *confessionem.*

CAP. XXXIII. 15 Exsulat *quia* a Leid. 1. Tum Leid. 3. *alicui videtur:* Oxonn. Mss. et paucæ edd. *videb. alicui.*—16 B L *nisi quid . . . exemplum:* κ *nisi quod . . . exempli:* ω 1. Tur. et quidam Mss. ap. Lamb. ac omnes Mss. Oud. cum Schutz. et Orell. *nisi quid . . . exempli.*—17 M *vid. esse ejusmodi:* B W θ κ, Tur. et omnes Mss. Oud. ac Orell. *ejusmodi.*—18 W *utendi exemplo;* et M *non quod.*—19 B *quam in dic.* sed habet ' v. *atque*' supra lin. Quidam

NOTÆ

[p] *Taciturnitas*] Recte in Euripidis Iphig. in Aul. Αὐτὸ δὲ τὸ σιγᾶν ὁμολογοῦντός ἐστί σου· *Ipsum tuum silentium te confitentem arguit.* Et regula 43. Juris, 'Qui tacet consentire videtur.'

eorum voluntati satisfiat, qui, quod[20] aliquo in loco viderint, alio in loco, nisi demonstratum est, nequeunt cognoscere. Ergo in hac causa, quæ apud Græcos est pervagata,[s] quod Epaminondas,[1] [q] Thebanorum imperator,[r] ei,[2] qui sibi ex lege prætor successerat, exercitum[3] non tradidit, et cum paucos ipse dies contra legem exercitum tenuisset,[4] Lacedæmonios funditus vicit,[5] poterit accusator argumentatione uti per inductionem, cum scriptum legis contra sententiam defendat,[t] ad hunc modum:[6] 56. Si, judices,[7] id, quod Epaminondas ait legis scriptorem sensisse, ascribat[8] ad legem, et addat exceptionem[s] hanc: EXTRA QVAM SI QVIS[9] REIPVBLICAE CAVSA EXERCITVM NON TRADIDERIT,[10] pati-

[s] *Notissima.*
[t] *Cum tueatur ipsa verba legis contra interpretationem allatam ab Epaminonda.*

putant *docendo* legendum, teste Lamb.—20 θ *vol. fiat, quod quod.* Dein Leid. 1. simpliciter exhibet, *aliquo in loco nisi monstretur, neq. cogn.* Voss. 1. Leid. 1. 2. *alio.* Ab ed. Omnib. abest *aliquo.* ω 1. Sch. Voss. 2. Leid. 3. *viderunt:* Voss. 1. *videtur.* Porro ψ, ω 1. et quidam Mss. ap. Gronov. *monstretur:* Leid. 2. et Sch. *monstratum est,* suprascr. *monstretur;* M W θ, Voss. 1. ed. Omnib. *monstratur:* B *demonstratur:* L *monstratum est:* Voss. 2. Tur. Schutz. et Orell. *monstratum:* Lall. e Mss. suis et Mss. ap. Gronov. dedit *monstratum sit.* Vulg. *demonstratum est.* Denique M *agnoscere.*—1 Sch. *pvulgata:* Leid. 3. *pervulgata.* B W θ ψ, Sch. Leid. 3. ed. Omnib. *cum Epam.* Leid. 1. *quod cum Epam.* B M W semper habent *Epaminundas.*—2 θ, Sch. Voss. 2. Leid. 3. ed. Omnib. *quod ei.* Leid. 1. caret τῷ *ei.*—3 In ed. Gronov. vox *exercitum* omissa est contra Mss. omnes et edd. vett.—4 κ *ipse post dies;* et Tur. *exerc. retinuisset.*—5 Ed. Omnib. *penitus devicit:* Victorin. *funditus evertit, ac vicit.*—6 κ ψ *hoc modo.*—7 Leid. 2. *Si ergo jud.*—8 θ omittit *adscribat.*—9 M *extra quam,* et supra lin. 'vel *excepto.*' Desunt *si quis* ed. Omnib.

NOTÆ

[q] *Epaminondas*] Vir et liberalium artium et disciplinæ militaris gloria insignis, Thebanorum civium suorum columen, Lacedæmoniorum hostium terror, multis pro patria fortiter gestis, in extremo prælio victor de hostibus, ad Mantineam in ipsa morte triumphavit anno 2. Olymp. cv. ante Chr. 359. Diodorus, Xenophon, Corn. Nepos.

[r] *Imperator*] Notare debemus omnes magistratus et prætores Imperatores appellatos; ut hic, 'quod Epaminondas Thebanorum imperator ei, qui sibi ex lege prætor successerat;' cum imperatori succedere debeat imperator. *Victorinus.*

[s] *Exceptionem*] Sic definitur ab Ulpiano. Exceptio, inquit, dicta est, quasi quædam exclusio, quæ interponi actioni cujusque rei solet, ad excludendum id quod in intentionem condemnationemve deductum est. Ejus vulgatæ sunt formulæ, 'Extra quam si quid ita factum sit, uti lege fieri licuit.' 'Si in ea re nihil dolo malo actoris factum sit,' &c.

emini? non opinor. Quodsi vosmetipsi, quod a vestra religione et sapientia[11] remotissimum est, istius honoris causa[u] hanc eandem exceptionem, injussu populi, ad legem ascribi jubeatis, populus Thebanus id patieturne[12] fieri? profecto non patietur. Quod ergo ascribi[13] ad legem nefas est, id sequi, quasi ascriptum sit,[14] rectum vobis videatur? Novi vestram intelligentiam,[15] non potest ita videri, judices. Quodsi literis corrigi neque ab illo, neque a vobis scriptoris voluntas potest; videte ne multo[16] indignius sit, id re et judicio vestro mutari, quod ne verbo[17] quidem commutari potest. Ac[18] de inductione quidem satis in præsentia dictum videtur. 57. Nunc deinceps ratiocinationis vim et naturam[19] consideremus.

XXXIV. Ratiocinatio est oratio ex ipsa re probabile aliquid eliciens, quod expositum et per se cognitum, sua se vi et ratione[20] confirmet. Hoc de genere qui diligentius considerandum putaverunt, cum idem usu[1] dicendi sequerentur, paululum[2] in præcipiendi ratione dissenserunt: nam partim quinque ejus partes esse dixerunt, partim non plus, [p. 54.] quam in tres partes posse distribui putaverunt.[x] Eorum controversiam non incommodum videtur[3] cum utrorumque ratione exponere: nam et brevis est,[4] et non ejusmodi, ut alteri prorsus nihil dicere putentur,[5] et locus hic nobis in dicendo minime negligendus videtur.

58. Qui putant in quinque distribui[6] partes oportere, aiunt, primum convenire exponere summam argumentationis, ad hunc modum: Melius accurantur, quæ consilio[7]

[u] *Ut istum Epaminondam honoretis.*
[x] *Alii quinque partes habere dixerunt, alii tantum tres.*

—10 θ *tradidit.*—11 L et Voss. 2. *et a sap.*—12 Oxonn. Mss. et quædam edd. *patieturne id.*—13 Ed. Omnib. *scribi.*—14 Ed. Omnib. *id assequi;* et κ ac Leid. 1. *scriptum sit.* Dein Lamb. Grut. Græv.-Burm. et al. *rectumne:* Leid. 2. *ratum.* Præterea W κ, Tur. Lamb. Grut. et Græv.-Burm. *videtur.*—15 Leid. 3. *vestram prudentiam.*—16 Leid. 2. *multum.*—17 θ et tres Mss. Oud. *nec verbo.*—18 *Ac* in κ deest.—19 B *vim naturamque.*

Cap. XXXIV. 20 θ *sua vi se rat.* Leid. 1. *sua se quasi vi rat.*—1 κ, Junt. et Lamb. *cum in usu:* M *cum eundem usum.*—2 κ *sequentur.* ψ, ω 1. 2. Tur. et Oliv. *paulum.* Dein præpositio ante *præcipiendi* non est in Sch.—3 Leid. 3. *inc. mihi vid.*—4 κ *nam brev. est.*—5 κ ψ *dicere videantur.* Mox deest *nobis*

geruntur, quam quæ sine consilio administrantur. Hanc primam partem numerant: eam deinceps [8] rationibus variis, et quam copiosissimis verbis approbari putant oportere,[9] hoc modo: Domus ea, quæ ratione regitur, omnibus instructior [10] est rebus, et apparatior, quam ea [11] quæ temere et nullo consilio administratur. Exercitus is, cui [12] præpositus est sapiens et callidus imperator, omnibus partibus [13] commodius regitur, quam is qui stultitia et temeritate alicujus administratur.[14] Eadem navigii ratio [15] est: nam navis optime cursum conficit ea, quæ scientissimo gubernatore utitur. 59. Cum propositio [16] sit hoc pacto approbata, et duæ partes transierint ratiocinationis, tertia in parte aiunt, quod ostendere velis, id [17] ex vi propositionis oportere assumere, hoc pacto: [18] Nihil autem omnium rerum melius, [19] quam omnis mundus, administratur. Hujus assumtionis quarto in loco aliam porro inducunt approbationem,[20] hoc modo: Nam et signorum ortus et obitus [y] definitum quendam ordinem servant,[1] et annuæ commutationes, non modo quadam ex necessitate [2] semper eodem modo fiunt; verum ad utilitates quoque [3] rerum omnium sunt accommodatæ, et diurnæ nocturnæque vicissitudines,[4] nulla in re [5] unquam mutatæ quicquam nocuerunt. Quæ signo [6] sunt omnia,[z] non mediocri quodam consilio naturam mundi administrari. Quinto inducunt

[y] *Ortus et occasus astrorum.* [z] *Quæ omnia probant.*

Leid. 2.—6 Schutz. e Ms. Leid. et Cass. *tribui*, quod Ernestus præfert.—7 Leid. 3. *acc. ea, quæ;* et ω 1. *cum consilio.*—8 Leid. 1. *enumerant.* ω 2. *eamque deinc.* κ *eandem deinc.*—9 *Oportere* non est in M et Leid. 3.—10 Ed. Omnib. *constructior.*—11 Leid. 2. non agnoscit *ea.*—12 Leid. 1. *Exerc. vero cui.*—13 Pro *partibus,* in θ *rebus* legitur.—14 Voss. 2. *et aliqua tem. alicujus adm.* Pro *administratur,* ed. Omnib. habet *regitur.*—15 Leid. 1. *navis ratio,* prob. Oud. Dein ω 2. Voss. 1. 2. *navis namque.* Porro M *perficit.* In Voss. 1. non legitur *ea* post *conficit.*—16 Voss. 1. *Cum igitur prop.* Mox M et omnes Mss. Oud. *transierunt.*—17 Deest *id* in θ et Leid. 1.—18 θ *op. assumptio hoc pacto:* ψ *op. hoc sequenti modo.*—19 B, Voss. 2. Leid. 3. cum Victorino *melius consilio:* ed. Omnib. *consilio melius.*—20 Quintil. v 14. 9. *jam porro:* et Voss. 1. *inducunt orationem.*—1 Leid. 3. *ord. tenent.*—2 Deest præpositio in ω 1. et ed. Omnib. B, ω 1. Leid. 2. et Tur. *necessitudine.*—3 ω 1. *ad utilitatem,* sine *quoque.*—4 Verba *et diurnæ nocturnæque vicissitudines* Schutz. retraxit ante *non modo quadam.*—5 L, Sch. a m. pr. Leid. 2. *nulli naturæ:* Schutz. e conj. *nec ulla in re.* Dein in eodem Leid. *quoque commutatæ noc. quidq.* Ab κ et Voss. 1. abest *quidquam.*—6 ψ *signa,* et sic suprascr. erat in

loco[7] complexionem eam, quæ aut id[8] infert solum, quod ex omnibus partibus cogitur,[a] [9] hoc modo: Consilio igitur mundus administratur:[10] aut unum in locum cum conduxerit breviter propositionem et assumtionem,[11] adjungit,[12] quod ex his conficiatur, ad hunc modum: Quodsi melius geruntur ea quæ consilio, quam quæ[13] sine consilio administrantur: nihil autem omnium rerum melius administratur, quam omnis mundus; consilio igitur mundus administratur.[14] Quinquepertitam igitur[15] hoc pacto putant esse argumentationem. XXXV. 60. Qui autem[16] tripertitam esse dicunt, ii non aliter putant tractari[17] oportere argumentationem, sed partitionem horum reprehendunt: negant enim neque[t] a propositione, neque ab assumtione approbationes earum[18] separari oportere, neque propositionem absolutam, neque assumtionem sibi perfectam videri, quæ approbatione confirmata non sit.[19] Quare quas illi duas partes numerent,[20] propositionem et approbationem,[1] sibi unam partem videri, propositionem;[2] quæ si approbata non sit, propositio non sit[3] argumentationis.

[a] *Concluditur.*

Voss. 1.—7 ω 2. *in loco inducunt.* Tum Schutz. *complexionem,* omisso *eam.*—8 *Id* non est in Leid. 2.—9 Leid. 2. 3. *colligitur;* et sic B supra lin.—10 ω 1. omittit *igitur.* Sch. *mundus hic administr.*—11 L M *induxerit.* Sch. e conj. Oud. *brev. et prop.* Sch. et Leid. 3. *brev. ex propositione et assumtione.*—12 Leid. 2. Voss. 1. et plerique Mss. Oxonn. cum Junt. Grut. Oliv. Græv.-Burm. et Lall. *id adj.* Sch. Leid. 1. Tur. Guelf. 2. et Schutz. *quid,* probb. Oud. et Ern.—13 Leid. 1. caret *quæ.*—14 Octo Oxonn. Mss. cum Oliv. Græv.-Burm. et Lall. inseruerunt verbum *administratur* post priorem, et id deleverunt post alterum *mundus.* Vox *igitur* suspicabatur Ernestio.—15 *Igitur* in κ deest.

CAP. XXXV. 16 κ omittit *autem.* Pro *dicunt,* L κ ψ et Leid. 3. habent *putant.*—17 Tur. *tractari putant.*—18 L θ et ω 2. *eorum.*—19 θ *ab probatione non sit:* κ et Leid. 3. *approb. firmata non sit.*—20 Voss. 1. Leid. 1. 2. 3. et septem Oxonn. Mss. cum Grut. Oliv. Græv.-Burm. et Lall. *numerant.*—1 ω 2. et Tur. *propos. absolutam et approb.* B *propositio et approbationem:* κ *propo-*

NOTÆ

[t] *Negant enim neque, &c.*] Licet duplex negatio plerumque affirmet, aliquando tamen, ut hoc loco, magis negat, et l. I. de Off. § 4. 'Nulla enim vitæ pars, neque publicis, neque privatis, neque forensibus, neque domesticis in rebus, neque si tecum agas quid, neque si cum altero contrahas, vacare officio potest.' Et alibi: 'Neminem unquam non re, non verbo, non cultu denique offendi.' Et de Inv. l. II. § 91. 'Negat neque ad se, neque ad officium suum reus pertinuisse.'

Item, quæ ab illis assumtio, et assumtionis approbatio dicatur,[4] eandem sibi assumtionem[5] solam videri. Ita fit,[6] ut eadem ratione argumentatio tractata, aliis tripertita, aliis quinquepertita videatur: quare evenit, ut res non tam ad usum dicendi[7] pertineat, quam ad rationem præceptionis. 61. Nobis autem commodior illa partitio[8] videtur esse, quæ in quinque partes distributa est, quam omnes ab Aristotele[u] et Theophrasto[9][x] profecti, maxime secuti sunt. Nam quemadmodum illud superius genus[10] argumentandi, quod per inductionem sumitur, maxime Socrates et Socratici tractaverunt:[11] sic hoc, quod[12] per ratiocinationem expolitur, summe est ab Aristotele, atque a Peripateticis,[y] et Theophrasto[13] frequentatum; deinde a rhetoribus iis qui elegantissimi atque artificiosissimi putati[14] sunt. Quare autem nobis illa magis[15] partitio probetur,

sitio si et approbationem.—2 *Propositionem* non legitur in ω 2.—3 κ *fit.*—4 Sex Oxonn. Mss. cum Junt. Grut. Oliv. Græv.-Burm. et Lall. *dicitur.*—5 ω 2. *eand. illis assumpt.*—6 ω 1. *Ita sit.*—7 ω 1. non habet *dicendi.* Mox ψ *ad rem præcept.* M *ad rat. perceptionis.*—8 κ *comm. ea part.*—9 B *Theofrasto;* et mox κ *consecuti sunt.*—10 Pro *illud,* Leid. 2. exhibet *quod.* Voces *superius genus* non leguntur in Voss. 2.—11 L *pertractarunt:* ed. Omnib. *pertractaverunt:* Schutz. e Leid. 2. *pertractarunt.*—12 κ omittit *quod.* Dein Leid. 1. *per rat. exponitur.*—13 M *atque Perip.* sine præpositione: Leid. 3. *et a Perip. atque Theophr.* Schutz. e Victorino, cum Wetzel. *et Theoph. atque a Perip.*—

NOTÆ

[u] *Quam omnes ab Aristotele, &c.*] Qui vel a limine salutaverit Organum Aristotelis, statim hic intelliget decipi Tullium. Omnes post Aristotelem Peripatetici tripartito syllogismo utuntur.

[x] *Theophrasto*] Is philosophus ex urbe Eresso in insula Lesbo oriundus, ob sermonis suavitatem, quasi divina tantum loqueretur, Theophrastus est ab Aristotele appellatus, cum prius Tyrtamus diceretur. Post mortem Aristotelis, ejus scholam rexit Athenis, Olymp. CXIV. anno 3. ante Chr. 322. Laërtius, Tzetzes, et Suidas. Tanto omnium plausu docuit, ut ad eum audiendum discipuli circiter bis mille confluerent. Vixit, Hieronymo auctore in epist. ad Nepotianum, annos 107. Ipse testatur in proœmio Characterum Moralium, se cum eum librum scriberet, annos 99. jam vixisse: ut hinc mendum apud Laërtium corrigatur, qui Theophrastum obiisse tradit anno 85. Mirum tamen eum neque a Censorino lib. de Die Natali cap. 15. neque a Luciano inter *μακροβίους* esse numeratum.

[y] *Peripateticis*] Sic appellati sectæ Aristotelicæ philosophi *ἀπὸ τοῦ περιπατεῖν, a circumambulando,* quod inambulantes disputarent in Lyceo. Cic. Acad. I.

dicendum videtur, ne temere secuti putemur;[16] et breviter dicendum, ne in hujusmodi rebus[17] diutius, quam ratio præcipiendi postulet,[18] commoremur.

XXXVI. 62. Si quadam in argumentatione[19 z] satis est uti propositione, et non oportet adjungere approbationem[20] propositioni; quadam autem in argumentatione infirma est propositio, nisi adjuncta sit approbatio;[1] separatum quiddam est[2] a propositione approbatio. Quod enim et[3] adjungi et separari ab aliquo potest, id non potest idem esse,[4] quod est id ad quod adjungitur,[5] et a quo separatur: est autem quædam argumentatio, in qua propositio non indiget approbatione;[6] et quædam, in qua nihil valet sine approbatione,[7] ut ostendemus:[8] separata est igitur a propositione approbatio.[9] Ostendetur autem id, quod polliciti sumus, hoc modo: Quæ propositio in se quiddam continet[10] perspicuum, et quod constare[11] inter omnes necesse

14 B *inventi* supra lin.—15 *Magis* non est in θ.—16 κ *videamur.* Idem Ms. paulo post *dicendum* omittit.—17 Leid. 3. *hujusm. in rebus.*—18 Sch. Leid. 1. 3. Voss. 1. 2. 3. Tur. et omnes Oxonn. cum Junt. Grut. Oliv. Græv.-Burm. et Lall. *postulat.* Tum M *commoretur:* L et Leid. 2. 3. *immoremur.*

Cap. XXXVI. 19 ω 1. *Si quidem in argumentationem.*—20 M *probationem:* κ *ad probationem.*—1 Leid. 3. *si non adj.* et Sch. Voss. 2. *est approb.* B *sit probatio.*—2 θ *separanda est quidem:* Sch. Leid. 1. 3. *separatum est quidam:* ed. Omnib. *separata est quædam.* Quidam Mss. *separatum est quiddam.*—3 Leid. 1. et sex Oxonn. Mss. cum Junt. Grut. Oliv. Græv.-Burm. et Lall. carent copula.—4 ω 2. *idem esse non potest,* sine *id.*—5 κ, Sch. Leid. 1. 2. *jungitur.*—6 Leid. 3. *approbationis.* M *ut et quædam:* Sch. *sed quædam,* suprascr. *et:* Voss. 1. *et est quæd.* Leid. 1. *sed quæd.* Voss. 2. *sed et quæd.* Leid. 3. *quædam autem:* κ simpliciter *quædam.*—7 Sex Oxonn. Mss. cum Junt. Grut. Oliv. Græv.-Burm. et Lall. *absque prob.*—8 Sch. *ostendimus;* et sic B supra lin. θ *ostendamus.*—9 M *probatio.* Tum B L κ ψ, Leid. 3. Ald. Junt. Grut. Oliv. Græv.-Burm. et Lall. *Ostendemus autem:* ω 1. *Ostendetur ante.*—10 Tur. *cont. quiddam.*—11 W et ω 1. *eo quod stare:* L M, ω 2. *et quod stare:* ψ, Junt. Grut. Oliv. Græv.-Burm. et Lall. *eo quod constare.* Oud. et Ern. censent delen-

NOTÆ

[z] *Si quadam in argumentatione, &c.*] Si quis rem suis ponderibus ac momentis examinare voluerit, nullum nisi tripartitum reperiet syllogismum: approbatio tum propositionis, tum assumtionis, quam syllogismi quinquepartiti secundam et quartam partem esse contendit Tullius; alii sunt syllogismi, quorum conclusio fuerit ipsa propositio et assumtio. Quid enim si controversa sit ipsa approbatio propositionis et assumtionis, indigeatque rationibus aliis quibus confirmetur, num septem aut etiam pluribus constans partibus syllogismus admittetur?

est, hanc velle approbare et firmare[12] nihil attinet. 63. Ea est hujusmodi:[13] Si, quo die ista cædes Romæ facta est,[14] ego Athenis eo die fui, interesse in cæde[15] non potui. Hoc quia perspicue verum est, nihil attinet approbari.[16] Quare assumi statim oportet, hoc modo: Fui autem Athenis[17] eo die. Hoc si non constat, indiget approbationis:[18] qua inducta, complexio consequetur.[19] Est igitur quædam propositio, quæ non indiget approbatione:[20] nam esse quandam, quæ indigeat, quid attinet ostendere, quod cuivis facile perspicuum est? Quod si ita est, ex hoc, et ex eo[1] quod proposueramus, hoc conficitur, separatum esse quiddam[2] a propositione approbationem. Si autem[3] ita est, falsum est non esse plus quam tripertitam argumentationem. 64. Simili modo liquet,[4] alteram quoque approbationem [*p.* 55.] separatam esse ab assumtione: si quadam in argumentatione satis est uti assumtione, et non oportet[5] adjungere approbationem assumtioni; quadam autem[6] in argumentatione infirma est assumtio, nisi adjuncta sit approbatio; separatum quiddam est extra assumtionem approbatio.[7] Est autem argumentatio quædam, in qua as-



dum *quod.*—12 Ed. Omnib. *et appr. et affirmare:* B W θ, Voss. 1. et a m. sec. Sch. *appr. et affirmare:* L κ, ω 2. Voss. 2. Leid. 1. *appr. et confirmare.*—13 Voss. 2. *Ea hujusm.* M *Ea autem est hujusm.* Sch. *Ea est hoc modo.*—14 ω 1. *facta est rome.* Pronomen *ego* non est in θ.—15 Orell. e Tur. dedit *in cæde interesse.* Voces *int. in cæde non potui* in ω 1. desunt.—16 Voss. 1. Leid. 1. *approbare.*—17 θ caret *Athenis.*—18 Voss. 1. *approbatione.*—19 κ *qua ducta:* et L κ *compl. statim conseq.* ω 2. et Leid. 2. *compl. sequitur:* Voss. 1. Leid. 1. 3. ed. Omnib. *compl. consequitur.* Post *consequetur,* B M W θ ψ, ω 1. 2. Voss. 1. Leid. 1. 2. 3. Ald. Junt. Lamb. Grut. Oliv. Græv.-Burm. et Lall. addunt *igitur in cæde interesse non potui;* sed θ non habet *igitur.* Porro *Est* non est in κ, nec *quædam* in ω 1. In Sch. *Est autem quædam prop.*—20 Sch. Leid. 1. *indigeat appr.* Dein Tur. et duo Mss. ap. Gronov. ac omnes Mss. Oud. et Oxonn. Mss. cum ed. Omnib. Junt. Lamb. et Oliv. *nam esse quidem quandam, quæ.* Denique Voss. 1. *indiget.*—1 M *et eo.* Verba *quod proposueramus* desunt in Leid. 3.—2 θ κ, omnes Mss. Oud. et ed. Omnib. *separatam.* θ, ω 1. Leid. 1. 3. Voss. 1. *esse quidem:* ω 2. *quidem esse:* κ *esse,* omisso *quidem:* Sch. *esse quidem quandam.*—3 B L M W κ, ω 1. 2. Tur. Leid. 2. 3. *Sin autem.*—4 B *liceat:* W θ κ ψ, ω 1. omnes Mss. Oud. et ed. Omnib. *licet.* Dein Leid. 3. *ab assumt. considerare. Si, &c.* B *conf., considerare si quædam in arg. &c.* κ *conf., considerari separatum quadam in arg.* Quinque Oxonn. Mss. cum Ald. Junt. Grut. Oliv. Græv.-Burm. et Lall. *Nam si quadam, &c.* A Sch. manu prima et Voss. 1. desunt *quadam in argumentatione;* sed in Leid. 1. ponuntur post *ab assumtione.* M omittit *Si quadam ... uti assumptione.*—5 Leid. 3. *et oportet,* omisso *non.*—6 Sch. *si quadam autem.*—

sumtio non indiget approbationis;[8] quædam autem, in qua[9] nihil valet sine approbatione, ut ostendemus: separata est igitur ab assumtione approbatio.[10] Ostendemus autem id,[11] quod polliciti sumus, hoc modo: 65. Quæ perspicuam omnibus[12] veritatem continet assumtio, nihil indiget approbationis: ea est hujusmodi:[13] Si oportet sapere,[14] dare operam philosophiæ convenit. Hæc propositio indiget approbationis: non enim perspicua est, neque constat inter omnes, propterea quod multi nihil prodesse philosophiam, plerique etiam obesse arbitrantur. Assumtio perspicua est hæc:[15] Oportet autem sapere. Hoc autem[16] quia ipsum ex re[17] perspicitur, et verum esse intelligitur, nihil attinet approbari.[18] Quare statim concludenda est argumentatio.[19] Est ergo assumtio quædam, quæ approbationis non indiget: nam quandam indigere perspicuum est: separata est igitur[20] ab assumtione approbatio. Falsum ergo est, non esse plus quam tripertitam argumentationem. XXXVII. 66. Atque ex his illud[1] jam perspicuum est, esse quandam argumentationem,[2] in qua neque propositio[3] neque assumtio indigeat approbationis, hujusmodi; ut certum quiddam, et breve, exempli causa, ponamus: Si[4]

7 ω 2. *sep. igitur quiddam est ab assumptione. Est, &c.*—8 M *approbatione.*—9 ω 1. non habet *in qua.* Tum in ω 2. legitur *sine approb. assumtio, ut ost.* B *ostendimus.*—10 Tur. *Sep. igitur est:* et Sch. a m. pr. *a probatione assumtio.*—11 M W θ κ, Tur. et omnes Mss. Oud. cum ed. Omnib. et Junt. omittunt pronomen *id.*—12 θ et ed. Omnib. *in omnibus.*—13 Sch. *Ea est hoc modo.* Schutz. delevit verba *Quæ perspicuam . . . Ea est hujusmodi:* Wetzel. ea uncis includit.—14 M W *op. vellem sapere:* θ, ω 1. Sch. Voss. 2. Leid. 2. Tur. et duo Mss. Gronovii, cum ed. Omnib. Schutz. Wetzel. et Orell. *op. velle sapere.*—15 B W θ, ω 1. *Ass. persp. Est enim hæc:* L *Ass. persp. Est enim hoc modo:* κ *Ass. persp. Est enim hujusm.* Omnes Mss. Oud. *Ass. est persp.* vel *persp. est. Est enim hæc;* nisi quod in Sch. a m. pr. sit *Ass. persp. Est enim hæc.* Ed. Omnib. *Ass. persp. est. Etiam hoc op. ante sap.* Dein Tur. Schutz. Wetzel. et Orell. *velle sapere.* Verbum *velle* suprascr. in Sch. ante *sapere.*—16 In M W θ κ, ω 2. Leid. 2. 3. Cass. Guelf. 1. non legitur *autem.* Ern. in nota dicit, 'Delevi *autem;*' sed ea vox in contextu retinetur.—17 Nizol. Schutz. et Orell. *ex se:* ω 2. *ex re ipsa.* Mox κ *et ipsum verum.*—18 M *intell., approbationis non indiget.*—19 L W θ κ ψ, Leid. 1. 2. 3. cum Junt. Grut. Oliv. Græv.-Burm. et Lall. addunt hæc verba post *argumentatio: igitur dare operam philosophiæ convenit:* sed in κ legitur *sic igitur, &c.* et pro *convenit*, Græv.-Burm. habet *oportet.*—20 L *Sep. est ergo;* et mox ed. Omnib. *Falsum est igitur.*

CAP. XXXVII. 1 Leid. 3. *At ex his illud:* ω 1. *Atque ex his præmissis illud.*—2 ω 1. *argum. tripartitam.*—3 Sch. *nec propos.* et mox θ *indiget approb.*—4 θ

summo opere sapientia petenda est, summo opere stultitia vitanda est: summo autem [5] opere sapientia petenda est; summo igitur opere stultitia vitanda est. Hic et assumtio et propositio perspicua est: quare neutra quoque indiget approbatione.[6] Ex hisce omnibus illud perspicuum est, approbationem tum adjungi, tum non adjungi.[7] Ex quo cognoscitur,[8] neque in propositione neque in assumtione contineri approbationem, sed utramque suo loco positam,[9] vim suam, tanquam certam et propriam, obtinere. Quod si ita est, commode partiti sunt illi, qui in quinque partes [10] distribuerunt argumentationem.

67. Quinque sunt igitur partes ejus argumentationis,[11] quæ per ratiocinationem tractatur: Propositio,[12] per quam locus is breviter exponitur, ex quo vis omnis oportet emanet [13] ratiocinationis: propositionis approbatio,[14] per quam id quod breviter expositum est, rationibus affirmatum,[15] probabilius et apertius fit: assumtio,[16] per quam id, quod ex propositione ad ostendendum pertinet, assumitur: assumtionis approbatio, per quam id, quod assumtum est, rationibus firmatur: [17] complexio, per quam id, quod conficitur ex omni argumentatione, breviter exponitur. Quæ plurimas [18] habet argumentatio partes, ea constat ex his quinque partibus: secunda est quadripertita: tertia tripertita.[19] Dein bipertita: quod in controversia est. De

caret *si.*—5 ψ et ω 1. *summopere autem:* ω 2. *summopere igitur.* Ab κ desunt voces *summo autem op. sap. petenda est;* et ab ω 1. *summo igitur op. vitanda est.* —6 B *ind. approbationis.* Dein Oxonn. Mss. cum Junt. Grut. Oliv. Græv.-Burm. et Lall. *Ex his omnibus.*—7 ω 1. *approbationes tum adjungi, tum non adj.* Leid. 2. *approbationem tum adj. tum separari.*—8 B *colligitur,* sed *cognoscitur* supra lin.—9 B *in loco,* et κ *compositam.*—10 Sch. *in quinque partibus.* Leid. 2. *distribuunt:* Leid. 3. *tribuerunt:* B *distribuerent.*—11 Tur. *igitur sunt partes;* et Leid. 2. *illius arg.*—12 κ et ω 1. *Prop. est.*—13 M W θ, ω 2. Sch. Leid. 2. *op. ut emanet:* ψ *op. vis emanat:* Voss. 1. *emanet op.* Oud. credit verba *oportet ut* esse superflua.—14 ω 1. *approb. prop. est:* Voss. 1. *approb. est.* Vox *propositionis* in L M W θ κ, Sch. Voss. 1. 2. Leid. 2. Tur. Junt. et ed. Omnib. deest.—15 θ *et rat. affirm.* ed. Omnib. *rat. approbatum.*—16 κ et ω 1. *Ass. est:* et mox iidem Mss. habent *approb. est.*—17 Quinque Oxonn. Mss. cum Oliv. et Lall. *affirmatur.* Tum ω 1. 2. *complexio est.*—18 Leid. 3. *plures,* et mox *ex quinque part.*—19 L *tertia est trip.* Tum Voss. 1. 2. Leid. 1. 2. 3. et ed. Omnib. *Deinde est bip.* κ *Dein bip. est.* Sch. non habet verba *quod in controv. est;* quæ Cass. et Tur. a m. sec. jungunt cum seqq. Porro Leid. 2. 3. et sex Oxonn. Mss. cum Grut. Oliv. et Lall. *De unaquaque parte potest:*

una quoque parte potest alicui videri posse consistere. XXXVIII. 68. Eorum igitur, quæ constant,[20] exempla ponemus: horum, quæ dubia sunt, rationes afferemus. Quinquepertita argumentatio est hujusmodi: Omnes leges,[a] judices, ad commodum[1] reipublicæ referre oportet, et eas ex utilitate communi, non ex scriptione, quæ in literis est, interpretari. Ea enim virtute[b] et sapientia majores nostri fuerunt, ut in legibus scribendis nihil sibi aliud, nisi salutem atque utilitatem[2] reipublicæ proponerent: neque enim ipsi,[3] quod obesset, scribere volebant: et, si scripsissent, cum esset intellectum, repudiatum iri legem[4] intelligebant. Nemo enim leges legum causa salvas[b] esse vult, sed reipublicæ, quod ex legibus omnes rempublicam[5] optime putant administrari. Quam ob rem igitur leges servari[6] oportet, ad eam causam scripta omnia interpretari convenit: hoc est, quoniam[7] reipublicæ servimus, ex reipublicæ commodo atque utilitate[8] leges interpretemur. Nam ut ex medicina nihil oportet putare proficisci,[9] nisi quod ad corporis utilitatem spectet,[10] quoniam ejus causa est instituta; sic a legibus nihil convenit arbitrari, nisi quod reipublicæ conducat,[11] proficisci, quoniam ejus causa sunt

[b] *Conservatas.*

Græv.-Burm. *De unaquaque potest.* Denique B L M W, ω 2. et Lall. *posse argumentationem cons.* Leid. 2. *arg. posse cons.* In ω 1. tota sententia sic legitur: *deinde bibartita. Quod in controv. est, de una quoque parte potest alicui videri posse cons.*

CAP. XXXVIII. 20 B *Earum igitur.* θ, Tur. et omnes Mss. Oud. excepto Leid. 3. *quæ consistant.* Tum κ *exempla ponamus.* Porro B *earum*: κ *eorum*: et B *quæ dubiæ sunt.* In ed. Omnib. inverso ordine exhibetur, *Eorum generum, quæ dubia sunt, rationes afferemus. Horum quæ consistunt, ex. ponemus.* —1 ω 1. *ad comm. judices.* Mox W θ *afferre op.* Voss. 1. 2. ed. Omnib. *referri op.*—2 Sch. et ed. Omnib. *sal. et util.*—3 κ non habet *enim*, nec M *ipsi.*—4 Abest *iri* a Leid. 2. et *legem* a Voss. 1.—5 ω 2. Voss. 1. 2. Leid. 2. *ex legibus omnibus rempublicam*: Grev. Pall. et quædam edd. vett. *ex leg. omnem rempublicam*: septem Oxonn. Mss. cum Oliv. Græv.-Burm. et Lall. *ex leg. omnes rempublicam.*—6 ψ *observari.*—7 B *quom.*—8 Sch. a m. pr. *et util.* Vox *leges* non est in ullo Ms. Oud. præter Voss. 1. nec est in M W θ κ, ω 1. 2. et ed. Omnib. Verba *hoc est quoniam . . . interpretemur* Schutz. delevit: Wetzel. ea uncis includit.—9 *Proficisci* in ω 1. deest.—10 θ caret *spectet.*—11 κ

NOTÆ

[a] *Omnes leges*] Prima pars argumentationis quinquepartitæ propositio.

[b] *Ea enim virtute, &c.*] Altera pars propositionis approbatio.

comparatæ. 69. Ergo in hoc quoque judicio[c] desinite literas legis perscrutari, et legem, ut æquum est, ex utilitate reipublicæ considerate. Quid enim magis[12] utile[d] Thebanis fuit,[13] quam Lacedæmonios opprimi? Cui rei magis Epaminondam,[14] Thebanorum imperatorem, quam victoriæ Thebanorum, consulere decuit? Quid hunc[15] tanta Thebanorum gloria, tam claro atque exornato[16] tropæo carius aut antiquius habere convenit? Scripto videlicet legis omisso,[17] scriptoris sententiam considerare debebat. Atque hoc quidem[18] satis consideratum est, nullam esse legem, nisi reipublicæ causa scriptam. Summam[19] igitur amentiam esse existimabat, quod scriptum esset[20] reipublicæ salutis causa, id non ex reipublicæ salute[1] interpretari. Quodsi leges omnes[2][e] ad utilitatem reipublicæ referri convenit, hic autem saluti reipublicæ profuit; profecto non potest eodem facto[3] et communibus fortunis consuluisse,[4] et legibus non obtemperasse. XXXIX. 70. Quatuor autem partibus[5] constat argumentatio, cum aut proponimus aut assumimus sine approbatione. Id facere oportet, cum aut propositio ex se intelligitur, aut assumtio perspicua est,[6]

et ψ *conveniat*, sed in marg. κ *conducat*.—12 Lamb. e tribus Mss. cum Junt. *considerate: quod hic fecit. Quid enim, &c.* Victorin. *considerate quid magis utile, &c.* Exsulat *enim* a B, Sch. Voss. 2. Leid. 3.—13 Tur. *fuit Theb.*—14 Voss. 1. Leid. 1. 2. 3. et omnes Oxonn. Mss. cum ed. Omnib. et Oliv. *quid magis Epam.* Sch. Voss. 2. *et quid magis Epam.* Oud. conj. legendum *ecquid* vel *eccui rei magis Epam.*—15 Deest *hunc* Leid. 3. *nunc* Voss. 2. *hac* Voss. 1. *hoc* Sch. suprascr. *huic sc. Epaminondæ.* Tum *tantum* Leid. 2. *tantæ Th. gloriæ* Sch.—16 B *atque exoptato*, sed habet 'vel *exornato*' supra lin. Sch. *et exorn.* ed. Omnib. *quam exorn.* Dein Leid. 2. *clarius*; et W *ne antiq.* Sch. Voss. 1. Leid. 2. 3. et septem Oxonn. Mss. cum Junt. Lamb. Oliv. et Lall. *atque antiq.* Denique L, ω 2. et Sch. *haberi.*—17 B *Scriptura .... omissa.*—18 B L κ, Leid. 1. 2. 3. Voss. 2. et Sch. a m. pr. cum Lamb. et Orell. *At hoc quidem:* Pal. 1. *Ac hoc quidem:* Pal. 2. *Adhuc quidem:* Voss. 1. et Tur. *Ad hoc quidem:* ed. Omnib. *At hoc idem.* Dein κ *considerandum est.*—19 B *Summa.*—20 θ *erat.*—1 *Salutis* non est in duobus Mss. apud Lambinum.—2 *Omnes* abest a Leid. 3. et *referri* ab ed. Omnib.—3 B, Leid. 2. 3. et Var. Lect. Sch. *pacto.*—4 B *profuisse*, sed habet 'vel *consuluisse*' supra lin.

CAP. XXXIX. 5 κ *Quat. ex part.*—6 Idem Ms. *persp. sit.* Tum ψ *probatio-*

NOTÆ

[c] *Ergo in hoc quoque judicio*] Tertia pars assumtio.

[d] *Quid enim magis utile*] Quarta pars assumtionis approbatio.

[e] *Quodsi leges omnes*] Quinta pars complexio sive conclusio.

et nullius approbationis indiget. Propositionis approbatione præterita, [*p.* 56.] quatuor ex partibus argumentatio tractatur[7] ad hunc modum: Judices, qui ex lege[f] jurati judicatis, legibus[8] obtemperare debetis.[c] Obtemperare autem[g] legibus non potestis, nisi id,[9] quod scriptum est in lege, sequamini:[10] quod enim certius[h] legis scriptor testimonium voluntatis suæ relinquere potuit, quam quod ipse magna cum cura atque diligentia scripsit? Quod si literæ non extarent, magnopere eas requireremus, ut ex his scriptoris voluntas cognosceretur;[11] nec tamen Epaminondæ[12] permitteremus, ne si extra judicium quidem esset,[13] ut is nobis sententiam legis interpretaretur, nedum nunc istum[14] patiamur, cum præsto lex sit,[d] non ex eo quod apertissime scriptum est, sed ex eo[15] quod suæ causæ convenit, scriptoris voluntatem interpretari. Quodsi vos,[16] judices,[i] legibus obtemperare debetis, et id facere non potestis, nisi quod[17] scriptum est in lege sequamini, quid causæ est, quin[18] istum contra legem fecisse judicetis? 71. Assumtionis autem approbatione[19] præterita, quadripertita sic fiet argumentatio:[20] Qui sæpenumero[k] nos per fidem fefelle-

[c] *Qui jurejurando astricti debetis æquitatem in judiciis servare.*
[d] *Cum lex sit præsens.*



nis ind. Leid. 2. *probationis indigens.*—7 M *pertractatur.*—8 Lamb. ed. *jurati estis, leg.* In W *legi.*—9 *Id* deest in B L M W θ ψ, ed. Omnib. Oliv. et Lall. —10 Sch. *sequimini.* Pro *quod,* ω 2. habet *quid;* et sic ψ supra lin.—11 Leid. 2. *recognosceretur.*—12 Voss. 1. *Epaminondam.* Pro *ne si,* B L M κ ψ, Sch. Leid. 1. 3. Voss. 2. et ed. Omnib. habent *nisi;* et θ *nec si.*—13 Ed. Omnib. *quid esset.* Verba *quidem esset, ut is ... interp.; nedum* in ω 1. desunt.—14 Abest *nunc* a Leid. 1. et *istum* ab ω 2. Pro *nunc,* Voss. 2. *hunc:* et pro *istum,* θ κ ψ, ω 1. et edd. ante Ern. *istud.*—15 In ω 1. omittitur *ex eo.*—16 B L M κ *Id quod vos.*—17 ω 1. Voss. 1. 2. Leid. 1. 2. 3. Tur. Schutz. et Orell. *nisi id quod.* Dein Tur. caret *in lege.*—18 κ, quinque Mss. Oud. et duo Mss. ap. Lamb. *seq., quid dubitatis quin;* et sic ed. Omnib. ω 2. *seq., quid dubitetis quin:* L M ψ *seq., dubitetis quin.* Verba *quid causæ est* desunt in B et W: sed in B spatium relictum erat.—19 M *probatione.*—20 *Quadripertita* non le-

NOTÆ

[f] *Judices, qui ex lege*] Prima pars argumentationis quadripertitæ propositio.

[g] *Obtemperare autem*] Secunda pars assumtio.

[h] *Quod enim certius*] Tertia pars assumtionis probatio.

[i] *Quodsi vos, judices*] Quarta pars conclusio.

[k] *Qui sæpenumero*] Propositio.

runt, eorum orationi fidem habere[1] non debemus. Si quid enim perfidia[l] illorum detrimenti acceperimus, nemo erit, præter nosmetipsos, quem jure accusare possimus. Ac primo[2] quidem decipi incommodum est; iterum, stultum; tertio, turpe. Carthaginienses autem[m] persæpe[3] jam nos[4] fefellerunt. Summa igitur[n] amentia est in eorum fide[5] spem habere, quorum perfidia[6] toties deceptus sis.[7] 72. Utraque approbatione præterita tripertita fit,[8] hoc pacto: Aut metuamus[o] Carthaginienses oportet, si incolumes eos reliquerimus; aut eorum urbem diruamus. Ac metuere[9] [p] quidem non oportet. Restat igitur,[q] ut urbem diruamus.

XL. Sunt autem, qui putent,[10] nonnunquam posse complexione supersederi,[e] [11] cum id perspicuum sit, quod conficiatur ex ratiocinatione: quod si fiat, bipertitam quoque fieri argumentationem,[12] hoc modo: Si peperit,[r] virgo non est: peperit autem. Hic satis esse dicunt[13] proponere et assumere: quoniam perspicuum sit, quod conficiatur,[14]

[e] *Aliquando posse et debere omitti conclusionem.*

gitur in ed. Omnib. In Leid. 2. *fiat arg.*—1 Leid. 1. *or. nos fid.* et Voss. 2. *fid. adhibere.*—2 Tur. Leid. 3. et septem Oxonn. Mss. cum Oliv. *primum.* Mox Leid. 1. et septem Oxonn. Mss. cum Oliv. *tertium.*—3 Ed. Omnib. *Carth. vero pers.*—4 Abest *jam* a Leid. 3. et *nos* a B. Pro *nos,* in ω 1. legitur *vos.*—5 θ, Leid. 3. et ed. Omnib. *fidem.*—6 Suprascr. in Sch. *per fiduciam.*—7 M *decepti estis.*—8 κ *trip. erit;* et B M κ ac Leid. 3. *hoc modo.*—9 Voss. 1. Leid. 1. 2. 3. et ed. Omnib. *At metuere.* Paulo post, ω 1. *nos non oportet.*

CAP. XL. 10 *Putant* omnes Mss. et edd. ante Ern. qui dedit *putent* e conjectura.—11 M *posse conclusione sup.* κ *posse complexione supersederi op.* ω 1. *posse conclusione,* sine *supers.* ω 2. *posse conclusione oportere,* sine *supers.* B W, Grut. Oliv. Græv.-Burm. et Lall. *posse complexione, et oportere supers.* Deest *posse* Voss. 1. In Leid. 2. *non posse.* Sch. *complexionem.* Porro Voss. 1. 2. et ed. Omnib. non agnoscunt copulam.—12 ω 1. *fiet argumentatio;* et Voss. 1. *argumentationem aiunt, hoc modo.*—13 Verbum *dicunt* abest a Leid. 1. Sch. a m. pr. item τὸ *esse.* Sed in M, Voss. 1. 2. Leid. 3. ponitur post *assumere.* Schutz. delevit *dicunt:* Wetzel. uncis includit. Pro *proponere,* ed. Omnib. habet *propositione.*—14 Pro *quon. persp. sit, quod conf.* L *quod confici-*

NOTÆ

[l] *Si quid enim perfidia*] Propositionis approbatio.

[m] *Carthaginienses autem*] Assumtio.

[n] *Summa igitur*] Conclusio.

[o] *Aut metuamus*] Propositio.

[p] *Ac metuere*] Assumtio.

[q] *Restat igitur*] Conclusio.

[r] *Si peperit*] Vide quæ supra diximus, § 44.

complexionis rem non indigere. Nobis autem videtur et omnis ratiocinatio concludenda esse; et illud vitium,[15] quod illis displicet, magnopere vitandum,[16] ne, quod perspicuum sit, id in complexionem[17] inferamus. 73. Hoc autem fieri poterit,[18] si complexionum genera intelligantur. Nam aut ita complectemur, ut in unum conducamus propositionem et assumtionem,[f] hoc modo: Quodsi leges omnes[19] ad utilitatem reipublicæ referri convenit, hic autem saluti reipublicæ profuit; profecto non potest eodem facto,[20] et saluti communi consuluisse, et legibus non obtemperasse: aut ita, ut ex contrario sententia conficiatur, hoc modo:[1] Summa igitur amentia est, in eorum fide[2] spem habere, quorum perfidia toties deceptus sis: aut ita, ut id solum, quod conficitur, inferatur, ad hunc modum:[3] Urbem igitur diruamus: aut, ut id, quod eam rem,[4] quæ conficitur, sequatur, necesse est. Id est hujusmodi:[5] Si peperit, cum viro concubuit: peperit autem. Conficitur hoc:[6] Concubuit igitur cum viro. Hoc si nolis inferre, et[7] inferas id quod sequitur:[8] fecit igitur incestum;[s] et concluseris ar-

[f] *Sic concludemus, ut simul colligamus propositionem et assumtionem.*

atur ex ratiocinatione quoniam perspicuum est, quod si fiat: B M *quoniam persp. sit quod conficiatur ex ratiocinatione. Quod si fiat:* W θ *conficitur ex ratione. Quod si fiat.* κ *conficitur ex ratiocinatione. Quod cum fiat:* et ψ *id quod conficitur ex ratiocinatione, quod si fiat.* In Sch. *quod conficiatur quoniam persp. sit.* Voss. 1. 2. *quod conf. ex ratiocinatione,* omissis *compl. rem non ind.* Pro *quod conficiatur,* ω 1. *quod conficitur ideo;* et ω 2. *quod conficiatur ex ratiocinatione quod si fiat.* Dein *rem* abest a Leid. 1. 3. Schutz. delevit verba *compl. rem non ind.* quæ Ern. spuria esse putavit; et Wetzel. cum Orell. uncis includit.—15 Voces *illud vitium* suspectæ sunt Ernestio: Schutz. eas delevit: Wetzel. uncis includit.—16 M *vitandum est.*—17 Leid. 2. *id in complexione:* B *in conclusione,* omisso *id.*—18 Leid. 2. *potest.* Mox M, Sch. Voss. 1. 2. Leid. 3. ed. Omnib. *intelligentur:* θ et Leid. 1. *intelliguntur.*—19 M caret *omnes.*—20 Leid. 2. *pot. et eodem pacto.* In B L M W κ, Sch. Leid. 1. 2. 3. Tur. et ed. Omnib. quoque *pacto.*—1 Unus Ms. ap. Lamb. *obt.: aut contrarium conclusionis inferimus hoc modo:* κ et Leid. 2. 3. *obt.: aut contrarium conclusionis inferemus, hoc modo:* L *obt.: contrarium conclusionis inferemus hoc modo:* ω 1. *obt.: aut contrarium conclusiones inferemus hoc modo:* ω 2. *obt.: aut contrarium conclusiones inferemus hoc pacto:* Sch. a m. pr. *obt.: aut ex contrario facienda est complexio ad hunc modum.* Vulg. *obt.: aut ita ut ex contrario sententia conficiatur, hoc modo.*—2 κ *fidem.*—3 Tur. *hoc modo.* Dein κ *dir.: ita id:* θ *dir.: aut id:* Leid. 3. *dir.: aut ita ut id.*—4 M, ω 2. et Leid. 2. *eamdem rem.*—5 θ *Id hujusmodi:* κ *hujusmodi,* sine *id est.*—6 B W θ κ, ω 2. *Conf. hoc modo.*—7 Copula in κ et ω 1. deest.—8 M W κ *consequitur.* Mox M *et tunc concluse-*

gumentationem, et perspicuam fugeris complexionem.[9] 74. Quare in longis argumentationibus, ex conductionibus,[10] aut ex contrario complecti oportet:[g] in brevibus id solum, quod conficitur,[h] exponere: in iis, in[11] quibus exitus perspicuus est, consecutione uti.[i] Si qui[12] autem ex una quoque[13] parte putabunt constare argumentationem, poterunt[14] dicere, sæpe satis esse hoc modo argumentationem facere: Quoniam peperit, cum viro concubuit: nam hoc nullius[15] neque approbationis, neque assumtionis, vel ejus approbationis,[16] neque complexionis indigere.[17] Sed nobis ambiguitate nominis videntur errare: nam argumentatio[18] nomine uno res duas significat, ideo, quod et inventum aliquam in rem[19] probabile, aut necessarium, argumentatio vocatur, et ejus inventi artificiosa expolitio. 75. Quando igitur proferent[20] aliquid hujusmodi: Quoniam peperit, cum viro concubuit: inventum proferent, non expolitionem: nos autem de expolitionis partibus loquimur. XLI. Nihil igitur ad hanc rem ratio illa pertinebit:[1] atque hac distinctione, alia[2] quoque, quæ videbuntur[3] officere huic parti-

[g] *Oportet concludere in unum colligendo propositionem et assumtionem, aut ex contrario.*
[h] *Quod concluditur.*
[i] *Adhibere id quod necessario consequitur ex ratiocinatione.*

ris.—9 θ, Leid. 1. a m. sec. Sch. Leid. 3. 4. Voss. 1. 2. et Tur. *feceris compl.* κ *feceris conclusionem,* sed in marg. *complexionem.*—10 W θ et Leid. 2. *aut ex cond.*—11 *In* abest a B M; et *in quibus* ab ω 1. Tum M *conspicuus est.* Porro θ *consec. uti oportet.* In κ deest tota hæc sententia: *Quare in longis arg.... consecutione uti,* sed in marg. scribuntur.—12 θ *Si quis.*—13 Ed. Omnib. caret *quoque.* Pro *putabunt,* θ *putabit.*—14 θ *poterit.*—15 L et Leid. 2. *hoc putabunt nullius:* ω 1. *hoc nullius putabunt.*—16 *Neque assumtionis* non sunt in M W θ; nec *vel ejus approbationis* in θ κ. Omnia verba, *neque assumtionis, vel ejus approbationis* desunt in Tur. et omn. Mss. Oud. cum Victorin. ed. Omnib. ac Schutz. Wetzel. ea uncis includit.—17 W θ *videtur indiget:* κ ψ *indiget videtur.*—18 B et ω 1. *nam et arg.*—19 ω 2. *ad aliquam rem.*—20 ω 1. *Cum igitur prof.* κ *Quo modo prof.* In M *proferunt:* Leid. 3. *proferrent:* ed. Omnib. *perferunt.*

CAP. XLI. 1 κ *pertinet;* et ω 1. *pertinebat.*—2 κ *illa.*—3 Voss. 1. *videban-*

NOTÆ

[8] *Fecit igitur incestum*] Incestus, vel incestum, flagitium est cum consanguinea admissum; dicitur, ut censet Nonius, quasi non castum. Derivant alii a cesto Veneris cingulo, quo amorem in legitimis nuptiis conjugalem putabant conciliari, quasi incestui, qui semper flagitiosus est, cingulum illud justi conjugii signum adhiberi nequeat.

tioni, propulsabimus,[k] si qui[4] aut assumtionem aliquando tolli posse putent, aut propositionem. Quæ si quid habet probabile aut necessarium, quoquo modo commoveat[5] auditorem necesse est. Quod si solum spectaretur,[l6] ac nihil, quo pacto[7] tractaretur id, quod excogitatum esset,[8] referret; nequaquam tantum[9] inter summos oratores[10] et mediocres interesse existimaretur.[m] 76. Variare[t] autem orationem magnopere oportebit: nam omnibus in rebus similitudo est satietatis mater. Id fieri poterit, si non similiter semper ingrediamur in[11] argumentationem. Nam primum omnium generibus ipsis distinguere convenit orationem,[12] hoc est, tum inductione uti, tum ratiocinatione.[13]

Deinde in ipsa argumentatione[14] non semper a propositione incipere, nec semper quinque partibus abuti,[n15] neque eadem ratione partitiones[16] expolire: sed tum ab assumtione[17] incipere licet, tum ab approbatione[18] alterutra, tum utraque,[19] tum hoc, tum illo genere complexionis uti. Id ut perspiciatur, aut scribamus,[20] aut in quolibet exemplo[1]

[k] *Solvemus etiam alia argumenta quæ videbuntur nocere nostræ divisioni.*
[l] *Id quod est probabile aut necessarium.*
[m] *Non tantum discrimen poneretur inter eximios oratores et mediocres.*
[n] *Uti.*

tur.—4 θ κ Voss. 1. Leid. 1. 3. *si quis.* Tum θ, Sch. et Tur. *putet:* Voss. 1. Leid. 1. 3. *putat* vel *putet.*—5 Leid. 2. *moveat.*—6 ω 1. *quod si id solum argumentum spect., ac:* ω 2. et Leid. 2. *quod si solum argumentum spect., ac:* Leid. 1. *quod si solum inventum spect., ac:* ed. Omnib. *quod si solum spect. id quod inv. est, ac.*—7 Ed. Omnib. *hoc pacto.*—8 ψ *cogitatum esset:* Sch. a m. pr. *est excog.*—9 *Tantum* abest ab edd. ante Ald. quod placuit Ernestio.—10 *Oratores* non est in Sch. Voss. 1. 2. Leid. 3. Tur. In B *et mediocres et malos oratores.* Pro *interesse*, Leid. 1. simpliciter *esse.*—11 Deest præpositio in ω 2. et Leid. 3.—12 B *conveniet.* Vox *orationem* deest in B M W, Tur. et omn. Mss. Oud. Eam deleverunt Schutz. et Orell.—13 θ *ratione.*—14 Schutz. e conjectura *ratiocinatione.*—15 Sch. Leid. 3. *neque semper:* Leid. 2. *nec semper convenit quinque part.* In L M ψ, ω 2. Leid. 2. 3. ed. Omnib. *uti.* Abest *abuti* a Voss. 2.—16 Schutz. e conj. dedit *partes.*—17 Præpositio in ω 1. deest.—18 Hic quoque B M, ω 1. 2. Leid. 3. carent præpositione. In Leid. 2. *a probatione:* B M *approbatione*, sed corrig. *a probatione:* κ *a propositione*, sed in marg. *approbatione.*—19 Schutz. e conj. *tum ab utraque.*—20 Sch. *id ut et perficiatur, scribamus*, suprascr. *videamus;* et in marg. *aut inscribamus ipsi, et nos exerceamus, aut si id piget facere.* B M κ, ω 2. Voss. 1. Leid. 3.

NOTÆ

[t] *Variare*] Ut auditorum fastidio occurratur, modo inductio, modo argumentatio alias quinquepertita, alias quadripertita, alias tripertita adhibenda. Deinde non semper a propositione, sed aliquando ab assumtione exordiendum.

de iis, quæ proposita sunt, hoc idem exerceamus, ut quam facile factu sit.[2]

77. Ac de partibus quidem argumentationis satis nobis dictum videtur. Illud autem volumus intelligi, nos probe tenere, aliis quoque rationibus[3] tractari argumentationes in philosophia[u] multis et obscuris, de quibus certum est artificium constitutum. Verum illa nobis abhorrere ab usu oratorio [*p.* 57.] videntur.[4] Quæ pertinere autem[5] ad dicendum putamus, ea nos commodius, quam ceteros, attendisse, non affirmamus; perquisitius[6] et diligentius conscripsisse pollicemur. Nunc, ut instituimus proficisci, ordine[7] ad reliqua pergemus.

XLII. 78. Reprehensio[o] est, per quam argumentando adversariorum confirmatio diluitur, aut infirmatur [aut allevatur].[p][8] Hæc fonte inventionis eodem utetur, quo utitur confirmatio, propterea quod, quibus ex locis aliqua res confirmari potest, iisdem potest ex locis[9] infirmari: nihil enim considerandum est in his omnibus inventionibus,[10] nisi id quod personis aut negotiis attributum est. Quare

[o] *Refutatio.*
[p] *Dissolvitur vel debilitatur vel minuitur.*

ed. Omnib. *perspiciamus.*—1 Sch. caret *aut*, et Leid. 2. *exemplo.*—2 Pro *hoc idem exerc.*, *ut quam facile factu sit;* Sch. habet *quam id facile factu sit*, *periclitari:* sed vulgatum in marg. Leid. 1. *facturus sit.* Leid. 2. *factum sit:* Voss. 1. *ut quam facile factu sit, experiamur.* Contra ed. Omnib. caret *τῷ ut.* In M *factu*, sed 'vel *factum*' supra lin. Lamb. delevit verba *ut quam fac. factu sit;* quæ Schutz. et Wetzel. uncis includunt.—3 ψ *probationibus.*—4 Sch. *oratoris*, non improb. Oud. In B L M W θ, ω 1. 2. Grev. Pall. et omn. Mss. Oud. cum Schutz. et Orell. *visa sunt:* ed. Omnib. *visa sunt aliena.*—5 ω 1. non agnoscit *autem.*—6 Sch. a m. sec. Voss. 1. 2. Leid. 1. 3. et octo Oxonn. Mss. cum Junt. Grut. Oliv. Græv.-Burm. et Lall. *sed perg.*—7 Sch. *ut statuimus prof.*, *ord.* In tribus aliis *instituimus proficisci* junguntur. Vulg. *inst.*, *prof. ord.*

Cap. XLII. 8 B L M W θ κ, ω 1. 2. Pall. et quidam Oud. Mss. ac tres Mss. ap. Lamb. cum Junt. et ed. Omnib. *aut alleviatur:* Victorin. Crat. Victor. Lamb. Oliv. et Lall. *aut levatur:* Leid. 1. Voss. 2. *et allevatur:* Tur. Schutz. et Orell. *aut elevatur;* sed Schutz. delevit *aut infirmatur.*—9 Tur. *iisdem ex locis potest;* quas voces ω 1. non agnoscit.—10 Schutz. delevit *inventionibus.*

NOTÆ

[u] *In philosophia*] De syllogismi, quæ perfecta est argumentatio, figuris, modisque singularum figurarum, multa disputant logici, quæ, si cum his præceptionibus comparentur, videri possint obscura.

inventionem, et argumentationum expolitionem,[11] ex illis, quæ ante præcepta sunt, hanc quoque in partem orationis transferri oportebit. Verumtamen, ut quædam præceptio[12] detur hujus quoque partis, exponemus modos[13] reprehensionis; quos qui observabunt,[14] facilius ea, quæ contra dicentur, diluere aut infirmare poterunt.[15]

79. Omnis argumentatio reprehenditur,[x] si aut ex iis, quæ sumta sunt, non conceditur aliquod[16] unum plurave; aut, his concessis,[17] complexio confici ex his negatur; aut si genus ipsum argumentationis vitiosum ostenditur;[18] aut si contra[19] firmam argumentationem, alia æque firma,[20] aut firmior ponitur. Ex iis quæ sumuntur, aliquid non conceditur, cum aut id, quod credibile dicunt,[1] negatur esse ejusmodi;[2] aut quod comparabile putant,[3] dissimile ostenditur; aut judicatum aliam in partem traducitur, aut omnino judicium improbatur; aut, quod signum esse adversarii dixerunt, id ejusmodi negatur esse,[4] aut si complexio,[5] aut ex una, aut ex utraque parte reprehenditur, aut si enumeratio falsa ostenditur,[6] aut si simplex[7] conclusio falsi aliquid continere demonstratur. Nam omne quod sumitur ad argumentandum,[8] sive pro probabili, sive pro[9] necessario, necesse est sumatur ex his locis, ut ante ostendimus.

—11 Unus Ms. ap. Lamb. *et argumentationem et expolitionem.* Tum M *ex aliis.*—12 θ non habet *præceptio.*—13 M *numeros.*—14 θ *conservabunt:* ψ *observabit.*—15 ψ *poterit.*—16 ω 2. et quatuor Mss. Oud. *aliquid.* In θ deest. —17 ω 1. *aut conc.* Leid. 1. *aut ex his conc.* Mox *ex his* absunt a Voss. 2. et Sch. a m. pr.—18 In ed. Græv.-Burm. omittuntur voces *aut si genus ... ostenditur.* Nescimus, an errore typogr.—19 M *aut contra*, omisso *si.*—20 κ *alia quæ æque firma est.*—1 M *aut quod:* θ *aut id quod signum esse adversarii dixerunt, cred. dicunt:* Schutz. e suspic. *aut id quod credibile, aut quod signum esse adversarii dixerunt.*—2 Leid. 1. 2. *hujusmodi.*—3 Leid. 3. *comp. dicunt.*—4 Schutz. omittit *aut quod signum ... negatur esse.*—5 B, Sch. Voss. 2. Leid. 1. 3. *aut si comprehensio.* Tum θ *aut una ex utraque parte:* octo Oxonn. Mss. cum Tur. Oliv. Lall. Schutz. Wetzel. et Orell. *aut una, aut utraque ex parte:* plures Mss. Oud. cum Junt. et Græv.-Burm. *aut una, aut ex utraque parte:* Leid. 2. *aut una, aut utraque parte*, prob. Oud. Leid. 1. Voss. 2. cum Grut. *aut ex una aut ex utraque parte.*—6 Leid. 3. *falsa esse ost.*—7 ω 1. *aut simplex.* Mox Sch. Voss. 1. *cont. monstratur.*—8 ψ et Lamb. ed. *argumentationem.*—9 M θ omittunt *pro.*

NOTÆ

[x] *Omnis argumentatio reprehenditur*] Consule notas in lib. II. ad Herenn. § 31. et seqq.

XLIII. 80. Quod pro credibili[10] sumtum erit; id infirmabitur, si aut[11] perspicue falsum erit, hoc modo: Nemo est qui non pecuniam,[12] quam sapientiam malit. Aut ex contrario[y] quoque[13] credibile aliquid habebit, hoc modo: Quis est, qui non officii cupidior sit, quam pecuniæ?[14] aut erit omnino[15] incredibile, ut si quis, quem[16] constet esse avarum, dicat,[17] alicujus mediocris officii causa, se maximam pecuniam neglexisse. Aut si, quod in quibusdam rebus aut hominibus accidit, id omnibus dicatur[18] usu evenire, hoc pacto: Qui pauperes sunt, iis antiquior officio pecunia est. Qui locus desertus est, in eo cædem factam esse oportet. In loco celebri homo occidi qui potuit? Aut si id, quod raro fit, fieri omnino negetur:[19] ut Curio[20] pro Fulvio:[z] Nemo potest uno aspectu,[a] neque præteriens, in amorem incidere. 81. Quod autem pro signo sumetur, id ex iisdem locis, quibus confirmatur, infirmabitur.[1] Nam in signo, primum verum esse ostendi oportet:[2] deinde ejus esse rei signum proprium, qua de re agitur, ut cruorem cædis:[3] deinde factum esse, quod non oportuerit; aut non factum, quod oportuerit:[4] postremo scisse eum, de qua[5]

Cap. XLIII. 10 W θ *incredibili.*—11 ω 1. *infirmatur:* et B *si quod aut.*—12 Sch. *quin pec.*—13 Sch. *ex contr. quod.*—14 ω 2. *off. cup., quam pec.* Tur. et omnes Mss. Oud. præter Sch. *off. quam pec. cup. sit.*—15 Sch. a m. pr. *erit hoc omnino*, omisso *aut.*—16 B M κ, ω 2. Sch. Voss. 2. Leid. 1. 2. 3. Tur. et ed. Omnib. *si aliquem:* L W θ, Voss. 1. et Schutz. *si aliquis quem.* Tum Sch. Leid. 2. et Schutz. *constat.*—17 κ *ut dicat:* ed. Omnib. *et dicat.*—18 Quatuor Mss. Oud. *dicitur.* Dein B L M W, Sch. Leid. 1. 3. Voss. 2. Tur. Schutz. Wetzel. et Orell. *venire.* Porro Leid. 3. *hoc modo.*—19 Quinque Mss. Oud. et omn. Oxonn. Mss. cum Tur. Junt. Grut. Oliv. Græv.-Burm. et Lall. *negatur.*—20 B L M W θ, ω 2. Voss. 2. Leid. 1. a m. pr. Leid. 2. cum Junt. Grut. Oliv. et Græv.-Burm. *Curius.* In ω 1. *Curio pro fluvio.* Vid. Clav. in *Fulvius.*—1 Voss. 1. *infirmatur.*—2 Leid. 3. *ostendere op.* Tum κ *deinde ejusdem esse rei.*—3 Voss. 1. *ut cruor est cædis.*—4 M *et factum non esse, quod oportuerat.*—5 θ κ, ω 1. 2. Tur. et omnes Mss. Oud. cum ed. Omnib. et Lamb. *de quo.*

NOTÆ

[y] *Aut ex contrario*] Perinde enim propositio contraria fidem obtinebit. Quis est qui non pecuniæ cupidior sit quam officii?

[z] *Curio* [*Curius*] *pro Fulvio*] Inficetus quispiam orator, quantum ex hac unica ipsius propositione colligere licet; hunc certe inter claros oratores Tullius non annumeravit.

[a] *Nemo potest uno aspectu*] Quod statim hoc dicto Damonis Ecl. VIII. Virgil. refellitur: 'Ut vidi, ut perii! ut me malus abstulit error!'

quæritur, ejus rei legem et consuetudinem: nam eæ[6] res sunt signo attributæ: quas diligentius aperiemus, cum separatim de ipsa[7] conjecturali constitutione dicemus. Ergo horum unumquodque in reprehensione, aut non esse signo, aut parum magno[8] esse, aut a se potius, quam ab adversariis stare, aut omnino falso[9] dici, aut in aliam quoque suspicionem duci posse, demonstrabitur. XLIV. 82. Cum autem pro comparabili aliquid inducetur,[10] quoniam id per similitudinem maxime[11] tractatur, in reprehendendo conveniet, simile id negare esse, quod conferetur[12] ei quicum conferetur: id fieri poterit, si demonstrabitur diversum esse genere, natura, vi, magnitudine, tempore, loco, persona, opinione: ac si,[13] quo in numero illud, quod per similitudinem afferetur,[14] et quo in loco hoc genus,[15] cujus causa afferetur, haberi conveniat, ostendetur. Deinde, quid[16] res cum re differat,[b] demonstrabitur: ex quo docebimus, aliud de eo quod comparabitur, et de eo quicum[17] comparabitur, existimari oportere. Hujus facultatis maxime indigemus,[18] cum ea ipsa argumentatio, quæ

Dein *ejus rei, qua de re agitur, leg. et cons.*—6 Deest *eæ* in Leid. 1.—7 *Ipsa* non est in L.—8 ω 1. *magnum.*—9 Sch. a m. pr. cum ed. Omnib. *falsum:* Sch. a m. sec. *falsa.*

Cap. xliv. 10 θ *inducitur.*—11 θ omittit *maxime.*—12 L M κ, ω 1. 2. omnes Mss. Oud. et ed. Omnib. *confertur.* Tum ω 2. Sch. a m. pr. Leid. 2. 3. Grev. et ed. Omnib. *confertur:* 'bene,' ait Oud. 'si primo loco legamus *conferatur.*'—13 Voss. 1. *aut si.*—14 L M *affertur.*—15 *Genus* abest a B L, ω 1. 2. Leid. 2. 3. Dein Sch. et ed. Omnib. *cujus causa affertur.*—16 In M *quid,* sed *qualis* supra lineam. Tum ω 1. *res diff. cum re demonstrabimus. Demonstrabimus* quoque B L M W θ κ ψ, ω 2. Tur. Sch. Leid. 2. 3. ed. Omnib. et Lamb.—17 Voss. 1. *cum quo.*—18 Schutz. e conj. Lamb. ac Wetzel. *indigebi-*

NOTÆ

[b] *Quid res cum re differat*] Id videre licet sub init. lib. iv. ad Herenn. Qui in illustrandis rhetorices figuris vetera novis exemplis præferrent, hac inter alias ratione utebantur, quod, ut testimonium, sic exemplum rei confirmandæ causa sumitur, ideoque a probatissimis depromi possit. Eorum opinionem utriusque rei dissimilitudine proposita sic refutat Cornificius: 'Primum omnium exempla ponuntur hic non confirmandi, neque testificandi causa, sed demonstrandi. ... Hoc igitur interest inter exemplum et testimonium: exemplo demonstratur id quod dicimus, cujusmodi sit; testimonio esse illud ita ut dicimus, confirmatur. Præterea oportet testimonium cum re convenire: aliter enim rem non potest confirmare: at id, quod illi faciunt, cum re non convenit.'

per inductionem tractatur,[19] erit reprehendenda. Sin judicatum [20] [c] aliquod inferetur, quoniam id ex his [1] locis maxime firmatur: laude eorum, qui judicarunt;[2] similitudine ejus rei, qua de [3] agitur, ad eam rem qua de [4] judicatum est, et [5] commemorando, non modo non esse reprehensum judicium, sed ab omnibus [6] approbatum; et demonstrando, difficilius et majus fuisse id judicatum quod afferatur,[7] quam id quod instet: ex contrariis [8] locis,[d] si [9] res aut vera aut verisimilis permittat,[10] infirmari oportebit. Atque erit observandum diligenter, ne nihil [11] ad id quo de agatur, pertineat id quod judicatum sit:[12] et videndum,[13] ne ea res proferatur, in qua sit offensum, ut de ipso, qui judicarit,[14] judicium fieri videatur. 83. Oportet autem animadvertere, ne, cum aliter multa [15] sint judicata, solitarium aliquod, aut rarum judicatum afferatur:[16] nam his rebus [17] auctoritas judicati maxime potest infirmari. Atque

mus, prob. Ern.—19 Lamb. *tractabitur.*—20 κ ψ, ω 2. Junt. Grut. Oliv. Græv.-Burm. et Lall. *Si jud.* In Leid. 3. *aliquid*, et Voss. 1. *afferetur.*—1 Quædam edd. ante Grut. non habent *his.*—2 Sch. *judicaverunt:* ed. Omnib. *judicare.*—3 Sch. Leid. 1. *de qua:* al. *qua de re.*—4 Sch. Voss. 1. Leid. 1. hic quoque habent *de qua:* al. *qua de re.*—5 B L M W ψ, ω 2. Junt. Grut. Oliv. Græv.-Burm. et Lall. omittunt copulam.—6 ψ *ab hominibus.*—7 B L M W θ, ω 2. Tur. Sch. Leid. 1. 3. *quod ad judicandum afferatur;* et sic κ in marg. ω 1. *quod adjutandum aff.* Leid. 2. *quod ad judicandum inferatur.*—8 B M, Voss. 2. Leid. 1. 2. 3. *contrariis* sine præpositione. Ed. Omnib. *inest contrariis.*—9 Pro *si*, in M *cum* legitur.—10 Voss. 1. *permittit:* octo Oxonn. Mss. et vulg. *permittet:* ω 2. Tur. Sch. a m. sec. Voss. 2. Leid. 1. 2. 3. et Mss. ap. Ern. ac edd. pr. ante Ald. cum Orell. *permittat*, prob. Oud.—11 L *num nihil:* M *an nihil.* Tum Oxonn. Mss. ac Oud. Mss. cum Junt. Omnib. Lamb. et Oliv. *quod agatur.*—12 Ed. Omnib. *jud. est.*—13 Vulg. *videndum est.* Ern. delevit *est*, quod omittunt Leid. 1. Schutz. Wetzel. et Orell. Dein B L *num ea res:* Leid. 2. *an ea res:* ed. Omnib. *non ea res.*—14 M *qui jud.* sed 'vel *quod*' supra lin. In Leid. 2. et ed. Omnib. *judicaverit.*—15 *Multa* in ω 1. deest.—16 Voss. 1. 2. Leid. 1. et Sch. a m. sec. *sol. aliquid.* In ω 2. *jud., aut rarum.* Abest *judicatum* a Leid. 1. et pro eo in Sch. suprascr. *aliquid.*—17 Sch. *Nam sic his*

NOTÆ

[c] *Sin judicatum*] De confirmatione loci a præjudiciis modo dictum § 48.

[d] *Ex contrariis locis*] Tullius pro Cluent. § 97. sic elevat præjudicia: 'At etiam Bulbus est condemnatus. Adde, majestatis: ut intelligas hoc judicium cum illo non esse conjunctum. At est hoc illi crimen objectum. Fateor: sed etiam legionem esse ab eo solicitatam in Illyrico, C. Cosconii literis et multorum testimoniis planum factum est: quod crimen erat proprium illius quæstionis, et quæ res lege majestatis tenebatur. At hoc obfuit ei maxime. Jam ista divinatio est.'

ea quidem,[18] quæ quasi probabilia sumentur,[19] ad hunc modum tentari oportebit. XLV. Quæ vero sicuti necessaria inducentur,[20] ea si forte imitabuntur modo[1] necessariam argumentationem, neque erunt ejusmodi, sic reprehendentur. Primum complexio,[2] quæ, utrum concesseris, debet tollere, si vera est, nunquam reprehendetur; sin falsa, duobus modis, aut conversione, aut alterius partis infirmatione.[3] Conversione, hoc modo:

Nam si veretur, quid eum accuses,[4] qui est probus?
Sin inverecundum[5] animi ingenium possidet,
Quid eum accuses, qui id parvi auditu existimet?[6]

[*p.* 58.] Hic, sive[7] vereri dixeris, sive non vereri, concedendum[8] hoc putat, ut neget[9] esse accusandum. Quod conversione[10] sic reprehendetur: Immo vero accusandus est. Nam si veretur, accuses:[11] non enim parvi auditu æstimabit.[12] Sin inverecundum[13] animi ingenium possidet, tamen[14] accuses: non enim probus est. 84. Alterius autem partis infirmatione, hoc modo reprehendetur:[15] Verum si

---

rebus. Tum *judicati* non est in M, Voss. 1. Leid. 3. ed. Omnib.—18 Vulg. *ea quidem argumenta.* L non habet *quidem.* Ern. delevit vocem *argumenta;* quæ non legitur in B L M θ, Sch. Leid. 2. 3. Voss. 1. 2. Tur. Cass. et quam Schutz. Wetzel. et Orell. omittunt. Tum *quæ* abest a Leid. 3.—19 Vulg. *sumuntur.* W θ, Sch. Leid. 3. Tur. ed. Omnib. Schutz. Wetzel. et Orell. *sumentur.*

CAP. XLV. 20 B L W θ κ *dicentur:* Leid. 1. Voss. 2. *dicuntur:* M. *ducentur;* et sic suprascr. in Sch. In Leid. 2. 3. Voss. 1. *dicentur.*—1 ω 1. omittit *modo.* —2 B L ψ, Sch. Leid. 1. Voss. 1. a m. pr. *comprehensio.* Dein B L M et quatuor Mss. Oud. *utrum concesserit:* W θ *utrumque concesserit.*—3 θ *aut conversione utriusque partis, aut alterius partis inf.* Pro *alterius,* M habet *alicujus,* sed *alterius* supra lin.—4 ψ *qui eum acc.* Schutz. cum Orell. ex Rhet. ad Herenn. II. 26. dedit *quid eum accusem,* et hic, et paulo infra.—5 B L M W θ κ, ω 1. et omnes Mss. Oud. ac ed. Omnib. *Si inv.* Voss. 1. *Si vero inv.* Leid. 3. *Nam si inv.* Tum voces *animi ingenium* in κ desunt; sed in marg. scribuntur. —6 Sch. a m. pr. et Tur. *auditum:* et ω 2. ac Junt. *existimat.* Vulg. *æstimet.* W θ κ, Voss. 1. Leid. 2. et ed. Omnib. cum Schutz. Wetzel. et Orell. *existimet.*—7 ω 1. *Hoc sive.* B L M, ω 2. et omnes Mss. Oud. cum Lamb. Grut. et Oliv. *Hic si.* Vid. Nott. Varr. Tum in θ *sive non dixeris.*—8 Vulg. *concludendum.* B L M W θ κ ψ, ω 2. Tur. Pall. Cass. Guelf. 1. 2. omnes Mss. Oud. ac ed. Omnib. Schutz. Wetzel. et Orell. *concedendum.* Dein Pal. 2. *hic putat:* ω 2. *hoc esse putat.*—9 Vulg. *neges.* Ern. e Cass. Guelf. 1. a m. pr. et Leid. 3. dedit *neget;* et sic Schutz. Wetzel. et Orell. Pro *esse,* Voss. 1. Leid. 1. habent *eum.*—10 B, ω 2. Sch. Voss. 2. Leid. 1. 2. 3. *Quod cum convers.* Tum θ, ω 1. et Leid. 2. *reprehenditur.*—11 Voss. 2. *accusandus est.*—12 κ, Leid. 2. et ed. Omnib. Junt. ac Orell. *aud. existimabit:* Voss. 2. *aud. existimat:* Tur. et Schutz. *auditum æstimabit.*—13 B L M W θ κ, ω 1. 2. *Si inv.* Deest *ingenium* in Leid. 3.—14 In κ non legitur *tamen,* pro quo ω 2. habet

veretur, accusatione tua correctus,[16] ab errato recedet. Enumeratio vitiosa intelligitur, si aut præteritum quiddam dicemus, quod velimus concedere, aut infirmum aliquid annumeratum, quod aut contra[17] dici possit, aut causa non sit, quare non honeste possimus concedere. Præteritur quiddam in ejusmodi enumerationibus:[18] Quoniam habes istum equum, aut emeris oportet, aut hæreditate possideas, aut munere acceperis, aut domi tibi natus sit;[19] aut, si horum nihil est, surripueris necesse est: sed neque emisti, neque hæreditate venit,[20] neque domi natus est, neque donatus est: necesse est ergo surripueris.[1] 85. Hoc commode reprehendetur,[2] si dici possit ex hostibus equus esse captus, cujus prædæ sectio[e] non venierit:[3] quo illato, infirmatur[4] enumeratio; quoniam id sit inductum,[5] quod præteritum sit in enumeratione. XLVI. Altero autem[6] modo reprehendetur, si aut contra aliquid dicetur: hoc est, si,[7] exempli causa, ut in eodem versemur, poterit ostendi hæreditate venisse: aut si extremum illud[8] non erit turpe concedere; ut si quis,[9] cum dixerint adversarii, aut insidias facere voluisti, aut amico morem gessisti, aut cupiditate

---

tum.—15 θ *reprehenditur.*—16 ω 1. et edd. ante Ald. *correptus*, non improb. Ern. Tum ω 1. *recedit.*—17 κ *enumeratum;* et M *quod contra.* Verba *aut infirmum . . . possimus concedere* L omittit.—18 Leid. 3. *in hujusmodi enum.* θ *in ejusm. annumerationibus.*—19 κ *domi natus sit:* Sch. *domi tibi nutritus sit.*—20 B *si neque emisti, neque ex hereditate venit.* Tum Tur. et omnes Mss. Oud. ac Orell. *neque don. est, neque domi natus est.*—1 Voss. 2. *ergo ut tu surr.*—2 ω 1. 2. Guelf. 1. Voss. 1. 2. 3. Sch. a m. sec. Tur. a m. sec. cum Lall. Schutz. Wetzel. et Orell. *reprehendetur:* Leid. 3. *reprehendatur.* Al. Mss. et edd. *reprehenditur.*—3 Pal. 1. *qui prædæ sectione venerit. Sectione venerit* quoque in B L M W θ κ, ω 1. Leid. 1. 2. 3. Tur. et ed. Junt. sed in marg. κ *venerit, utqui sectione venerit:* ω 2. Pal. 2. 3. Grev. Voss. 1. *sectione evenierit:* quædam edd. vett. *sectione venierit:* ψ *sectio non venierit.*—4 Orell. e Tur. *infirmetur.*—5 θ et Schutz. *est ind.* Dein ed. Omnib. *quod præt. est.*

Cap. XLVI. 6 Tur. a m. pr. omittit *autem.* Tum Sch. a m. pr. Leid. 3. et ed. Omnib. *reprehenditur.*—7 Deest *si* in ed. Omnib.—8 Tur. Lamb. et Orell. *illud extremum.*—9 B L M, Sch. Leid. 1. Voss. 2. ed. Omnib. *ut si qui.*—

NOTÆ

[e] *Sectio*] Sumitur pro bonis damnatorum et præda hostium quæ sub hasta venditur, prædam enim milites captam inter se secabant ac dividebant. 'Sectores,' inquit Asconius, 'sunt dicti qui spem lucri sui secuti, bona condemnatorum simul auctionabantur, proque his pecunias pensitabant singulis, ac in posterum pro compendio' sive utilitate sua 'singula quæque pecunia vendituri.'

elatus es; amico se morem gessisse[10] fateatur. 86. Simplex autem conclusio reprehendetur, si id, quod[11] sequitur, non videatur[12] necessario cum eo, quod antecessit, cohærere. Nam hoc quidem, Si spiritum ducit, vivit; Si dies est, lucet; ejusmodi est, ut cum priore necessario posterius cohærere videatur. Hoc autem, Si mater est, diligit;[13] Si aliquando peccavit, nunquam corrigetur; sic conveniet reprehendi, ut demonstretur non necessario cum priore posterius cohærere. Hoc genus, et cetera necessaria, et omnino[14] omnis argumentatio, et ejus reprehensio[15] majorem quandam vim continet,[16] et latius patet, quam hic exponitur: sed ejus[17] artificii cognitio hujusmodi est, ut non ad hujus artis[18] partem aliquam adjungi possit, sed ipsa separatim longi temporis, et magnæ atque arduæ cogitationis[19] indigeat: quare illa nobis alio tempore atque ad aliud institutum, si facultas erit, explicabuntur.[20] Nunc his præceptionibus rhetorum ad usum oratorium contentos nos esse oportebit.[1] Cum igitur ex iis, quæ sumuntur,[2] aliquid non conceditur,[3] sic infirmabitur. XLVII. 87. Cum autem, his concessis, complexio ex his non conficitur,[q][4] hæc erunt consideranda: num aliud conficiatur, aliud[5] dicatur, hoc modo: Si, cum aliquis dicat se profectum esse ad exercitum, contraque eum[6] quis velit hac argumentatione uti:[7] Si venisses ad exercitum, a tribunis militaribus visus esses; non es autem ab his visus;

[q] *Conclusio non recte infertur.*



10 Pronomen *se* abest ab ed. Omnib. In Voss. 1. *gerere.*—11 M et Sch. *si hoc quod : θ si hic quod.*—12 θ *videtur.* Mox Sch. Leid. 2. 3. ed. Omnib. *quod antesit ;* sed suprascr. in Sch. *cesserit.*—13 Tur. ed. Omnib. et Lamb. *dil. filium.*—14 M caret *omnino.*—15 Leid. 3. *et omnis repr.*—16 Duo Mss. ap. Lamb. *obtinet,* et mox Leid. 2. *exponatur.*—17 θ non habet *ejus.* Tum ω 1. Tur. et omnes Mss. Oud. ac Orell. *cogn. ejusmodi.*—18 ω 1. *partis.*—19 Oxonn. Mss. ac Mss. ap. Oud. *cognitionis ;* et sic vulg. Grev. Grut. Græv.-Burm. Lall. Schutz. Wetzel. et Orell. *cogitationis.*—20 L *explicabitur.*—1 Leid. 3. *cont. non esse oportet.*—2 Sch. Leid. 3. *sumentur.*—3 Pro *conceditur,* ψ habet *sicut diximus ;* et L *ceditur*—(sic).

CAP. XLVII. 4 θ, ω 2. Voss. 1. Leid. 3. Tur. *conficietur :* ω 1. Voss. 2. *conficiatur.*—5 Voss. 1. *ac aliud.*—6 Leid. 1. 3. Voss. 2. Tur. Omnib. Schutz. Wetzel. et Orell. *contra eum.* Dein ω 1. *qui velit.*—7 Tur. et Lamb. *uti arg.*

non es igitur profectus ad exercitum.[f] Hic cum concesseris propositionem et assumtionem, complexio est infirmanda. Aliud enim, quam cogebatur,[8] illatum est. 88. Ac nunc[9] quidem, quo facilius res cognosceretur,[10] perspicuo et grandi vitio præditum[11] posuimus exemplum: sed sæpe obscurius positum vitium pro vero probatur, cum aut parum memineris quid concesseris,[12] aut ambiguum aliquid pro certo concesseris. Ambiguum si concesseris ex ea parte, quam ipse[13] intellexeris, eam partem si adversarius ad aliam partem[14] per complexionem velit accommodare; demonstrare oportebit, non ex eo quod ipse concesseris, sed ex eo quod ille[15] sumserit, confici complexionem, ad hunc modum:[16] Si pecuniæ indigetis, pecuniam non habetis: si pecuniam[17] non habetis, pauperes estis: indigetis autem pecuniæ;[18] mercaturæ enim, nisi ita[19] esset, operam non daretis: pauperes igitur estis. Hoc sic reprehenditur: Cum dicebas, si indigetis pecuniæ, pecuniam non habetis; hoc intelligebam, si propter inopiam in egestate estis, pe-

Mox iidem *non igitur es ad ex. prof.*—8 Ed. Omnib. *quam colligitur*, improb. Oud.—9 Leid. 1. 2. 3. Grut. et Græv.-Burm. *At nunc.*—10 ω 1. *cognoscentur.* —11 Leid. 1. et Var. Lect. Sch. *prædictum*, 'ex vulgari librariorum more *c* ante *t* inserentium,' ait Oud. Mox, Schutz. e suspic. delevit *positum*: Wetzel. uncis includit.—12 Vulg. *quod conc.* Ern. e Voss. 1. 2. Leid. 1. 3. rescripsit *quid*; et eum sequuntur Schutz. Wetzel. et Orell. Vulg. quoque *ambiguum aliquod*; pro quo Ern. e Sch. Voss. 2. Leid. 1. 3. et Cass. dedit *aliquid*; quod etiam Tur. Schutz. Wetzel. et Orell. habent.—13 Deest *ipse* Voss. 1. Tum B, Leid. 3. *et eam partem.* In B *si* omittitur.—14 B L M W ψ, ω 2. et Oliv. non habent *partem.*—15 κ *ipse.*—16 B *hoc modo*, sed 'vel *ad hunc modum*' supra lin. Tum θ κ *Et si*; et Tur. *indig. pec.*—17 Leid. 2. ed. Omnib. *et si pec.*—18 L M W κ, Sch. Leid. 2. ed. Omnib. *pecunia.*—19 Sch. Leid. 2. 3. *ni ita.*

NOTÆ

[f] *Non es igitur profectus ad exercitum*] Concludi debuit; igitur ad exercitum non venisti. Aliud est ad exercitum proficisci, sive itineri se committere ad exercitum; aliud est venire, sive pedem inferre in ipsa castra: vitiosissima igitur conclusio, qua colligitur id quod nullatenus positum fuit sive in propositione sive in assumtione. Nota est hæc logicorum regula: nihil debet esse in consequente, quod non fuerit in antecedente. Idcirco enim termini, ut ipsi aiunt, conjunguntur in conclusione, quia conjuncti sunt in antecedente cum medio termino; si ergo non fuerit aliquis cum medio conjunctus, in conclusione non conjungetur: qui autem non fuerit in antecedente, certe non conjungetur cum medio, qui in solo antecedente locum habet.

cuniam non habetis; et idcirco concedebam: cum autem hoc sumebas,[20] indigetis autem pecuniæ; illud accipiebam, vultis autem pecuniæ plus[1] habere. Ex quibus concessionibus non conficitur hoc;[2] pauperes igitur estis: conficeretur autem, si tibi primo[3] quoque hoc concessissem, qui pecuniam majorem vellet[4] habere, eum pecuniam non habere. XLVIII. 89. Sæpe autem oblitum putant, quid concesseris, et idcirco id quod non conficitur, quasi conficiatur, in conclusione infertur,[5] hoc modo: Si ad illum hæreditas veniebat, verisimile est, ab illo esse[6] necatum. Deinde[r] hoc approbant plurimis verbis:[7] post assumunt, Ad illum autem hæreditas veniebat. Deinde infertur, Ille igitur occidit. Id ex iis, quæ sumserant, non conficitur.[8] [g] Quare observare diligenter oportet, et quid sumatur,[9] et quid ex his conficiatur.

Ipsum autem genus argumentationis, vitiosum[10] his de causis ostendetur, si aut in ipso vitium erit,[11] aut si non ad id, quod instituitur,[12] accommodabitur. Atque in ipso vitium erit, si omnino totum[13] falsum erit, si commune, si vulgare, si leve, si remotum, si mala definitio,[14] si controversum, si perspicuum, si non concessum, si turpe, si offen-

[r] *Ut propositio prima excidat e memoria.*

Mox Orell. e Tur. edidit *reprehendetur.*—20 ω 1. *assumebas.*—1 ω 2. *pecuniam plus:* Leid. 3. *plus pecuniam.*—2 In κ *hoc* deest.—3 L et Leid. 2. *si ego primo.* Dein θ caret *hoc.*—4 θ *velit.*

Cap. XLVIII. 5 Sch. *in conclusionem;* et M W κ ψ *inferunt.*—6 Septem Oxonn. Mss. et omnes Mss. Oud. cum Victorin. omittunt *esse.* In Tur. *esse ab illo nec.* Ed. Omnib. *ab illo hæreditate esse nec.*—7 ω 1. *approbatur;* et B κ *pluribus verbis.* In M W desunt verba *Deinde hoc appr. . . . hæreditas veniebat.*—8 B L, Tur. Schutz. Wetzel. et Orell. *Id quod ex iis;* et sic legend. Oud. conjecerat: M W θ, ω 1. 2. omnes Mss. Oud. cum ed. Omnib. et Junt. *Idque ex iis* vel *his.* Vulg. *Id ex iis.* Pro *quæ sumserant,* in M W *quod sumpsi* legitur. Dein M *non efficitur.*—9 Leid. 2. *Quare et obs. dil. oportebit:* Sch. quoque *oportebit.* Tum L, Leid. 1. *et quid assumatur:* ψ *et quid assumant:* ω 1. *et quod sumatur, et quod.*—10 Sch. *vit. esse.*—11 Sch. *si aut ipsum viciosum erit:* et ω 2. Voss. Sch. a m. pr. ac Tur. et Lamb. *aut non,* omisso *si.* —12 Leid. 3. et Victorin. *instituit:* ω 1. *constituitur.*—13 Sch. omittit *totum,* 'male,' ait Oud.—14 B, ω 2. Pal. 2. 3. Sch. Voss. 1. 2. Leid. 1. 3. *si mala*

NOTÆ

[g] *Id ex iis, quæ sumserant, non conficitur*] Recta conclusio hæc esse debuit; verisimile est igitur illum occidisse.

sum, si contrarium, si inconstans, si adversum.[15] 90. Falsum est, in quo perspicue [16] mendacium est, hoc modo: Non potest esse sapiens, qui pecuniam negligit. Socrates autem pecuniam negligebat: non igitur sapiens erat. [*p.* 59.] Commune est, quod nihilo magis ab adversariis, quam a nobis facit,[17] hoc modo: Idcirco, judices, quia veram causam habebam, brevi [18] peroravi. Vulgare est, quod in aliam quoque rem [19] non probabilem, si nunc concessum sit,[20] transferri possit, hoc modo:[1] Si veram causam non haberet, vobis se, judices,[2] non commisisset. Leve est, quod aut post tempus dicitur, hoc modo: Si in mentem venisset, non commisisset: aut si [3] perspicue rem turpem levi tegere vult defensione, hoc modo:

Cum te expetebant [4] [h] omnes, florentissimo
Regno reliqui: nunc desertum ab omnibus,
Summo periclo,[5] sola ut restituam, paro.

XLIX. 91. Remotum est,[6] quod ultra quam satis est,[s] petitur,[7] hoc modo: Quodsi non P. Scipio [i] Corneliam filiam [8] Ti. Graccho collocasset,[t] atque [9] ex ea duos Gracchos pro-

[s] *Longius quam necesse sit.* [t] *Dedisset uxorem.*

definitione: Suffridi Mss. *si male definitum;* quam lectionem veram esse censet Gruterus.—15 Sch. a m. pr. *si adversarium.*—16 Voss. 2. *id quod perspicuum:* Leid. 2. a m. pr. *in quo perspicuum.*—17 Voss. 1. *faciat.*—18 Lamb. *breviter.*—19 Sch. *ad aliam quamque rem.* Verba *non probabilem* non sunt in Leid. 3.—20 B L M W κ, Sch. Voss. 1. 2. Leid. 1. 3. et ed. Omnib. *si non conc. sit.*—1 Ed. Omnib. *ut hoc modo:* ω 1. et Leid. 3. *ut hoc,* omisso *modo.*—2 ω 2. *o judices.*—3 Tur. et Oxonn. Mss. ac Mss. Oud. item quædam edd. vett. cum Oliv. Græv.-Burm. et Lall. non habent *si;* quod Grut. addidit e Ms. Grev.—4 L *Cum te vel exp.* ω 1. et ed. Omnib. *Cum te expectabant.* Tum κ et ω 1. *in flor.* Voss. 2. Leid. 3. *in flor. regno:* Leid. 1. *flor. regno solus.* M *in regno;* et θ *reliquit.*—5 ω 2 Sch. Leid. 1. *Summo cum periculo:* ed. Omnib. etiam *periculo.* Dein abest *sola* a Leid. 1. 2. In Sch. Voss. 1. 2. Leid. 3. et ed. Omnib. *solus.* Horum versuum varias lectiones videas quoque in lib. II. ad Herenn. c. 25.

CAP. XLIX. 6 Leid. 1. 3. carent *est:* Leid. 1. quoque non habet post *satis.* —7 Tur. Lamb. et Orell. *repetitur.* Pro *hoc modo,* B M W θ κ, Tur. et omnes Mss. Oud. ac ed. Omnib. *hujusmodi.*—8 κ *filiam suam.*—9 W θ omit-

NOTÆ

[h] *Cum te expetebant*] Eadem habet Cornificius l. II. ad Herenn. § 40.

[i] *P. Scipio*] Africanus major Corneliam filiam nuptum dedit T. Graccho, qui ex ea suscepit Gracchos duos seditionibus suis celebres, de quibus in lib. de Clar. Orat. dicendi locus erit.

creasset, tantæ seditiones natæ non essent:[10] quare hoc incommodum Scipioni ascribendum videtur. Hujusmodi est illa quoque conquestio:

Utinam ne[11] in nemore[k] Pelio securibus
Cæsa cecidisset abiegna ad terram trabes![12]

Longius enim repetita est, quam res postulabat.[13] Mala definitio est, cum aut communia describit,[l] hoc modo: Seditiosus est is, qui[14] malus atque inutilis est civis: nam hoc non magis seditiosi, quam ambitiosi, quam calumniatoris, quam alicujus improbi hominis vim describit. Aut falsum quiddam[15] dicit, hoc pacto: Sapientia est pecuniæ quærendæ[16] intelligentia. Aut aliquid non grave, nec magnum continens, sic: Stultitia est immensæ gloriæ cupiditas. Est hæc quidem stultitia,[17] sed ex parte quadam, non ex omni genere, definita. Controversum est, in quo ad dubium demonstrandum, dubia causa affertur,[18] hoc modo:

Eho tu, Dii,[m] quibus est potestas motus superum atque inferum,[19]
Pacem inter sese conciliant,[20] conferunt concordiam.

92. Perspicuum est, de quo non est controversia: ut, si quis, cum Orestem accuset, planum faciat, ab eo matrem

tunt *atque*. Tum ω 2. *duos filios procreasset*.—10 Leid. 1. *fuissent*.—11 L *Utinam enim ne*.—12 B L W ψ et omnes Mss. Oud. et ed. Omnib. *Cæsæ cecidissent ad terr. trabes*; nisi quod in Sch. *Concidissent:* M *Cæsæ cecidissent abiegne ad terr. trabes:* κ *Concidissent abiegnæ cæsæ ad terr. trabes:* ω 1. 2. *Cæsæ accidissent ad terram trabes:* θ *Cæsa cecidisset ad terr. trabes:* Schutz. et Orell. *Cæsa accidisset abiegna ad terram trabes.* Vulg. ut Ern. Vid. Varr. Lectt. ad Herenn. II. 22. et Top. c. 16. ac de N. Deor. III. 30.—13 L *postulat*.—14 ω 2. *qui is*. M habet *quod* supra lin. Tum L θ, Sch. et ed. Omnib. *malus aut inut. est*. Deest verbum *est* in Sch.—15 Leid. 2. caret *quiddam*.—16 Sex Oxonn. Mss. cum Oliv. et Lall. *acquirendæ*.—17 Leid. 1. *Est autem hæc stult.* In Tur. *sed* punctis notatur.—18 Sch. non improb. Oud. *ad dub. dem. dubium aff.* suprascr. *dubia causa*.—19 *Atque inferum* in ψ desunt. —20 Leid. 1. *Pacem perpetuam, &c.* Leid. 2. *Pacem inter se conc., &c.* Vid.

NOTÆ

[k] *Utinam ne in nemore*] Videsis lib. II. ad Herenn. § 34.

[l] *Cum aut communia describit*] Definitio enim non tantum partem communem, quæ genus dicitur, sed etiam propriam, quæ differentia debet explicare.

[m] *Eho tu, Dii*] Sensus horum versuum expositus lib. II. ad Herenn. § 39.

esse occisam.[1] Non concessum est, cum id, quod augetur,[2] in controversia est, ut, si quis,[3] cum Ulyssem accuset, in hoc maxime commoretur: Indignum esse, ab homine ignavissimo virum fortissimum, Ajacem, necatum. Turpe est, quod aut eo loco in quo dicitur,[4] aut eo homine qui dicit,[5] aut eo tempore quo dicitur, aut iis qui audiunt, aut ea re qua de agitur,[6] indignum, propter inhonestam rem,[7] videtur. Offensum est, quod eorum, qui audiunt, voluntatem lædit; ut, si quis apud equites Romanos, cupidos judicandi,[8] Cæpionis[9] legem judiciariam[n] laudet. L. Contrarium est,[10] quod contra ea dicitur, quæ ii, qui audiunt, fecerunt: 93.
ut, si quis[11] apud Alexandrum Macedonem contra aliquem urbis expugnatorem diceret, nihil esse crudelius quam urbes diruere, cum ipse Alexander Thebas diruisset. Inconstans est, quod ab eodem de eadem re diverse dicitur; ut, si quis,[12] cum dixerit, qui virtutem habeat, eum nullius rei ad bene vivendum indigere, neget postea sine bona valetudine posse bene vivere;[13] aut, se amico adesse propter

Var. Lectt. in l. II. ad Herenn. c. 25.—1 Sch. *si qui Or. accusent, planum faciunt,* suprascr. *cum:* Leid. 2. *si is qui Or. acc. pl. faciet;* Voss. 2. Leid. 3. *si qui cum Or. acc. pl. faciat,* prob. Oud. Orell. quoque *si qui.* B L carent *cum.* In marg. θ supra lin. scribitur, *si quis Or. accusans in hoc maxime commoretur ab eo matrem occisam.* In Sch. et Voss. 2. *matrem occisam* omisso *esse.* Vulg. ut Ern.—2 ω 2. *id cum quod augetur,* sive *agitur:* B habet 'vel *agitur*' supra lin. Ed. Omnib. *quod agitur.*—3 Sch. Leid. 3. et Orell. *si qui.* Dein Sch. et Schutz. *Ulixen:* Tur. et Orell. *Ulixem.* Porro θ *accusans:* Sch. *accusent,* et mox *commorentur.*—4 B M θ κ *dicetur.* In B quoque *aut ab hom.* et sic Sch. Leid. 2. 3. *aut hom.* Voss. 2. et ed. Omnib.—5 *Dicat* Mss. et edd. ante Ern. qui *dicit* dedit e conjectura; et quem Schutz. Wetzel. et Orell. sequuntur.—6 Sch. *ad eam rem, qua de agitur:* Leid. 2. *ea, qua de agitur:* Leid. 1. *de qua agitur.*—7 Schutz. e conj. *propter inhonestatem:* Orell. conjecit, *inhonestam rationem.*—8 Sch. *apud eq. sit cupidus jud.*—In B L M W θ ψ, Leid. 3. *cupidus:* ed. Omnib. *cupidius.* κ *judicandi sit.*—9 ψ, ω 1. 2. Voss. 2. Leid. 2. ed. Omnib. *Scipionis:* Sch. *Cipionis:* Leid. 3. *Scepionis.* Tum *agrariam* suprascr. in Leid. 1. Voss. 2. atque ita dant L M κ, ω 1. 2. Voss. 1. Leid. 2. 3. et ed. Omnib.

Cap. L. 10 Voss. 1. et Sch. a m. pr. non agnoscunt *est.* Dein Tur. *quod contra dicitur, atque ii qui:* 'lectio memorabilis, ac fortasse vera,' ait Orell.—11 Sch. a m. pr. Leid. 3. *si qui.* Post *Macedonem,* L W θ, ω 1. 2. et Leid. 3. addunt *dicens.*—12 Sch. Voss. 1. Leid. 2. 3. ed. Omnib. et Orell. *si qui.* Tum Voss. 1. *dixerint.*—13 Orell. e Tur. edidit *vivi.* Ante *se,* Schutz. e suspicione

NOTÆ

[n] *Cæpionis legem judiciariam*] Q. Servilius Cæpio consul A. U. C. 648. ante Chr. 106. legem tulit, qua judicia, quæ ad solos equites C. Gracchus

benivolentiam;[14] [o] sperare enim [15] aliquid commodi ad se perventurum. 94. Adversum est, quod ipsi causæ aliqua ex parte officit; ut si quis hostium vim, et copias, et felicitatem augeat, cum ad pugnandum milites adhortetur:[16] si non [17] ad id, quod instituitur,[18] accommodabitur aliqua pars argumentationis, horum aliquo in vitio reperietur: si plura pollicitus pauciora demonstrabit; aut, si, cum totum debebit ostendere,[19] de parte aliqua [20] loquatur, hoc modo: Mulierum genus avarum est; nam Eriphyle [1] [p] auro viri vitam vendidit: aut, si non id, quod accusabitur, defendet; ut, si quis,[2] cum ambitus accusabitur, manu se fortem esse defendet;[3] ut Amphion apud Euripidem,[q] item apud Pa-

addidit *aiat;* 'sine ulla causa,' ait Orell.—14 *θ esse;* et Voss. 2. *per benev.* —15 M κ ψ, ω 1. 2. Pal. 1. et omnes Mss. Oudendorp. ac edd. pr. et Schutz. *sperare tamen*, prob. Ern. In Guelf. 1. *aut sperare aliquid ad s. v.* Ern. conj. *at sperare.* Tum Leid. 2. *ad se esse perv.*—16 B L M W ψ, ω 1. 2. ac Oliv. *ad pugnam:* et B L M W θ κ ψ, Junt. et Oliv. *mil. hortetur.*—17 Leid. 1. *sin non.*—18 B L M W ψ, Lamb. Oliv. et Lall. *institutum est.*—19 M *aut cum totum debet ost.* Voss. 1. *debeat ost.*—20 Deest *aliqua* Leid. 2. Tum Lamb. *loquetur.*—1 Voss. 1. 2. Leid. 3. Tur. et ed. Omnib. *Eriphyla:* B M *eriphila.* Pro *auro*, ω 1. habet *vili.*—2 B L, Sch. Leid. 1. 2. 3. et Orell. *si qui.* Pro *ambitus*, B habet *ambitionis* supra lin. Schutz. e

NOTÆ

transtulerat, cum senatoribus communicarentur.

[o] *Propter benivolentiam*] Amare alterum, inquit Aristot. Rhet. II. 4. est velle alicui bona evenire non sua, sed illius ipsius causa qui diligitur, et, quantum est in se, ea curare ut eveniant. Ἔστω δὴ τὸ φιλεῖν τὸ βούλεσθαί τινι ἃ οἴεται ἀγαθὰ ἐκείνου ἕνεκα, ἀλλὰ μὴ αὐτοῦ· καὶ τὸ κατὰ δύναμιν πράκτικον εἶναι τούτων· *Itaque qui amicitia duce alteri succurrit, non suis sed ipsius utilitatibus tantum consulit.* Ipseque Tullius Aristotelis vestigia persecutus sic definit lib. II. de Inv.

[p] *Eriphyle*] De qua Cicero Verr. IV. § 39. 'Eriphylam,' inquit, uxorem Amphiarai 'accepimus in fabulis ea fuisse cupiditate, ut, cum vidisset monile ex auro, ut opinor, et gemmis, pulchritudine ejus incensa salutem viri proderet.' Eum nempe conjux ad bellum Thebanum, quod sibi fatale intelligebat, ire detrectantem, Polynici prodidit.

[q] *Amphion apud Euripidem*] Euripides Atheniensis, licet alias in argumentis disponendis non ubique sit felix, ut ait Aristot. Poët. c. 14. tamen maxime tragicus poëtarum omnium videtur. A canibus Archelai regis, qui tum forte venatum exierat, in sylva discerptus obiit Olymp. XCII. an. 3. ætatis 70. ante Chr. 410. Ex nonaginta duabus fabulis quas scripsit, non supersunt nisi novemdecim tragœdiæ. Inter eas quas injuria temporum nobis invidit, desideratur illa, in qua Amphion, vituperata musica, sapientiam laudabat. Amphion porro Jovis ex Antiopa, vel, ut alii tradunt, Mercurii filius, saxa ad condendas Thebas sono lyræ traxisse fingitur a poëtis; qui sic indicabant

cuvium,[4] [r] qui, vituperata musica, sapientiam laudat: aut si res ex hominis vitio vituperabitur, ut, si quis [5] doctrinam ex alicujus docti vitiis reprehendat: aut, si qui, cum aliquem volet laudare,[6] de felicitate ejus, non de virtute dicat:[7] aut, si qui rem [8] cum re ita comparabit, ut alteram se non putet laudare, nisi alteram vituperarit: [9] aut si alteram ita laudet,[10] ut alterius non faciat mentionem: 95. aut si, cum de certa re quæretur, de communi instituetur oratio: [11] ut, si quis, cum aliqui deliberent, bellum gerant, annon, pacem laudet omnino, non illud bellum inutile esse demonstret: aut, si ratio alicujus rei reddetur falsa, hoc modo: Pecunia bonum est,[12] propterea quod ea maxime vitam beatam efficit: [13] aut si infirma,[14] ut Plautus,

Amicum castigare [s] ob meritam noxiam,[15]
Immune [16] est facinus; verum in ætate utile
Et conducibile; [17] nam ego amicum hodie meum
Concastigabo pro commerita noxia: [18]

conj. dedit *accusetur.*—3 Sch. a m. pr. et Schutz. *defendat.*—4 *Item apud Pacuvium* desunt in Voss. 1.—5 B L, ω 1. Leid. 1. 3. et Orell. *si qui.* Mox pro *vitiis*, θ ψ et Leid. 3. habent *vitio.*—6 Voss. 1. 2. *si quis cum al. vol. laud.* Leid. 2. *si cum al. velit laud.*—7 Lamb. Schutz. et Wetzel. *dicet.*—8 Voss. 1. 2. et octo Oxonn. Mss. cum Oliv. et Lall. *si quis rem:* Leid. 2. *si quam rem.* Ed. Omnib. caret voce *qui.*—9 B *aliam vitup.* Sch. *alt. vituperaret:* Voss. 1. *alt. vituperabit:* Leid. 2. 3. *alt. vituperaverit.*—10 Lamb. Schutz. et Wetzel. *laudabit.*—11 In Voss. 2. desunt verba *aut si cum de certa ... inst. oratio.* In ω 1. 2. Leid. 1. 3. ed. Omnib. et Lamb. ponuntur post verbum *demonstret.* Leid. 1. *aut si de certa*, sine *cum.* Sch. a m. pr. *instruitur or.* Voss. 1. *constituitur or.* Dein Sch. a m. pr. Leid. 1. *aut si cum*, omisso *quis*, quod abest etiam ab B W θ ac Leid. 2. Pro *deliberent*, Voss. 1. *deberent deliberare:* et pro vulg. *geratur*, B L W θ κ, Cass. Guelf. 1. 2. Tur. et omnes Mss. Oud. cum Schutz. Wetzel. et Orell. habent *gerant.* Denique B et Leid. 3. *bellum utile.*—12 Ed. Omnib. *Pecuniam habere bon. est.* Dein pro *ea*, in ω 2. *illa* legitur.—13 *Efficiet* Sch. *efficiat* Mss. et edd. ante Ern. qui e conj. dedit *efficit.*—14 L, Voss. 1. Leid. 2. *aut inf. datur:* Leid. 1. *aut si inf. datur:* Sch. a m. sec. Voss. 2. *aut infirmatur:* Leid. 3. *aut inf.* W θ *aut si ratio inf. reddatur.*—15 Voss. 1. *Am. suum cast.* et ω 1. 2. ac omnes Mss. Oud. cum ed. Omnib. *ob mer. noxam.*—16 B M W θ κ ψ, ω 2. et omnes Mss. Oud. *Immane.*—17 θ *condocibile.* Paulo post, ω 1. et L omittunt *meum.*—18 L M W θ κ, ω 2. Sch. Voss. 1. Leid. 2. 3. et ed. Omnib. *Non castigabo:* Voss. 2. Leid. 1. *Castigabo*, suprascr. *non:* B et ω 1. quoque *Castigabo.* Tum L M et quinque Mss.

NOTÆ

agrestes prius et incultos homines ad civilem vitam ab Amphione eloquentiæ vi ac suavitate fuisse translatos.

[r] *Pacuvium*] De quo diximus lib. II. ad Herenn. § 36.

[s] *Amicum castigare*] Hæc ibidem superius explicata lib. II. ad Herenn. § 35.

aut eadem, hoc modo: Maximum [19] malum est avaritia; multos enim magnis incommodis affecit [20] pecuniæ cupiditas: aut parum idonea, hoc modo: Maximum bonum est amicitia; plurimæ enim [1] delectationes sunt in amicitia. LI. 96. Quartus modus erat [2] reprehensionis, per quem contra firmam argumentationem,[3] æque firma aut firmior ponebatur.[4] Hoc genus in deliberationibus maxime versabitur,[5] cum aliquid, quod contra dicatur,[6] æquum esse concedimus, sed id,[7] quod nos defendimus,[8] necessarium esse demonstramus:[9] aut cum id, quod illi defendant, utile esse fateamur;[10] quod nos dicamus,[11] demonstremus esse honestum. Ac de reprehensione hæc quidem [12] existimavimus esse [13] dicenda. [*p.* 60.] Deinceps nunc de conclusione ponemus.[14]

97. Hermagoras degressionem [15] deinde, tum postremam conclusionem [16] ponit. In hac autem degressione ille putat oportere quandam inferri [17] orationem, a causa, atque a [18] judicatione ipsa [u] remotam, quæ aut sui laudem, aut adversarii vituperationem contineat, aut in aliam causam deducat, ex qua conficiat aliquid confirmationis aut reprehensionis, non argumentando, sed augendo per quandam amplificationem. Hanc si quis [19] partem pu-

[u] *Propria judicii quæstione.*

Oud. ac ed. Omnib. *pro comm. noxa:* ω 1. *pro merita noxa:* Sch. Leid. 1. *pro merita noxia:* Leid. 1. *pro comm. culpa:* κ *propter commeritam culpam.* Quintum versum addunt B L M W ψ, Lamb. Oliv. Lall. Bipont. et Wetzel. Vid. Varr. Lectt. ad l. II. ad Herenn. c. 23.—19 Voss. 2. Leid. 2. carent *Maximum.*—20 B *afficere:* vulg. *afficit;* pro quo θ κ, ω 1. Cass. et omnes Mss. Oud. ac edd. pr. cum Wetzel. et Orell. habent *affecit.*—1 Deest *enim* Leid. 1.

CAP. LI. 2 B, Sch. Voss. 2. *erit.*—3 Victorin. *contra firmam adversarii arg.*—4 κ, Sch. Voss. 2. ed. Omnib. *ponitur,* prob. Oud. B M *ponetur.*—5 Leid. 2. *versetur:* B L M W ψ, ω 1. Lamb. Oliv. Lall. et Schutz. *versatur.*—6 κ *dicitur.*—7 θ *si id.*—8 Lamb. et Schutz. *defendamus.*—9 M κ *demonstremus.*—10 Lamb. et Schutz. *fatemur.*—11 Leid. 1. *dicimus;* et Schutz. cum Lamb. *demonstramus.*—12 In ω 2. deest *quidem.*—13 θ caret *esse.*—14 M *conclusione ponemus,* omissa præpositione: ω 2. et ed. Omnib. *de concl. dicemus;* Pal. 3. Voss. 1. Leid. 1. 3. Guelf. 1. et Tur. *conclusionem ponemus:* Leid. 2. *de concl. ponetur.* Oud. et Ern. judicaverunt verba *Deinceps nunc de concl. pon.* esse spuria. Schutz. ea delevit: Wetzel. et Orell. uncis includunt.—15 L κ, ω 2. et ed. Omnib. *Hermag. autem degr.* Al. *digressionem.*—16 Tur. *postremo concl.* Leid. 3. *postremum concl.* Leid. 1. *extremam concl.*—17 Leid. 1. *inferre.*—18 Deest præpositio in Leid. 1.—19 Sch. Leid. 3. et Orell. *si qui.* Tum B L M W θ κ, Tur. Leid. 2. et ed. Omnib. *put. esse or.* quinque Mss.

tarit orationis, sequatur Hermagoram[20] licebit. Nam et augendi, et laudandi, et vituperandi præcepta a nobis partim data sunt, partim suo loco dabuntur. Nobis autem non placet,[1] hanc partem in numero[2] reponi, quod de causa digredi, nisi per locum communem, displicet; quo de genere posterius est dicendum.[3] Laudes autem et vituperationes non separatim placet tractari, sed in ipsis argumentationibus esse implicitas.[4] Nunc de[5] conclusione dicemus.

LII. 98. Conclusio est exitus et determinatio totius orationis: hæc habet partes tres; enumerationem,[6] indignationem, conquestionem. Enumeratio est, per quam res disperse et diffuse[7] dictæ unum in locum coguntur, et reminiscendi causa unum sub aspectum subjiciuntur. Hæc si semper eodem modo tractabitur, perspicue ab omnibus artificio quodam tractari intelligetur;[8] sin varie[9] fiet,[t] et

Oud. *putabit or.* Voss. 2. *putavit or.*—20 *Sequatur* abest a B; et *Hermagoram* a B L W θ κ, ω 1. 2. Tur. et duobus Mss. ap. Gronov. ac etiam omn. Mss. Oud. cum ed. Omnib. et Junt.—1 B L W θ κ, ω 1. 2. Tur. Cass. Guelf. et omn. Mss. Oud. cum edd. pr. usque ad Ald. *placuit*, prob. Oud.—2 B M W ψ, ω 2. Tur. et omnes Mss. Oud. *in numerum.* L *vel reponi:* W *poni:* Sch. et Voss. 2. *deponi.*—3 θ *erit dic.*—4 ω 1. Tur. Sch. Cass. et edd. pr. *implicatas*, prob. Oud.—5 Schutz. e conj. habet *Nunc igitur de.*

CAP. LII. 6 κ *id est, enumerationem.* Pro *conquestionem*, Leid. 1. habet *conversionem.*—7 Lamb. *disp. ac diff.*—8 B θ, Sch. Voss. 1. ed. Omnib. *intelligitur.*—9 L, ω 2. Leid. 2. *sin vero varie.* Edd. ante Ald. cum Schutz. omit-

NOTÆ

[t] *Sin varie fiet*] Levabit auditoris fastidium orator enumeratione variis figuris distincta. Insignis est in eo genere peroratio pro Cluent. § 188. 'Jam enim profecto videtis, judices, non sine necessariis me, ac maximis causis, principio orationis meæ de matre dixisse,' &c. Et § 200. 'Quare, judices, si scelus odistis, prohibete aditum matris a filii sanguine: date parenti hunc incredibilem dolorem ex salute, ex victoria liberum: patimini matrem, ne orbata filio lætetur, victam potius vestra æquitate discedere. Sin autem, id quod vestra natura postulat, pudorem, bonitatem, virtutemque diligitis: levate hunc aliquando supplicem vestrum, tot annos in falsa invidia periculisque versatum, qui nunc primum post illam flammam, aliorum facto et cupiditate excitatam, spe vestræ æquitatis erigere animum, et paulum respirare a metu cœpit.' Et paulo post § 202. 'Conservate A. Cluentium: restituite incolumem municipio: amicis, vicinis, hospitibus, quorum studia videtis, reddite: vobis in perpetuum liberisque vestris obstringite: vestrum est hoc, judices, vestræ clementiæ.'

hanc suspicionem et satietatem[10] vitare poterit. Quare tum oportebit ita facere, ut plerique faciunt propter facilitatem, singillatim[11] unamquamque rem attingere, et ita omnes transire[12] breviter[x] argumentationes: tum autem id,[13] quod difficilius est, dicere,[14] quas partes exposueris in partitione, de quibus te pollicitus sis dicturum, et reducere[15] in memoriam, quibus rationibus unamquamque partem confirmaris:[16] tum ab iis, qui audiunt,[17] quærere, quid sit, quod sibi velle debeant demonstrari,[18] hoc modo: Illud docuimus,[19] illud planum fecimus.[y] Ita simul et in memoriam redibit auditor, et putabit nihil esse præterea,[20] quod debeat desiderare. 99. Atque in his generibus (ut ante dictum est) tum tuas argumentationes[1] transire separatim, tum id, quod artificiosius est, cum tuis contrarias conjungere; et cum tuam argumentationem dixeris, tum, contra eam quod afferebatur,[2] quemadmodum dilueris, ostendere. Ita per brevem comparationem, auditoris memoria et de confirmatione et de reprehensione redintegrabitur. Atque hæc aliis actionis quoque[3] modis variare oportebit. Nam cum ex tua persona[4] enumerare possis, ut, quid et quo quidque[5] loco dixeris, admoneas; tum vero personam aut[6] rem aliquam inducere, et enumerationem ei

[x] *Exponere paucis.* [y] *Illud demonstravimus.*

tunt *fiet*, prob. Ern.—10 Ed. Omnib. *et satietatem hanc, et suspicionem.* Pro *satietatem*, in ψ *fastidium* legitur. Tum pro *poterit*, θ habet *potuit.*—11 ω 1. Leid. 2. 3. et ed. Omnib. *singulatim.*—12 Pro *transire*, Lamb. et quidam alii putaverunt *transigere* legend.—13 Sch. *tum ad id:* Leid. 1. *tum autem idem:* L et ed. Omnib. *tum id*, sine *autem.*—14 κ *dices*, sed in marg. *dicere.* Pro *exposueris*, in ω 1. *posueris.*—15 Quidam putaverunt *redigere* legend. In θ, Pal. 2. 3. *reducturum;* et sic B supra lin.—16 Leid. 3. *unamq. rem conf.* Leid. 1. 3. Voss. 2. *unamq. partem confirmaveris.*—17 Omnes Mss. Oud. et ed. Omnib. *tum ab his.* Voss. 2. *qui audient.*—18 Deest *velle* Leid. 1. Schutz. ita legit: *quod sibi velint dem. amplius.*—19 Leid. 3. et septem Oxonn. Mss. cum Junt. et Oliv. *Docuimus hoc.* Tum Voss. 2. et ed. Omnib. *hoc planum fecimus.* Verba *hoc modo . . . fecimus* Schutz. delevit: Wetzel. ea uncis inclusit.—20 Deest *præterea* Leid. 3. In M suprascr. *præteritum.*—1 B, Sch. Leid. 3. *tum has arg.*—2 θ *contra cum qui afferetur:* B M *contra afferetur:* Leid. 3. *contra eam quod afferretur:* Sch. Leid. 1. 2. et ed. Omnib. *contra eam quod afferetur.*—3 Schutz. e conjectura dedit *aliis dictionis quoque.*—4 B L κ, ω 1. 2. Tur. et omn. Mss. Oud. cum ed. Junt. et Orell. *Nam tum ex tua pers.:* ed. Omnib. *Nam ex tua pers. tum.*—5 Leid. 2. *quod et quo quodque.* M caret

totam attribuere: personam hoc modo: Nam si[7] legis scriptor existat, et quærat a vobis, quid dubitetis, quid possitis[8] dicere, cum vobis hoc et hoc sit demonstratum?[9] Atque hic, item ut[10] in nostra persona, licebit alias singillatim transire omnes argumentationes, alias ad partitiones singula genera referre,[11] alias ab auditore, quid desideret, quærere, alias hæc facere per comparationem suarum et contrariarum[12] argumentationum. 100. Res autem inducetur, si alicui rei hujusmodi, legi, loco, urbi, monumento[13] attribuetur oratio per enumerationem, hoc modo:[14] Quid si leges loqui possent? nonne hæc apud vos quererentur?[15] Quidnam amplius desideratis, judices,[16] cum vobis hoc et hoc planum factum sit? In hoc quoque genere omnibus eisdem modis[17] uti licebit. Commune autem præceptum hoc datur ad enumerationem, ut ex unaquaque argumentatione, quoniam[18] tota iterum dici non potest, id eligatur,[19] quod erit gravissimum, et unumquodque[20] quam brevissime transeatur; ut memoria, non oratio renovata videatur.

LIII. Indignatio[u] est oratio, per quam conficitur, ut in

quidque.—6 Leid. 3. *tum.*—7 L M ω 2. Sch. Leid. 2. *Numquid si, &c.* suprascr. in Sch. *Nam quid,* ut apud Victorin. Dein Victorin. *assistat.* Porro Leid. 2. *et sic quærat a vobis:* ω 2. *et si quærat a vobis:* Voss. 1. Leid. 3. marg. Sch. et ed. Omnib. *et quærat sic id a vobis:* B κ, Leid. 1. Voss. 2. *et quærat sic a vobis:* W θ *et quærat si id a vobis.* In Voss. 2. additum a m. sec. *id:* sed in Sch. *et quærat si quid a nobis.*—8 Leid. 3. et Græv.-Burm. *quod poss.* In Voss. 1. 2. et ed. Omnib. *poscatis,* et sic suprascr. in Sch. B *possitis,* suprascr. '*vel poscatis:*' L *vel poscatis possitis:* κ *poscitis me.* Absunt a Leid. 1. *quid possitis.*—9 Sch. *et hoc et hoc dem. est.*—10 Sch. *uti.* In θ deest.—11 ω 1. *ad singula partitiones genera,* omisso *referre.*—12 L *suarum contr.* M *suarum et aliarum.*—13 Schutz. *si legi, loco, urbi, mon. aut al. rei hujusm.*—14 θ et Tur. *hoc pacto.* Dein ω 2. et ed. Omnib. *Quod si.*—15 Ed. Omnib. *non apud vos;* et κ *sequerentur,* sed in marg. *quererentur.*—16 W θ non habent *judices.*—17 L non habet *omnibus.* In Leid. 3. *omn. his modis.*—18 B *quom.*—19 B *delegatur id:* Sch. *delegatur,* suprascr. *id:* Leid. 3. *deligatur,* sine τῷ *id.*—20 Sch. et Lamb. *unumquidque.*

NOTÆ

[u] *Indignatio*] Proprie dolor est ex æquitatis amore susceptus ob alicujus immerentis felicitatem, eo quod non mereatur. Est, ut et misericordia, bonæ mentis indicium: liberale enim perinde est dolere de bonis malorum, ac de malis bonorum. Ita sentit Aristoteles, dum eam sic definit Rhet. II. 9. Ἐστὶ τὸ νεμεσᾷν λυπεῖσθαι ἐπεὶ τῷ φαινομένῳ ἀναξίως εὐπρα-

aliquem hominem magnum odium, aut in rem[1] gravis offensio concitetur. In hoc genere[2] illud primum intelligi volumus, posse omnibus ex locis iis, quos in confirmandi præceptis[3] posuimus, tractari indignationem: nam ex iis rebus[4] quæ personis atque negotiis attributæ[5] sunt, quævis amplificationes et indignationes[6] nasci possunt: sed tamen ea, quæ separatim de indignatione præcipi possunt, consideremus. 101. Primus locus sumitur ab auctoritate, cum commemoramus,[7] quantæ curæ res ea fuerit Diis immortalibus,[x] aut eis quorum auctoritas gravissima debeat esse.[8]



Cap. LIII. 1 Sch. *in aliquam rem*, prob. Oud.—2 Leid. 2. *Hoc in gen.*—3 M et unus Ms. ap. Ursin. cum Orell. *confirmationis;* et sic suprascr. in Leid. 1. In Tur. Sch. a m. sec. et Lamb. *confirmandis.* Leid. 1. caret præpositione. Pro *præceptis,* Leid. 2. *præceptionibus ;* et ed. Omnib. *præceptione.*—4 Pro *rebus,* M habet *locis,* suprascr. 'vel *rebus.*' Mox Leid. 3. Tur. et unus Ms. ap. Ursin. *aut quæ negotiis:* Sch. Schutz. ac Orell. *et quæ neg.* prob. Oud.—5 M *attributi.*—6 Leid. 2. *quamvis amplif.* et Sch. a m. pr. *ex indignatione.* Tur. Omnib. Schutz. ac Orell. omittunt *et indignationes.*—7 Sch. *ex auct.* et ω 1. *cum memoramus.*—8 In B non leguntur *Diis immortalibus.* Grut. et paucæ aliæ edd. habent *aut* ante *Diis.* In Sch. a m. pr. *his, quor. auct.*

NOTÆ

γεῖν' *Indignari est dolore affici ex prospera fortuna alicujus qui ea sit indignus.* Ex ejusdem doctrina colligitur: 1. Quænam sit indignationis causa; nimirum æquitatis amor: adeoque nemo indignari possit de virtutibus aut recte factis alterius, quæ lætitiam potius afferunt; sed de iis fortunæ bonis, quæ cum sint virtutis præmia, addicta probis esse volumus: nec citra injuriam videntur ad immeritos posse transferri. 2. Quinam indignentur; ii scilicet qui se dignos existimant virtutum præmiis, qui sunt æquitatis amantiores, qui aspirant ad ea quæ alii licet indigni nanciscuntur, qui nobiles sunt et magnos honores consecuti. 3. Quibus indignemur; nempe novis hominibus, felicibus improbis, exteris ad reip. administrationem accitis, indignis, inferioribus denique qui cum superioribus de aliqua re contendunt, ut filius cum patre, juvenis cum sene. Quæ cum ita sint, patet indignationis nomen hic a Cicerone latius extendi, quasque ejus commovendæ causas subjicit, peræque ad odium, inimicitias, invidiamque concitandam pertinere.

[x] *Diis immortalibus*] Nihil indignationem accendit vehementius, quam cum ipsi Superi, quorum violata est majestas, sceleris vindices appellantur. Quod præstitit Tullius Verr. ult. § 184. &c. 'Nunc te, Jupiter optime maxime, cujus iste donum regale, dignum tuo pulcherrimo templo, dignum Capitolio, atque ista arce omnium nationum, dignum regio munere, tibi factum ab regibus, tibi dicatum, atque promissum, per nefarium scelus de regiis manibus extorsit; cujusque sanctissimum et pulcherrimum simulacrum Syracusis sustulit; teque, Juno regina, cujus

Qui locus sumetur ex sortibus,[9] [y] ex oraculis, vatibus, ostentis,[10] [z] prodigiis, responsis, et[11] similibus rebus, item ex majoribus[12] nostris, regibus, civitatibus,[13] gentibus, hominibus sapientissimis, senatu, populo, legum scriptoribus. Secundus locus[14] [a] est, per quem, illa res ad quos pertineat, cum amplificatione, per indignationem, ostenditur, an ad omnes, aut[15] ad majorem partem, quod atrocissimum est; aut ad superiores, quales sunt ii quorum ex auctoritate indignatio sumitur,[1] quod indignissimum est; aut[16] ad pares animo, fortuna, corpore, quod inquissimum est; aut ad inferiores, quod superbissimum est. Tertius[b] locus est,

[1] *Quorum auctoritas læsa dat locum indignationi.*

grav. deb. esse, Diis imm.—9 B κ, Sch. ed. Omnib. *sumitur ex sort.* Leid. 2. *sumitur a sort.* Schutz. delevit præpositionem ante *oraculis.*—10 Voss. 1. *ex vatibus;* et Leid. 3. *ostensis.*—11 Sch. Voss. 1. 2. Leid. 3. et Tur. omittunt copulam.—12 Abest præpositio a B M, Sch. Voss. 2. Leid. 1. 3. In ω 1. 2. et Leid. 2. *a maj.*—13 ω 1. *civitatibus, regibus.* In κ non leguntur verba *responsis . . . civitatibus;* sed inveniuntur in marg.—14 Lamb. delevit *locus.*—15 Sch. a m. pr. Voss. 1. 2. et edd. pr. *aut ad omnes.* Septem Oxonn. Mss. cum Leid. 1. 2. 3. Junt. Grut. Oliv. Græv.-Burm. et Lall. *an ad maj. part.* Porro iidem Mss. cum Tur. Junt. Grut. Oliv. Græv-Burm. Lall. Schutz. et Wetzel. *an ad superiores.*—16 Vulg. *an ad pares,* et mox *an ad inf.* Ex Sch. a

NOTÆ

duo fana duabus in insulis posita sociorum, Melitæ et Sami, sanctissima et antiquissima, simili scelere, idem iste omnibus donis ornamentisque nudavit: teque, Minerva, quam item iste duobus in clarissimis et religiosissimis templis expilavit,' &c. quæ fuse persequitur.

[y] *Sortibus*] Hic sortes sunt oracula, responsa quæ a Diis, aut eorum sacerdotibus, edebantur.

[z] *Ostentis*] 'Ostentum Labeo definit esse contra naturam cujusque rei genitum factumque.' Ulpianus Tit. de Verbor. Signif. At Tullius de Nat. D. l. II. § 7. 'Prædictiones,' inquit, 'rerum futurarum, quid aliud declarant, nisi hominibus ea quæ sint ostendi, monstrari, portendi, prædici? ex quo illa ostenta, monstra, portenta, prodigia dicuntur.'

[a] *Secundus locus*] Exemplum habes Verr. II. § 51. quo loco M. Glabrionem judicem ad severitatem contra Verrem exhortatur: 'Suscipe causam judiciorum; suscipe causam severitatis, integritatis, fidei, religionis; suscipe causam senatus, ut is, hoc judicio probatus, cum pop. Rom. et in laude et in gratia esse possit. Cogita qui sis, quo loco, quid dare pop. Rom. quid reddere majoribus tuis debeas: fac tibi paternæ legis Aciliæ veniat in mentem, qua lege pop. Rom. de pecuniis repetundis optimis judiciis severissimisque judicibus usus est.'

[b] *Tertius*] Tertii, quinti, duodecimi, quartidecimi, et quintidecimi loci exempla, quia sunt et facilia et passim obvia, prætermittimus.

per quem quærimus, quidnam sit eventurum, si idem[17] ceteri faciant; et simul ostendimus, huic si concessum sit,[18] multos æmulos[a] ejusdem audaciæ futuros; ex quo, quid mali sit eventurum, demonstrabimus. 102. Quartus locus[c] est, per quem demonstramus, multos alacres expectare, quid statuatur, ut ex eo, quod uni concessum sit,[19] sibi quoque tali de re quid liceat, intelligere possint. Quintus locus est, per quem ostendimus, ceteras res perperam constitutas, [*p.* 61.] intellecta veritate, commutatas corrigi[20] posse: hanc esse rem, quæ si sit semel judicata, neque alio commutari judicio, neque ulla potestate corrigi possit.[1] Sextus locus[d] est, per quem consulto et de industria factum esse[2] demonstratur, et illud adjungitur, voluntario maleficio veniam dari non oportere; imprudentiæ concedi[3] nonnunquam convenire. Septimus locus[e] est, per quem

[a] *Imitatores.* [b] *Attentos.*



m. pr. Voss. 1. 2. et edd. vett. Ern. dedit *aut* in utroque loco; sed nemo eum sequitur.—17 ω 1. *item.*—18 κ *conc. fuerit.*—19 ω 1. *quod unum conc. sit quoque.*—20 In Sch. a m. pr. *commutatas* deest. Sch. e conj. dedit *commutari aut corrigi.*—1 In θ non leguntur verba *hanc esse rem . . . corrigi possit.* Leid. 3. non habet *ulla* ante *potestate.* In Voss. 1. *ulla pot. commutari possit vel corrigi.* Pro *possit,* ed. Omnib. *posse;* Voss. 2. *posset.*—2 Tur. caret *esse.*—3 θ *impru-*

NOTÆ

[c] *Quartus locus*] Adhibetur a Cic. act. I. in Verr. § 47. 'Hoc est judicium in quo vos de reo, pop. Rom. de vobis judicabit: in hoc homine statuetur, possitne, senatoribus judicantibus, homo nocentissimus pecuniosissimusque damnari.'

[d] *Sextus locus*] Urgetur a Perseo, qui Demetrium fratrem parricidii accusabat: 'Quid hoc noctis? quid ut inimicus ad iratum? quid cum ferro succinctis juvenibus venis? Convivam me tibi committere ausus non sum: comessatorem te cum armatis venientem recipiam? Si aperta janua fuisset, funus meum parares hoc tempore, pater, quo querentem audis. Nihil ego tanquam accusator criminose, nec dubia argumentis colligendo, ago. Quid enim? negat se cum multitudine venisse ad januam meam? aut ferro succinctos secum fuisse? Quos nominavero accerse: possunt quidem omnia audere qui hoc ausi sunt; non tamen audebunt negare se deprehensos intra limen meum cum ferro: si ad te deducerem, rem pro manifesto haberes; fatentes pro deprehensis habe.' Liv. l. XL.

[e] *Septimus locus*] Crudele, tyrannicum dicatur facinus, aut potius quasi oculis subjiciatur. Tullius pro Rosc. Am. § 145. 'Prædia mea tu possides; ego aliena misericordia vivo: concedo, et quod animus æquus est, et quia necesse est: mea domus tibi patet, mihi clausa est; fero: fa-

indignamur, quod tetrum, crudele, nefarium, tyrannicum factum esse dicamus, per vim, per manum opulentam;[4] quæ res ab legibus et ab æquabili jure remotissima sit. LIV. 103. Octavus locus[f] est, per quem demonstramus, non vulgare, neque factitatum[c] esse, ne[5] ab audacissimis quidem hominibus, id maleficium, de quo agitur: atque id a feris quoque hominibus, et a barbaris[6] gentibus, et immanibus bestiis remotum esse. Hæc erunt, quæ in parentes, liberos, conjuges, consanguineos, supplices, crudeliter facta dicentur;[7] et deinceps si qua proferantur in majores natu, in hospites,[g] in vicinos, in amicos,[8] in eos quibuscum vitam egeris, in eos apud quos educatus sis, in eos a quibus eruditus,[9] in mortuos, in miseros et misericordia[10] dignos, in homines claros,[11] nobiles et honore usos, in eos,

[c] *Commissum.*

dentiam. Leid. 1. non habet *concedi.*—4 M W θ κ, Tur. Sch. Voss. 1. 2. Leid. 1. 3. et ed. Omnib. omittunt præpositionem ante *manum.* Schutz. e Pal. 2. cum Orell. *per vim, manum, opulentiam.* Dein ω 1. *et quæ res ab legibus, ab æquali.* Ed. Omnib. caret copula post *legibus*, et dat cum θ, ω 2. Tur. Leid. 2. *æquali.* Denique Voss. 1. *remota sit:* Orell. e Tur. *remotissimæ sint.*

CAP. LIV. 5 L κ, Sch. et ed. Omnib. *neque ab aud.* θ, ω 1. Voss. 1. Leid. 1. 2. *nec ab aud.*—6 Abest *quoque* a Sch. et ed. Omnib. in qua *quam a barb.* Leid. 3. *et barb.*—7 Voss. 1. *facta esse dicentur:* Voss. 2. Leid. 1. ed. Omnib. *dicuntur.*—8 Sch. *hosp., vic., amicos,* sine tribus præpositionibus.—9 In κ desunt verba *in eos apud quos ... eruditus;* sed in marg. scribuntur.—10 ω 2. Sch. Voss. 2. Leid. 1. 2. ed. Omnib. *in mis., in miseric.*—11 ψ *caros, claros.*—

NOTÆ

milia mea maxima uteris, ego servum habeo nullum: patior et ferendum puto. Quid vis amplius? quid insequeris? quid oppugnas? qua in re tuam voluntatem lædi a me putas? ubi tuis commodis officio? Quid tibi obsto? si spoliorum causa vis hominem occidere, spoliasti. Quid quæris amplius?'

[f] *Octavus locus*] Cujus exemplum illustrius non aliud extat quam ult. Verr. § 171. 'Si hæc non ad cives Romanos, non ad aliquos amicos nostræ civitatis, non ad eos qui pop. Rom. nomen audissent; denique si non ad homines, verum ad bestias, aut etiam, ut longius progrediar, si in aliqua desertissima solitudine ad saxa et scopulos hæc conqueri et deplorare vellem; tamen omnia muta atque inanima, tanta et tam indigna rerum atrocitate commoverentur. Nunc vero cum loquar apud senatores pop. Rom. legum judiciorumque et juris auctores, timere non debeo, ne non unus iste civis Romanus illa cruce dignus, ceteri omnes simili periculo indignissimi judicentur.'

[g] *Hospites*] Qui amicos externos domi gratis excipiunt, ab iis eodem afficiendi beneficio cum peregre proficiscentur, dicebantur hospites.

qui neque lædere alium, nec se defendere potuerint,[12] ut in pueros, senes, mulieres: quibus omnibus [13] acriter excitata indignatio, summum in eum, qui violarit horum aliquid,[14] odium commovere poterit.[15] 104. Nonus locus [h] est, per quem cum aliis,[16] quæ constat esse peccata, hoc, quo de quæstio est, comparatur; et ita per contentionem,[17] quanto atrocius et indignius sit illud, quo de [18] agitur, ostenditur. Decimus locus [i] est, per quem omnia, quæ in negotio gerendo acta sunt, quæque post negotium [19] consecuta sunt, cum uniuscujusque indignatione et criminatione colligimus, et rem verbis quam maxime ante oculos ejus, apud quem dicitur, ponimus, ut id, quod indignum est, perinde [20] illi videatur indignum, ac si ipse interfuerit, ac præsens [1] viderit. Undecimus locus [k] est, per quem ostendimus, ab



12 Voss. 1. *neque se def.* ed. Omnib. *vel def. se.* Tum *potuerunt* edd. ante Ern. qui e suspic. cum Schutz. Wetzel. et Orell. *potuerint* dedit. 'In Mss. ultima syllaba per compendium scripta est; unde error natus,' ait Ern.—13 Leid. 3. *ex quibus omn.* B L M W θ κ, Tur. Sch. Voss. 1. Leid. 2. ed. Omnib. *quibus ex omn.* prob. Oud.—14 Schol. et Schutz. *qui horum aliquem violarit:* Wetzel. *qui violarit horum aliquem.*—15 L *potuerit:* κ *potuit.*—16 B M θ ψ, Sch. Leid. 1. 3. *cum aliis peccatis.* Pro *constat*, Sch. Voss. 1. Leid. 1. 2. 3. et ed. Omnib. *constant.*—17 W θ κ *per comparationem;* et sic suprascr. in M.—18 Ed. Omnib. *id de quo:* omnes Mss. Oud. cum Tur. Junt. Lamb. et Oliv. *illud de quo;* et sic omnes Oxonn. Mss.—19 Post *negotium*, Oud. *gestum* excidisse putat. Ern. cum Lamb. malit *post* deleri.—20 B, Sch.

NOTÆ

[h] *Nonus locus*] Suppeditatur eadem ult. Verr. § 172. 'Paulo ante, judices, lacrymas in morte misera atque indignissima navarchorum non tenebamus: et recte ac merito sociorum innocentium miseria commovebamur. Quid nunc in nostro sanguine tandem facere debemus? nam civium Rom. sanguis conjunctus existimandus est: quoniam id et salutis omnium ratio et veritas omnium postulat.'

[i] *Decimus locus*] Hoc utitur Tullius Philipp. II. § 63. 'Tu istis faucibus, istis lateribus, ista gladiatoria totius corporis firmitate, tantum vini in Hippiæ nuptiis exhauseras, ut tibi necesse esset in pop. Rom. conspectu vomere postridie. O rem non modo visu fœdam, sed etiam auditu! Si inter cœnam in tuis immanibus illis poculis, hoc tibi accidisset, quis non turpe duceret? in cœtu vero pop. Rom. negotium publicum gerens, magister equitum, cui ructare turpe esset, is vomens frustis esculentis vinum redolentibus, gremium suum et totum tribunal implevit.'

[k] *Undecimus locus*] Quo Demetrius parricidii causam dicens, in fratrem Perseum accusatorem invidiam derivat: 'Non hodie me primum frater accusat, sed hodie primum aperte nullo meo in se merito. Si mihi pater succenseret, te majorem fratrem pro minore deprecari oportebat, te adolescentiæ, te errori veniam impetrare.

eo factum, a quo minime oportuerit, et a quo, si alius faceret, prohiberi conveniret. Duodecimus locus est, per quem indignamur, quod nobis hoc primis acciderit,[2] nec alicui unquam usu evenerit.[3] 105. Tertiusdecimus[1] locus est, si cum injuria contumelia juncta demonstratur,[4] per quem locum in superbiam et arrogantiam odium concitatur.[5] Quartusdecimus locus est, per quem petimus ab iis qui audiunt, ut ad suas res nostras injurias referant;[6] si ad pueros pertinebit, de liberis suis cogitent; si ad mulieres, de uxoribus; si ad senes, de patribus aut parentibus.[7] Quintusdecimus locus est, per quem dicimus, inimicis quoque et hostibus ea, quæ nobis acciderint,[8] indigna videri solere. Et indignatio quidem his fere de locis gravissime sumetur.

LV. 106. Conquestionis[d] autem hujusmodi de rebus partes petere oportebit.[9] Conquestio[m] est oratio, auditorum

[d] *Commiserationis.*

Voss. 2. Leid. 1. *proinde.*—1 Leid. 1. 3. *et præsens.*—2 L θ κ, Leid. 1. ed. Omnib. *primum acc.* Leid. 2. *in primum acc.*—3 Quinque Mss. Oud. *neque alicui.* Tum L W κ, Pal. 2. Grev. Sch. Voss. 2. Leid. 3. Tur. Guelf. 1. 2. Schutz. Wetzel. et Orell. *venerit.*—4 Leid. 1. *demonstretur.*—5 Pauci Mss. *incitatur.*—6 B *inj. afferant:* Leid. 1. *inj. faciant:* Leid. 2. *inj. conferant.*—7 Tur. *aut de par.*—8 Leid. 1. *acciderunt.*

CAP. LV. 9 Schutz. expunxit verba *Conquestionis ... oportebit;* quæ Wet-

NOTÆ

In eo ubi præsidium esse oportebat, ibi exitium est.' Liv. l. XL.

[1] *Tertiusdecimus*] Adhibitus est a Cic. in Rosc. § 146. et 147. 'Quis unquam prædo fuit tam nefarius; quis pirata tam barbarus, ut, cum integram prædam sine sanguine habere posset, cruenta spolia detrahere mallet? Scis hunc nihil habere, nihil audere, nihil posse, nihil unquam contra rem tuam cogitasse: et tamen oppugnas eum quem neque metuere potes, neque odisse debes, nec quicquam habere jam reliqui vides, quod ei detrahere possis: nisi hoc indignum putas, quod vestitum sedere in judicio vides, quem tu e patrimonio, tanquam e naufragio, nudum expulisti.'

[m] *Conquestio*] Commiseratio vocatur a Cornificio. Aristot. Rhet. II. 8. misericordiam his verbis definit: Ἐλεός ἐστι λύπη τις ἐπὶ τῷ φαινομένῳ κακῷ φθαρτικῷ καὶ λυπηρῷ τοῦ ἀναξίου τυγχάνειν, ὃ κἂν αὐτὸς προσδοκήσειε παθεῖν, ἢ τῶν αὐτοῦ τινα, καὶ τοῦτο ὅταν πλησίον φαίνηται· *Misericordia est dolor quidam susceptus ex opinione mali, quod aut exitium aut dolorem affert ei, qui illa fortuna sit indignus; quod et ipse existimet se pati posse aut suorum aliquem, et præcipue cum id malum propinquum videtur.* A misericordia penitus

misericordiam captans. In hac primum animum auditoris mitem et misericordem conficere oportet,[10] quo facilius conquestione commoveri possit. Id locis communibus efficere oportebit, per quos fortunæ vis in omnes, et hominum infirmitas, ostenditur: qua oratione habita graviter et sententiose, maxime demittitur[e] animus hominum, et ad misericordiam comparatur; cum in alieno malo suam infirmitatem considerabit. 107. Deinde primus locus[n] est misericordiæ, per quem,[11] quibus in bonis fuerint, et nunc quibus[12] in malis sint, ostenditur. Secundus,[13] [o] qui in

[e] *Flectitur.*

zel. uncis inclusit.—10 κ *mitem, mis.* omissa copula. In ω 2. *efficere op.*—11 Post *quem,* Schutz. e conj. addidit *rei.*—12 κ, Sch. et ed. Omnib. *et nunc*

NOTÆ

alieni sunt, ut notat ibidem Aristoteles, et omnino infelices, et omnino felices. Misereri solent qui mala passi sunt, et ex iis evasere; senes, rerum periti, et qui numerosam habent familiam. Eorum miserentur qui sunt similes moribus, ætate, dignitate, qui propinqui et familiares, qui graviora meritis patiuntur, et qui talia se meritos esse profitentur, et qui patiuntur a quibus non oportebat. Denique ut lugemus ea maxime flebiliter, quæ nobis aliqua nostra quidem, sed levi culpa contigerunt, ita iis maxime condolemus, qui sibi ex errore aliquo calamitatem accersiverunt. Itaque non movemur ad miserationem iis casibus qui viros illustres, eosque plane immerentes opprimunt: similiter quæ plena sunt atrocitatis stuporem potius quam dolorem afferunt.

[n] *Primus locus*] Excitandæ misericordiæ locos insigniores tantum exemplis illustrabimus. Et hujus quidem loci specimen dabit peroratio pro Murena § 88. &c. 'Si (quod Jupiter omen avertat) hunc vestris sententiis afflixeritis; quo se miser vertet? domumne? ut eam imaginem clarissimi viri parentis sui quam paucis ante diebus laureatam in sua gratulatione conspexit, eandem deformatam ignominia, lugentemque videat: an ad matrem? quæ misera modo consulem osculata filium suum, nunc cruciatur et solicita est, ne eundem paulo post spoliatum omni dignitate conspiciat. Sed quid ego matrem aut domum appello, quem nova pœna legis et domo et parente et omnium suorum consuetudine conspectuque privat? Ibit igitur in exilium miser? quo? ad orientisne partes, in quibus annos multos legatus fuit, et exercitus duxit et res maximas gessit? At habet magnum dolorem, unde cum honore discesseris, eodem cum ignominia reverti. An se in contrariam terrarum partem abdet, ut,' &c.

[o] *Secundus*] Hoc utitur apud Sallust. in Bello Jugurth. Adherbal apud senatum Romanum conquerens se regno fortunisque omnibus expulsum: 'Pater nos duos fratres reliquit: tertium Jugurtham beneficiis suis ratus est nobis conjunctum fore. Alter eorum necatus est, alter ipse

tempora tribuitur,[14] per quem, quibus in malis fuerint, et sint, et futuri sint, demonstratur. Tertius, per quem unumquodque deploratur incommodum, ut[15] in morte filii, pueritiæ delectatio,[f] amor, spes, solatium, educatio, et, si qua simili in genere, quolibet de incommodo[16] per conquestionem dici poterunt. Quartus,[17] per quem res turpes, et humiles, et illiberales proferentur,[18] et indignæ[19] ætate, genere, fortuna, pristino honore, beneficiis ; quas passi perpessurive sint.[20] Quintus est,[1] per quem omnia ante oculos singillatim incommoda ponentur,[2] ut videatur is, qui audit, videre, et re quoque ipsa,[3] quasi adsit, non verbis solum, ad misericordiam ducatur. 108. Sextus, per quem præter spem in miseriis demonstratur esse ; et, cum[4] aliquid expectaret, non modo id non adeptus esse,[5] sed in summas miserias incidisse. Septimus, per quem ad ipsos, qui audiunt, similem casum

f *Gaudium quod percipiebatur de puero.*

per quem quibus.—13 Voss. 1. Leid. 2. *Secundus locus est.*—14 M κ ψ, ω 1. Tur. *distribuitur.*—15 θ caret *ut.*—16 ω 1. *si qua sim. in quolibet gen., quolibet de incom.* Voss. 2. *si qua sim. in gen. versantur, quolibet de inc.* Pro *de incommodo,* Schutz. e suspicione edidit *incommoda.*—17 θ *Quartus locus est.*—18 κ et omnes Mss. Oud. *in liberales.* ω 1. Leid. 2. et quædam edd. vett. *proferuntur.* —19 B M et Tur. *indigna.*—20 B L M κ, ω 1. Tur. *quæ passi perp. &c.* θ *quas passi essent :* Leid. 2. *quæ passi essent, &c.* Voss. 1. *quas passi quæ perp. &c.* Leid. 1. a m. pr. *perpessuri sunt.*—1 Voss. 2. *Quintus locus est.* Contra θ κ, Tur. Sch. Voss. 1. Leid. 1. 2. 3. Lamb. et Orell. omittunt *est.*—2 Quidam Mss. *singulatim :* et B L M W θ κ, ω 2. Leid. 2. ac Lamb. *ponuntur.*—3 *Ipsa* in ω 1. deest.—4 Schutz. e conj. *boni aliquid.*—5 B *id se non.* Lamb. Schutz.

NOTÆ

ego manus impias vix effugi. Quid agam aut quo potissimum infelix accedam? generis præsidia omnia extincta sunt. Pater, uti necesse erat, naturæ concessit : fratri, quem minime decuit, propinquus per scelus vitam eripuit : affines, amicos, propinquos, ceteros meos, alium alia clades oppressit . . . Jamjam, frater animo meo carissime, quanquam tibi immaturo, et unde minime decuit, vita erepta est, tamen lætandum magis quam dolendum puto casum tuum : non enim regnum, sed fugam, exilium, egestatem, et omnes has, quæ me premunt, ærumnas cum anima simul amisisti. At ego infelix in tanta mala præcipitatus, pulsus ex patrio regno, rerum humanarum spectaculum præbeo : incertus quid agam, tuasne injurias persequar, ipse auxilii egens : an regno consulam, cujus vitæ necisque potestas ex alienis opibus pendet.' Hoc unum exemplum plurimis locorum consequentium etiam accommodari potest.

convertimus,[6] et petimus, ut de suis liberis, aut parentibus, aut aliquo qui illis carus debeat esse, nos cum videant,[7] recordentur. Octavus,[8] per quem aliquid dicitur esse factum quod non oportuerit,[9] aut non factum quod oportuerit, hoc modo : Non affui, non vidi, non postremam ejus [10] vocem audivi, non extremum ejus [11] spiritum excepi. Item, inimicorum in manibus mortuus est, hostili in terra turpiter jacuit insepultus, a feris diu vexatus, communi quoque honore in morte caruit. 109. Nonus, per quem oratio ad mutas et expertes animi res refertur ;[12] ut, si ad equum,[p] domum, vestem, sermonem alicujus accommodes, quibus [13] animus eorum, qui audiunt et aliquem dilexerunt,[14] vehementer commovetur. Decimus,[15][q] per quem inopia, infirmitas, solitudo demonstratur. Undecimus, per quem aut [16]

Wetzel. et Orell. *adeptus esse :* aliæ edd. et Mss. *adeptum esse.*—6 Leid. 3. *ipsos*, sine *ad ;* et mox *in causam convertimus :* Sch. a m. pr. *in causam convertimur.*—7 κ *viderint.*—8 L *Octavus modus.*—9 In κ omittuntur verba *aut non factum quod oport.* sed in marg. scribuntur.—10 Sch. Leid. 2. 3. non habent *ejus.*—11 θ, Lamb. et Schutz. omittunt vocem *ejus ;* quam Orell. uncis includit.—12 ω 1. *mutas res et exp. animi.* ω 2. et quinque Mss. Oud. *referetur :* Leid. 3. *fertur.*—13 θ *quibus rebus.*—14 θ κ *et qui aliquem dil.* Voss. 2. *et aliquem qui dil.* In κ *dilexerint.*—15 Al. *Decimus est.*—16 *Aut* ante *liberorum*

NOTÆ

[p] *Si ad equum, &c.*] Caute admodum tractandus hic locus, nisi quis orationis suæ potius quam alterius rei misericordiam excitare velit. Quis enim hac ætate nostra patienter audiat apostrophen ad equum commiserationis movendæ causa? Longe rectius personas loquentes inducit Cicero, ut in Milon. § 93. ‘Me quidem exanimant et interimunt hæ voces Milonis, quas audio assidue, et quibus intersum quotidie. Valeant, inquit, valeant cives mei: sint incolumes, sint florentes, sint beati: stet hæc urbs præclara, mihique patria carissima, quoquo modo merita de me erit: tranquilla repub. cives mei, quoniam mihi cum illis non licet, sine me ipsi, sed per me tamen perfruantur : ego cedam atque abibo : si mihi rep. bona frui non licuerit, at carebo mala: et quamprimum tetigero bene moratam et liberam civitatem, in ea conquiescam. O frustra, inquit, suscepti mei labores! o spes fallaces! o cogitationes inanes meæ!’

[q] *Decimus*] Eleganter adhibetur a Cic. in peroratione pro Sylla § 89. ‘Hic vos orat, judices, parvus, ut se aliquando, si non integra fortuna, at afflicta, patri suo gratulari sinatis. Huic misero notiora sunt judiciorum itinera, et fori, quam disciplinarum. Non jam de vita P. Syllæ, judices, sed de sepultura contenditur: vita erepta est superiore judicio; nunc, ne corpus ejiciatur, laboramus. Quid enim est huic reliqui quod eum in vita hac teneat? aut quid est quamobrem hæc cuiquam vita videatur?’

liberorum, aut parentum, aut sui corporis sepeliendi, aut alicujus ejusmodi rei commendatio fit. Duodecimus, per quem disjunctio deploratur ab aliquo, cum diducaris [17] ab eo quicum libentissime vixeris, ut a parente, filio, fratre, familiari.[18] Tertiusdecimus,[r] per quem cum indignatione conquerimur, quod ab iis, a quibus minime conveniat,[19] male tractemur, propinquis, amicis, quibus benefecerimus,[20] [p. 62.] quos adjutores [1] fore putaverimus, aut a quibus indignum sit,[2] ut servis, libertis, clientibus, supplicibus. LVI. Quartusdecimus, qui per obsecrationem [s] sumitur: in quo orantur modo [3] illi, qui audiunt, humili et supplici oratione, ut misereantur. Quintusdecimus,[t] per



non est in Sch. Voss. 2. et ed. Omnib.—17 Al. *deducaris.*—18 ω 1. *vix., aut parente.* κ et Voss. 1. *a fratre.* Leid. 1. non habet vocem *fratre.* In ed. Omnib. *ut a par., ut a filio, ut a fratre, ut a fam.*—19 κ *a quibus min. convenit:* ed. Omnib. *a quibus non conveniat.*—20 B κ, Sch. Leid. 2. et ed. Omnib. *quibus benigne fecerimus.*—1 Ed. Omnib. *quos auditores.* Tum Sch. et Tur. *putaremus:* Voss. 2. *putavimus.*—2 Tur. et omnes Mss. Oxonn. ac Voss. 1. Leid. 1. 2. 3. cum Junt. Grut. Oliv. Græv.-Burm. et Lall. *indignum est.* Dein abest *ut* a B L, Voss. 2. et Leid. 2. Contra Leid. 3. *ut a servis.* Denique pro *libertis*, in B *liberis* legitur.

NOTÆ

[r] *Tertiusdecimus*] Repeti potest ex undecimo loco movendæ indignationis. Hic Demetrius sui miserationem mirum in modum excitat, dum fratri conciliat invidiam.

[s] *Per obsecrationem*] Ita Cic. pro Planc. § 102. 'Quid enim possim aliud, nisi mœrere? nisi flere? nisi te cum mea salute complecti? Salutem tibi iidem dare possunt, qui mihi reddiderunt. Huc exsurge tamen, quæso, retinebo et complectar: nec me solum deprecatorem fortunarum tuarum, sed comitem sociumque profitebor ... Non ego meis ornatum beneficiis a vobis deprecor, judices, sed custodem salutis meæ: non opibus contendo, non auctoritate, non gratia; sed precibus, sed lacrymis, sed misericordia: mecumque vos simul miserrimus et optimus obtestatur parens, et pro uno filio duo patres deprecamur. Nolite, judices, per vos, per fortunas vestras, per liberos, inimicis meis, his præsertim quos ego pro vestra salute suscepi, dare lætitiam, gloriantibus vos jam oblitos mei, salutisque ejus, a quo mea salus conservata est, hostes extitisse,' &c.

[t] *Quintusdecimus*] Usurpatur in Milon. § 102. 'O me miserum! o infelicem! revocare tu me in patriam, Milo, potuisti per hos: ego te in patria per eosdem retinere non potero? Quid respondebo liberis meis, qui te parentem alterum putant? Quid tibi, Q. Frater, qui nunc abes, consorti mecum temporum illorum? me non potuisse Milonis salutem tueri per eosdem, per quos nostram ille servasset. At in qua causa non potuisse? quæ est grata gentibus: a quibus non potuisse? ab iis qui maxime P. Clo-

quem non nostras, sed eorum qui cari nobis debent esse, fortunas conqueri nos demonstramus. Sextusdecimus [u] est,[4] per quem animum nostrum in alios misericordem esse ostendimus;[5] et tamen amplum, et excelsum,[6] et patientem incommodorum esse, et futurum esse,[7] si quid acciderit,[8] demonstramus: nam sæpe virtus et magnificentia, in qua [9] gravitas et auctoritas est, plus proficit [10] ad misericordiam commovendam, quam humilitas et obsecratio. Commotis autem animis, diutius in conquestione morari non oportebit. Quemadmodum enim dixit rhetor Apollonius,[11] [x] lacryma nihil citius arescit.[y] Sed quoniam et satis videmur [12] de omnibus partibus orationis dixisse, et hujus voluminis magnitudo longius [13] processit; quæ sequuntur deinceps,[14] in secundo libro dicemus.

CAP. LVI. 3 *Modo* in ω 2. deest.—4 Al. omittunt *est.*—5 ω 2. *ostendamus.* —6 Pro *et excelsum,* Voss. 2. *misericordem* habet. Tum Sch. non agnoscit *incommodorum;* quod Oud. censet glossam esse.—7 M ψ, ω 2. Junt. Lamb. Grut. Oliv. Græv.-Burm. et Lall. non habent *esse.*—8 Pro *acciderit,* in ω 1. legitur *adversitatis.*—9 B L W κ, ω 1. 2. Cass. Guelf. 1. Junt. Schutz. et Orell. *in quo.*—10 Leid. 3. *profuit.*—11 ω 1. caret *enim.* In Leid. 3. *dicit.* B L *Appollius:* W θ *Apollius.*—12 ψ *Sed quon. videmur:* B L, ω 1. 2. et quatuor Mss. Oud. ac ed. Omnib. *Sed quon. satis vid.* θ *Sed quon. satis nihil citius vid.* Voss. 2. *Sed quon. videmur, quod satis est:* Leid. 1. *Sed quon. et satis videtur:* Tur. Grut. et Græv.-Burm. *Sed quon. satis ut vid.* W θ, Oliv. et Lall. *Sed quoniam et satis, ut vid.* Dein ω 1. 2. *de omn. orat. part.* Porro quinque Oxonn. Mss. cum Tur. Grut. Oliv. Græv.-Burm. et Lall. *diximus.* In κ deest.—13 θ *perlongius.*—14 θ omittit *deinceps.*

NOTÆ

dii morte acquierunt: quo deprecante? me.'

[u] *Sextusdecimus*] In eadem Miloniana habetur § 100. 'His lacrymis non movetur Milo: est quodam incredibili animi robore. Exilium ibi esse putat, ubi virtuti non sit locus: mortem naturæ finem esse, non pœnam. Sit hic ea mente qua natus est: quid vos, judices? quo tandem animo eritis? memoriam Milonis retinebitis: ipsum ejicietis? et erit dignior locus in terris ullus, qui hanc virtutem excipiat, quam hic qui procreavit? Vos, vos appello, fortissimi viri,' &c.

[x] *Rhetor Apollonius*] Hic fuit Alabandensis: est autem Alabanda oppidum Asiæ Minoris. Est etiam alter Rhodius Apollonius, item artis oratoriæ peritissimus: de utroque Tullius de Orat. l. I. § 75.

[y] *Lacryma nihil citius arescit*] Vide l. II. ad Herenn. § 50.

